This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



36.702

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

LEXICON
EURIPIDEUM

AB

AUGUSTO MATTHIA

INCHOATUM

CONFECERUNT

CONSTANTINUS ET BERNHARDUS MATTHIAE

AUGUSTI FILII.

VOLUMEN I.

A — Γ.

LIPSIAE

FRIDERICUS FLEISCHER

MDCCCXLI.

~~Ge 36.705~~
Ge 36.702
1862, Aug. 12,
$1.98
Gray Fund,

VIRO EXCELLENTISSIMO

ANNI ALBRECHTO FRIDERICO EICHHORNIO

SUMMO

REI SCHOLASTICAE IN BORUSSIA PRAEFECTO

HOC OPUS

EXIMIAE VENERATIONIS

DOCUMENTUM

ESSE VOLUERUNT

EDITORES.

PRAEFATIO.

Aliter inceptus est hic liber, aliter confectus. Suae editionis appendicem esse voluerat Augustus pater, separatum nos lexicon Euripideum foras damus.

Quinquaginta tria vocabula ex prima litera tractarat pater noster, quum morte subita opprimeretur. Nos tunc statim Weigelio bibliopolae, cuius impensis vulgata erat patris editio, per literas significavimus librum, quem pater inchoasset, a nobis confectum iri. Is vero patris nostri editionem nimium iam accrevisse aegre ferens non credidisse se scripsit patrem operi suo etiam lexicon adiecturum esse, omnino indicibus tantum concisis opus esse, hos componendos se iam alii viro docto tradidisse. Mira haec erat agendi ratio, sed nobis tamen exoptatissima. Extemplo enim separatum lexicon Euripideum conscribere decrevimus, quod quum ad literas iuvandas utilissimum tum ad Euripidem intelligendum necessarium esse etiam Augustum patrem aliquando dicere memineramus. Abs quo consilio nos non deterruit insignis huius poetae depravatio. Non enim id spectavimus, ut omnibus partibus emendatus exhiberetur, sed ut lexici amplioris instrumento facilior paulatim redderetur et intellectu et emendatu.

Sponte autem intelligitur, ex quo hic liber seorsum edi coeptus sit, continuo etiam formam eius ac rationem multis modis

LEXICON

EURIPIDEUM

AB

AUGUSTO MATTHIA

INCHOATUM

CONFECERUNT

CONSTANTINUS ET BERNHARDUS MATTHIAE

AUGUSTI FILII.

VOLUMEN I.

A — Γ.

LIPSIAE

FRIDERICUS FLEISCHER

MDCCCXLI.

~~Ge 36.705~~
Ge 36.702
1862, Aug. 12,
81.98
Gray Fund,
HARVARD UNIVERSITY LIBRARY

VIRO EXCELLENTISSIMO

)ANNI ALBRECHTO FRIDERICO EICHHORNIO

SUMMO

REI SCHOLASTICAE IN BORUSSIA PRAEFECTO

HOC OPUS

EXIMIAE VENERATIONIS

DOCUMENTUM

ESSE VOLUERUNT

EDITORES.

PRAEFATIO.

Aliter inceptus est hic liber, aliter confectus. Suae editionis appendicem esse voluerat Augustus pater, separatum nos lexicon Euripideum foras damus.

Quinquaginta tria vocabula ex prima litera tractarat pater noster, quum morte subita opprimeretur. Nos tunc statim Weigelio bibliopolae, cuius impensis vulgata erat patris editio, per literas significavimus librum, quem pater inchoasset, a nobis confectum iri. Is vero patris nostri editionem nimium iam accrevisse aegre ferens non credidisse se scripsit patrem operi suo etiam lexicon adiecturum esse, omnino indicibus tantum concisis opus esse, hos componendos se iam alii viro docto tradidisse. Mira haec erat agendi ratio, sed nobis tamen exoptatissima. Extemplo enim separatum lexicon Euripideum conscribere decrevimus, quod quum ad literas iuvandas utilissimum tum ad Euripidem intelligendum necessarium esse etiam Augustum patrem aliquando dicere memineramus. Abs quo consilio nos non deterruit insignis huius poetae depravatio. Non enim id spectavimus, ut omnibus partibus emendatus exhiberetur, sed ut lexici amplioris instrumento facilior paulatim redderetur et intellectu et emendatu.

Sponte autem intelligitur, ex quo hic liber seorsum edi coeptus sit, continuo etiam formam eius ac rationem multis modis

mutatam esse. Itaque et interpretationi, in qua parcior fuerat defunctus pater, maiorem operam impendimus, et criticae, qua ille prorsus abstinuerat, latiorem campum concedendum duximus, et incertis de rebus grammaticis, quas ille nusquam attigerat, subtilius fusiusque disputavimus, et notabiliores aliorum interpretum vel grammaticorum sententias aut examinavimus aut simpliciter commemoravimus *), et potissimam lectionis diversitatem indicavimus, quin saepe etiam ad formam aliquam vel dicendi rationem stabiliendam ultra fines Euripideos exspatiati sumus. Maximam vero operam atque industriam in particulis consumpsimus, quas, etsi orationis lumina sunt et ornamenta, ita tamen a grammaticis et lexicographis neglectas videbamus, vix ut unius natura ac significatio penitus perspecta esset.

Pluribus dicendum est de etymologia, cui permagnas in hoc libro partes concessimus. Stirpibus vocabulorum inquirere quum pater in lexico hoc suo omisisset, nobis initio idem faciendum videbatur. At mox experti sumus, quam vana sit omnis vocabulorum cognitio et explicatio, nisi proficiscitur ab etymologia. Tribus id exemplis declarabo. P. 44 haec scripsimus de vocabulo ἄελλα:

ἄελλα, *ventus.* Θήραμα — ὠκυδρόμοις ἀέλλαις θρώσκει πεδίον, i. e. ἀελλόπους; v. *Matth.* ad h. l. *Herm.* ἀελλάς. Hel. 1514. λαμπρῶν ἄστρων ἀέλλαι i. e. *velox astrorum cursus*, quo rotantur circa terram. Vid. *Pflugk.* (v. 1498). Confusa haec esse quivis vidit. Nec meliora sunt quae in lexicis de hoc vocabulo traduntur. Stirpe explorata sic scribere debebamus:

ἄελλα. Ex ἄω factum. Quod quum omnino *motum* significet, ἄελλα *intentiorem* s. *celeriorem* proprie *motum*

*) Hermannianae Helenae Andromachae et Cyclopis editiones et Hartungiana Iphigeniae Aulidensis litera α iam absoluta ad nos perlatae sunt.

indicat. V. nos s. ἁμιλλᾶσθαι p. 158 et *Buttm.* lexil. II. p. 82. παῖδες Τυνδαρίδαι, λαμπρῶν οἵτ' ἄστρων ὑπ' ἀέλλαισι ναίετ' οὐράνιοι Hel. 1514, quae *Barnesius* inepte convertit: *stellarum sub procellis. Motum siderum velocem* intelligendum esse, quo circa terram rotari credebantur, *Musgravius* perspexit. Hinc *celer aëris motus*, h. e. *ventus*, *procella*. Tralate μόχθοις ὠκυδρόμοις ἀέλλαις θρώσκει (νεβρὸς) πεδίον Bacch. 871, *im Sturm des Schnellaufs*. Quamquam haec eodem fere sensu etiam ad propriam notionem referri possunt. V. *Matth.* gr. p. 1004, c.

Et Baccharum quidem in loco ingeniosa est et nescio an vera *Hermanni* coniectura μόχθοις ὠκυδρόμοις ἀέλλας θρώσκει (νεβρός), sicut Ἵπποι vocantur ἀελλάδες in Sophoclis Oedipo R. 466. V. s. μόχθος. Scilicet ut in ἄελλα, sic etiam in ἀελλάς et in Ἀελλώ *celeris* proprie *motionis* notio inest. Neque ἀελλόπους est *pedum celeritate ventum adaequans*, ut lexica imitantes diximus p. 44, verum simpliciter *pedibus velox* s. *pernix*.

Porro p. 72 sq. verbi αἰνεῖν significationes hoc ordine enumeratae sunt: *aliqu. accommodatum* et *idoneum ad aliq. habere* s. *iudicare* — hinc *aliq. bonum*, *rectum*, *iustum iudicare*, *probare* — hinc *approbare*, *laudare* — deinceps vel *concedere* et *assentire*, vel *promittere* vel re al. *acquiescere*. Aliter haec instituta essent, nisi originem verbi sero respexissemus. Scilicet αἰνεῖν ortum ex αἴνειν αἴειν αἰ. V. s. αἶσα. Hinc patet primam ac propriam verbi vim esse *aio*, secundam *approbare*, unde triplex et *concedendi* et *promittendi* et *acquiescendi* vis redundavit (v. p. 72), tertiam *probare* s. *bonum*, *rectum*, *iustum iudicare*, quartam denique *laudare*. Porro hinc patet etiam ea, quae *Passovius* de hoc verbo scripserit, partim confusa partim falsa esse. Postremo hinc patet etiam significatum a fratre in primo loco positum *aliquem accommodatum et idoneum ad aliquid iudicare* ab αἰνεῖν

alienum esse. Et Rhesi quidem locus 708 sic vulgo scriptus erat: *τίν' ἀλκήν; τίν' αἰνεῖς;* Haec esse vitiosa quivis videt. Neque meliora sunt quae Flor. 1. 2. Vict. habent: *τίς ἀλκήν; τίν' αἰνεῖς;* Adduxit tamen haec lectio *Hermannum*, ut scribendum coniiceret: *τίς; ἀλκὴν τίν' αἰνεῖς;* Eumque secuti sunt *G. Dindorfius* et *Vaterus*. At non de re, verum de homine quaeri ostendit hemichorii responsum: *Ὀδυσσῆ*. Nempe sic legendum: Hemich. *τίν' ἀλκῆς τίν' αἰνεῖς;* Hemich. *Ὀδυσσῆ*. Hemich. *μὴ κλωπὸς αἴνει φωτος αἱμύλον δόρυ*. Itaque *αἰνεῖν* hic laudandi vim habet. Constructio autem eadem atque in Phoen. 677, ubi est: *αἰνῶ σε τῆς προθυμίας*, et in Iph. T. 1371, ubi legitur: *τὸν μὲν οὖν ξένον δίκαιον αἰνέσαι προθυμίας*. Cf. *Matth.* gr. p. 847.

Denique quum ego in Quaestionibus Sophocleis p. 166 sqq. *Boeckhio* not. crit. ad Pind. p. 343, *Seidlero* de vers. dochm. p. 103. not. et *Elmsleio* ad Med. 1219 auctoribus demostravissem primam vocis *ἀέλιος* nonnumquam corripi idque *Ellendtio* ita persuasissem, hic ut in lexico Sophocleo I. p. 15 post meam disputationem de correptione ista dubitari non posse diceret, *Godofredus Hermannus* in censura lexici Ellendtiani in ephem. antiq. Darmst. a. 1835. p. 750 non vera esse ait, quae ego disputarim, et patrem me meum sequi debuisse, qui dubitaverit de illa prosodia (ad Med. 1242 et Or. 993). Indigna haec sunt *Hermanno*. Patris in verba iurare puerum iubeat, recte autem me statuisse ipse facile intellexisset, si reputasset vocis originem. Nempe in promptu est *ἀέλιος* cum *ἀλέα halo ἕλη σέλας σελήνη* ab *ἄημι* et *ἄω* descendere. Nam a *vapore* quem effundunt Graecis et sol et luna dicta sunt. Prima igitur et antiquissima forma fuit *ἀέλιος*. Hanc primum Iones in *ἠέλιος* mutarunt, rursus *ἠέλιος* Attici contractionis et aspirationis amantes in *ἥλιος*, denique *ἥλιος* Dores in *ἅλιος**). Hinc patet primam vocis *ἀέλιος*

*) Non recte has formas explicuit frater s. *ἀέλιος* p. 44.

natura sua brevem nec nisi dactylici numeri necessitate productam esse, id quod poetas etiam in ἀέριος ἀθάνατος ἀκάματος θυγατέρος (ι) ἰσόθεος et aliis multis sibi permisisse constat. V. infr. p. 274. 275. 286. Quaest. Soph. p. 167 sq. et *Boeckhium* l. c. Produci autem prima eo facillus potuit, quod ipsa stirps ἄω cum plerisque propaginum suarum primam habet ancipitem. V. infra p. 37 sq. 42. 46. Itaque valde improbanda est *Hermanni* ratio, qui, ut alibi, sic etiam hic certissima exempla in corruptis numeravit, quia quod illa comprobant ipsi probabile non esse videbatur. Septem ego in Quaest. Soph. p. 166 et 167 correptionis illius exempla indubitata exposui. Sed etiam plura in canticis tragicorum latere arbitror. V. *Bernhardum* fratrem s. ἀέλιος p. 43.

Talia si quis considerat, non demirabitur, quod etymologiae in hoc lexico tanto opere studuimus. Nec tamen ubique id facere placuit, sed iis tantum in verbis, quorum aut stirps non explorata aut propria notio non perspecta esset. Itaque nunc addimus, quod in exordio libri patrem sequentes omiseramus, ἄβρός cum ἀφρός descendere a βρύειν, ἀγαθός (*gut*) a stirpe verbi γηθεῖν, ἀγαπᾶν et ἄγασθαι cum ἀγάζεσθαι ἀγαίεσθαι ἄγαν ab ἄγειν (*trahi amore* vel *admiratione* vel *ira*), ἄγγος ab ἄγχω (*enges Behältniss*), ἄγειν ab ἄειν (*movere*), ἀγείρειν ab ἄγειν (*cogere*), ἀγή ἀγκάλη ἄγκος ἀγκύλη ἄγκυρα ἀγκών ἀγνύναι ab ἄγειν (*treiben drängen biegen*), ut *Bogen* (*Ellenbogen*) *Bug Bügel Buckel bücken Bauch* a *biegen*, ἀγλαός ab ἀγάλλειν (ἀγαλός), ἄγρα non ab αἱρεῖν, ut *Buttmannus* opinatur in lexil. I. p. 130, sed ab ἄγειν (*das Wegtragen Wegführen Wegtreiben, das Weggetragene Weggeführte Weggetriebene*), ἄγριος ab ἀγρός, ut *rusticus* a *rus*, ἀγρός ab ἄγειν (*Treibland Fahrland Fläche*), ἄγχι cum ἐγγύς ἄγχω (*verengen*) *angustus eng* ab ἄγειν, quatenus est *treiben drängen*, ἄζεσθαι ab ἄζειν (*fovere, honorare, venerari*, unde ἁγνός, *venerabilis*), v. s. ἄλσος,

ἆθλος (ἀθλεῖν ἄθλιος ἆθλον) cum ἄσθμα ab ἄειν (*anhelatio, Keuchen*), αἶα ab ἄω, v. s. γαῖα et γίγνεσθαι, αἰγιαλός cum ἀκτή ab ἄγειν (terra undis *pulsa*), αἴθειν ab ἄειν (*leuchten machen*), v. s. αὐγή, αἰκάλλειν cum αἰόλος ab ἄειν (*caudam iactare, cauda movenda adulari*), v. *Buttm.* lexil. II. p. 82. not. 3, αἰνίσσεσθαι ab αἶνος, v. *Buttm.* lexil. II. p. 114, αἶπος ab ἄειν, v. s. ἆπος, ἀκούειν non a κοεῖν, ut nonnulli putaverunt, sed ab ἀκή (*die Ohren spitzen*), ἄκρος ab eodem ἀκή, v. *Rost.* ap. *Dammium* s. v. Ἀγάλλειν quidem utrum a γελᾶν (*glänzen machen, schmücken*) an a γαίειν (*erfreuen*) deducam adhuc fluctuo. Priorem derivationem activi potestas, alteram medii commendat. Dubito etiam de ἀγγέλλειν. Quod *Buttmannum* in lexil. I. p. 293 cum ἄνωγα falso composuisse insignis notionum differentia declarat. V. s. ἄνωγα p. 316. Sed neque vulgarem ab ἄγειν derivationem, ut proprie sit *bringen, überbringen*, pro certa affirmare ausim. Porro incertus sum de ἀθρεῖν et αἰχμή, quorum prius ex ἀ θεωρεῖν, alterum ex ἀκή factum esse parum probabiliter existimatur. *Αἰχμή* forsan ab ἀΐσσειν (αἴσσειν) repetendum, ut hastam proprie, quae *irruit*, et pugnam, in qua *irruunt* contra se invicem, significet. Non minus obscura est origo verbi αἷμα, nisi hoc ab ἄω, quatenus *motum* indicat, profectum esse statuas, ut *celerem* proprie sanguinis *fluxum* seu *circulationem* denotet. Denique ἀθύρειν αἴγειρος ἄχατος quam radicem habeant prorsus adhuc ignoro. Omnino saepius ignorantiam nostram libere fateri, quam inanibus coniecturis tempus perdere vel incredibilia proponere maluimus. Quamquam etiam tum notiones verborum eo quo par est ordine enumerasse nobis videmur. Hanc enim primam lexicographi virtutem esse arbitramur, ita disponere et explicare verborum significationes, ut ex uno omnes fonte manavisse et naturali quodam vinculo inter se cohaerere facile appareat.

Lubrica vero et periculosa res est etymologia. Cui qui studeant in quas ineptias possint incidere, tot etiam recen-

tissimi temporis exempla docent, ut non mirarer, si quis doctrinam istam penitus reformidaret. At enim doctorum, non doctrinae culpa est, quoties quid gravius in hoc genere peccarunt. Nam aut notionum affinitatem parum curarunt aut artificiis delectantes simplicitatem derivandi contempserunt *) aut Graecas voces a stirpibus Asianis derivarunt. Nos Graecorum verborum radices in ipsa Graecia quaesivimus, in derivando autem id potissimum spectavimus, ut et formae et significationes quam maxime congruerent. Et significationes quidem etymologos omnium maxime fefellerunt. Saepe enim voces radicitus diversas eiusdem esse stirpis propter notionum convenientiam putarunt; saepe cognatas voces diversi esse generis vel duo eiusdem formae diversa exstare vocabula propter notionum discrepantiam existimarunt. Alterius generis memorabile exemplum est verbum ἄω. Quod quum et *flandi* et *dormiendi* et *satiandi* vim habeat, plura huiusmodi verba diversa esse statuerunt. At omnes hae notiones faciles sunt consociatu. Nempe principalis verbi ἄω potestas est *spirare* s. *halare*. Ex hac vi non modo *flandi* et transitivo sensu *afflandi*, sed, quia dormientes gravius *respirant*, etiam *dormiendi* notio manavit. Rursus *afflandi* notio in duas significationes divisa est: quarum una est *iucunde afflare*, *delectare* (ἄδειν ἀνδάνειν ἥδεσθαι), altera *iniucunde afflare*, *gravare*, *satiare* (ἄδην ἄδος ἀδεῖν ἀδημονεῖν ἄσῃ). V. p. 26. 272. 441.

Multis praeterea de rebus hic verba facere statueram, in quibus a vulgari consuetudine recessimus. Imprimis de iota subscripto, cuius turpissimus nunc est abusus, accuratius disputaturum me esse promiseram. At plura ne nunc disse-

*) Laborant hoc vitio permultae *Doederlini* subtilis ceteroquin viri derivationes, ut si in Glossarii Homerici Specimine αὖτως (s. v.) ab ἄτη, βρότος a κύρω, ἐπίκουρος a *curro* deducit.

rerem me temporis angustiae prohibuerunt. Haec igitur secundi Voluminis Praefationi reservabuntur. Id unum nunc addo vocabulis a me et Augusto patre tractatis nomina nostra subiuncta esse; quibus nullum nomen subiunctum sit — quae longe sunt plurima —, ea scripsisse Bernhardum fratrem.

Numburgi Calendis April. MDCCCXLI.

CONSTANTINUS MATTHIAS.

Α.

Ἀ ipsum sonum prae dolore (ut αἰ σχετλιαστικὸν) vel stupore vel gaudio exclamantis denotat. Prima significatione ἆ plerumque repetitum invenitur, cf. *Herm.* ad Soph. Phil. 722. ἆ ἆ. ὀδύνη με τείρει κούκέτ' ὀρθοῦμαι τάλας Rhes. 799. Barn. ἆ ἆ. διά μ' ὀλεῖτε Herc. f. 1052. ἆ ἆ. μηδαμῶς δράσῃς τάδε Or. 1598. Med. 1056. Stuporem denotat Herc. f. 629. ἆ. οἶδ' οὐκ ἀφιᾶσ', ἀλλ' ἀνάπτονται πέπλων. Bacch. 809. ἆ. βούλει σφ' ἐν ὄρεσι συγκαθημένας ἰδεῖν; Etiam hoc ἆ bis invenitur Andr. 1076. ἆ ἆ. τί δράσεις· μὴ πέσῃς. Hec. 1069. non male ter habet Mosqu. D. ἆ ἆ ἆ. σίγα (semel σίγα plerique codices)· κρυπτὰν βάσιν αἰσθάνομαι τῆνδε γυναικῶν. Quater ἆ ἆ ἆ ἆ (bis Flor. 10. 11). τί σὺ πρὸς μελάθροις; Alc. 28. Significatio gaudii prae furore bacchantium subesse videtur Bacch. 586. ἆ ἆ. τάχα τὰ Πενθέως μέλαθρα διατινάξεται πεσήμασιν. ib. 596. ἆ ἆ. πῦρ οὐ λεύσσεις; nisi his locis scribendum est ἃ ἃ spir. asper. vid. infr. Interiectio ἆ saepe extra versum posita, ut Rhes. 799. Med. 1056. Herc. f. 629. Bacch. 809. Alius generis est ᾶ, quae prae indignatione atque ira inclamantis particula vocari potest, quatenus ᾶ animum exclamantis ἆ designat, ut fere differunt ἀλαλά et ἀλαλή. Et quidem semel plerumque posita invenitur et sequentibus cum verbis arctissime cohaeret. Grammatici vocant ἐπιτιμητικὸν ἐπίῤῥημα, ἐκπληκτικόν, quod est μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως, ἐφεκτικόν (ut Schol. ad Or. 144 et 275. ed. Matth.), *Ellendt.* in lex. Soph. particulam vetandi et castigandi, quae nomina non ad propriam particulae vim et naturam pertinent, sed ad externam modo vim rationemque eorum, quae subsequuntur, definiendam. *Suidas* igitur hanc vocem, si sit μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως, acuto accentu scribi vult: quod *Hermanno* ad Soph. Phil. 1284, non videtur indocte dictum, *Ellendtio* contra rationem; cf. *Göttling.* Accent. d. griech. Spr. (1835) p. 361. Recte Suidas. Quod ut probemus, certis quidem argumentis uti non licet, sed natura rei postulat, ut ᾶ, quae inclamantis est atque aliorum usque verborum satelles, tenuiore voce enuntietur, quam ἆ exclamantis, quae, quum per se sola stet, sono magis producatur et dilatetur necesse est; vid. αἰ. Illius vero significationis exempla sunt Alc. 529. ᾶ (bis Flor. 10. 15.)

μὴ πρόκλαι' ἄκοιτιν —. Hel. 452. ἆ μὴ πρόσειε χεῖρα, μήδ' ὦθει βίᾳ. Rhes. 687. ἆ (c. codd. bis Aldus) φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς. ib. 226. Ἄπολλον, ἆ, δία κεφαλὰ, μόλε τοξήρης, ubi alii codd. cum iisque Dindorfius habent ὦ; quae lectio inde orta esse videtur, quod iungeretur ἆ δία κεφαλά; imo ἄ spectat ad seq. imperativum, μόλε τοξήρης, ut vocativus est interpositus Troad. 624. αἲ αἲ, τέκνον, σῶν ἀνοσίων προσφαγμάτων. *Herm.* Opusc. t. 3. p. 301. opinatur Οἰνείδα κεφαλᾷ. Or. 162. ἆ ἄδικος ἄδικα τότ' || ἔλακεν ἔλακεν (ὁ Λοξίας): nam ἄρ' post τότε omittunt plerique libri; ἄ semel Flor. 10. Taur., quam lectionem confirmat ὦ, quod Flor 33. Aug. d. exhibent; ita metrum quoque bene procedit. Bis Or. 144. ἆ ἆ σύριγγος ὅπως πνοὰ λεπτοῦ δόνακος, ὦ φίλα, φώνει μοι. Alia forma cum spiritu aspero pronuntiata, ἅ, quae est ridentis (*Photius*: δασυνθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ) in tribus Euripidis locis invenitur, in Cyclopis dramate satyrico v. 565. ἅ ἅ. τί δράσεις; — Sil. ἡδέως ἡμύστικα. ibid. v. 157, ubi Silenus exclamat vino ebrius: βαβαί· χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος· ἅ ἅ, de quo loco vid. *Steph.* thes. ed. Paris. p. 26 sq. Or. 275. Orestes quasi irridens Furias, quae eum insequuntur, ira exacerbatus exclamat: ἅ ἅ. τί δῆτ' ἔμ'; ἐξακρίζετ' αἰθέρα, ita enim fortasse una serie legendum pro τί δῆτα μέλλετε. Huc pertinere videntur etiam Bacch. 586. 596; vid. supr. De quantitate vocum ἆ et ἄ vid. *Herm.* ad Soph. Phil. 1284.

ἀβάκχευτος. ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν Bacch. 472, *qui Bacchi sacris non sunt initiati.* ἀβάκχευτον θίασον Orest. 319, quem ἔλαχον Furiae; i. e. οὐ πρέποντα Διονύσῳ, ut *Schol.* explicat. *Aug. Matthiae.*

Ἀβαντίς. Ita vocatur Αἰῤῥυς Herc. f. 185, mons Euboeae, quia ex Hom. Il. β'. 536. Εὔβοιαν ἔχον μένεα πνείοντες Ἄβαντες; cf. *Strab.* X. in.

Ἄβας. n. pr. fr. dub. XLIV. Ἀγκεὺς Ἄβαντα φύει διάδοχον τυραννίδος.

ἄβατος, *invius, inaccessus.* Παρνησιάδες ἄβατοι κορυφαί Ion. 86. κατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους Temenid. fr. XVIII, 3. ἄβατον χώραν — ἐξημερώσας Herc. f. 851, *a nemine adhuc visitatam.* ἄβατον πέδον, θυγατρὸς σηκόν Bacch. 10, *quo ingredi non licet*, utpote locum sacrum et religiosum. Βρόμιος ἵνα τε σηκὸς ἄβατος ὄρεσι Μαινάδων Phoen. 1741, ubi *Schol.* δηλονότι τοῖς βεβήλοις. αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς ib. 816, *quo nemo penetrare potest, in immensum aetherem. Aug. M.*

ἄβιος. fr. inc. tr. CCLVI. *Bachm.* anecd. gr. I. p. 6, 6. ὁ μέντοι Εὐριπίδης ἐπὶ τοῦ δυσβίου ἐχρήσατο τῇ λέξει. *Bekk.* ib. p. 323, 18. Hoc glossema *Herm.* ad Ion. 778. ad illum locum refert.

ἀβίωτος, *non vitalis.* Alc. 242. ἀβίωτον τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει, *vitam non vitalem*, misere, *vivet.* Hinc Ion. 670. ἀβίωτόν ἡμῖν, *infelix nobis erit vita*, ut Herc. f. 1257. ἀναπτύξω δέ σοι ἀβίωτον ἡμῖν — ὄν. Hipp. 868. ἀβίωτος βίου τύχα. Nota Graecorum consuetudo; vid. ἄνυμφος, ἀπάρθενος etc. Hipp. 821. κατασυνὰ μὲν οὖν ἀβίωτος βίου i. e. ἀβιωτοποιός *Schol.* vid. *Matth.* ad h. l. *Herm.* ad Ion. 778. cum *Seidlero* de verss. dochm. p. 208. ob huius, quam sibi effinxit, antistrophicam illorum versuum rationem, ἀβίοτος. Si vero certissima est forma ἀβίοτος, ut contendit *Hermannus*, mirum Ion. 670. Herc. f. 1257. non ἀβίοτος, sed ἀβίωτος in prima iamb. trim. sede legi. De sensu vid. s. κατασυνά. Legitur etiam Ion. 764. ἔπαθον ἄχος ἀβίωτον. *Seidl.* ἀβίοτον. *Herm.* et *Dind.* ἄβιον (s. v.). Ald. et MSS. βίοτον; hinc fortasse quis legerit: ἔπαθον ἄχεος βίοτον, ut Bacch. 388. ὁ τᾶς ἡσυχίας βίοτος; glossator enim adscripsit: βίον ἀβίωτον.

ἀβλαβής. ὄλβος ἀβλαβὴς βροτοῖς Phrix. fr. XI, 1, *opes sine fraude quaesitae*, *innoxiae. Aug. M.*

ἀβουλία, *inconsiderantia, temeritas.* ᾐσθόμην ἀβουλίαν πολλὴν ἔχουσα καὶ μάτην θυμουμένη Med. 882. ὥλοντ' ἐρῶντες μειζόνων ἀβουλίᾳ fr. inc. tr. LXXI, 3.

ἄβουλος, *inconsultus.* ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη i. e. οὐκ ὀρθῶς βουλευομένη Suppl. 321; vid. *Matth.* ad h. l. ἡμεῖς ἀβούλως κἀκλεῶς ὀλώλαμεν Rhes. 761, i. e. *nostra culpa.* τὰς τῶνδ' ἀβούλους ξυμφορὰς Heracl. 153, *calamitates inconsiderantia contractas.*

ἀβριθής, *levis.* βάρος οὐκ ἀβριθὲς ἀλγέων ὕπερ (μέλη πατρός) Suppl. 1125.

[ἄβριξ, *insomnis.* Ita legitur Rhes. 730. ex MS. Steph. Ald. reli. Flor. 1. 2. ὕβριζ'. Nihil est certius, quam lectionem ἄβριξ esse falsam; sententia enim inepta esset: ἔα. σίγα πᾶς· ἄβριξ. Multo praestantius est quod *Reiskius* suspicatur et *Dind.* recepit ὕφιζ', *subside* speculans, ἴσως γὰρ εἰς βόλον τις ἔρχεται. In ὕβριζε latere videtur glossa ἄβριζε; sed ex Vict. Havn. ὕφιζος εἰς βόλον (Vatic. ὕφισος εὐβόλου) γὰρ ἴσως τις ἔρχεται coniicias ἰχθυοβόλος γὰρ ἴσως τις ἔρχεται i. e. *ut piscis in rete captus* i. e. εἰς βόλον.]

ἀβροκόμης, *foliis luxuriantibus vestitus.* Ita vocatur φοίνιξ Iph. T. 1099. ch. Ion. 920. ch. vid. s. ἁβρός.

ἀβρόπλουτος, *luxurians* (vid. s. ἁβρός). χαίτας ἀβρόπλουτον εἰς ἴριν ὑρνυμένα Iph. T. 1148, quod paulo post dicit πλοκάμους περιβαλλομένα γέννσιν ἐσκίαζον (s. v.). Sermo est de ornatu et nitore vestitus inter se certantibus.

ἁβρός proprie non est *delicatus*, *mollis*, *effeminatus*, sed *affluens copia* cuiusque generis, quae ad vitam iucundam et hilarem reddendam pertinet, quod etiam Latini *luxurians* dicunt. Herod. I, 71. *Πέρσῃσι, πρὶν Λυδοὺς καταστρέψασθαι, ἦν οὐδὲ ἁβρὸν οὐδὲ ἀγαθὸν οὐδέν, nihil elegans, καλόν*, ut explicat *Suid.* Hinc ἁβρὰ παθεῖν apud Theogn. *laute vivere (sich es wohl sein lassen).* ἁβροκόμας φοίνιξ (vid. supra), *palma foliis luxuriantibus et nitidis*, quod nos dicimus üppig. Troad. 506. ἄγετε τὸν ἁβρὸν δή ποτ' ἐν Τροίᾳ πόδα, quia Troianae mulieres ipsae in omnium rerum abundantia vixerant; eodem pertinet τὸ ἁβρὸν κῶλον pullae regiae Iph. A. 614; cf. Hel. 1544. ἁβρὸν πόδα τιθεῖσα. Hinc *secundus rerum status*, in quo *bonis a natura datis omnium rerum maxima est abundantia*, vocatur ἁβρότης; vid. infr. Quia vero eiusmodi homines bonis a natura sibi datis non tantum libenter utentes genio indulgere solent, sed etiam ad ornandum corpus etc. ea referre et aliis se ostentare, hinc significat eum, *qui ornatus studiosus est*, ut Herod. IV. 104. Ἀγάθυρσοι δὲ ἁβρότατοι ἄνδρες εἰσὶ καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα. Apud Thuc. I. 6. τὸ ἁβροδίαιτον opponitur severae antiquorum Dorumque vitae et significat *vitae genus liberius, non rigidis legibus adstrictum*, in quo voluptatibus quamvis modicis fruuntur; neque aliter accipiam Λυδοὺς ἁβροδιαίτους apud Aesch. Pers. 41. ἁβρὸς βόστρυχος Bacch. 493, *cincinnus et copiosus et bene curatus*, ut ἁβρόπλουτος χαίτα (vid. supra). Phoen. 1494. βοστρυχώδεος ἁβρὰ παρηΐδος sunt *genae nitidae cincinnis item nitidis et luxuriantibus obsitae.* ἁβρῶς vel ἁβρὰ βαίνειν *eleganter, cum cura venustatis incedere*, Med. 830. Troad. 821, unde ἁβροβάτης Aesch. Pers. 1073. Hinc *splendor regius* ἁβροσύνη Orest. 349. De *fastu*, qui *lento gradu* cernitur, valet ἁβρὸν βαίνειν Med. 1164, cf. ἁβρύνεσθαι. Sic nunc defenderim Suppl. 860. ὁρᾷς τὸν ἁβρὸν οὗ βέλος διέπτατο, de Capaneo, ᾧ βίος ἦν πολύς quique hinc corpus *nitidum*, *carne luxurians*, habebat. *Dind.* τὸ Διῶν. *Aug. M.*

ἁβροσύνη, *luxuria*, *splendor*. Μενέλαος ἄναξ πολλῇ ἁβροσύνῃ δῆλος ὁρᾶσθαι Or. 349. Vid. s. ἁβρός.

ἁβρότης i. q. ἁβροσύνη. οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι, *non in omnium rerum abundantia vivis* πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα, Iph. A. 1343; vid. s. ἁβρός. φερόμενος ἦξεις — ἁβρότητ' ἐμὴν λέγεις, *regiam pompam*, Bacch. 966 sq.

ἄβροχος, *non madefactus*. ἄβροχα (*sicca*) πεδία Hel. 1500.

ἁβρύνεσθαι, *superbire*. δοῦλος, οὐχ ἁβρύνομαι τῷδε Iph. A. 858. Vid. s. ἁβρός.

ἄβυσσος, *fundo carens*. Ταρτάρου εἰς ἄβυσσα χάσματα Phoen. 1599.

ἀγαθός, *probus.* ἄνδρ' ἀγαθὸν πιστόν τε Iph. A. 45. ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν τὸν ἀγαθὸν — τοὺς τρόπους μεθιστάναι ib. 346. πένητι κἀγαθῷ Dan. fr. XIV, 7. ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ ἀγαθοὶ (vid. s. ἀνήρ) σαφέστατοι φίλοι Hec. 1226. ἓν γ' ἀγαθοῖς ἀνδράσιν Hipp. 1294. χρὴ τῶν ἀγαθῶν διακναιομένων πενθεῖν Alc. 108. αἰνούμενοι γὰρ ἀγαθοὶ μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἢν αἰνῶσ' ἄγαν Iph. A. 979. ἀφορμὰς τοῖς λόγοισιν ἀγαθοὶ ἔχουσι Herc. f. 236. φίλων ἀγαθῶν πεπᾶσθαι βούλεται ib. 1426. παρ' ἀγαθοῖσι δ' ἀνδρῶν (εὐγένεια) Alex. fr. XVII, 2. ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν παρουσίαι Thes. fr. IX, 2. γυνὴ χρηστὴ κἀγαθή Iph. A. 780. *Rectus.* κρεῖσσον τὸ κακὸν ἐστι τἀγαθοῦ Phoen. 896. τὸ κακὸν ἀντὶ τἀγαθοῦ Iph. A. 488. ποῖ παρεπλάγχθην γνώμας ἀγαθᾶς Hipp. 240. γνώμην δικαίαν κἀγαθήν Hipp. 427. σῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν ib. 1419. φρενὸς εὐσεβοῦς τε κἀγαθῆς ib. 1454. ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθόν Chrys. fr. II, 2. σοὶ δ' οὐκ ἀρίσκει τἀγαθά Med. 621. τἀγάθ' ἀσκήσας Suppl. 912. *Fortis.* τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων μάρτυς γένοιτ' ἂν, ὅστις ἐστὶν ἀγαθός El. 378 et Suppl. 852. τοὺς πόνους γὰρ ἀγαθοὶ τολμῶσι, δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδέν Iph. T. 114. τοῖσι συνταχθεῖσιν οὐσι μὴ 'γαθοῖς αὐτὸς τέθνηκε Herc. f. 191. ἦ σπάνις τῶν ἀγαθῶν; Rhes. 246. πόλεις ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐκένωσεν Rhes. 914. ψυχὰς δὲ πολλὰς κἀγαθὰς ἀπώλεσας Androm. 612. *Nobilis.* ἀνδρὸς γὰρ ἀγαθοῦ κῆδος Iph. A. 625. πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ Heracl. 299. ἐκ πατέρων ἀγαθῶν ἐγένου Troad. 1254. πατέρων ἀγαθῶν εἶην Androm. 768. ἐν τοῖς ἀγαθοῖσι πάντ' ἔνεστιν σοφίας Alc. 605. λείψανα τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν οὐκ ἀφαιρεῖται χρόνος Androm. 775. *Prosper, secundus.* αὐτόματα πράξας τἀγάθ' εὐτυχέστατα Hel. 725. τὸ μέλλειν ἀγάθ' (i. e. πράσσειν) ἔχει τιν' ἡδονήν Or. 1182. πενθεροὺς δ' ἀνωφελεῖς λαβὼν πιέζει τἀγαθῷ τὸ δυστυχές Hipp. 637; vid. s. πιέζειν. χρὴ θύοντας αἰτεῖν ἀγαθά Hel. 760. τί σοι κατεύξῃ τἀγαθόν Iph. A. 1186. ἀλλ' ἐμὲ δίκαιον ἀγαθὸν εὔχεσθαι ib. 1188. ἔρπει κατάντης συμφορὰ πρὸς τἀγαθόν Rhes. 318. εἰς συμφορὰν ἀντὶ τἀγαθοῦ φέρει Hel. 311. τὸ κακὸν ἀγαθὸν σέ τε κἀμὲ συνάγαγε — χρόνιον Hel. 649. κοινῇ μετασχεῖν τἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ El. 607. ἐπ' ἀγαθοῖσι σοῖς κακά Phoen. 1221. ἐκ τῶν πόνων τἀγάθ' αὔξεται Erechth. fr. IX, 1. οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς Iph. A. 29. μυριάδας δ' ἀγαθῶν ἑτέρας ἑτέραις μεταμειβομένα Phoen. 837. τἀγάθ' ἐξᾶσαι φίλον Troad. 472. τὰ σαυτῆς ἀγάθ' ἔχουσα Ion. 1603. *Bene ominatus, faustus.* δὸς ἀγγελίαν ἀγαθάν τινά μοι Orest. 1276. ἐπῳδὴν Ὀρφέως ἀγαθήν Cycl. 642. ἀγαθᾷ μοίρᾳ Ion. 153. στόμα τ' εὔφημον φρουρεῖτ' ἀγαθὸν (*linguis favete*) φήμας τ' ἀγαθὰς (*fausta omina*) τοῖς ἐθέλουσι μαντεύεσθαι γλώσσης

ἰδίας ἀποφαίνειν Ion. 98 sq. vid. *Dindorfium* ad. h. l. *Utilis.* τὸ σον σπεύδων ἀγαθόν Hec. 122.

ἀγάλλειν, *ornare.* Med. 1027. γαμηλίους εὐνὰς ἀγῆλαι (ubi vid. not.), *ornare torum* praestando ea, quae in nuptiis moris sunt; τιμῆσαι explicat *Maxim. Planud.* in *Bachmanni* anecd. T. II. p. 89, 26. [Similiter Hel. 1449. γάμων ἀγάλματα; nam εὐνὰς ἀγάλλειν, *nuptias insignire*, proprie est matris, cui convenit ea, quae in nuptiis moris sunt, praestare; ad quod officiorum genus pertinet τὸ λαμπάδας ἀνασχέθειν; cf. Phoen. 346. οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πρέπει ματέρι μακαρίᾳ. *Bernh.* M.] Hinc Herc. f. 379. δόρκαν κτείνας θηροφόνον θεὰν Οἰνωᾶτιν ἀγάλλει, *(celebrando) honorat.* Ἀγάλλεσθαι, *gaudere, laetitia efferri, delectari.* Troad. 452. ἐκλέλοιφ' ἑορτὰς, αἷς πάρος ἠγαλλόμην. Bacch. 1194. ἀγάλλῃ; ad quod respondet Agave γέγηθα. Et cum accus. fausto cantu, choreis et aliis gaudii testificationibus deum *celebrare* ibid. 157. ἀγαλλόμεναι θεὸν ἐν Φρυγαίοισι βοαῖς ἐνοπαῖσί τε. De voce vid. *Ruhnk.* ad Timaeum p. 4. *Elmslei.* ad Med. 995. *Bergler.* ad Aristoph. Pac. 398. *Ast.* ad Plat. de leg. p. 532. *Aug. M.*

ἄγαλμα, quocunque aliquis delectatur, *ornamentum, decus.* Helen. 207. Κάστορός τε συγγόνου τε διδυμογενὲς ἄγαλμα πατρίδος, gemini fratres qui *patriae ornamento* sunt; vid. gramm gr. §. 380. Suppl. 373. καλὸν δ' ἄγαλμα πόλεσιν εὐσεβὴς πόνος. Troad. 193. Hecuba sese vocat νεκύων ἀμενηνὸν ἄγαλμα, cum acerba irrisione, quae *apud inferos insignis, conspicua* futura sit. Herc. f. 358. γενναίων δ' ἀρεταὶ πόνων τοῖς θανοῦσιν ἄγαλμα. Orest. 1435. σκύλων Φρυγίων ἀγάλματα ἐπὶ τύμβον συστολίσαι, *spolia*, quae ἀγάλματα essent *sepulcri*, ut Troad. 1220. πέπλων ἀγάλματα; cf. Herc. f. 425. Alc. 616. κόσμον νερτέρων ἀγάλματα, ut Herc. f. 703. νεκρῶν ἀγάλματα, *vestes*, quibus *ornantur ii, qui morti destinati sunt.* Troad. 451. Cassandra στέφη sua vocat ἀγάλματ' ἐΰια. Ib. 1212. μήτηρ πατρός σοι προστίθης' ἀγάλματα τῶν σῶν ποτ' ὄντων. Herc. f. 425. δρόμων τ' ἄλλων ἀγάλματ' εὐτυχῆ διῆλθε i. e. δρόμους, quae ipsi essent ἀγάλματα. El. 871. corona, quae Oresti offertur, vocatur κόμης ἄγαλμα, ut 873. Hel. 1449. γάμων ἀγάλματα, dona nuptialia, quibus *nuptiae condecorantur.* Herc. f. 49. καλλινίκου δορὸς ἄγαλμα, monumentum, quod ad *ornandam victoriam* spectat. Hinc Hec. 461. palma et laurus vocantur ἄγαλμα *partus* Latonae, ὠδῖνος δίας, quibus innixa partum edidit. Suppl. 631. τὸ σὸν (πόλεως) ἄγαλμα, ut Horatius Maecenatem *decus suum* vocat; vid. ibi *Musgr.* v. 633. Hinc de hominibus *speciosam corporis formam prae se ferentibus*, ceterum vanis El. 388. αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν ἀγάλ-

ματ' ἀγορᾶς εἶσίν. Autolyc. fr. I, 10. de athletis πόλεως ἀγάλματα φοιτῶσι. ἀνόνητον ἄγαλμα Thes. fr. III, 1. Similiter de uxore pulchra, sed improba Hipp. 631. ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτὸν γέγηθε κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι καλὸν κακίστῳ. Saepe sic vocantur liberi, quatenus parentibus ornamento, quo illi praecipue delectantur, *deliciae*, Suppl. 370. ματέρος ἄγαλμα φίλιον, filios occisos, ut 1164. φίλας ἄγαλμα ματρός, filiam. Iphig. T. 273. Nereides vocantur Νηρέως ἀγάλματα (vid. *Markl.* ad Suppl. 370), et animal, quod deo *in deliciis*, Fragm. inc. CXXVI. Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσῃ. Imprimis ἄγαλμα est *statua*, de qua satis erit locos tantum indicasse, Hec. 560. Phoen. 228. 635 (ubi v. *Valck.*). Hipp. 116. 1399. Andr. 115. 245. 860. Iph. T. 87. 112. 978. 997. 1158. 1385. 1441. 1448. 1480. Rhes. 502. Andr. fr. X. Eurysth. fragm. VIII, 3. De statua etiam accipiendus est locus Helen. 269. ἐξαλειφθεῖσ', ὡς ἄγαλμα; vid. not. Hel. 712. et 1230. Helena, quam secum advexerat Menelaus, vocatur νεφέλης ἄγαλμα, *formosa species* Helenae, *quam nebula prae se ferebat. Aug. M.*

Ἀγαμεμνόνειος, *Agamemnonius.* Or. 836. δρομάσι δινεύων βλεφάροις Ἀγαμεμνόνειος παῖς. ch. Iph. T. 1290. Ἀγαμεμνανεία παῖς.

Ἀγαμεμνόνιος, *Agamemnonius.* Iph. T. 1115. τᾶς ἑλαφοκτόνου θεᾶς ἀμφίπολον κούραν παῖδ' Ἀγαμεμνονίαν λατρεύω. Iph. A. 603. τὸ κλεινὸν τέκνον Ἀγαμεμνόνιον. Iph. T. 170. ὦ κατὰ γαίας Ἀγαμεμνόνιον θάλος. Andr. 1034. Ἀγαμεμνόνιος κέλωρ — ματρὸς φονεύς. Rhes. 258. Ἀγαμεμνόνιον κρᾶτα. ib. 44. Ἀγαμεμνονίαν σκηνάν. Troad. 139. σκηναῖσιν Ἀγαμεμνονίαις. In melicis modo exstat.

Ἀγαμέμνων. n. pr. Compellatur Hec. 752. 784. 895. 1114. 1177. 1187. 1233. Iph. A. 316. Palam. fr. I, 1. Teleph. fr. V, 1. Imploratur absens Or. 1234. Praeterea Hec. 1198. Ἀγαμέμνονος ἔκατι. ib. 504. Ἀγαμέμνονος πέμψαντος. ib. 725. δέμας Ἀγαμ. cf. 147. 738. Or. 617. ἀπείρατα τἀγαμέμνονος (*de Agam.*). Hel. 392. ὃς (Ἀτρεὺς) ἐξέφυσεν Ἀγαμέμνονα. Or. 17. Ἀτρέως ὁ κλεινὸς, εἰ δὴ κλεινὸς, Ἀγαμέμνων ἦν. Iph. T. 545. Ἀτρέως ἐλέγετο δή τις Ἀγαμέμνων ἄναξ. Iph. A. 30. σ' ἐφύτευσ', Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς. Or. 21. ὁ δὲ Κλυταιμνήστρας λέχος — Ἀγαμέμνων ἄναξ. ib. 177. Ἀγαμέμνονα εὐπατρίδαν. Iph. A. 912. τὰ δ' Ἀγαμέμνονος ὠμὰ καὶ πάντολμα. ib. 876. δεινὰ Ἀγαμέμνων ἔτλη. Orest. 719. τὰ δ' Ἀγαμέμνονος φροῦδα. Iph. T. 18. ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας, Ἀγάμεμνον. ib. 11. στόλον Ἑλληνικὸν συνήγαγ' Ἀγαμέμνων ἄναξ. Tr. 358. ὁ τῶν Ἀχαιῶν κλεινὸς Ἀγ. ἄναξ. Or. 647. Ἀγαμέμνων πατὴρ ἀδίκως ἀθροίσας Ἑλλάδα. Iph. A. 415. ὦ Πανελλήνων ἄναξ, Ἀγάμεμνον. El. 440. πορεύων Ἀχιλῆ σὺν Ἀγαμέμνονι Τρωικὰς ἐπὶ-ἀκτάς. Cf. Iph. A. 3. 13. 133. 431. 828.

869. 950. 961. Or. 437. Ἀγαμέμνονος σκῆπτρα. Tr. 177. σκηνὰς Ἀγαμέμνονος; cf. Hec. 54. Or. 1145. Ἀγαμέμνονος δόρυ. Tr. 249. ἐξαίρετόν νιν (Cassandram) ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ. ib. 44. γαμεῖ βιαίως σκότιον Ἀγαμέμνων λέχος. Hec. 124. τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων λέκτρ' Ἀγαμέμνων. El. 1079. Ἀγαμέμνον' οὐ χρήζουσαν ἐκ Τροίας μολεῖν. Iph. T. 664. τὸν ἄθλιον Ἀγαμέμνονα. Or. 497. ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ κάρα. El. 124. σᾶς ἀλόχου σφαγεὶς, Ἀγάμεμνον. El. 763. Ἀγαμέμνονος φονέα; cf. 41. Orest. 360. Ἀγαμέμνονος τύχας καὶ θάνατον. El. 323. Ἀγαμέμνονος τύμβος ἠτιμασμένος. ib. 23. Ἀγαμέμνονος ποινάτορας. Iph. A. 621. τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον; cf. Or. 82. 325. 1038. Iph. T. 1416. Or. 371. τὸν παῖδα Ἀγαμέμνονος; cf. 376. 463. 853. 922. 1167. Andr. 892. 1061. 1090. El. 33. 392. 488. 833. 1238. Iph. T. 1158. 1331. 1362. 1474. 1487. Andr. 884. Ἀγαμέμνονος τόκος. El. 571. τόνδε τὸν Ἀγαμέμνονος. El. 115. Ἀγαμέμνονος κούρα; cf. 186. 167. Ἀγαμέμνονος ὦ κόρα. Iph. T. 801. Ἀγαμέμνονος γεγῶσα. ib. 1398. Ἀγαμέμνονος παῖς (Iphigenia).

ἄγαμος, *innuptus*. Iungitur fere cum ἄτεκνος, ut Orest. 205. Iph. T. 220. Hel. 695. Alc. 885. ζηλῶ ἀγάμους ἀτέκνους τε βροτῶν; cf. 891. Eandem vim subesse voci, etsi non expressam, Suppl. 786. ἄγαμόν με χρόνος ὤφελε κτίσαι, e v. 789. apparet, τί γάρ μ' ἔδει παίδων; At Hel. 696. γάμος ἄγαμος est *infaustum coniugium*; vid. gramm. gr. §. 446. 4. *Aug. M.*

ἄγᾱν stirpe cognatum esse cum ἄγεσθαι, quatenus est *ferri*, ut *vehemens* cum *vehi*, recte monent; propria est igitur notio *vehementiae* seu *gravitatis*, quod, qui impetu feruntur, *vehementes* sunt nec facile cessant ab aestuando. Ita fr. inc. tr. CXXIX, 1. τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται θεὸς, τὰ μικρὰ — ἀφεὶς ἐᾷ i. e. *magna* seu *gravia curat*, quae quasi in sublime feruntur. τοὺς ἄγαν ἐῤῥωμένους, Λαερτίου παῖ Rhes. 668, *admodum validos, viribus excellentes*, quos robur quasi *aufert* ad res agendas. Ita *Schol.* Pind. Isthm. VII, 13. ἀκαμαντολογχᾶν bene explicat τῶν ἄγαν πολεμικῶν, quae verba *Musgrav.* falso refert inter fragm. CCV. Hinc quamquam proprie de iis, quae *vehementer sine intermissione, sine mora* fiunt, dicitur, tamen, quia praecipue vituperationi inservit, irrepsit potius quae non est propria notio, *supra modum, immodice, nimis*. ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν ἐλθόντες Med. 627. τῶν φρονημάτων τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων Heracl. 389; cf. Suppl. 864. Oen. fr. II (IX), 2. οὐ ταπεινὸς οὐδ' ἄγαν εὔογκος i. e. qui mediam viam non excedit Syl. fr. II (III), 1, ut οἱ Κύπριν φιύγοντες ἄγαν νοσοῦσι ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις Hipp. fr. VI (V). οὔτ' ἄγαν πρόσω οὔτ' ἐγγύς Hel. 1593, *nicht mehr zu weit und doch nicht nahe*. Huc pertinet Hipp. 265. τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ τοῦ

μηδὲν ἄγαν, *nimium agere minus laudo quam illud ne quid nimis.* ἄγαν φρονεῖν, *parum sapere* fr. inc. tr. CXVIII, 3. παύσει, καίπερ ὠμὸς ὢν ἄγαν, *noch so sehr*, Alc. 64. ἄγαν ἐκεῖνος ἔστ' ἄγαν φιλόξενος Alc. 812, ita ut sua ipsius mala taceat, ne hospitem propellat. ἦν αἰνῶσ' ἄγαν Iph. A. 980; cf. Heracl. 205. σε παραιτοῦμαι τάδε — εἰ κατῳκτίσθην ἄγαν Iph. A. 686; cf. Hel. 1414. 1435. El. 1181. 1105. Or. 313. Alc. 682. ἄγαν ἐφῆκας γλῶσσαν Andr. 955; cf. 729. ὁ θεὸς ἐνδίκως μὲν, ἀλλ' ἄγαν — ἀπώλεσε Bacch. 1247. Praeterea vid. Iph. T. 1219. Erecht. fr. XVII (I), p. 172. ed. Matth. v. 7. Cresph. fr. I—VII (XII—XVIII), v. 7. Hinc adnectitur id, pro cuius ratione quis nimium agit. ἄγαν ἔλεξας ὡς γυνή Andr. 364. Huc pertinet Ino fr. XIV (XX), μὴ σκυθρωπὸς ἴσθ' ἄγαν πρὸς τοὺς κακῶς πράσσοντας ἄνθρωπος γεγώς. In Herc. f. 1414, si haec sunt recte ab *Hermanno* correcta, Herculi dicenti ξῶ σοι ταπεινός. ἀλλὰ πρόσθεν οὔ, δοκῶ, respondet Theseus ἄγαν γ' i. e. *sane hoc si quidquam verum est* (nur zu wahr). Irrisioni inservit οὐκ ἄγαν, ita ut sit *parum, minime.* οὐκ ἄγαν σφ' ἐπῄνεσα cum ironia dictum Phoen. 772. ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός Med. 582, de eo, qui cum aliorum damno sapit. Hinc ib. 305. σοφὴ γὰρ οὖσα τοῖς μὲν εἶμ' ἐπίφθονος — εἶμι δ' οὐκ ἄγαν σοφή sc. ad vestras malitias calumniasque indagandas. Cum substantivo iungitur Or. 707. τὰς ἄγαν προθυμίας, *nimis vehementes impetus.* ὁ πλοῦτος αἴτ' ἄγαν τρυφαῖ Alex. fr. XV, 2. τὴν ἄγαν λύπην Alc. 797. τοὺς ἄγαν πόνους Oenom. fr. V, 4. [Ultima syllaba producitur, ut Alc. 682, ubi vulgo additur μ'. Andr. 364, ubi addebatur γ'. ib. 955. Rhes. 668, ubi vulgo ἄγαν γ'. Cf. Heracl. 389. Or 313. Alc. 812. Vid. *Brunck.* ad Androm. 364. *Aug. M.*]

ἀγανός, *blandus.* Iph. A. 601. δεξώμεθα, μὴ σφαλερῶς [ἐπὶ τὴν γαῖαν], ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ. Si non totus locus a vers. 600 — 606. eiiciendus est, ut videtur *L. Dindorfio* et *Hermanno*, at certo verba ἐπὶ τὴν γαῖαν, ἀγανῶς δὲ χεροῖν interpolatoris sunt, cf. v. 615 etc. Nam verba σφαλερῶς et μαλακῇ γνώμῃ iungenda sunt c. seq. μὴ ταρβήσῃ et apte dicuntur de molli et pavido virginis animo.

ἀγαπάζειν i. q. ἀγαπᾶν. νέκυν ἀγαπάζων Phoen. 1337, ubi vid. not. *Aug. M.*

ἀγαπᾶν, *blandiri, amore prosequi.* ἠγάπα νεκρούς Suppl. 764, *mortuum amplecti*, quod signum est luctus (male vertit *Schneid.* in lex.). Hinc etiam δακρύοις ἂν ἠγάπων Hel. 943, *ex animo deflerem. Aug. M.*

ἄγασθαι, *admirari.* ἀγάμεθ', ἀγάμεθα, Phoen. 1061. ἄγαμαι λήματος Rhes. 245. *Probare.* οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρός Iph. A. 28. *Invidere.* οὐκ ἀγασθῆναί φίλοις Herc. f. 845, de quo loco vid. not. *Aug. M.*

ἀγαστός, *invidendus.* οὐκέτι μοι βίος ἀγαστὸς ἐν φάει Hec. 169. Ἀγαυή. Bacch. 1104. 1147. Ib. 971. Ἀγαυὴ αἳ Θ' ὁμόσποροι Κάδμου θυγατέρες. Ib. 1165. Πενθέως Ἀγαυὴν μητέρα. Cf. 507. 719. 681. 924. 1090. 229. Ἀγαυὴν, ἥ μ' (Pentheum) ἔτικτ' Ἐχίονι. Ib. 1229. δεῦρο βακχείῳ ποδὶ στείχειν Ἀγαυήν. 727. Ἀγαυὴ πλησίον θρώσκουσα. 1115. τλήμων Ἀγαυή. 1179. μάκαιρ' Ἀγαυή. De accentu in media syllaba Ἀγαύη disserit *Herm.* ad Bacch. 1141. et *Goettling.* de acc. p. 148. Cf. Ἀξιός.

ἀγγελία, *nuntius.* δὸς ἀγγελίαν ἀγαθάν Or. 1276. ἀγγελίαν μοι ἐνέγκατε Heracl. 751. καρύξατ' ἀγγελίαν Hel. 1507. οὐδ' ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακε Iph. T. 461. ἀγγελίαν μανθάνειν Ion. 771. ἥδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγελίαν δεξαίμεσθα Iph. T. 447. ἀγγελίας βάρος ἀραμένη Hec. 107. δυστυχὲς ἀγγελίας ἔπος οἴσει Phoen. 1540.

ἀγγέλλειν, *nuntiare.* De iis, qui vicem ἀγγέλου sustinent. καινὸν ἀγγελῶν ἔπος Phoen. 1082. καινὸν ἀγγελεῖ κακὸν Med. 1120. ὃς πᾶν ἀγγελεῖ τὸ δρώμενον Phoen. 1344. οἵας ἀγγελῶν ἥκω τύχας Androm. 1071. ἥκω νίκην ἀγγελῶν Suppl. 638. εὖ μὲν νόστον ἀγγέλλεις ib. 641. πάντ' ἂν ἀγγέλλοις φίλα ib. 643. καινῶν φόρτον ἀγγέλλων κακῶν Iph. T. 1306. σὺ ποίμνας δεσπόταις τελεσφόρους ἥκειν ἔοικας ἀγγελῶν Rhes. 268. ὅστις τάδ' ἀγγέλλει σαφῆ Hel. 1216. τάδ' ἀγγελοῦντα ib. 1633. πᾶσιν ἀγγέλλω φίλοις Electr. 762. βάξιν, ἣν ἤγγειλέ μοί τις Orest. 1559. ἀγγεῖλαι μολών Iph. T. 588. ἀγγέλλεται δόλος κρυφαῖος Rhes. 91. ἀγγελθεῖσά μοι γενναῖος Hec. 591. κἀνθάδ' ἠγγέλης μανείς Iph. T. 932. Hinc etiam de iis dicitur, qui novum aliquid referendo personam nuntii induunt. Ita chorus de se dicit ἀγγέλλωμεν εἰς πόλιν τάδε Orest. 1539. Rhes. 34. τὰ μὲν ἀγγέλλειν δείματα chorus dicitur, ut v. 39. νέον ἀγγέλλειν et v. 52. ἀγγέλλων φόβον. De praecone Suppl. 399. πρὸς τίν' ἀγγεῖλαί με χρὴ λόγους. Heracl. 54. πολλὰ ἤγγειλας κακά. De Talthybio Troad. 238. Ταλθύβιος ἥκω κοινὸν ἀγγελῶν κακόν. ib. 705. ἀγγελῶ ἀγγέλματα. Ita de omnibus, qui aliquid *indicant, referunt;* vid. ἄγγελος. Med. 1009. μῶν τιν' ἀγγέλλων τύχην οὐκ οἶδα. ib. 1011. ἤγγειλας οἵ' ἤγγειλας. V. *Matth.* ad Iph. T. 561. Alc. 207. σὴν ἀγγελῶ παρουσίαν. Heracl. 798. μάχης ἀγῶνα πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω. Andr. 822. ἐφ' οἷσιν ἦλθες ἀγγέλλουσα. Hel. 454. ἄγγειλον εἴσω δεσπόταισι. ib. 455. πικρῶς ἂν οἶμαι γ' ἀγγελεῖν τοὺς σοὺς λόγους Hec. 188. τί τόδ' ἀγγέλλεις; De Polyxena ad inferos ingressura Hec. 423. ἄγγελλε πασῶν ἀθλιωτάτην ἐμέ. Or. 617. ὀνείρατ' ἀγγέλλουσα ταὐγαμέμνονος. Iph. A. 1448. τί δαὶ κασιγνήταισιν ἀγγελῶ. Iph. T. 582. θέλοις ἄν — ἀγγεῖλαι. ib. 769. ἄγγελλ' Ὀρέστῃ; cf. 704. 740. αὐτὸν ἀγγέλλων θανεῖν Hel. 1534. ὦ κάκ' ἀγγέλλων πάτερ Herc. f.

1136. πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἄν El. 418. De Minerva ἐκ θεῶν κοινὸν ἀγγέλλεις ἔπος Troad. 55. Hinc Ion. 180. aves vocat τοὺς θεῶν ἀγγέλλοντας φήμας θνατοῖς. Hec. 735. οὐ γὰρ Ἀργείων, πέπλοι — ἀγγέλλουσί μοι. Hec. 196. ἀγέλλουσι δόξαι Ἀργείων ψήφῳ. Iussum referre, edicere Antiop. fr. XVII, 1. πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς — εὐγενῆ σπείρειν τέκνα. Hec. 727. Ταλθύβιος ἤγγειλέ μοι μὴ θιγγάνειν σῆς μήδεν' Ἀργείων κόρης.

ἄγγελμα, nuntius. μῶν τι πολεμίων πάρα ἄγγελμ' ἀνεπτέρωκε; Orest. 874. Cf. Iph. T. 1184. Troad. 706. Heracl. 660. ibid. 789. *Aug. M.*

ἄγγελος, nuntius. οὐ μακρὰν δ' ἄγγελος Or. 848; itemque Or. 854. Phoen. 83. 1343. Hipp. 1175. Iph. A. 1603. Rhes. 254. 340. Praeco Suppl. 459. 462. dicitur. ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος fr. inc. XIX. μῶν οὐ δοκεῖ σοι φροντίσαι τιν' ἀγγέλων Andr. 82; cf. 563. El. 759. Heracl. 393. καινῶν ἄγγελον βουλευμάτων Creontem vocat chorus Med. 270. Talthybium Hecuba Troad. 703. Porro θέλεις οὖν ἄγγελος μολεῖν σύ μοι; interrogat Andromache famulam Andr. 83. ἄγγελον chorus se vocat Rhes. 50. ὁ Διὸς ἄγγελος vocatur Mercurius Iph. A. 1302. et Electr. 462. Hinc βοὴν ἄγγελον φόβου Heracl. 656. ἄγγελον γλῶσσαν λόγων Suppl. 203. *Aug. M.*

ἄγγος, vas. τόδ' ἄγγος τῷδ' ἐφεδρεῦον κάρᾳ φέρουσα El. 55. εἰς δ' ἄγγος βακχίου μέτρημα πληρώσαντες Iph. T. 953, quod ib. v. 960. dicitur χοῆρες ἄγγος Παλλάδος. Ion. 1398. ὁρῶ γὰρ ἄγγος, οὗ 'ξέθηκ' ἐγώ ποτε, σέ γε βρέφος ἔτ' ὄντα νήπιον, de quo vase item sermo est v. 32. 1337. 1412, et quod vocat ib. 19. ἀντίπηγα (s. v.).

ἄγειν, ducere, abducere. Or. 475. ἄγετέ με. Cf. ib. 1444. Hec. 369. Iph. A. 415. 666. 885. 892 sq. 905. 1118. 1475. Hel. 1146. Ion. 654. Troad. 769. ἄγετε, φέρετε. Or. 740. ἐκείνη κεῖνον ἐνθάδ' ἤγαγεν. Alc. 1024. ἵππους δεῦρο ἄγων. ib. 856. ἄξειν ἄνω, in vitam reducere. Hec. 1213. ζῶντ' ἦλθες Ἀργείοις ἄγων. Or. 1365. ὃς ἄγαγ' Ἑλλάδ' εἰς Ἴλιον. Cf. Suppl. 1104. Iph. A. 588. Iph. T. 77. Bacch. 115. 972. Ion. 838. 895. Herc. f. 453 sq. 611. 1088. Hec. 266. Alcmen. fr. VIII (VI). τὸν γὰρ κάκιστον πλοῦτος εἰς πρώτους ἄγει. Suppl. 360. πρὸς οἴκους νιν ἄγω. Cf. Iph. A. 642. 1556. Iph. T. 138. Hec. 336. Hel. 1149. ἐπὶ ναυσὶν ἄγων. Iph. T. 1001. κἄμ' ἐπὶ — νεὼς ἄξεις. Andr. 1062 νιν βέβηκ' ἄγων χθονός. El. 1021. ἐκ δόμων ἄγων. Cf. Bacch. 51. Med. 726. 1045. Or. 628. ἡμᾶς ἀπ' οἴκων ἄγετε. Cf. ib. 65. Andr. 985. Hec. 59 sq. ἄγετ', ὦ παῖδες, τὴν γραῦν πρὸ δόμων. De eo, qui *praest exercitui*, Suppl. 14. 229. Phoen. 78. πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων ἄγει; cf. Andr. 607. Phoen. 444. μυρίαν ἄγων λόγχην.

ib. 469. στράτευμα Δαναΐδων ἄγων. Bacch. 1353. ἀγαγεῖν βάρβαρον στρατόν; cf. Rhes. 110. Troad. 807. Ἑλλάδος ἄγαγε πρῶτον ἄνθος. Iph. A. 247. ἄγων νῆας; cf. 262. ib. 284. λευκήρετμον Ἄρη ἦγεν. *Abducere ut captivum seu alia ratione.* Med. 736. ἄγουσιν οὐ μεθεῖ' ἂν ἐκ γαίας ἐμέ. Cf. 750. Alc. 260. Andr. 557. 561. 568. Iph. A. 135. ἦγεν σφάγιον Δαναοῖς. Cf. 1365. Troad. 188. Heracl. 68. Hel. 115. πρὸς βίαν ἄγειν Andr. 754. Cf. Iph. A. 319. Troad. 998. Heracl. 64. 128. 255. Bacch. 518. εἰς δεσμοὺς ἄγειν. Et in pass. Hec. 937. Andr. 109. Iph. T. 858. Tr. 140. 610. 1310. Bacch. 744. Herc. f. 454. πρὸς τὴν δίκην ἄγειν fr. inc. tr. XLII, 3, *in ius trahere.* Θυμὸς ἄγειν dicitur Med. 310. ἐξέδου κόρην, ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν, *abripere.* Dubia est scriptura Sisyph. fr. I, 28. μάλιστ' ἂν ἐξέπληξεν ἀνθρώπους ἄγων; vid not. [Huc referendus est locus Hec. 1146. λόγῳ με τοιῷδ' ἦγαγ' ὡς κεκρυμμένας θήκας φράσουσα — ἐν Ἰλίῳ χρυσοῦ, *decepit*; ita explicari potest etiam Sisyph. fr. I, 28. ἐξέπληξεν ἀνθρώπους ἄγων, ut v. 26. ψευδεῖ καλύψας τὴν ἀλήθειαν λόγῳ. De fato, quod omnia *abripit* quocunque vult, dicitur Hec. 43. ἡ πεπρωμένη δ' ἄγει θανεῖν ἀδελφήν. fr. inc. tr. CLXXXVI, 6. τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ἀναπίπτοντας ἄτερ βίου, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας ἄγει (ὁ δαίμων), vid. El. 1300. Hinc Venus dicitur τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα καὶ βροτῶν ἄγειν, *delinire*, Hipp. 1269.] Etiam de rebus, *ferre*, *trahere*. ἄγειν πόδα, *ducere*, Troad. 506. Andr. 619 τεύχη — ὅμοι' ἐκεῖσε δεῦρό τ' ἤγαγες πάλιν. Iph. T. 1352. ἦγον διὰ χερῶν πρυμνήσια. ib. 1397. κλύδων παλίῤῥους ἦγε ναῦν. Hel. 1127. μέλεα (s. v.) Πριαμίδαις ἄγων λέχεα. El. 590. θεὸς ἀμετέραν τις ἄγει νίκαν. Andr. 277. τρίπωλον ἅρμα δαιμόνων ἄγων. El. 1136. τούσδ' ὄχους φάτναις ἄγοντες. Hel. 243. Δαναΐδαις ἄγουσα θάνατον. Antig. fr. XIV. τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει. Alc. 1084. τὸ γὰρ φιλῆσαι τὸν θανόντ' ἄγει δάκρυ. Bacch. 168. πῶλος — κῶλον ἄγει ταχύπουν, *agitat*. ib. 1063. κλάδον ἦγεν εἰς πέδον, pro quibus mox v. 1066. κλῶν' ἄγων ἔκαμπτεν ἐς γῆν. De mortuis, ἄγειν ἐκ φόνου, *e strage auferre*, Suppl. 762. *Inferre*, *introducere*, Bacch. 465. τελετὰς ἄγεις εἰς Ἑλλάδα. Troad. 888. κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις, *administrare*. fr. inc. tr. XXXIX, 3. τἀμφανῆ δ' ὑψήλ' ἄγειν, *in altum evehere*. *Ducere* i. e. *existimare*. Bacch. 1035. Θήβας δ' ἀνάνδρους ὧδ' ἄγεις; ib. 225. τὴν Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου, *Venerem pluris facere quam Bacchum*. Aliae formulae: λυπρὰν ἄγειν ἡμέραν Hec. 364. βίοτον ἡδέως ἄγειν Cycl. 452. ἄγειν αἰῶνα ἐν θεῶν εὐχαῖς Ion. 638. ἐπὶ τὰ καλὰ βίον ἡμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ ἄγοντ' εὐσεβεῖν Bacch. 1007 [vid. not. (962) et s. εὐσεβεῖν]. κτύπον ἠγάγετε Or. 183 [ut Soph. Ai. 382. γέλωτα ἄγειν, *excitare*].

ἀδίκημα, *iniuria.* δοκεῖτε πηδᾶν τἀδικήματα (quae quis perpetitur) εἰς θεοὺς πτεροῖσι Melan. fr. XII (III), 1. Ion se vocat ἀδικημά του γυναικός Ion. 325, *e stupro illato natum.* Ita τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον Aug. fr. I, 2. *Aug. M.*

ἀδικία, *iniustitia.* Φοίβου δ' ἀδικίαν τί δεῖ κατηγορεῖν; Or. 28. τῆς σῆς γυναικὸς ἀδικίαν ἰώμενος ib. 649. σύ τοι σέβεις δίκαν, τὸ δ' ἧσσον ἀδικίᾳ νέμεις αἰεί Suppl. 379. ἐξελαυνόμεσθα πατρίδος ἀδικίᾳ γε, *iniuria,* Phoen. 611. Tyrannidem poeta vocat ἀδικίαν εὐδαίμονα Phoen. 552. ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ fr. inc. X (XLV). De *vi* virgini *illata.* ἀνδρὸς ἀδικίαν αἰσχύνεται Ion. 341. Huc pertinet ναοὺς τίνοντες ἀδικίας κενώσετε ib. 447. Ambigue loquitur Creusa ib. 254. τῶν κρατούντων ἀδικίαις ὀλούμεθα.

ἄδικος, *iniustus.* χρὴ μηκέθ' ἡγεῖσθαι θεοὺς, εἰ τἄδικ' ἔσται τῆς δίκης ὑπέρτερα El. 584. ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι Hec. 801. οὐκ ἔστι τὰ θεῶν ἄδικα Peliad. fr. III, 1. φονεὺς αὐτῆς ἐγὼ ἀδίκως μέν, ἀλλὰ τἄδικον τοῦτ' ἔστ' ἐμόν Hel. 288. μὴ δύνασθαι (ἔδει) τἄδικ' εὖ λέγειν ποτέ Hec. 1191. γλώσσῃ αὐχῶν τἄδικ' εὖ περιστελεῖν Med. 582. ἡ φρονοῦσα ἄδικα Hipp. 930. συντιθέντες

τἄδικα Ion. 833. ἄδικα πεπονθώς Phoen. 470; cf. Med. 207. Ion. 963. διὰ σὲ πάσχω τάλας ἀδίκως Or. 1228. ἀδίκως εὐτυχεῖτ' ἀν' Ἑλλάδα Andr. 450. λαβεῖν χρή μ' ἄδικόν τι παρὰ σοῦ Or. 646. στρατεύσας ἄδικα Erecht. fr. IV. ἀδίκως ἀθροίσας Ἑλλάδα Or. 647. συλώμεθα σὴν ψυχὴν ἀδίκως (v. l. ἀδόκως) Troad. 786. οὐκ ἀδίκως (γαῖα) μήτηρ πάντων νενόμισται Chrysipp. fr. VI (VII), 6. ἄδικον ὁ πλοῦτος Alex. fr. XIV. οὐκ οὖσ' ἄδικός εἰμι δυσκλεής Hel. 277. ἄδικος ἡ θεός (φιλοτιμία) Phoen. 535. ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν Or. 162. ἄδικος ἄδικά τ' ἐκπορίζων ἀνήρ Bacch. 1040. ὅστις ἄδικος ὢν σοφὸς λέγειν πέφυκε Med. 580. οὐδεὶς ἄδικος ἔστι μοι φίλος Hipp. 614. ᾠνοχόος ἄδικος Cycl. 557. τῶν ἄλλων βροτῶν τὸν ἄδικον fr. inc. trag. II, 3. τῶν ἀδίκων παραιρῶν φρονήματος alii Heracl. 908. τοὺς ἀδίκους βωμὸν οὐχ ἵζειν ἐχρῆν Ion. 1314. θιοὶ τῶν ἀδίκων μέλουσι καὶ τῶν ὁσίων ἐπαΐειν (s. v.) Herc. f. 772. τούσδ' ἀδίκους καθελόντες El. 878. ἀδίκων γενεά Belleroph. fr. XXVI (VI), 4. ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν Ion. 1095. σώματα ἄδικα δικαίοις συμμιγνύναι Suppl. 224. τὸν ἄθεον ἄδικον Ἐχίονος γόνον γηγενῆ Bacch. 993; cf. 1013. πατρὸς ἐξ ἀδίκου χρησμοῖς ἀδίκοις διειλημάνθην Hipp. 1349 sq. οὔτε πλοῦτός ποτε βέβαιος ἄδικος, iniuste parta, Erecht. fr. X (IX), 3; cf. ib. XX (II), 11. ἑαυτέος δ' ὁ πλοῦτος ἄδικος ὥς τις ὤν Hel. 911, quem versum ut spurium omisit *Dind. Hermannum* secutus ad Elmsl. Med. p. 376 sq. Lips. ὄλβος ἄδικος ἐξέπτατ' οἶκων El. 943. νοῦς δέ γ' οὐ βέβαιος ἄδικον κτῆμα Iph. A. 334. ἀδίκῳ γνώμᾳ Bacch. 995. ἄδικος λόγος Phoen. 474. ἰαχὴ σέθεν ἄδικος Hel. 1162. οὐ γὰρ ἄδικον εἰς ἀγῶνα ὁρμᾷ Phoen. 265. δύνασιν ἄδικον Herc. f. 776. ἀδίκων γάμων (ἔρως) Hel. 674. Ald. rell. ἀθλίων. χἠρίτας πονηρὰς κἀδίκους Hel. 908. εἰς ἀδίκους πράξεις fr. inc. tr. CLIII, 3. ξύνεργος ἀδίκων ἔργων Hipp. 676. βίου κέλευθον ἄθεον ὁδὸν Herc. f. 434.

ἄδιψος, non sitiens. τέγξας ἄδιψον νηδύν Cycl. 570.

Ἀδμήτειος. ὦ δώματ' Ἀδμήτεια Alc. 1.

Ἄδμητος, n. pr. Alc. 767. 480. 280. 416. 539. 555. 1010. 1012. 1151. — 513. Ἄδμητε — Θεσσαλῶν ἄναξ. 511. τῆσδε κοίρανος χθονὸς Ἄδμητος. 392. Ἀδμήτου γυνή. 68. ἐν Ἀδμήτου δόμοις. 764. ἐν Ἀδμήτου; cf. 78. 170. 751. Ib. 13. Ἄδμητον λίσθην ἐκφυγεῖν. 32. μόρον Ἀδμήτου διακωλῦσαι. 95. πῶς ἂν ἔρημον τάφον Ἄδμητος ἔπραξε γυναικός. 221. ἔξευρε μηχανάν τιν' Ἀδμήτῳ κακῶν. 845. Ἀδμήτῳ θ' ὑπουργῆσαι χάριν.

ἀδόκητος, inopinatus. μόλις φανεὶς ἄελπτα κἀδόκητα Phoen. 318. ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δόμων Erecht. fr. XX (II), 31. τῶν ἀδο-

κήτων πόρον εὗρε θεός Med. 1418. Alc. 1165. Androm. 1238. Bacch. 1389. Hel. 1707. τίς — ἢ θεὸς ἢ βροτὸς ἢ τί τῶν ἀδοκήτων φανεῖ κακῶν ἔκλυσιν Iph. T. 896, *quae rerum inopinatarum*; vid. *Herm.* ad l. ἀδόκητος ἀδονά Ion. 1448. ἀδόκητον ἔχω σε πρὸς στέρνοις Hel. 663. δοκεῖν τἀδόκητ' οὐ χρή Herc. f. 93, *non speranda.*

ἀδόκιμος, *ignobilis, humilis.* πέπλων λακίσματ' ἀδόκιμ' ὀλβίοις ἔχειν Troad. 497. Vid. δόκιμος.

ἄδολος, *sincerus.* συντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις γενναίας ψυχᾶς Suppl. 1029.

ἀδονά, v. ἡδονή.

ἀδοξεῖν, *inglorium esse.* λόγος ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν κἀκ τῶν δοκούντων Hec. 294.

ἀδοξία, *ignobilitas.* ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἐστὶν ἡ ἀδοξία Erecht. fr. XX (II), 16.

ἄδουλος. ἄκληστ' ἄδουλα δώμαθ' ἑστίας λιπών Andr. 594. *Brunckio* suspectum ἄδουλα; vid. *Matth.* ad h. l. *Pflugk.* assentiri videtur *Matthiae:* at obscurius uterque. Adiectiva cum α στερητικῷ composita persaepe non tam negant ipsam rem *existere*, quam *vim* et *naturam* rei *talem* esse, qualis ut sit notio vocis efflagitat; quae vis praecipue cernitur in illis γάμος ἄγαμος, νύμφη ἄνυμφος etc. Ita h. l. non negantur clausae fores et servorum custodiae sed ἄκληστα et ἄδουλα dicuntur δώματα, quatenus Menelaus γυναῖκα οὐ σώφρον' ἐν δόμοις ἔχει i. e. *male clausa et male servorum custodia munita domus*, non ut *Pflugk.* vertit: *servorum custodia destituta.* Omnis loci obscuritas evanescit, si transponamus verba λιπών et ἔχων: ἄκληστ' ἄδουλα δωμ. — ἔχων ὡς δὴ γυν. — λιπών. [De sensu recte, sed transpositione non magis opus quam correctione. *Const. M.*]

Ἀδράστεια, *Nemesis.* ἃ Διὸς παῖς Rhes. 342. σὺν δ' Ἀδραστείᾳ — στρατεύειν γῆν ἐπ' Ἀργείων θέλω ib. 468.

Ἄδραστος, n. pr. Partes agit in fabula Suppl. v. 354. 513. 592. 840. 942. 1165. 1189. 1232. Ib. 14. Ἄδραστος Ἀργείων ἄναξ; cf. 105. Phoen. 584. ὦ κακὰ μνηστεύματα Ἄδραστε προσθεὶς. ib. 77. κῆδος Ἀδράστου λαβών. 711. κήδει Ἀδράστου πεποιθότα. 1375. γάμοις ἔζευξ' Ἀδράστου παῖδα (Polynices Argiam). Oen. fr. I, 4. παῖδα δ' Ἀδράστου λαβών (Tydeus Deiphylen), cf. Phoen. 412. 418. 423. ib. 430 sq. Ἄδραστος ὤμοσεν γαμβροῖς κατάξειν ἐς πάτραν, cf. Suppl. 14 sq. Phoen. 572. ib. 1141. ταῖς ἑβδόμαις Ἄδραστος ἐν πύλαισιν ἦν, cf. v. 163. ib. 1194. εἰδ' Ἄδραστος Ζῆνα πολέμιον στρατῷ, cf. 956. Suppl. 644. ib. 21. Ἄδραστος ὄμμα δάκρυσιν τέγγων ὅδε κεῖται, cf. 104. 105. 468.

Ἄδραστον ἐς γην τῆνδε (Athenas) μὴ παριέναι. Dubia lectio Iph. A. 269. σὺν δ' Ἄδραστος ἦν ταγὸς ὡς φίλος φίλῳ, τᾶς φυγούσας μέλαθρα βαρβάρων χάριν γάμων πρᾶξιν Ἕλλας ὡς λάβοι. Vid. *Musgrav.* et *Matth.* *Markl.* ἀδελφός, quem secutus est *Hermannus*, uncis tamen incluso loco, quod vereor ne solum sit loci remedium. [Alienissimum Adrasti nomen. Sed non minus alienum *Marklandianum* ἀδελφός, quod recte confutavit *Matth.* Divus *Schillerus: seinen Scepter theilend mit Adrasten, dem Gewaltigen von Sicyon:* non male, siquidem sano nomine alius nequit intelligi. At hoc quoque perspexit *Matthias*, Adrasti mentionem omnem manavisse ex *Homeri* Il. β', 572, quem locum perperam interpretati Adrastum Sicyonium aequalem Agamemnonis indeque comitem fuisse crederent. Iam vero Euripidem tanti erroris insimulare nolim. Quare totum versum 269 additamentum esse consentio baronis. *Const. M.*]

Ἀδρηνός (⏑), *Hadrianus.* ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς ἀκτᾶς Hippol. 736. Cf. *Bergk.* in ephem. ant. Darmst. 1836. p. 51, qui tamen ἀρθείην τ' mavult pro ἀρθ. δ'.

ἀδύνατος, *qui non potest.* ἀδύνατος οὐδὲν ἄλλο πλὴν λέγειν μόνον Androm. 747. ἀδύνατοι διαφυλάξασθαι πόλιν Iph. A. 369. ἀδύνατοι προσωφελεῖν Herc. f. 56. *Impotens, humilis.* τῶν ἀδυνάτων ὕπο μισησόμεσθα Ion. 596. *Id quod fieri non potest.* ἐρεῖς ἀδύνατον Or. 664. ἀδύνατον εἶπας Hel. 1049. ἀδύνατ' ἀδύνατά μοι Herc. f. 1058. τὰ δ' ἀδύναθ' ἡμῖν καρτερεῖν οὐ ῥᾴδιον Iph. A. 1370. τὸ τολμᾶν ἀδύνατ' ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ Hel. 817. ἄλλως δ' ἀδυνάτων ἔοικ' ἐρᾶν Herc. f. 318.

ἄδυτον, *occulta* ac *recondita templi pars*, quo praeter sacerdotes adire (δύειν) *fas non est* (Caes. b. civ. III, 105); hinc omnino *penetrale, templum.* ἀδύτων ἐκ μέσων ἐφθέγξατο Andr. 1147. πρόσθεν ἀδύτων ἱσταθείς Iph. T. 973. ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς ib. 1155. ἐντὸς ἀδύτων τῶνδε Ion. 1309. ἀδύτων ἐξιόντι θεοῦ ib. 662. Πανὸς ἄδυτα ib. 938. Obscurior est locus Iph. T. 1256. μαντείας θεσφάτων νέμων ἀδύτων ὑπέρ, quod *Musgr.* de „terrae spiraculo" accipit, quale Delphis fuisse prodant. Neque aliter ut videtur *Scidl. Herm. Dind.* correcto tamen ob metrum ἀδύτων ὕπο i. e. ὑπέκ, quod non probandum. Rectissime *Musgr.*, si quidem spiramen illud interioris templi intelligit, super quod tripus erat collocatus: id enim proprie vocabatur ἄδυτον; cf. Hom. hymn. in Apoll. 443. Adiectivum esse videtur ἄδυτος atque *vetitus* significare Andr. 1035. ἀδύτων ἐπιβὰς κτεάνων, de quo loco corrupto vid. s. κτεάνων. Ineptum est enim hominem responsum a deo petiturum *divitias templi* adire dici, id quod recte contra plerosque interpretes monuit *Pflugk.* [Adiectivum

ἄδυτος etiam Pindarus usurpat Pyth. 11, 7. Et quidem optime in loco Andromachae *Herm.* cum eoque *Dind.* ὅτε νιν — κτάνεν pro ὅ τε νῦν — κτέανον, quod tamen ita verto: *quum aggressus quae aggredi nefas* (ἀδύτ. ἐπιβ.) i. e. sacrata s. vetita (matrem) aggressus *occideret eam Orestes matricida*: male enim inferciretur *ingressus templum*. Ceterum perperam vulgo comma post φονεύς, ubi puncto opus. In loco Iph. T. 1256. *Musgr.* perspexit, quod perspicuum est, Apollinem dici supra spiramen illud sacratum in tripode sedere oracula dantem hominibus. Cave enim de spiramine cogites, *ex quo* Phoebus *in tripode sedens* oracula ediderit; nisi vero Iovem in foramine illo latentem insusurrasse credas. Omnino ὑπό et sensum perdit nec metrum iuvat per se iam sanum: sic enim dispono illud: *μαντ. βρ.* | *θεσφάτων νέμων ἀδύτων ὑπέρ*, | *Κασ. ῥεέθρ. γείτων*, | *μέσ. γᾶς ἔχ. μέλαθρον. antistr. καὶ τιμ. πάλιν* | *θῆκε Λοξίᾳ, πολυάνορι δ'* | *ἐν ξεν. θρόνῳ θάρσῃ* | *βρ. θεσφ. ἀοιδαῖς. Const. M.*]

Ἀδώνιδος κῆποι Melan. fr. XXX. Vid. *Hesychium* s. v.

ἀδώρητος, *non donatus.* οὐδ' ἀδώρητος φίλων ἔσται πρὸς ἀνδρῶν Hec. 42.

ἄδωρος χάρις fr. inc. trag. CCLIX. ap. *Bachm.* anecd. I. p. 33, 23, ubi leg. pro ἢ ἐπὶ τέλους — ἢ μὴ ἐπὶ τέλους ἐλθοῦσα δωρεά. Vid. *Matth.* Eur. fragm. p. 429.

ἀεί. αἰεί. αἰέν. ᾱ in ἀεί plerumque corripitur; ubi producitur, scribebatur αἰεί, quod improbarunt *Porson.* praef. Hec. p. VIII. XVIII. ed. Lips. *Brunck.* ad Aesch. Pers. 174. *Gaisford.* ad Suppl. (Markl.) p. 75. *Herm.* Praef. Herc. f. p. I. Quin correptionem nonnisi excipi et natura longum esse alpha suspicatur *Dindorf.* in ephem. ant. Darmst. 1836. p. 13, quippe quod neque cum articulo neque cum alio vocabulo per crasin unquam coalescat. Contra *Ellendtius* in lex. S. ἀεί prima producta non certissima fide esse contendit et cum libr. et codd. scripturam αἰεί tragicis vult restitutam: assentiri videtur *Hermann.* in eph. ant. Darmst. 1835. p. 750. In re incerta vestigiis codicum insistendum. Atque apud Euripidem quum ἀεί in impari sede versuum iambicorum exstat, codd. plerumque praebent scripturam ἀεί, nonnunquam αἰεί. Ita Or. 515. omnes αἰεί praeter Flor. 21. Gu. — Or. 604. omnes αἰεί, Stob. ἀεί. — Herc. f. 1292. libr. αἰεί. Ubi prima longa requiritur, in libris fere αἰεί. Hec. 1182. αἰεί Ald. rell. et codd. — Item Phoen. 542. praeter Flor. 18. 33. — ib. 87. praeter Par. A. Flor. 34. — ib. 1081. praeter Par. A. Flor. 2. Vict. — Etiam Med. 454. Lasc. Rom. omn. Havn. ἀεί. — Alc. 40. Flor. 10. 15. ἀεί. — Rhes. 395. duo codd. Reg. tres Flor. Havn. ἀεί. — ib. 507. Havn. ἀεί. — Heracl. 1033. Flor. 1. 2. ἀεί. — Heracl. 313. rursus

omnes αἰεί. At unanimi libri habent ἀεί prima producta Suppl. 382. Hel. 1666. Ion. 430. 641. Herc. f. 106. El. 889. 942. Med. 1023 (Rom. C. D. ap. Elmsl. αἰεί). Contra in choricis, ubi metrum primam longam flagitat, plerumque αἰεί in libr. invenitur, ut Suppl. 82. Iph. A. 560. Bacch. 72. 879. et 899. Heracl. 777. 909. Herc. f. 637. ib. 653. ib. 665. Sed Hipp. 1110. Flor. 15. Lasc. ἀεί. Suppl. 380. Parr. A. B. Flor. 1. 2. ἀεί. Bacch. 1004. Palat. ἀεί. In melicis, ubi incertum metrum, libri habent αἰεί, ut Phoen. 333. Hipp. 170; at Med. 828. et 840. partim ἀεί, partim αἰεί. Suppl. 978. ἀεί. Libris igitur et codicibus exploratis patet ἀεί, etiam si prima producitur, non sine auctoritate et fide librorum esse nec ubicunque prima producenda scribendum αἰεί. *Buttmannus* quidem gr. mai. II. p. 292. ᾱ in ἀεί natura esse breve contendit igiturque poetas, ubi prima longa esset opus, ad formam αἰεί refugisse; quare assentiente *Ellendt.* l. c. ἀεί negat cum κάω, κλάω esse componendum, quippe quae alpha producant. Atqui αἰεί vulgo pro forma Ionica habetur; neque iniuria. Et tamen, si est Ionica, duplex formae ἀεί mensura redundat. De brevi prima liquet. Sed etiam longa fit prima, quatenus ἀεί ex Ionico αἰεί quodammodo contractum est: eodem enim iure, quo ex καίω κλαίω poetae Attici κᾱ́ω κλᾱ́ω et alia huius generis permulta formavisse dicuntur, etiam ex αἰεί dici possunt ᾱ̓εί producta prima procudisse. V. s. ἀΐσσειν et *Matth.* gr. p. 68. Iam vero non solum apud poetas, sed etiam in oratione soluta, ut apud Isocratem Thucydidem Platonem, testibus *Ellendtio* l. l. et *Dorvillio* ad Charit. p. 280. exstat forma αἰεί. Certe Thucydidi eam eripere *Poppo* Prol. ad Thuc. p. 211. non est ausus. Neque apud Platonem *Bekk.* et *Stallb.* potuerunt re parum perpensa tacite anteferre ἀεί, ut non multis in locis eandem vel optimorum librorum auctoritatem violarent, qua nisus *Schneider.* hic illic pleniorem formam restituit: quem vide ad Civ. Tom. I. p. 96. p. 356. et impr. p. 246. Αἰεί porro Aristoteli vindicat *Goettling.* ad Polit. p. 303, inscriptionibus Atticis *Boeckh.* Corp. I, p. 116, Dionysio Hal. in formula ἐς αἰεί *Krueger.* p. 76. Neque aliter Sturz. in lex. de Xenophonte. Quae quum ita sint et quum apud Euripidem quoque, ubi longa prima requiritur, persaepe forma ᾱ̓εί a gravissimis vel etiam ab omnibus libris exhibeatur, apertum est legem illam *Buttmanni* in solum Homerum cadere, qui quod ter usurpat ἀεί semper correptum est, ut Il. μ', 211, seriores vero poetas, ut tragicos, non propter metrum formam αἰεί ab Ionibus mutuatos esse, sed formarum diversitati mature sese notionis quandam diversitatem applicuisse, cuius quidem ignari metrici neque ᾱ̓εί spondeum esse posse putantes, ubicunque spondeus postularetur, plerumque αἰεί sufficerent. Et quidem spondeum esse ᾱ̓εί quum vocum ᾰΐω ᾰΐσσω ᾰήρ ᾰείδω ᾰείρω (s. vv.) similitudo confirmat,

tum vero maxime horum omnium stirps ἄω, cuius primam et longam et brevem fuisse videri ipse *Buttm.* lexil. II, p. 132, not. 2. declarat [ut nesciam quo iure *Rost.* gr. Gr. p. 435, i (ed. 4). de verbo ἄημι contrarium statuat, quam opinionem solum ὑπαΐξει, ⏑⏑–⏑, Hom. Il. φ', 126. refellit. *Const. M.*]. Ut vero diversa vocabulorum species externa plerumque diversam quandam internae notionis vim depingit (cf. εἴργω et εἰργνυμι, αἴρω et αἰρέω et v. s. ἄδην et ἄκλαυστος), ita etiam ἀεί et αἰεί ita, ni fallor, differunt, ut hoc proprie de eo dicatur, quod naturae rei tamquam proprium ponitur, unde saepissime adhaeret voci, ad quam pertinet (vid. infra), illud vero denotet quod rei non proprium, sed demum externa quadam ratione additur. Hinc sponte sequitur ἀεί utpote levius ac tenuius in universum describere *continuationem per minus temporis spatium* h. e. id, quod per certum quoddam fit tempus vel per suum quidque tempus durat (ἑκάστοτε), *usque, semper, allezeit, jederzeit, jedesmal;* αἰεί contra ut gravius et grandius sonans *continuationem in infinitum* et omnino per *maius temporis spatium* denotare h. e. id, quod perpetuum vel in aeternum est neque cessat vel interit, *semper, perpetuo, in omne tempus, immerwährend, in Einem fort, auf immer, immer und ewig*, quae vis inprimis cernitur in voce αἰών. Cf. *Doederl.* Synon. I, p. 14, et imprimis *Grotefend Komment. z. Lat. Stilüb.* p. 3. Ita ap. Xenoph. in Cyr. 8, 7, 3. θεοὶ οἱ ἀεὶ ὄντες dicuntur *dii, qui usquequaque* vel *suo quique sunt tempore, die jedesmaligen;* at θεοὶ αἰεὶ ὄντες ib. 1, 6, 19, iidem quos Homerus αἰειγενέτας appellat, *dii aeterni s. sempiterni, die ewigen.* Inspiciendus iam tragici nostri usus. Formulae primum singulae: δεῦρ' ἀεί, *usque adhuc*, Phoen. 1215. Med. 670. Hel. 767. Ion. 56. Suppl. 787. Huc pertinet fr. inc. tr. CCLXVII. ap. *Bachm.* anecd. gr. I, p. 191, 27. τὸ δὲ δεῦρ' ἀεί που καὶ Εὐριπίδης etc. ἀεί ποτε, *quovis s. omni tempore*, Or. 867. Iph. A. 638. 870. Rhes. 653. Heracl. 330. Ion. 1329. Alc. 572. ch. Antiop. fr. XXVIII. ἀεί που Ion. 1614. dub. ἀεί-πως Hipp. 665. πανταχοῦ — ἀεί Hec. 845; cf. Dan. fr. XI (IX). ἀεὶ κατ' ἦμαρ Tr. 392; cf. El. 145. ch. et *Wunder.* ad Soph. O. C. 681. ἐς μὲν γὰρ ἀεὶ (–) τὸν παρόντα νῦν χρόνον Hel. 1666. τὸν ἀεὶ χρόνον Phoen. 1521; cf. Iph. T. 481. Bacch. 894. ἐς τἀ πάντ' ἀεί ib. 316, *qualibet in re.* ἐν τῷδ' ἀεί (μενεῖτε) ib. 1260. οὐκ ἀεί Hel. 1464; cf. Herc. f. 102. ὁ αὐτὸς ἀεί Heracl. 610 (v. infra). Imprimis frequens est ἀεί in fine sententiarum, ita ut in sexta plerumque iambicorum sede exstet. πειράσομαι παρθένος μένειν ἀεί Hel. 1014. Cf. Hec. 598. Or. 486. 525. 1590. Hipp. 668. 1330. Andr. 182. Bacch. 806. Heracl. 994. Ion. 8. El. 1102. 1269. Alex. fr. XII (XI). Antiop. fr. XIV (XXXI). Archel. fr. VIII (VII), 1. Beller. fr. XXIX (XXVIII), 1. Similiter Herc. f. 106; in

troch. Or. 771; in anap. Or. 1688. Ion. 103. Patet ex his quidem ἀεί pariter atque αἰεί in commune significare *semper;* tamen nescio an hic quoque discrimen ante constitutum obtineat. Ita Hel. 1014. πειράσομαι παρθένος μένειν ἀεί, in quibus libri nihil variant, ἀεί est merum adverbium atque sensus: *sim virgo et semper maneam;* contra in παρθένος αἰεί adiectiva potius vi esset αἰεί hoc sensu: *virgo, quae ipsa natura* ideoque *sempiterna virgo est.* Eodem nomine ponderanda alia exempla integra, ut ἄπαυστος αἰεὶ γόων Suppl. 82. ch., at δάκρυσι — ἀεὶ πέπλων — πτύχα τέγξω ib. 978. mel. V. *Herm.* elem. p. 546, et cf. Hencl. 616. Item πόσιν κελαδεῖς ἀεὶ μολπαῖς Iph. T. 1093. ch., ubi breve alpha requiritur, ut in diverbiis ἐγκείμεσθ' ἀεὶ θρήνοισι Andr. 91. ἀνὰ στόμ' ἀεὶ ἔχειν ib. 95. οἵ μ' ἀεὶ προσκείμενοι λέγουσι Iph. A. 814; cf. Med. 456. ποικίλος ἀεὶ πέφυκε Iph. A. 526; cf. Hec. 595. Or. 894. 896. Hipp. 17. Hinc iudicium aliquatenus sistitur de iis locis, ubi nihil interest ad metrum, num brevis sit an longa prima syllaba. Nulla librorum varietas in ἀεὶ — ἐς σὲ παρθένων ἔσται μέριμνα Hipp. 1428. κακούργους ὡς ἀεὶ στυγῶ Ion. 832. σὺ δ' εἴης εὐτυχὴς ἀεί Hel. 163; cf. El. 889. Hec. 1239. Suppl. 341. Alcm. fr. VI (V). Beller. fr. X (XI). Dan. fr. IX (VII), 3. Librorum scriptura ubi fluctuat in syllaba ancipiti, haud dubie plus tribuendum antiquiori αἰεί. Ita Herc. f. 1292. Ald. Herv. 1. 2. Brub. ᾧ δ' αἰεὶ κακῶς ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ, ut simillime Beller. fr. XX (XVI), 17. αἰεὶ δυστυχῶν κακῶς τ' ἔχων; v. infra. αἰεὶ γὰρ εἰς ἔμελλ' ἐνέξεσθαι φύνῳ Or. 515 (de varia lect. v. supra), cum irrisione quadam, sicut etiam acerbius αἰεὶ γυναῖκες ἐμποδὼν ταῖς ξυμφοραῖς ἔφυσαν ἀνδρῶν πρὸς τὸ δυστυχέστερον Or. 604, *mulieribus natura quasi innatum est viris perpetuo nocere; Brunck. Pors. Dind.* cum solo Stob. et cunctos adversus codices ἀεί. Huc referenda videntur aculeata verba ὁ δ' αἰεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται, Hec. 1182, i. e. *cuius munus est semper utendi mulieribus, is scit.* Sic Ald. rell. et codd., tamen plerique cum *Porsono* ἀεί corrigunt. Flor. 21. ὁ δ' αὖ ταῖς ξυντ.: fortasse αὐταῖς. Ita etiam Or. 1447. οὐκ ἐκποδὼν ἴτ', ἀλλ' αἰεὶ κακοὶ Φρύγες, ubi codd. αἰεί praeter Flor. 10. Aug. 3, quamquam lex iambicorum breve alpha flagitat, tamen ut in melicis αἰεί esset praeferendum, ut versus fieret ischiorrhogicus. Atqui nihil trimetri hoc in loco, sed ita sunt versus sententiae congruenter disponendi: οὐκ ἐκποδὼν ἴτ', ἀλλ' || αἰεὶ κακοὶ Φρύγες. Contra minus valet scriptura αἰεί, ubi longum alpha requiritur, quippe quae metricis debeatur primae in ἀεί productae ignaris et anxiis. Itaque, quamquam libri scriptura differunt, ἀεί producta prima scribendum censeo Med. 454. κἀγὼ μὲν ἀεὶ — ὀργὰς ἀφῆρουν. Rhes. 507. ἀεὶ δ' ἐν λόχοις εὑρίσκεται — Θάσσων. Phoen. 1081. οὗ παρ'

ἀσπίδα βέβηκας ἀεί. Med. 1023. ἐν ᾧ — οἰκήσετ' ἀεί, cf. Suppl. 382. Ion. 430. Tenendum tamen αἰεί ut gravius in graviore causa Phoen. 542. τὸ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται (natura) τοὔλασσον. Rhes. 395. φιλῶ λέγειν τἀληθὲς αἰεί (de scripturae his duobus in locis varietate v. supra). Heracl. 313. σωτῆρας αἰεὶ καὶ φίλους νομίζετε, neque libri in his dissentiunt. Atque ita persaepe usurpatur αἰεί, ubi notio *semper* omnino vim ac momentum habet. Suppl. 380. ch. de Athenis: σύ τοι σέβεις δίκαν, τὸ δ' ἧσσον ἀδικίᾳ νέμεις αἰεί. *Dind.* omisso αἰεί: νέμεις, τόν τε δυστυχῆ etc. Heracl. 909. τῶν ἀδίκων παραιρῶν φρονήματος αἰεὶ (θεός), cf. Med. 828. et 840. ch., ubi et in stroph. et in antistr. legendum αἰεί, *perpetuo* (v. supra). Herc. f. 639. ch. ἄχθος δὲ τὸ γῆρας αἰεί — ἐπὶ κρατὶ κεῖται. ib. 653. ch. ἀλλὰ κατ' αἰθέρ' αἰεὶ (*in omne tempus*) πτεροῖσι φορείσθω (γῆρας). ib. 677. ch. αἰεὶ δ' ἐν στεφάνοισιν εἶην, *schmückten mich ewig der Musen Kränze!* Alc. 40. συνηθὲς αἰεὶ ταῦτα (τόξα) βαστάζειν ἐμοί (Apollini), *assidue*. Bacch. 1004. τὰ δ' ἕτερα — τῶν αἰεὶ ἐπὶ τὰ καλὰ βίον ἄγοντα; v. s. εὐσεβεῖν. Etiam Aeol. fr. XXI (XVI), 1. scripserim αἰεὶ τὸ μὲν ξῇ; et Bacch. 72. tenerem τὰ νομισθέντα γὰρ αἰεὶ Διόννσον ὑμνήσω, nisi totum αἰεί ineptum esset: certissimum enim pariter atque elegantissimum, quod *Herm.* dedit ex *Jacobsii* coni. εὐοῖ: *das gewohnte Evoe, den Dionysos will ich singen.* Nonnunquam αἰεί adnectitur ipsi voci, ad quam pertinet, de quo usu minus recte *Herm.* ad Soph. Tr. 1063. Ita Heracl. 1033. πόλει σωτήριος μέτοικος αἰεὶ κείσομαι κατὰ χθονός. Imprimis solemne ὁ αὐτὸς αἰεί, ut Phoen. 87. χρὴ (Ζεῦ) οὐκ ἐᾶν βροτὸν τὸν αὐτὸν αἰεὶ δυστυχῆ καθεστάναι. Item αἰεὶ εἰς, ut Or. 515; v. supra. Saepius hoc loquendi genus occurrit in melicis. ὅ τι καλὸν φίλοι αἰεί Bacch. 879. et 899. ὁ δ' ὀρθὸς (τρόπος) ἐσθλὸν σαφὲς αἰεί Iph. A. 560. πόθον ἀμφιδάκρυτον αἰεί Phoen. 333. πολυζήλωτος αἰεί Hipp. 170. αἰὼν πολυπλάνητος αἰεί ib. 1110; cf. Suppl. 82. πολύθυτος ἑσαιεὶ τιμά Heracl. 777; cf. Suppl. 374. His omnibus igitur in locis partim cum omnibus partim cum plurimis libris αἰεί scribendum atque cum vi quadam dictum puto. Ac pari modo in melicis usurpatur αἰέν (⏑–) ut Phoen. 1544. ἃ πόδα σὸν — θεραπεύμασιν αἰὲν ἐμόχθει. ib. 337 σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰὲν αἰαγμάτων. Or. 207. ἄτεκνος ἄτε βίοτον ἃ μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἔλκω χρόνον, v. *Matth.* ad h. l. Numquam autem αἰεί ut ἀεί, significat i. q. ἑκάστοτε, *jedesmal*. Itaque ad unum omnes in ἀεί consentiunt libri Ion. 323. οὐπιὼν ἀεὶ ξένος. ib. 641. ἡδὺς ἀεὶ καινὸς ὢν καινοῖσιν ἦν. Hel. 721. τῆς ἀεὶ τύχης, v. *Pflugk.* ad h. l. Phoen. 539. ἥ (ἰσότης) φίλους ἀεὶ φίλοις πόλεις τε πόλεσι — ξυνδεῖ. Suppl. 1172. ἐκ τέκνων ἀεὶ τέκνοις μνήμην παραγγέλλοντας. El. 942. ἡ μὲν

γὰρ (φύσις) ἀεὶ παραμένουσ' αἴρει κάρα. Cf. quos laudat *Stallb.* ad Plat. Ap. S. p. 42. et ad Remp. II. p. 99. [Non multum a discrimine illo inter ἀεί et αἰεί constituto discrepat quod Vir doctus in ephem. liter. Ien. 1832. p. 413. monet αἰεί locum habere, ubi gravius ac liberius in oratione precedat *(wenn es mehr selbstständig in der Rede hervortritt)*, alioquin extare ἀεί: gravius est enim quod natura sua permanet ideoque per maius temporis spatium vel adeo in omne tempus durat. Atque etiam magis distinctioni isti favent quae *Wunderus* in Exc. ad Soph. O. C. p. 224 sqq. de communium et Ionicarum formarum apud tragicos discrimine peracute disseruit nec puto Virum honorabilem formas ἀεί et αἰεί ex regula sua fuisse exemturum, si harum quoque promiscuum ad usum animadvertisset: in ἀεί enim si unquam factum est, ut qui ei graviorem *perpetuitatis* notionem tribuebat paulo longius in voce illa pronuntianda commoraretur atque hinc sponte in longiorem gravioremque formam αἴεί incideret. Cf. impr. Soph. O. C. 1573. 1578. et 679, quo postremo in versu, ut 682 (cf. 688 et 704.), utique legendum αἰεί. At hoc quoque discrimen cave ne nimis urgeas: apertum est enim multum hac in re e scriptoris arbitrio pependisse eosque prorsus ut nostrates in *es dauert doch ewig* et innumeris aliis per hyperbolen quandam *aeternum* dicere potuisse quod nonnisi iusto diutius perdurabat, etsi certum exemplum desidero, quo *aeternitatis* vicissim disertam vim ad formam leniorem ἀεί delatam esse convincatur. Stirps vocis, ut supra dictum, ἄω vel potius ἀέω (v. s. ἀείδω); hinc ἀέ, ἄΐ s. ἦΐ et ἄΐν, αἴΐ s. αἰή et αἴΐν, ἀές et αἰές s. αἰέν, ἀεί et αἰεί (αἰών): hic enim ordo duodecim formarum, quas enumerat *Bast.* ad Greg. Cor. p. 348 sqq. Ut igitur ἄω omnino *motum* indicat (v. *Lob.* ad Ai. p. 97. et s. ἀείδω), sic etiam ἀεί est quod non quiescit, sed continuo movetur i. e. *semper*. *Varro* de l. L. 4, 1. *motus intervallum tempus.* Ita et praepostera illa derivatione supersedemus, qua *Hartung.* Cas. p. 212. et qui eum plerumque sequitur *Kühner.* gr. Gr. §. 363, γ. αἰεί et ἀεί dativum esse sibi fingunt obsoleti verbi αἴον, quod prorsus contra est, nec bono alpha intensivo, cuius est tantus grammaticorum abusus, cum *Dammio* et *Thierschio* gr. §. 170, 1. ex ἀ et ἑμεναι illud compositum putantibus demum abuti cogimur. *Const.* M.]

ἀείδειν, ex quo ᾄδειν contractum esse vulgo creditur, ut αἴρειν ex ἀείρειν: quare ᾄδειν iota subscripto notatur. Interim verbi αἴρειν aoristus ἦρα grammaticis praeeuntibus (vid. *Etymol.* M. p. 38, 17.) sine iota subscr. exarandus, quum, ut recte *Ellendtius* in lex. s. αἴρειν monet, αἴρω demum ex ἄρω dilatando seu per paragogen, quam vocant, factum sit, unde ἀρῶ, ἦρα, ἦρκα etc. (Typographis debetur, quod ap. *Matth.* gr. §. 223. ἀπῆρας, κατήραμεν, ἦρατε iota subscriptum retinuerunt.)

Eodem vero modo ᾄδειν non ex ἀείδειν contractum, sed ex ἄδειν paragogen et pleniore sono fictum esse ἀείδειν censeo. Hinc valde bium an, quum ᾐρα cum iota falso pingatur, ᾄδειν recte exaretur ἄδειν, siquidem etiam ἄδων Dorica est forma pro ἀήδων, non contra ex ἀήδων. Verborum enim αἴρειν et ἄδειν stirps est ἄω — (ἀέω, *flo*), quod in universum *motum* denotat; cf. *Lob.* ad Ai. p. 97; hinc ρειν proprie est *moveri* (tr. ἀγκύρας αἴρειν); deinde *moveri* ad al prehendendum, *tollere:* ἄδειν, quae vis elucet in ἄημι, proprie des *flatum exhalare* (blasen), *canere:* flatus enim aëre repercussus so eandem stirpem habet κλαίω — κλάω. Iam vero etiam ἀεί ad sti ἄ — ω referendum est. Sicut igitur α in ἀεί protractum est, ita in ἄ — ρω et ἄ — δω, α in ἀει — transiisse videtur, quod in unive denotat *perpetuam* quandam vel *continuam* conditionem. Ita haec vim verbi *frequentativi* vel *continuativi* induere videntur, ita ut α proprie sit *tollere*, ἀείρειν — sublatum *tenere*, ἄδω *canere*, ἀείδειν tare, *cantitare*. Ceterum utriusque verbi prima et corripitur et pro tur (cf. de ἀείρειν *Jacobs.* ad Anth. Pal. p. 862. nr. 185): ut enim ipse dix ἄω, sic pleraeque ex eius propaginibus primam ancipitem habent. ἀεί, ἀΐειν, ἀΐσσειν. [Ἀεί et αἰεί ab ἄω vel ἄημι profecta esse cer vid. s. v. Scilicet ἄημι utique efflagitat antiquam formam ἀέ — ω. ἀέ, ἀέ — ρ (ἀήρ), ἀέ — ρω (unde ἄερσα, ἀέρθην, ἀορτήρ, ἄωρτο ἀέ — δω. Iam ut ἀέ (αἰέ) in ἀεί (αἰεί) productum est, ita ἀέ — ρ ἀέ — δω ex una parte ε vel eiecto vel cum α conflato in ἄ — ρω (αἴρω) et ἄ — δω decurtata, ex altera parte ε producto in ἀεί — ρ ἀεί — δω dilatata sunt, quae postrema sibi sumpsit Ionismus. Eadem formatum φ — αείνω. Αἴρειν autem utpote proxime ex ἀήρ natum *Buttm.* Lex. I. p. 275. not. 5. *Eustath.* ἀείρω· εἰς ἀέρα αἴρω) propri gnificare dixerim *flatui dare s. exponere* (lüften), *ventilare*, hinc *elev tollere.* Quae si vera, et αἴρειν atque ἄδειν ex ἀείρειν et ἀείδειν tracta esse et ᾄδειν iota subscriptum habere somnia sunt. *Const. M.*]

Apud Euripidem ἀείδειν in melicis modo exstat praeter Antiop. XXV (XXXIII), 3. τοιαῦτ' ἄειδε (v. l.). Futurum ἀείσω pro ἀε μαι invenitur Herc. f. 681. ch. *Elmsl.* corrigit ἀείδω; vid. *Matth.* h. l. et gr. p. 523. ὁ Φοῖβος ἔχων κέλαδον ἑπτατόνου λύρας δων Iph. T. 1130. ἀείδοιμι στεφάνοις κάρα πολιὸν στεφανώσας Ere fr. XIII (VI), 3. ἔλεγον οἶτον ἀείδεις Iph. T. 1091. καινῶν ὕμ ἄεισον ἐν δακρύοις ᾠδάν Tr. 513. ἔτι τὰν Ἡρακλέους καλλίν ἀείσω Herc. f. 681. τὸν Ἰλιάδων ἀείδουσα δακρυόεντα πόνον 1121. *Carminibus s. cantu celebrare.* ἀείδοντες τὰν Διὸς οὐρα Ἄρτεμιν Hipp. 53. Αἰθέρα καὶ Γαῖαν ἀείδω fr. inc. tr. CLXX

increpitare cantu. ἀείδεθ' ὕμνοις ἀμετέρα λέχεα καὶ γάμους — ἀθέμιτας Ion. 1091. *Vaticinari*, „quod versu ut plurimum oracula darentur" *(Brodaeus)*, unde eadem de re κελαδεῖν (s. v.), χρησμῳδεῖν, ὑμνῳδεῖν. γυνὴ — Δελφὶς ἀείδουσ' Ἕλλησι βοάς Ion. 92; vid. s. ἀεί; cf. Iph. T. 1130.

ἀεικέλιος, *indecorus.* δέμας ἀεικέλιον *(indecore deformatum)* καταλείβειν Andr. 131. *Gaisfordius* ap. Blomf. Aesch. Prom. 481. αἰκίλιος scribi iubet; vid. s. αἰκία.

ἀείμνηστος (⏑), *in perpetuum memorabilis.* κλέος ἀείμνηστον Iph. A. 1531.

ἀείρειν (⏑). De hac forma verbi ex ἄρειν facta vid. s. ἀείδειν. In melicis exstat, Rhes. 25. ἀείρειν. El. 873. ἄειρε. Hec. 63. ἀείρετε, item Suppl. 275, ubi libri κρίνετε habent. Alc. 452. ἀειρομένας. Andr. 849. ἀερθῶ. fr. inc. tr. CLIV, 3. ἀερθείς. In diverbiis invenitur futurum ἀροῦμεν Iph. T. 117, producto ᾱ, utpote ex ἀερῶ ab ἀείρω contractum explicante *Elmsleio* ad Heracl. 323; cf. *Matth.* ad Med. 841. et gr. §. 223. [Cum his componas, quae s. v. ἀείδειν diximus. *Const. M.*] Ita ex *Elmsl.* sententia ad l. c. legitur etiam Tr. 1148. Hel. 1613. ἀρεῖται. De usu huius verbi vid. s. αἴρειν.

ἀέλιος forma melicorum est. De significatu vid. s. ἥλιος. Eius primam corripi posse suspicabatur *Seidlerus* de verss. dochm. p. 103. not., cuius sententiam defendit *C. Matthiae* quaest. Soph. exc. I. p. 166. sq.; secutus est *Ellendt.* in lex., refragatur *Herm.* in censura lex. Ellendt. l. c. p. 750. Plures sunt loci apud Euripidem, in quibus alpha correptum esse probabile sit. Med. 1252. ἀκτὶς ἀελίου in antistr. ἆρα μάταν γένος, ut Flor A., hac forma – ⏑̆ ⏑̆, ⏑–; libri scriptura non variant; vid. *C. Matth.* l. c. Phoen. 173. libri praebent ἀελίου, nisi quod Flor. 2. ἡλίου: ἰφθοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἀελίου, bacch. c. dochm. dim. ⏑ – –, ⏑ – ⏑̆ ⏑ –, ⏑ – ⏑̆ ⏑ –. — Phoen. 179. libri habent ὦ λιπαροζώνου θύγατερ ἀελίου, dochm. dim. — Troad. 269. τί τύδ' ἔλακες; ἆρά μοι ἄελλαν λεύσσει, hac forma ⏑ ⏑̆ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑̆ ⏑ ⏑ –, – –. iamb. c. anap. — Hel. 349. τέθριππά τ' ἀελίου, ⏑ – ⏑ ⏑̆ ⏑ –. — Ion. 122. Ald. rell. ἡελίου; *Matth.* ἡλίου; *Herm.* ἀλίου: legas παναμέριος ἅμ' ἀελίου πτέρυγι θοῇ, ⏑ – | ⏑ ⏑̆ | ⏑ ⏑̆ | ⏑ – ⏑ ⏑̆ | ⏑ –; iamb. trim. Ita etiam Troad. 1069. pro ἁλίῳ legerim ἀελίῳ prima correpta, ubi in antistr. respondet ὁλομένας; etiam *Dind.* in antistr. ἐμᾶς πόλεος ὁλομένας; contra metrum legebatur ἁλίῳ et (πόλεως) ὁλουμένας. Producitur vel corripitur ᾱ Herc. f. 1204. ⏑ ⏑ – ⏑ –, dochm. Hipp. 850. φέγγος ἀελίου (Bergk. ἄλλου v. s. ἀστεροπός) τε καί, – ⏑ – ⏑ – ⏑ –, glyc. vel – ⏑ ⏑̆ ⏑, – ⏑ –, troch. Producitur ᾱ Or. 820; Mosqu. A. ἠελίοιο. Iph. A. 159.

El. 465. 729; coll. 739. Alc. 595. Phoen. 1556. Iph. A. 1282. Etiam Or. 1002. probabilius est ᾱ producere c. *Matth.*, ut versus constet ex duobus dochm. interiecto iambo; libri habent ἤελ — et ἀελίου. Neque vero, si ἀέλιος Dorica esset forma pro ἠέλιος, verisimile esset alpha corripi. At ἥλιος duas habet formas, unam ἠέλιος, si longam vocalem η duplicatam esse statuimus brevi ε, ut in ἤ — ἠέ, ἦρι — ἠέριος (vid. *Buttm.* lexil. I, p. 120, 8): unde Dorica forma ἀέλιος alpha producto. Altera forma est ἀέλιος α correpto, vocali longa η soluta in duas breves αε — . Nam ἀέλιος alpha correpto primitiva vox est, ex qua ἥλιος per contractionem factum: unde *Boeckhius* quoque not. crit. ad Pind. p. 343. α per se breve esse vidit. Stirps est ἀλέα, ⏑⏑⏑ (ἀλεαίνω), ἕλη. [Stat mihi sententia primam illam a poetis etiam corripi. Quam meam sententiam quod *Hermannus* in ephem. ant. Darmst. l. c. paulo cupidius refutare studuit ita, ut certissima pariter atque sanissima exempla correptionem istam monstrantia ad arbitrium corrigeret, haec neque refutatio est neque omnino disputandi iusta ratio. *Const. M.*]

ἄελλα, *ventus.* θήραμα — ὠκυδρόμοις ἀέλλαις θρώσκει πεδίον Bacch. 871; i. e. ἀελλόπους. vid. *Matth.* ad h. l. *Herm.* ἀελλάς. Hel. 1514. λαμπρῶν ἄστρων ἄελλαι i. e. *velox astrorum cursus*, quo rotantur circa terram. Vid. *Pflugk.* (v. 1498).

ἀελλόπους, *pedum celeritate ventum adaequans.* ἀελλόποδες Ἄρτεμις καὶ Γοργώ (s. v.) i. e. Minerva Hel. 1330. [Nolim enim epitheton illud longe aptissimum atque elegantissimum nec metro adversum cum *Bergkio* l. c. p. 62. mutare in νηλίποδες, etsi idem primus perspexit iungenda esse verba ζεύξασα θεὰ ἀ μὲν Ἄρτεμις, ἀ δὲ Γοργώ. V. s. θήρ et ζύγιος. *Const. M.*]

ἄελπτος, *insperatus.* μόλις φανεὶς ἄελπτα κἀδόκητα Phoen. 318. πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί Med. 1416. Alc. 1163. Andr. 1286. Bacch. 1387. Hel. 1705. τόδ' ἄχος ἦλθεν ἀέλπτως Hipp. 1463. ἔχω σ' ἀέλπτως Alc. 1137. El. 579. ἄελπτον οὐδέν, *nil est supra spem*, Hypsipyl. fr. IX (VIII). μηδεὶς δοκείτω μηδὲν ἀνθρώπων ποτε ἄελπτον εἶναι Ion. 1511. ἴσως ἄελπτα πέμψω Iph. T. 638. ἄελπτα λέγεις Hel. 591. ὁρᾷς δ' ἀέλπτων μυρίων ἀναστροφάς Belleroph. fr. XXV (XXI), 1. πολλὰ κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἀνθρώποις πέλει Alcmen. fr. XII (XI), 2, *ex insperatis*; vid. *Lob.* ad Ai. p. 331 (ed. II). ἐκ τῶν ἀέλπτων χάρις μείζων Oed. fr. XV (XIV), 1. ἥκεις ἄελπτος Hel. 789. ἄελπτον πρᾶγμα Med. 225. ἄελπτον εὕρημα Ion. 1441. ἄελπτος σωτηρία Or. 1173. τήνδ' ἄελπτον ἡμέραν ἰδοῦσα Suppl. 731; cf. 784. ἄελπτον ὄψιν Heracl. 930, *quem non sperasti te visurum esse* (Eurystheum). ὁρῶ δ' ἄελπτον φάσμα Or. 877. ἄελπτον εἰσιδόντες

ἐκ θεῶν τινος φάσμα Iph. A. 1585. τὸ θεῖον ὡς ἄελπτον ἔρχεται ὀπηδοῖσιν Alex. fr. XX (XVIII), 1.

ἀέναος, ἀένναος (⏑). Uno *v* scribendam esse vocem monuit *Heind.* ad Plat. Phaed. p. 238, cui adstipulatur *Herm.* ad Eur. Ion. 117, corrigens in quibuscunque locis secundam producendam esse metra evincerent. Qua de re iudicium ferendum ex ipsius compositi natura. Vid. ἀναφος. Compositum esse ex ἀέ vel ἀέν (i. e. ἀεί) et νάω satis constat. Iam si respicitur altera pars compositionis, tonus inest in secunda syllaba, unde ἀέννaος scribendum, i. e. *semper* s. *in aeternum fluens*: similiter et ἄμορος et ἄμμορος dicitur. Ion. 117. τὰν ἀένναον παγάν respondent in antistr. verbis εὐφάμοις πόνοις μοχθεῖν, ´⏑–⏑, ´⏑–; *Herm.* γᾶς τὰν ἀέναον, in antistr. εὐφάμοισι πόνοις. Ion. 1083. sibi respondent verba ἀεννάων τε ποταμῶν et δείκνυσι γὰρ ὁ Διὸς ἐκ: α cum ων coalescit: ⏑–, ⏑⏑, ⏑´. Flor. 1. 2. ἀενάων. Hinc nescio quo iure *Stallb.* in not. crit. ad Plat. Phaedr. p. 191. ἀέναος apud poetas metro fere requiri contendit. Atque in his duobus locis primaria vocis notio apparet; quibus adde Theocr. 22, 37. εὗρον ἀέννaον κράναν. Quae scribendi ratio etiam apud prosaicos locum habet; vid. *Sturz.* in lex. Xen. Ubi vero prior tantum compositionis pars momentum habet, quasi vox non sit composita, ἀέναος scribendum in prima contrahens accentum i. e. *perennis*. Ita Or. 1299. ὦ Διὸς, ὦ Διὸς ἀέναον (–⏑⏑) κράτος; quam scripturam quinque Flor. praebent. Pirith. fr. III, 1. in anapaest. ἀκάμας χρόνος περί γ' ἀενάῳ (´⏑⏑–) ῥεύματι – φοιτᾷ. Ita Pind. Ol. 14, 17. ἀέναον τιμάν; cf. Pyth. 1, 9. Nem. 11, 9. Xen. Ag. 1, 39. γῇ ἀέναον τροφὴν παρέχει. al. ἀέννaον. Atque eadem ratio esse videtur prioris ᾱ (v. s. ἀεί): si scribitur ἀέναος, ᾱ producitur; sin ἀέννaος, ᾱ corripitur.

ἀέξειν, in melicis, *augere*. βούταν φόνον Ἑλλὰς αἴ' ἀέξει Hipp. 537, *multiplicat*.

ἄέριος (ᾱ), *aërius* (vid. ἀήρ). χθονίων τ' ἀερίων τε παιδεύματα Aeol. fr. XXIV (IX), 4. ἄέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν Troad. 546. *Bergk.* in ephem. ant. Darmst. l. c. ἀνεκρότουν ποδοῖν. *Nebulosus*, *tenebricosus*. ἀέριον σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλών Phoen. 1530.

Ἀεροπή (ᾱ), n. pr. Catrei filia. ὃς (Ἀτρεὺς) ἐξέφυσεν Ἀερόπης λέκτρων ἄπο Ἀγαμέμνον' ἐμέ τε Μενέλεων Hel. 398.

ἄετος, v. αἴετος.

Ἄζᾶνες, n. pr. Or. 1647. Ἀζᾶσιν Ἀρκάσιν τε. Vid. *Schol.*

ἄζεσθαι, *revereri*. c. infin. ὀνοφημεῖν ἄζομαι (*vereor*) θεάν Heracl. 600.

ἄζηλος, *cui non invidetur, miser.* ἄζηλά γε — κοὐκ εὐδαίμονα Iph. T. 619. ἄζηλα τοῖς φίλοισι Iph. T. 650.

ἀζήμιος, *impunitus.* ἐχθροὺς μεθεῖσα τοὺς ἐμοὺς ἀζημίους Med. 1050. οὐ γὰρ οὐδ' ἀζήμιον Electr. 295, *neque impune fertur.*

ἄζυξ, *iugo non subactus.* ἄζυγος πώλου Troad. 536. *Coniugii expers, caelebs.* παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες Bacch. 693. κόραι ἄζυγες γάμων Hipp. 1425. εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου Med. 673. ἄζυγες γάμων Iph. A. 805. τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ πῶλον ἄζυγα λέκτρων Hipp. 546.

ἀηδόνιος πέτρα Ion. 1482, *rupes lusciniis celebris. Aug. M.*

ἀηδονίς i. q. ἀηδών. παιδολέτωρ μελοποιὸς ἀηδονίς Rhes. 550.

ἀηδών (⏑), *luscinia.* τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα μελῳδὸν ἀηδόνα δακρυόεσσαν Hel. 1116. μέλπει δὲ δένδρεσι λεπτὰν ἀηδὼν ἁρμονίαν Phaeth. fr. II, 20. πάσας ὥστ' ἀηδόνος στόμα φθόγγας ἀφεῖσα, de ea, quae flebili voce lamentatur, Hec. 337 (vid. *Jacobs.* ap. *Pflugk.*). τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα Μουσᾶν Palam. fr. VIII (VII), 2.

ἀηθία, *insolita* (eaque misera, ut νέος pro κακὸς) *vitae ratio* Hel. 425, interprete *Ellendt.* lex. Soph. s. ἀήθης.

ἀήρ (⏑), *aër, coelum*, i. e. animabilis illa spirabilisque natura (ut dicit Cic. de nat. deor. II, 36.), quae terram circumfundit. Itaque apud veteres aër terrae opponitur (Aeol. fr. XXIV, 4. χθονίων ἀερίων τε), quae sunt mundi partes. Hinc Soph. El. 87. γῆς ἰσόμοιρος ἀήρ, quae verba *Ellendt.* lex. Soph. s. ἰσόμοιρος rectissime interpretatur: „*parem cum terra partem mundi sortitus.*" ἅπας μὲν ἀὴρ αἰετῷ περάσιμος fr. inc. tr. XXXVII, 1. δι' ἀέρος εἶθε ποτανοὶ γενοίμεσθα Hel. 1494. Τάνταλος — ἀέρι ποτᾶται Or. 7. *Aura, ventus.* ἀέρι δὲ πρότονοι — ἐκπετάσουσι πόδα ναός Iph. T. 1134, ex *Herm.* coniectura, quam recepit *Dind.*, pro ἀέρι δ' ἱστία πρότονοι etc., v. *Matth.* ad l. et v. s. ποῦς. Tralate λόγων παρακέλευσμα σῶν ἀέρι φερόμενον οἴχεται Suppl. 1155. Primam ancipitem esse grammatici putant; vid. *Herm.* ad Soph. El. 87. Neque iniuria: nam ipsa stirps ἄω cum surculorum suorum plerisque primam habet ancipitem; v. s. ἀεί, ἀείδω, ἀΐσσω. Quamquam id nonnisi ad nominativum pertinere videtur: in obliquis enim casibus ἄέρος ἄέρι alpha semper apud Euripidem producitur, ut in melicis Hel. 1494. Iph. T. 1134; in trimetro Or. 7; in dim. iamb. Suppl. 1155, ubi ἀέρι bis dactylus est pro spondeo. Neque in ἀέριος (s. v.) alpha breve esse metra evincunt. Cf. *Seidl.* de vers. dochm. p. 349. Scilicet non rara est apud poetas talis intervallorum seu *quantitatis* quam vocant permutatio, quam similem habes in terminationibus genitivi — εως (⏑–) et ηος (–⏑) et in ἀπειρέσια — ἀπειρέσια, aliis. Cf. *Matth.* gr. §. 10, 6. fin. *Buttm.* lexil. II, p. 201.

ἄησις (⏑), *flatus.* ψυχρὰν ἄησιν Rhes. 417.

Ἀθάμας, n. pr. Αἰόλου δὲ (παῖς) Ἀθάμας Aeol. fr. I (XXIII), 3. δόμους Ἀθάμαντος In. fr. XVII (II), 2.

Ἀθάνα. Hanc formam solam a tragicis esse usurpatam monet Porsonus ad Or. 26, quem omnes secuti sunt. Inspiciendi sunt libri. Heracl. 351. omnes libri Ἀθηνᾶ. Ion. 1529. Ald. rell. Ἀθηνᾶν. Rhes. 501. libri Ἀθηνᾶς praeter Paris. Vict. Havn. Troad. 24. Havn. Ἀθηνᾶς; cf. Erecht. fr. XIII, 6. Ἀθηνᾶς. fr. inc. tr. CCXV. Ἀθηνᾷ. Quibus in locis sermo est de Minerva Poliade, quae est Athenarum πολιοῦχος, ut Soph. Phil. 134. Νίκη τ' Ἀθηνᾶ Πολίας, quam lectionem omnes libri habent iniuria mutatam ab *Erfurdt. Herm. Wund.* Ita Ion. 1529. Νίκην Ἀθηνᾶν (vid. Gedik. Soph. Phil. 134. in edit. Buttm.). Troad. 24. Ἀργείας θεοῦ Ἥρας Ἀθηνᾶς τ' opponitur Iuno Argivorum dea. Heracl. 351. τῶν μὲν γὰρ Ἥρα προστατεῖ, Διὸς δάμαρ (quae est dea tutelaris Dorum), ἡμῶν δ' Ἀθηνᾶ; cf. fr. inc. tr. CCXV. Hinc dicitur Rhes. 501. Ἀθηνᾶς σηκός. Erecht. fr. XIII, 6. Ἀθηνᾶς θάλαμοι, ubi colitur Minerva. Accedit quod teste *Boeckhio* (Athen. Staatshaush. II, p. 200.) in inscriptionibus ante Euclidem archontem insculptis sola invenitur forma Ἀθηναία, quae eadem exstat in Aeschyl. Eumen. 288. χώρας ἄνασσαν τῆσδ' Ἀθηναίαν. 299. οὔτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀθηναίας σθένος ῥύσαιτ' ἄν. 614. Ἀθηναίας μέγαν θεσμόν. Apud Euripidem quoque obvia haec forma; in melicis: Hec. 467. Παλλάδος ἐν πόλει τᾶς καλλιδίφρου Ἀθαναίας; in diverbiis: Suppl. 1183. ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ' Ἀθηναίας λόγους, praecepta dantis pro salute Athenarum tanquam praesidis reipublicae. Iph. T. 1436. Ἀθηναία Oresti et Iphigeniae fugientibus tutelam praebet, qui ἄγαλμα ἱρόν Athenas in templum suum deportent. Hoc igitur significatu, quo Minerva est *tutelaris Athenarum dea*, quae urbi praesidet, praeferenda videtur forma Ἀθηναία, Ἀθηνᾶ (vid. *Herm.* ad Soph. Ai. 771. de discrimine vocum δάϊος et δήϊος); cui sententiae non repugnant loci Heraclid. 754. γλαυκᾶς ἐν Ἀθάνας, et 920. πατρὶ τῶνδ' Ἀθάναν ἐπίκουρον εἶναι, ubi, ut in melicis, fortasse Dorica forma praefertur; cf. Hel. 251. χαλκίοικον Ἀθάναν. Hipp. 1122. Ἑλλανίας Ἀθάνας, quibus in locis Ἀθάνα pro urbe Athenarum dicitur; cf. Hom. Od. η', 80. Praeterea et in melicis et in diverbiis Ἀθάνα. ἐμὰν Ἀθάναν ἱκετεύω Προμηθεῖ Τιτᾶνι λοχευθεῖσαν Ion. 454. ch. Ἀθάνα —, ἣ παρθενείαν πατρὸς ἐξητήσατο Tr. 979. ἵν' ἐλαίας πρῶτον ἔδειξε κλάδον γλαυκᾶς Ἀθάνα ib. 798. ch. ἣν (ἐλαίαν) πρῶτ' Ἀθάνα σκόπελον εἰσηνέγκατο Ion. 1434. Παλλὰς Ἀθάνα Iph. T. 1493. ch. ταύτης (ἐχίδνης) Ἀθάναν δίρος ἐπὶ στέρνοις ἔχειν Ion. 995. Ἀθάνας Ἰλίας στέγαι Hec. 1008. Παλληνίδος σεμνὸν — πάγον δίας Ἀθάνας Heracl. 849. ἥ τε Σουνίου δίας Ἀθάνας — πέτρα Cycl. 294. δέσποιν' Ἀθάνα Rhes. 608. ἄνασσ'

Ἀθάνα Tr. 54; cf. Rhes. 938. ἔργοις Ἀθάνας, quae habet cognomen ἐργάνη, Suppl. 1062. ἥ καί σφ' (Erichthonium) Ἀθάνα γῆθεν ἐξανείλετο Ion. 269; cf. 1030. 1428. [σὺν Ἀθηνᾷ (vid. supra et p. 419. ed. Matth.) καὶ χεῖρα κίνει fr. inc. tr. CCXV.]

ἀθάνατος (⏑), *immortalis*. ἀθάνατον ἄφθιτόν τε θεόν Andr. 1257. ἀθανάτας θεοῦ χορός Phoen. 242. *Pors.* ἀθανάτου; cf. *Matth.* gr. Gr. §. 116. not. 1. παρά τ' ἀθανάτοις καὶ παρὰ θνητοῖς Iph. T. 1492. οὐ θνατοῖς, ἀλλ' ἀθανάτοις Ion. 133. ἔκ τ' ἀνθρώπων ἔκ τ' ἀθανάτων Ion. 878. *Non periturus, perennis.* ἀθανάτου φύσεως κόσμον ἀγήρω fr. inc. tr. CLIII, 5. ἀθάνατος αἰθήρ Hel. 1022. κήπων ἐξ ἀθανάτων ἵνα δρόσοι τέγγουσι Ion. 116. νοῦς γνώμην ἔχει ἀθάνατον Hel. 1022. πυρὸς ἐξ ἀθανάτου Bacch. 523. ἀθάνατον Ἥρας ὕβριν Bacch. 9. τὴν ὀργὴν ἔχειν ἀθάνατον Phil. fr. X, 3. ἀθάνατον ἄλγος Hel. 993; cf. Bacch. 1000. Prima ex epicorum consuetudine in melicis producitur, ut in vers. anap. Iph. T. 1492. Ion. 878. fr. inc. tr. CLIII, 5. in glyconicis Ion. 116. 132; cf. Phoen. 242. in choriamb. Bacch. 523. In iambis semper habet primam brevem: Andr. 1257. Hel. 1022. Bacch. 9. Hel. 993. Phil. fr. X, 3. Qui poetarum usus nititur natura numerorum. Vid. *Matth.* Quaest. Soph. exc. II. p. 168.

ἄθαπτος, *insepultus*. νέκυς ἄθαπτος Phoen. 1733. πόσις ἄθαπτος Hel. 1238. 1239. νεκρὸν οὐκ ἄθαπτον Troad. 733. φθίμενος ἀλαίνεις ἄθαπτος ib. 1084.

ἄθεμις, *iniustus, scelestus*. γάμους Κύπριδος ἀθέμιτας ἀνοσίους Ion. 1093.

ἄθεος, *impius, improbus*. τὸν ἄθεον — Ἐχίονος γόνον Bacch. 993. 1013. ἄθεον ἱκεσίαν μεθεῖναι πόλει ξένων προστροπάν Heracl. 108. κακὴν γυναῖκα κἄθεον Or. 923. βίου κέλευθον ἄθεον ἄδικον Herc. f. 433. ἄθεος ἄνομος — ὁ φόνος Andr. 492. ἰαχὴ σέθεν ἄδικος — ἄθεος Hel. 1163.

ἀθέσφατος θέα Iph. A. 232, *inenarrabilis, infinitus*; cf. *Buttm.* lexil. I, p. 167 sq.

Ἀθηνᾶ, v. s. Ἀθάνα.

Ἀθῆναι. πόλιν κλεινῶν Ἀθηνῶν Hipp. 423; cf. 1094. Ion. 1038. Heracl. 38. Ἀθάνας κλεινάς Hipp. 760. ch. ὦ κλεὶν' Ἀθηνῶν Παλλάδος θ' ὁρίσματα Hipp. 1459. λαὸν αὐτόχθονα κλεινῶν Ἀθηνῶν Ion. 30. τὰς αὐτόχθονας κλεινὰς Ἀθήνας ib. 590. Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους Hipp. 974. Iph. T. 1449. λιπαραῖσιν Ἀθάναις Troad. 800. λιπαραῖσιν ἐν ὀλβίαις Ἀθάναις Alc. 452. ταῖς μεγάλαισιν καὶ καλλιχόροις Ἀθάναις Heracl. 360. ἐν ταῖς ζαθέαις Ἀθάναις Ion. 184.

Ἀθήνας τάσδ' ἐλευθέρας ἔτι Heracl. 199. πόλιν Ἀθηνῶν Suppl. 28. Ion. 1270. Ἀθηνῶν χθονί Iph. T. 978. στρατὸς Ἀθηνῶν Suppl. 643. ἀναξ Ἀθηνῶν ib. 164. ὦ τὰς Ἀθήνας — σπείροντες Heracl. 839; cf. Phoen. 1699. Suppl. 185. 520. Iph. T. 943. 1087. 1488. Heracl. 192. 934. 338. Ion. 59. 294. 1021. 1554. 1567. 577. 1333. 671. Tr. 974. Herc. f. 621. 1421. El. 1254. 1343. Scir. fr. II, 4.

* Ἀθηναία, v. s. Ἀθάνα.

Ἀθήναιος, *Atheniensis*. De accentu vid. *Göttl.* l. c. p. 178. not. 2; cf. p. 177, 2. τὴν Ἀθηναίων πόλιν Or. 1648. Hipp. 1158. Herc. f. 1333. πατρὶς γῆ Ἀθηναίων πόλις Ion. 261. γῆς Ἀθηναίων ἄναξ Suppl. 113; cf. Heracl. 824. λιπαρὰν Ἀθηναίων γᾶν Iph. T. 1131. Ἀθηναίων χθονί Iph. T. 96. Ion. 12. 655. Herc. f. 477. Ἀθηναίων κόρους Suppl. 356. Herc. f. 1164. Ἀθηναίων Θησεῖδαι πρόμοι Tr. 31. Heracl. 670. Ἀθηναίων τινὸς ἀνάθημα Ion. 1164; cf. Iph. T. 958. Ion. 289.

ἄθικτος, *intactus, purus*. ἄθικτον εὐνήν Hel. 801. ἐνὸς δ' ἄθικτος, ᾧ με νῦν ἐλεῖν δοκεῖς, *crimine vacuus*, Hipp. 1002. *Non tangendus.* χραίνεις ἀθίκτοις περιβαλὼν πέπλοις χέρα Iph. T. 799. πατρὸς — λέκτρων ἀθίκτων Hipp. 652, *non violandorum stupro.*

ἀθλεῖν, *perferre*. ἀγῶνος ἦψω φαῦλον ἀθλήσας πόνον Suppl. 317.

ἀθλητής, *athleta*. ἀγῶνα τιθέντας ἀθληταῖσιν Alc. 1030. οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους Autol. fr. I (III), 2.

ἄθλιος, *miser*. ἄθλιος ἐγώ Iph. A. 472. ἔστ' ἄθλιός γε κοὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ Iph. T. 568. ἔν μοί τι σύγκαμ' ἀθλίῳ Herc. f. 1386. τί χρὴ τὸν ἄθλιον δράσαντας ἡμᾶς — χαρίζεσθαι Hipp. 1261. ὁρᾷς με, ὡς ἔχω, τὸν ἄθλιον ib. 1395. τοῖν τ' ἀθλίοιν τοῖνδ', οὓς ἀπώλεσεν θεός Or. 121. ὁρῶ γὰρ, οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν (liberi), ἀθλίους Oenom. fr. II, 4. εἰς πόλλ' ἀθλία πέφυκ' ἐγώ Phoen 622. λιπόντες ἄθλιαν ἐμέ Med. 1022. ἀθλία — καθίσταμαι Andr. 385. τὸν ἐμὸν μόχθον ἀθλίας Suppl. 922. ἔκλυον οὖσαν ἀθλίαν σε Iph. A. 897. ποῦ χρή μ' ἀθλίαν εὑρεῖν σὴν χέρα ib. 1026. τὴν ἀθλίαν τήνδ' — κειμένην πυλῶν πάρος Troad. 36. γενόμεθ' ἄθλιαί γε Phoen. 1708. ἄθλιος κἀκεῖνος ἦν ib. 421. τίς ἡμῶν ἐγένετ' ἀθλιωτέρα; Hel. 600. οὐκ οἶδα θνητῶν ὅστις ἀθλιώτερος Herc. f. 1015. οἱ τὰς τέχνας ἔχοντες ἀθλιώτεροι τῆς φαυλότητος Polyid. fr. VIII (III), 1. ἀθλιώτατος βροτῶν Hel. 810. Antig. fr. I, 2. πασῶν ἀθλιωτάτην Hec. 423. ἀθλιωτάτη βροτῶν Hec. 811. οἵπερ κἄμ' ἔθηκαν ἄθλιον Or. 1166. ὥς μ' Ἰφτσας ἄθλιον καὶ τλήμονα Phoen. 1589. πάρεδρος ἀθλίῳ νεκρῷ Or. 83. ἄθλιον νέκυν Hipp. 786. ἔρημος ἀθλίου πατρός Suppl. 1131. τὸν

ἄθλιον Ἀγαμέμνονα Iph. T. 663. τὴν τάλαιναν ἀθλίαν δάμαρτα Or. 1564. ποδαγὸς ἀθλία Phoen. 1707. ἀθλίαν ἐφολκίδα Androm. 199. μητέρ' ἀθλίαν λιπών Troad. 736. ἄθλιαι γραῖαι γυναῖκες Hec. 322. ἀθλία γυνή Hec. 417. γυναιξὶν ἀθλίαις προσωφελήσων — κεχρημέναις Suppl. 326. τέκνα ἄθλια Herc. f. 1032. ἄλλον ἀθλιώτερον Suppl. 1076. ἀθλιωτάτῳ πατρί Phoen. 1673. ὦ ξυνάορ' ἀθλιωτάτη Phoen. 1689. ἀθλιωτάτη γυνή Med. 818. ἀθλιώτατον φυτόν Med. 231. τὸ δ' ἄθλιον (miseria) κεῖν' εὐτυχὲς τάχ' ἂν πέσοι Hel. 1088. μακαρίως μέν, ἀθλίως δ' ἐμοί ib. 915. ἀθλίως πράσσουσιν εὐτυχῆ; μολών Or. 449. ὡς ἀθλίως πέπραγμαι Herc. f. 1375; cf. 707. Or. 87. Ita κεἰ μάλ' ἀθλίως ἔχομεν Or. 295; cf. Hel. 1300. ἀλλὰ καὶ τόδ' ἄθλιον, πενίᾳ σὺν οἰκτρᾷ περιβαλεῖν σωτηρίαν Herc. f. 303. ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον Phoen. 1463. τοὐμοῦ γ' εἵνεκ' ἀθλίου βίου Androm. 409. πλανήτην εἶχετ' ἄθλιον βίον Heracl. 878. ἄθλιον μόρον Bacch. 337. ἀθλία τύχη Hec. 425. γυναικὸς ἀθλίους τύχας Alc. 1041. συμφορὰς ἀθλίας Hel. 490. [ἀθλίοις] ἐν συμφοραῖς Ἰλιοισιν Hel. 1180; vid. *Matth.* ad h. l. εἱλιχθεῖσαν ἀθλίοις κακοῖς Or. 358. ἐν οἷοις κείμεθ' ἀθλίοις κακοῖς Phoen. 1633. θριγκὸς ἀθλίων κακῶν Troad. 489. σ' ἔκειρεν ἀθλίως τείχη πατρῶα Troad. 1173. ὦ φίλα πεσήματ' ἄθλι' ἀθλίου πατρός Phoen. 1695. ἄθλιον τύμβον πατρός El. 519. πρόσοψις ἀθλία Or. 950. θηρσὶν ἄθλιον βοράν Phoen. 1597. τάφου ἀθλίους ἕδρας Hel. 803. ἀθλίους κλοπάς Herc. f. 100. ἀθλίᾳ μητρὸς ποδί Herc. f. 336. ἀθλίου στόματος Or. 219. ἄθλιον κάρα ib. 225. Herc. f. 1198. χειρὸς ἄθλιον βάρος Alc. 202; vid. βάρος. ἄθλιον βάρος Πενθέως Bacch. 1214. ἄθλιον δέμας Troad. 772. τὴν ἀθλίως σπεύσασαν ἀθλίαν ὁδόν Ion. 1226. ἄθλι' ἑρμηνεύματα Herc. f. 1137. ἀθλίων προσφθεγμάτων El. 1174. οἶκος ἀθλιώτερος ib. 1175. ἀθλίως οἰκεῖν πόλιν Herc. f. 1365. ἀθλίως σωστέον (τὰ ὅπλα) ib. 1385, ubi in ἄθλιος notio ἀθλεῖν inesse videtur, ut sit i. q. ἀθλητέον, τολμητέον τὸ σώζειν [proprie: *tenenda arma, quamvis sit miserum. Const. M.*]. De locis, in quibus ἄθλιος communis generis est, Alc. 1041. Hel. 803. 1180. Herc. f. 100, vid. *Matth.* gr. §. 117. p. 296.

ἆθλον, *praemium certaminis.* Nunquam apud Euripidem denotat *pugnam, laborem.* προὐθέμην — ἆθλον Ἕλλησιν δορός Hel. 43. αὐτὴ (ἀρετὴ) ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει fr. dub. XXXVI, 3. ψυχὴν γὰρ ἆθλα τιθεμένην ἐμὴν ὁρῶ Alcmen. fr. XIV (inc. XVI), 7. ἆθλα κόπταβον δίδους Oen. fr. IX (VIII), 3. οὐδὲν ἆθλον οὔτε τοῖς ἐσθλοῖσιν ἦν οὔτ' αὖ κόλασμα τοῖς κακοῖς Sisyph. fr. I, 3. καὶ τἆθλα (*Pors. Dind.* κἄπαθλα) δεινὰ δάκρυά σοι γενήσεται Phoen. 1268, i. e. *nil nisi lacrimas ex*

hoc fratrum certamine lucratura es; quem versum spurium habent editores. Neque apud Sophoclem (vid. ap. *Ellendt. s.* ἆθλος) vel Aeschylum haec vox significatum *laboris s. discriminis* habere videtur; nam Trachin. 506. *πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἄεθλ' ἀγώνων* ipsa est Deianira, cuius nuptiae praemii loco propositae sunt procis, ut Aesch. Suppl. 1034. *σωτῆρὸν ἆθλον* dicitur *γάμος Κυθέρειος ὑπ' ἀνάγκας ἐλθών.* Soph. Philoct. 508. *πολλῶν ἔλεξεν* (Philoctetes) *δυσοίστων πόνων ἆθλα, πόνοι* acerbe dicuntur *ἆθλα (merces), ὅσσα μηδεὶς τύχοι.* Nam ut *praemium certaminis* est *ἆθλον*, ita in universum *praemium s. merces*, quam quis *aerumna* et *labore* consequitur. [Latinis quoque *merces* in malam partem pro *poena* et *molestia* accipitur; nec non *praemium*; v. Ov. Metam. 8, 503. Philoctetae *ἆθλα* in loco Soph. non male vertas *Lehrgeld.* De gen. *πόνων* vid. Quaest. Soph. p. 19 sq. *Const. M.*]

ἆθλος, labor, aerumna. *ἄθλους ἐκτελευτῆσαι πικρούς* Herc. f. 827. *μεγάλων ἄθλων δείματ'* [ex coniect. *Matth.*] *ὑποστάς* Temenid. fr. XVIII, 2. *τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν* fr. inc. tr. CLV, 10.

ἀθορύβως, sine interpellatione. *ὡς ἀθορύβως οὐπιὼν ἡμῖν λόγος πρὸς τόνδ' ἵκηται* Or. 629.

ἆθραυστος, non dirutus, integer. *ἄθραυστος Ταινάρου μένει λιμήν* Cycl. 291. *πύργοι ἄθραυστοι* Hec. 17. *ἑστᾶσ' ἄθραυστοι (ἑπτάπυργοι περίβολαι)* Phoen. 1086. Glossam *Hesychii: ἄθραυστα, ἀπρόσκοπα· Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι, Hemsterhusius* pertinere putat ad Iph. A. 57. *τῆς τύχης ὅπως ἆψαιτ' ἄριστα. Matth.* ad h. l. negat recte dici posse *τῆς τύχης ἅπτεσθαι ἄθραυστα.* Refragatur *Herm.*: an vere, dubito; quid si iungas *τῆς τύχης ἄθραυστα* ex *Matth.* gr. §. 330. not. Hesychii vero glossa num spectet ad h. l. difficile est diiudicatu.

ἀθρεῖν, conspicere. *λεύσσετ', ἀθρήσατε* Androm. 1228. *ἰδοὺ τάνδ' ἄθρησον* Ion. 190; cf. 201. *Inspicere.* *ἱερὰ εἰς χεῖρας λαβὼν ἦθρει* El. 827; cf. 839. *ἄθρησον σῶμα γυμνωθὲν νεκροῦ* Hec. 679. *δισσοὺς ἀθρήσας κἀπιβαστάσας χεροῖν* Cycl. 378; vid. *Matth.* ad h. l. *Considerare, contemplari.* *ἄθρησον* Iph. A. 1416. *δεῦρ' ἄθρησον* Hipp. 300, ut *εἰς τοῦδ' ἀθρήσας θάνατον* Bacch. 1325. *τῇδ' ἀθρητέον τόδε* Hipp. 379. *κἀκεῖνο νῦν ἄθρησον* Androm. 669. *σαφῶς ἀθρήσας — ἐκφρόντισον* Iph. T. 1323. *ἄθρησον αὐτὸ καὶ σαφεστέρως μάθε* Bacch. 1280. *τὰς βροτῶν τύχας ὀρθῶς ἀθρήσαντα* Eurysth. fr. VII, 2.

ἀθροίζειν, congregare. Aspiravit verbum *Elmsleius* ad Heracl. 123. 341, quem vid. ad Ar. Acharn. 26. Secutus est *Ellendtius* in lex. auctoritatem grammaticorum (quos vid. ap. eum) sanciens. Putant vero *ἀθρόος* ex alpha collectivo et *θρόος* compositum esse. Et vero accentus in antepenultima docet alpha esse intensivum. *Etymol.* M. p. 26. *ἀθροίζω ἐκ*

τοῦ θροῦς καὶ κατὰ συναίρεσιν μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ ᾱ ἀθροίζω, cuius verba reddit *Suidas* s. ἀθροίζειν. Neque enim α, ut alpha priv. in ἄθροος i. e. *sine strepitu*, notionem, quae inest in θρόος, nova quadam vi induit (unde huius quidem vocis prima accentu notatur; v. s. ἀμπνόη), sed intendit modo vim notionis: hinc tonus obtinet penultimam; cf. *Göttl.* l. c. p. 295. b. Neque vero, quam vim alpha collectivi esse putant, α in ἀθρόος denotat *una* (ἅμα), quam notionem propter ἀθροίζειν, quatenus est *congregare*, voci infigere videntur, sed, quum origo vocabuli declaret ἀθρόος id esse, quod nos dicimus *geräuschvoll*, opp. *geräuschlos*, Lat. — *osus*, hinc proprie significat *magnum numerum* et *frequentiam*, *creber*, ita ut inde demum collectivam quandam vim induat. Ita ἀθροίζειν proprie est *frequentare* i. e. *congregare*. Unde quis colligat vim alpha collectivi ortam esse ex alpha intensivi, ut contraria quidem ratione *Kühner*. gr. Gr. I. §. 380, 8. statuit. Iam quum alpha collectivum eiusdem stirpis esse atque ἅμα grammatici putent, ut *Buttm.* gr. II. p. 358, hinc α illud aspirant cum *Etymol.* M. τὸ ἀθροιστικὸν α δασύνεται; cf. *Eust.* ad Il. α′. p. 16, 30. *Damm.* lex. s. v. ἀθρόος. Sed haec ipsa aspiratio collectivi alpha scripturam ἀθρόος et ἀθροίζειν c. spir. asp. suspectam reddit. Nam et origo respuit alpha collectivum, neque, si est asperum collectivum, ad liquidum perductum est, num asper spiritus in lenem transire possit, ut in ἄλοχος (s. v.), ἀκοίτης, si quidem sunt ex ἅμα. Ἀθρόος et ἀθροίζειν si aspirantur, id quod plane negari non potest, similis ratio huius rei causam aperire necesse est atque quae exstat in aliis verbis, ut αἴρειν — αἰρεῖν, ἄνω, ἀνύω — ἀνύω etc. Similiter dicitur ἀόλλης ab εἴλω: quae vox quum etiam aspiretur in εἰλίω εἰλίσσω, stirpem habet verborum ἅλης (-) et ἁλίζειν: quod verbum non est componendum cum ἀθροίζειν. Talem vero aspirationem ipsi notioni vocabulorum vim quandam inspirantem usus verborum ἀθροίζειν ἀθρόος repudiare videtur. Itaque παράδοσις Ellendtiana illa ambigua videtur atque absona nitique iis, quae profert *Etymol.* M. s. v. ἀθρόος (s. v.). [Et profecto rem illam diligentius examinanti nihil apertius erit quam omnem istam verborum ἀθρόος et ἀθροίζειν aspirationem grammaticorum quorumdam atticistarumve commentum esse vel lexicorum praecepta caeco assensu approbantium vel similitudine vocabulorum ἅμα ἅπαξ ἅπας inepte abutentium. *Const. M.*] Quod vero in Thucydidis codicibus nonnunquam asperum inveniri dicunt, contra *Poppo* ad I, 10. p. 190. „at nusquam ita (c. aspero) ullus liber Thuc.“ Idem Xen. Anab. s. ἀθροίζω: „quod nunc ἀθροίζειν in tragicis fabulis scribunt docti Britanni, nusquam fere iis favere videntur Xenoph. codd.“ Apud Euripidem libri non iubent spiritum asperum. μὴ Τροίαν ἀθροίσῃ καὶ ξυνοικίσῃ πάλιν Hec. 1139. ποίμνας ἀθροῖσαι Cycl. 83. μάντεις ἀθροίσας θύ-

φρασι Heracl. 341. τῶν φίλων πλήρωμ' ἀθροίσας Ion. 664; cf. Herc. f. 594. ἀθροίσας Ἑλλάδα Or. 647. πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδα Phoen. 78. Ἑλλήνων ὄχλον τοσόνδ' ἀθροίσας Andr. 607. λεκτοὺς ἀθροίσας δύρο — κόρους Suppl. 356. ἀθροῖσαι λαὸν εἰς κοινὰς ἕδρας Or. 871. Ἀργείων ὄχλος ἠθροίζετο Iph. A. 1547. ἠθροισμένου στρατοῦ ib. 87. ναυβάτας ἠθροισμένους ib. 267. Tralate περιπλοκὰς λόγων ἀθροίσας Phoen. 498. πνεῦμ' ἄθροισον ib. 853, *collige*. οὐρανὸς ἀθροίζων ἄστρα Ion. 1147. *Medium*. Heracl. 123. τίς ὄχλον τόνδ' ἀθροίζεται τύχη, ubi medium denotare videtur τὸ ἀθροίζειν ὄχλον *soli* τύχῃ proprium esse, ita ut τύχη multitudinem illam quasi ex *sese* sola procreet, ut Phoen. 1175. ἀλλά νιν (fugientes) πάλιν παῖς σὸς ἐξαθροίζεται, ut in quo *solo* pugnantium salus posita sit, i. e. *sua* unice s potissimum opera fugientes recolligit. [Vide quae de hac subtiliore medii potestate exposui in Quaest. Soph. p. 95. *Const. M.*] Ceterum alpha, ut in ἀθρόος, apud Euripidem semper brevis est.

ἄθροισις, *congregatio*. στρατὸν ἄθροισις Hec. 314.

ἄθροισμα. ἄθροισμ' (λαοῦ ἐς κοινὰς ἕδρας) ἰδών, *populum ad concionem convocatum*, Or. 872.

ἀθρόος, *creber*, *densus*. σοφῶν πλῆθος ἀθρόον, *magnus numerus*, Andr. 482. ἀθρόον δάκρυ, i. q. apud Homer. θαλερὸν δάκρυ, *largum*, Herc. f. 489. ἀθρόῳ στόματι, *pleno ore*, Bacch. 724. In Iph. A. 1000. στρατὸς γὰρ ἀθρόος ἐργὸς ὢν τῶν οἴκοθεν λεσχὰς πονηρὰς — φιλεῖ, non tam est *confertus*, *copiosus*, sed i. q. ἠθροισμένος, *congregatus*. Neque indocte, quamquam contraria ratione atque *Ellendtius* l. c., dicit *Etymol.* M. s. ἀθρόος· σημαίνει τὸν αἰφνίδιον· παροξύνει δὲ τὸν συνηθροισμένον καὶ δασύνει Ὅμηρος (Il. β', 439. ἡμεῖς ἀθρόοι ὧδε — ἴομεν). Omnino enim huiusmodi discrimen aspiratio vocis ἀθρόος efficeret, si modo fieret illa. Sed recte nunc omnia Iliadis exempla praebent: ἡμεῖς δ' ἀθρόοι ὧδε — ἴομεν, neque apud alium vel poetam vel solutae orationis scriptorem ἅθροος cum aspero usquam occurrit. Unde concidit doctrina boni Etymologi.

ἀθυμεῖν, *animum despondere*. τί χρῆμ' ἀθυμεῖς El. 831. ὅταν τἄρ' ἀθυμήσαντ' ἴδῃς Or. 296.

ἀθυμία, *animi defectio*. ἐς ὑμᾶς ἐσῆλθ' ἀθυμία Herc. f. 552. μήδ' ἀθυμίαν σχέθῃ τις ὑμῶν Alcm. fr. XVII, 1; v. *Matth.* εἰς ἀθυμίαν ἀφίκεσθε Bacch. 610, *desperationem*.

ἀθῦρειν, *ludere*. ἠλᾶτ' ἀθύρων Ion. 53. πηδῶν ἀθύροι Dan. fr. I, 2.

ἄθυρμα, *lusus*. νηπίοις ἀθύρμασιν Aug. fr. VI (V).

ἀθυρόγλωσσος, *garrulus*, ἀνήρ Or. 901; quem ad locum per-

tinet *Bekk.* anecd. p. 352. *Bachm.* ib. p. 40. ἀθυρόγλωσσος. *Εὐριπίδης Ὀρέστῃ· ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος. εἴρηται δὲ ἢ παρὰ τὸ θύραν μὴ ἐπικεῖσθαι τῇ γλώττῃ* (v. Theogn. 421) *ἢ παρὰ τὸ ἀθύρειν* (-), *ὅπερ ἐστὶν ἀδιακρίτως ὁμιλεῖν. σημαίνει δὲ τὸν ἀθυρόστομον, τὸν μὴ κατέχοντα τὸ στόμα.*

ἄθυρσος, *thyrsum non gestans.* ἄθυρσοι *Βάκχαι* Or. 1492.

ἄθυτος, *non immolatus.* *ἀνίερος ἀθύτων πελάνων* Hipp. 147.

ἀθῶος, *impunitus.* *ἀθῶος ἐξ ἐμοῦ πάντως ἔσει* Bacch. 671. *ὁ δ' ἀθῶος μένει* Alcmen. XIV (inc. XVI), 5. *ἀθῶος αὐτὴ φεύξεσθαι δόμων* (πέποιθα) Med. 1300. *Elmsleius* ad Med. 1267. (ex *Etymolog.* M.: *ἔχει δὲ τὸ ι ἐκ παραδόσεως· ἐπείδη εὕρηται Θωϊὴ, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ*) scribi vult *ἀθῷος ι* subscripto, quem secuti sunt *Herm. Pflugk.* et *Dind.* At eodem iure contendi potest *Θωϊή* esse alteram formam poetis lyricis usitatam *ι* post *ω* assumto, ut in *ζώϊον* pro *ζῶον*, in *ὦϊον* pro *ὠόν*; etsi sunt, qui scribere velint *ᾠόν*; vid. *Wessel.* Herod. II, 68. Propter accentum formas in — ωος iota subscripto notandas esse docet *Goettl.* l. c. p. 300; cf. p. 315. Nec tamen accentu in talibus moveor neque illud valet de *ζῶον*: unde iota dubium manet et suspectum. [Imo prorsus alienum est. Falso enim *Θωή, ζῶον, ὠόν* ex *Θωϊή, ζώϊον, ὦϊον* contracta esse putantur, siquidem *Θωή* ex *τι — Θέω* eadem via atque *ζῶον* et *ζωή* ex *ζάω, σῶος* ex *σάω, ὠόν* ex *ἔω* formatum est. Sicut autem *ἥλιος* et *ἦ* in *ἠέλιος* et *ἠέ, χροά* et *στόα* in *χροιά* et *στοία* dilatari solent, ita etiam literae *ω* tum *ε*, ut in *ὦεον*, tum *ι*, ut in *ὦϊον, ζώϊον, Θωϊή*, adspergitur. Alia huius modi exempla suppeditat *Jacobs.* ad Anth. Pal. p. 8. nr. 5. Quare optimo iure in lexicis nunc exaratur *ὠόν* et *ζῶον* sine subscripto iota, licet *Jacobsius* venerabilis in Praef. Ael. p. XXII. de Aeliano saltem in contrariam partem disputet; sed neque *Θωή* et *ἀθῷος* ullo pacto ferendum. *Const. M.*].

ἀθώπευτος. *ὡς ἀθώπευτόν γέ σε γλώσσης ἀφήσω τῆς ἐμῆς, non delinitum blanditiis linguae*, Andr. 460.

αἲ, prae dolore s. moerore lugentis interiectio. Semper bina *αἲ* coniungi monet *Herm.* ad Soph. Ai. 363. Phil. 1094. Oed. R. 1307; cf. *Seidl.* de verss. dochm. p. 72; assentitur *Ellendt.* in lex. Soph. exploratis poetae sui locis. Apud Euripidem Phoen. 1290. codd. bis aut quater *αἲ*; ter *Cant.* Aug. d.; in antistr. respondet *φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ.* Or. 316. codd. bis; *Heath.* propter antistr. *ἰὼ Ζεῦ* ter posuit; hinc *Kingius* pro *ἰώ* recte correxit *ὦ*, nisi quod verba *ὦ Ζεῦ* mutato ordine in strophan transponenda esse videntur, quum chorus in stropha *καθικετεύεται*, in antistropha *κατολοφύρεται.* Alc. 227. verbis *αἲ αἲ* (quater Flor. 10. 15. Havn. ter Flor. A.) *ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε* respondent in stropha verba *ἔξεισί τις; ἢ τέμω τρίχα; Herm.* et *Dind.* *ἆρ'* pro *αἲ αἲ.* Imo legendum esse

videtur semel *αἴ*, de quo vid. infr. Etiam de reliquis locis, ubi *αἲ* bis aut quater ponitur, vid. infr. Quoniam igitur haec interiectio neque semel neque ter neque quinquies scriptum invenitur, ex *Herodiano περὶ μονήρους λέξεως* p. 27. *τὰ δὲ τοιαῦτα περισπᾶται, ἀτταταῖ, αἰαῖ, παπαῖ,* bina semper in unum vocabulum *αἰαῖ* contrahenda esse contendunt *Herm. Dind. Ellendt.*: quam scribendi rationem magis comoediae quam tragoediae propriam esse censemus. Nam cum sit tragicorum „magnumque loqui nitique cothurno," natura rei postulat, ut singulae voces et syllabae pronuntiando magis intendantur, praecipue in iis vocabulis, quibus propter notionem subiectam haec vocis contentio propria est. Hinc comicorum *αἰαῖ* lugentis esse videtur, qui, quum doloris causa sit levis, magis risum movet quam commiserationem. Quod vero bina plerumque apud tragicos copulantur, huius rei causa non sita in scriptura *αἰαῖ*, sed in vi et natura huius aliarumque interiectionum, ut *ἆ ἆ* (s. v.). *Herodianus* autem l. c. hanc vocem tantum ad accentum stabiliendum affert, non ad scripturam. Abs quo *αἲ* interiectionis vice *κατ' ἐξοχήν* fungente, ut bis Phoen. 1500. *αἲ αἲ, ἴω μοί μοι.* Alc. 865. Suppl. 819. Tr. 1228. Herc. f. 1067. Med. 1007. 1009. Phoen. 1554, differt alterum *αἴ*, quod acuto accentu scribitur; de cuius toni historia disserit *Ellendt.* l. c. p. 32; cf. *Goettl.* l. c. p. 362. Ut enim *ἆ* (s. v.), ita *αἲ* vim quandam *relativam* (quam vim etiam natura accentus recipere videtur) habet, quum *ἆ* et *αἲ* omnibus quasi enuntiationis partibus absolutis solum per se stet, quod ex iis maxime locis patet, in quibus post interiectionem particula aliqua subsequitur, Herc. f. 1140. *αἲ αἲ. στεναγμῶν γάρ με περιβάλλει νέφος.* Troad. 197. *αἲ αἲ, αἲ αἲ. ποίοις δ' οἴκτοις τὰν σὰν λύμαν ἐξαιάζεις,* cf. Iph. A. 137. Hipp. 1370. *αἲ αἲ αἲ αἲ. καὶ νῦν ὀδύνα με βαίνει,* cf. Herc. f. 900. Hipp. 806. Cycl. 347. Iph. A. 404. Omittitur particula Hec. 684. *αἲ αἲ, κατάρχομαι νόμον βακχεῖον,* item Or. 855. 1375. Phoen 1223. 1350. Med. 277. 1042. Hipp. 208 (extra vers.); vulg. ἒ ἒ. Herc. f. 913. Chrys. fr. II, 1. Hec. 229. 332. Med. 144 (extr. vers.). Hipp. 1255. Andr. 1073. Bacch. 1343. Suppl. 1148. Cycl. 696. Quater legitur Med. 111 (extra vers.); codd. bis aut ἒ ἒ. Rom. A. B. ἒ ἒ *αἲ αἲ*. Paris. A. quater ἒ. Phoen. 1290. Hipp. 1347. Tr. 197; alii codd. bis. Hipp. 830. 1370. Andr. 829. Tr. 1226. Alterum vero *αἴ*, quod a priore diversum etiam *Ellendt.* l. c. statuit et cui id ipsum adnectitur, quod ad notionem eius accuratius declarandam pertinet, prae aegritudine dolentis est et indignabundi animi. Hipp. 881. *αἲ αἲ· κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.* Hec. 183. *αἲ αἲ σᾶς ψυχᾶς.* Hipp. 814. *αἲ αἲ τόλμας.* Troad. 624. 625. *αἲ αἲ, τέκνον, σῶν ἀνοσίων προσφαγμάτων. αἲ αἲ μάλ' αὖθις.* Semel positum, ut in locis ab *Ellendtio* p. 31. allatis, videtur Alc. 227. *αἲ ἄξια καὶ σφαγᾶς*

τάδε i. q. αἳ ἀῤῥήτων κακῶν (vid. supra). In Herc. f. 899. αἳ αἳ κακῶν, genit. κακῶν potius ad praecedentia referri videtur, ita ut αἳ scribatur hoc modo: οὔποτ' ἄκραντα δόμοισι Λύσσα βακχεύσει, αἳ αἳ, κακῶν· αἳ αἳ δῆτα· τὸν γεραιὸν ὡς στένω. [Omnino necessarium, ut κακῶν ad ἄκραντα referatur: frigidissimum enim στένω κακῶν. Const. M.]

αἶα, terra. In melicis et diverbiis apud Euripidem obvium; neque sine causa Seidl. de verss. dochm. p. 263, formam αἶα non reperiri censet, ubi de inferis sermo sit: nam αἶα dicitur terra, quatenus incolitur. Δωρίδος αἴας Hec. 450. Φρυγῶν ἐς αἶαν Hec. 1141. Κόλχων ἐς αἶαν Med. 2. Δελφῶν κατ' αἶαν Andr. 51. κάτ' αἶαν Πελοπίαν Ion. 1591. Φωκέων ἐς αἶαν El. 1287. αἴας Λυκίας Alc. 111; vid. Herm. et Pflugk. τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν λευκὰν ἀκτάν, Leucen insulam, Iph. T. 435. εἰς τήνδε αἶαν (Tauricam) ib. 786. μακάρων ἐς αἶαν Bacch. 1337. ξένην ἐπ' αἶαν Hipp. 898. 1049. Cf. de hoc postremo loco Dind. in eph. ant. Darmst. 1836. p. 13. ἄμικτον αἶαν Iph. T. 403. ἄλλαν ἐπ' αἶαν Hipp. 1125. El. 97.

αἴαγμα, luctus. In plurali modo apud Euripidem invenitur. αἰάγμασι στένουσα Hel. 186. πέπονθας ἄξι' αἰαγμάτων Alc. 876. αἴλινον αἰάγμασιν ἃ τοῖσδε προκλάω Phoen. 1520. σὺν ἀλαλαῖσιν αἰὲν αἰαγμάτων ib. 337. V. s. ἀλαλά.

αἰάζειν, lugere, lamentari. αἰάζωμεν Troad. 146. οἰκτρὰν αἰάζοντων ἀὐδάν Iph. T. 226. θρῆνον αἰάξετ' Herc. f. 1053. ἔκλαγξ' ὅπα ἀξύνετον αἰάζουσα Ion. 1205. αἰάζω τύχας Or. 80. τὸν δαίμον' αἰάζειν Med. 1347. δουλείαν αἰάζουσιν Troad. 159.

Αἰακίδης, Aeacides. τὰς (ἵππους) πόντιος Αἰακίδᾳ Πηλεῖ δίδωσι δαίμων Rhes. 240. Πιερίδες — Πηλέος εἰς γάμον ἦλθον Θέτιν τόν τ' Αἰακίδαν — κλέουσαι (vulg. κλεί.) Iph. A. 1045; cf. Andr. 790. ὦ γέρον Αἰακίδα etc., ubi chorus laudibus celebrat praeclare a Peleo facta.

Αἰακός, n. pr. Αἰακὸν ἔφυσεν (Ζεὺς), Οἰνώνης πρόμον Iph. A. 699. τοῦ δ' Αἰακοῦ παῖς — Πηλεύς ib. 700. Αἰακοῦ γένεθλον, Achilles, ib. 855. Πρωτεὺς — γαμεῖ Ψαμάθην, ἐπειδὴ λέκτρ' ἀφῆκεν Αἰακοῦ Hel. 7.

Αἴας, n. pr. Αἴας ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος Iph. A. 289. Τελαμωνίου δ' Αἴαντος ἐσεῖδον σφαγάς Hel. 854. Αἴας μ' (Teucrum) ἀδελφὸς ὤλεσ' ἐν Τροίᾳ θανών ib. 94; cf. 101. τρικόρυθος Αἴας Or. 1480. οὔτ' ἂν Αἴαντος δόρυ — σχέθοις Rhes. 601; cf. 462. 497. Αἴαντος δίκαιος γόνος fr. inc. XVIII (CXC). Αἴας εἵλκε Κασάνδραν βίᾳ Tr. 70; cf. 614. In plurali δύ' Αἴαντε τὸν Ὀιλέως Τελαμῶνός τε γόνον Iph. A. 192.

Αἰγαιος, Aegeus. Αἰγαιον πόρον Troad. 82. πέλαγος Αἰγαίου

πόρου Hel. 129. πέλαγος Αἰγαίας ἁλός Troad. 88. Αἴγαιον οἶδμα Iph. A. 1601. Αἰγαίαις ἐνάλοις ἀκταῖς Hel. 1141. πόντιόν τ' Αἴγαιον ἐπ' ἀκτὰν ἀλίμενον Alc. 598, ubi *Herm.* et *Dind.* cum *Musgr.* (quem vid.) Αἰγαίων'; in antistr. libr. θάρσος; *Barnes.* recte θράσος. τὰς ἐν Αἰγαίῳ φθορὰς Hel. 772. δίπαλτον ἱερὸν ἀνὰ μέσον πλατᾶν πέσοι Αἰγαίου κεραυνοφαὲς πῦρ Troad. 1104; *Matth.* „fulmen in Aegaeo mari missum;" *Musgr.* Ἰδαίου, *Iovis Idaei.* Simili sensu Αἰγαίου potius ad Neptunum retulerim; Strab. VIII. p. 385, C. ed. Paris. Αἰγαὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσαι. Soph. Laoc. fr. II, 1. Πόσειδον, ὃς Αἰγαίου μέδεις πρωνός. Cuius tridentem Euripides vocat Neptuni κεραυνοφαὲς πῦρ, ut Iovis fulmen Διὸν πῦρ Bacch. 8. Alc. 8; Forsan poetae magis accommodatum sit legere Αἰγαιον κεραυνοφαὲς πῦρ, ut vim adiectivi sustineat.

αἴγειρος, *populus.* ὑπὸ αἰγείροις Hipp. 210.

Αἰγεύς, n. pr. Αἰγεῖ — τῷ Πανδίονος Med. 1385. Suppl. 7. ἐκ τὸν εὐπατρίδαν Αἰγέως — παῖδα, Theseum, Hipp. 1283. ὦ γεραιοῦ τέκνον Αἰγέως ib. 1431. Αἰγέως τόκος Suppl. 647. παῖδα κλεινὸν Αἰγέως ib. 656. πρὸς οἴκους Αἰγέως ib. 360. Vocativus Αἰγεῦ in compellando Med. 690.

Αἰγιαλεύς, n. pr. Adrasti filius. σύ τ' ἀντὶ πατρὸς, Αἰγιαλεῦ, στρατηλάτης νέος καταστάς Suppl. 1216.

αἰγιαλός, *littus.* παράλιον αἰγιαλόν Iph. T. 425. αἰγιαλοῖσι παρὰ τε κροκάλαις Iph. A. 210.

Αἰγικορεῖς. Ita vocatur una quatuor Ionicarum tribuum, quarum reliquae tres erant Γελέοντες, Ὅπλητες, Ἀργάδεις. Antiqui, ut est in fabula, harum tribuum genus duxerunt a quatuor Ionis filiis Γελέων, Αἰγικορεύς, Ἀργάδης, Ὅπλης: vid. Herod. V, 66; cui veterum opinioni favet Euripides Ion. 1579 sq. Quae vero sit ratio ac vis horum nominum, ambigunt viri docti, quorum sententias vid. *Herm.* praef. Ion. XXVII sq. Putant enim antiquos Atticos ad *vitae genera* in tribus fuisse dispertitos; cf. *Boeckh.* athen. Staatshaushalt. II. p. 28; et *Herm.* griech. Staatsalterth. §. 94. Hinc Αἰγικορεῖς (ab αἴξ et κορέννυμι; a κορεῖν, *colere*, *Welcker.* Aeschyl. Trilog. p. 294. not. 535.) *pastores* vel *rusticos* intelligunt. *Plut.* Sol. 23. τοὺς ἐπὶ νομαῖς καὶ προβατείαις διατρίβοντας. Quam sententiam recte refutavit *Herm.* l. c. p. XXIX sq. Magis arridet coniectura, quam proposuit *Göttlingius* in scholis de graec. antiquit. habitis. Is enim has tribuum appellationes τιμοκρατίας esse censet, qua cives *census* nomine in classes distributi sunt, ita ut γελέοντες sint οἱ ὀλίγοι, ὅπλητες i. q. ὁπλῖται, αἰγικορεῖς i. q. γυμνῆται, ἀργαδεῖς i. q. θῆτες. De singulis vid. singulas voces. Interim haud scio an haec classium descriptio non

quadret ad primordia civitatis, ubi non iuris quaedam aequabilitas, qualis est liberi populi, regnat, sed potentiores in inferiores dominantur. Et quidem nomen *Αἰγικορεῖς* duxerim ab *αἰγίς* et *κόρος*, *κορύσσω*. Euripides Ion. 1580. *ἐμῆς τ' ἀπ' αἰγίδος ἔμφυλον ἕξουσ' Αἰγικορῆς* (cf. *Herm.* ad h. l.); quod quomodo (nisi fallor c. Strab. VIII. p. 383.) de *sacerdotibus* intelligat *Herm.* praef. Ion. p. XXX. non video. Quod vero Euripides nomen *αἰγίς* ad aegidem Minervae transfert, hoc poetae condonandum lusu poetico gaudenti, neque tam absurde locutum fuisse puto, ut, si *Αἰγικορεῖς* ex sententia *Welckeri* l. c. ab *αἴξ* derivandum esset, dicis causa ab aegide Minervae derivaret. Scilicet *αἰγίς* lorica fuisse videtur e pelle caprina facta, qua *Αἰγικορεῖς* induti erant. Quae vero ratio sit huius tribus ac natura, vid. s. *Ἀργαδεῖς*.

Αἴγινα, n. pr. *Αἴγινα θυγάτηρ ἐγένετ' Ἀσωποῦ πατρός* Iph. A. 697.

αἰγίς, *aegis*. *ἣν* (*Γοργοῦς δέρος*) *αἰγίδ' ὀνομάζουσι, Παλλάδος στολήν* Ion. 996; cf. 1580. *Γοργὼ δ' ὡς ἐπ' αἰγίδος θεᾶς* Rhes. 306. *κεκρασπέδωται δ' ὄφεσιν αἰγίδος τρόπον* Ion. 1423. *Pellem caprinam* (utpote ab *αἴξ*), quae *lebetis* vicem suscipiat, denotat Cycl. 359. *μέλη ξένων δασυμάλλῳ ἐν αἰγίδι καινόμενα*: *Heath.* intelligit patinam ad carnes mensae apponendas idoneam. At vid. *Barnes*.

Αἴγισθος, n. pr. *θνήσκει* (Agamemnon) *τοῦ Θυέστου παιδὸς Αἰγίσθου χερί* El. 10. *σφαγεὶς Αἰγίσθου* ib. 124; cf. 685. 764. 869. 885. *Αἴγισθος βασιλεύει χθονὸς ἄλοχον Τυνδαρίδα κόρην ἔχων* ib. 12. *Αἴγισθος ἦν ὁ κρυπτὸς ἐν δόμοις πόσις* Or. 561. *ἄνδρ' οὐ κακὸν Αἰγίσθου πόσιν* El. 1081. *λυγρὰν Αἰγίσθου λώβαν θεμένα δόλιον ἔσχεν ἀκοίταν* ib. 165. *τεκοῦσα ἄλλους παῖδας Αἰγίσθῳ πάρα* ib. 62. *μισήσειαν Αἰγίσθου λέχος οἱ νέρτεροι θεοί* Or. 619. *μέλλοντ' Ὀρέστην χερὸς ὑπ' Αἰγίσθου θανεῖν* El. 17. *δεῖν' ὑπ' Αἰγίσθου παθών* ib. 85. *σφ'* (Electram) *εἶχ' ἐν δόμοις Αἴγισθος, οὐδ' ἤρμοζε νυμφίῳ τινί* ib. 24; cf. 32. 266. *μήτηρ νιν ἐξέσωσεν Αἰγίσθου χερός* ib. 28. *ὕβριν Αἰγίσθου* ib. 58. *δίκη ἂν ἦλθεν Αἰγίσθῳ τότε* ib. 42. *τὰ εἰς Αἴγισθον κακά* Or. 1158. *Αἰγίσθου φόβῳ* El. 525. *τῶν ἀπ' Αἰγίσθου φίλων* Or. 435. 894. Praeterea de Aegistho quamquam in scenam non prodeunte, at partes agente, sermo est El. 621. 665. 685. 764. 783. 796. 811. 826. 838. 869. 885. 894. 984. 1276.

αἴγλη eandem habet stirpem, quam *αἰθήρ* (cf. *Lob.* ad Ai. p. 97.), unde etiam *αἴθρη*, *caelum serenum*. Ut enim *ἀήρ*, *αἰθήρ* (ab *ἄω*, cuius radici *ᾱ* plerumque admiscetur iota, ut in *ἀεί* — *αἰεί* etc.) circumfusam denotant super terram spirabilem *aëris* naturam, ita *αἴγλη*, quae est veterum opinio, proprie est ea materia, quae naturam spirat *lucis* (*αὐγή*, quod est

eiusdem stirpis) pariter atque *caliginis* seu *tenebrarum* (ἀχλύς; vid. s. αἴθαλος). Hinc αἴγλη proprie non significat *lucem*, quatenus est *splendor* vel *fulgor luminis*, sed quod nos dicimus *Schein*, [Hinc λευκὴ αἴγλη Homeri in Od. ζ, 45; indeque Empedocles in Physic. 2. p. 522. aërem et aquam vocat νῆστιν αἴγλην, et quidem αἴγλην ὡς διαφανῆ, ut ait Simplicius. *Const. M.*] Troad. 549. ch. ἐν δόμοις δὲ παμφαὲς σέλας πυρὸς μέλαιναν αἴγλαν ἀνεδίκεν παρ' οἴνῳ (e coni. *Bergkii* l. c. p. 58. pro ἔδωκεν, licet quod idem proponit πυρίπνοον pro vulg. παρ' ὕπνῳ parum sit aptum), quatenus eorum, qui vino sunt ebrii, lumina tenebris quodammodo offusa sunt. [Nititur haec explicatio scriptura παρ' οἴνῳ, quam *Schaef.* pro vulgata παρ' ὕπνῳ ingeniose reposuit. Quam etsi certam puto atque iniuria a *Dindorfio* neglectam, tamen malim αἴγλη cum *Matth.* de *nigricante luce*, qualis est taedarum, accipere, ita tamen, ut, sicut v. 540. δάπεδα propter instantem calamitatem vocantur φόνια, sic αἴγλη quoque μέλαινα poetico verborum lusu simul imminentem Troianorum stragem significet: *lux nigra* propter colorem *nigrum* et propter *nigram* quae instat mortem (*Todesschein*). Cf. Virg. Aen. 7, 458. *Const. M.*] Hinc Soph. Phil. 819. ὄμμασι δ' ἀντίσχοις τάνδ' αἴγλαν, ἃ τέταται τανῦν, αἴγλη esse non potest *lux*, quae nulla est dormienti i. e. *caligo*, quod perridiculum, sed simpliciter et vi sua propria denotat oculorum *caliginem* vel *diluculum*, utpote eius, qui morbo debilitatus non gravi teneatur somno. [Possis igitur αἴγλην etiam cum *Herm.* simpliciter interpretari *Schein.* Sed cave de*luce* cogites, *quae non est lux*, ne sociam habeat *lucus a non lucendo. Const. M.*] Ut igitur αἴγλη de rebus dici potest, quae *tenebris* sunt offusae (quatenus harum quoque est *species*), ita etiam de iis, quae *lucem* diffundunt. τί φέγγος, τίν' αἴγλαν ἐδίφρευε — Σελάνα Suppl. 990. mel. μηνάδος αἴγλα Rhes. 534. ch. Hinc de facium luce s. *splendore*. Troad. 321. ch. ἀναφλέγω πυρὸς φῶς ἐς αὐγὰν, ἐς αἴγλαν. Ceterum apud Euripidem, ut apud Sophoclem, in melicis tantum legitur ideoque vox esse videtur poetica.

αἰγλήεις, *nitidus*. νίψαντ' αἰγλάεντα σώματα ῥοαῖς Androm. 285.

Αἴγυπτος, ὁ, n. pr. Αἴγυπτος — σὺν παισὶ πεντήκοντα ναυτίλῳ πλάτῃ Ἄργος κατασχών Archel. fr. I, 1. Δαναὸν Αἰγύπτῳ δίκας διδόντα, i. e. δικάζοντα, Or. 872.

Αἴγυπτος, ἡ, n. pr. Πρωτεὺς τάδ' οἰκεῖ δώματ', Αἴγυπτος δὲ γῆ Hel. 467; cf. 468. El. 1281. Αἰγύπτου πέδον Hel. 2. Αἰγύπτου δ' ἄναξ, Proteus, ib. 5; cf. Hel. 688. πλεκτὰν Αἰγύπτου παιδείαν, i. e. funes, Tr. 121.

αἰδεῖσθαι. Epicae quae dicitur formae αἴδομαι invenitur participium in melicis. Herc. f. 1199. αἰδόμενος e coni. *Herm.* Phoen.

1496. *αἰδομένα* c. codd. Ab *αἴδεσθαι* derivatur fut. *αἰδέσομαι* cetera-que tempora; *Matth.* gr. §. 173; neque recte *Rost.* ap. *Damm.* s. *αἴδομαι* hoc per syncopen ex *αἰδέομαι* ortum existimat, quod contra est. Sicut autem *αἰδώς* (s. v.) *naturalem* quendam *pudorem* s. *verecundiam* exprimit, ita *αἰδεῖσθαι* proprie est naturali *pudore affectum esse*, *pudentem* s. *pudicum esse*, *erubescere*, *verecundari* (cf. *Matth.* ad Iph. A. 553.), ut Hom. Od. ρ', 578. *αἰδεῖται κατὰ δῶμα*, et Il. κ', 237. *αἰδόμενος σῇσε φρεσί* i. e. *αἰδόφρων*. Eurip. Phoen. 1496. *τὸν ὑπὸ βλεφάροις φοίνικ' ἐρύθημα προσώπου αἰδομένα*, ubi accusativus rem denotat, quae verbo efficitur (Resultat; vid. *Matth.* ad h. l. et gr. §. 408. b.); *schamroth*. Ita Hec. 515. *ἆρ' αἰδούμενοι (νιν ἐξεπράξατε)*, *pudore obruti (mit einer gewissen Scheu)*. *αἰδούμενος πολλὰ δὴ διέφθορα* Med. 349, *verecundia ductus*; vid. s. *αἰδώς*. *τί γὰρ ἔτ' αἰδοῦμαι;* Or. 1048, *pudore retineor*. Iph. A. 997. *ὅμως δ' ὅσον γε δυνατὸν αἰδεῖσθαι χρεών*, *sed tamen non ultra*, *quam res patitur*, *verecundum esse oportet* i. e. non immodice verecundum esse op. (*man muss die Schamhaftigkeit nicht zu weit treiben*): nam etiam ad Achillem accedens Iphigenia poterat *δι' αἰδοῦς ὄμμ' ἔχειν*, ut est v. 994; vid. *Matth.* ad l. et cf. Erecht. fr. XII. Ibid. 380. libri praebent lectionem *ἀνὴρ γὰρ αἰσχρὸς αἰδεῖσθ' οὐ φιλεῖ* et *οὐκ αἰδεῖσθαι φιλεῖ*: omnes c. Stob. corrigunt *ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς αἰδεῖσθαι φιλεῖ*; parum considerate; luce clarius est scribendum esse *ἀνὴρ γὰρ αἰσχρὸς* (s. v.) *αἰδεῖσθαι φιλεῖ*, *homo si turpia perpetravit solet erubescere*. *τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφίᾳ τἀν τ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει χάριν* Iph. A. 563. Sic plurimi pro vulgato *σοφίᾳ*. Sed dubito an *verecundia* universe dici possit *σοφία*, neque haec cum antecedentibus congruunt. Imo legas *τό τε γὰρ αἰδ. σοφίᾳ τ' ἀντεξαλλάσσουσαν χάριν ἔχει* i. e. *verecundia enim* (*ὁ ὀρθὸς τρόπος* v. 559.) *coniuncta cum sapientia* (quae *τροφαῖς ταῖς παιδευομέναις* i. e. *disciplina* comparatur v. 561) *remunerantem capit gratiam*, *ut prudenter perspiciat decorum*. Scil. *χάρις ἀντεξαλλάσσουσα* est gratia, quae se ipsam commutando substituit s. contra dat i. e. mutua, remunerans gratia. Ante *τροφαί θ'* ponendum comma. Vid. Heracl. 461 sq. Alc. 604 sq. Herc. f. 300 sq. Hinc *pass. αἰδεῖσθαι* cum accus. est *revereri*, *vereri*, *observare* aliquem. *αἰδέσθητί με* Hec. 286. 806. *αἰδεσθεὶς ἐμέ* Alc. 860. *τοὺς κλύοντας αἰδεσθεὶς λόγων* Heracl. 813. In *medio*. *αἴδεσαί με* Iph. A. 1246. *οὐ μὴν σύ γ' ἡμᾶς τοὺς τεκόντας ᾐδέσω* Alop. fr. III (I). Et quidem inter aor. pass. et med. illud interesse videtur, ut passivum denotet tanquam externa quadam vi vel auctoritate coactum, qui quamvis invitus reveretur id quod debet, medium vero interno quodam pulsu vel sua sponte motum: hinc *αἴδεσαι* magis supplicantis est atque de liberis dicitur, qui implorant

misericordiam parentum, ut Iph. A. 1246, et de parentibus, qui liberorum, ut Alop. fr. III, vid. *Matth.* gr. p. 523. Hinc Pind. Pyth. IV, 308. *αἰδεσθέντες ἀλκάν*, similiter ut Heracl. 813. *αἰδεσθεὶς λόγων*. *αἰδούμενος θεούς* Hipp. 1253. *οὐκ αἰδεῖ θεούς* Bacch. 263. *θεῶν ἱκτῆρας αἰδεῖσθαι* Heracl. 102. *συγγόνους αἰδουμένη καὶ παρθενείαν* Rhes. 926. *αἰδοίμαθ' ἂν Ἀγαμέμνονα* Iph. A. 833. *αἰδούμεθ' ὄχλον* Phoen. 1282. *πᾶσιν τόδ' ἐμπέφυκεν αἰδεῖσθαι φίλους* Iph. A. 839. *αἰδούμενος τὸ σὸν ὄμμα* Herc. f. 1199, ubi causam non video, cur *Herm.* et *Dind.* libr. et codd. lectionem mutarint in *αἰδόμενος*; neque enim metrum absonum. *αἰδοῦμαι τάδε* Iph. A. 848. *αἰδούμεθα τὰ λελεγμένα μοι*, *abominor verecundia ductus ea quae dixi*, Hipp. 244. Similiter *αἰδεῖσθαι χρὴ τὸ λίαν*, i. e. *vitare nimia*, Antiop. fr. VIII (XX), 1. *οὐδὲν αἰδέσει λιτάς* Med. 326. *σέβας χειρὸς αἰδοῦμαι τὸ σόν* Hipp. 335. *τὸ μὴ δακρῦσαι αἰδοῦμαι* Iph. A. 452. *αἰδούμεθ' εὐνάς* Ion. 977. Cum infinitivo. *ὀνομάζειν αἰδοῦμαι θεὰς Εὐμενίδας* Or. 37. *ματέρ' αἰδοῦμαι λέγειν* Or. 556. *ἐκβαλεῖν αἰδοῦμαι δάκρυ* Iph. A. 451. *νέας παρθένους αἰδούμεθα ὄχλῳ πελάζειν* Heracl. 43. *κτείνειν ὑμᾶς αἰδοῦμαι* Ion. 179. *αἰδούμεθα (λέγειν)* ib. 336. *ᾐδεῖτό σε τῶνδ' ἀπώσασθαι δόμων* Alc. 826. Cur non *ᾐδεῖτο*, ut *ηὔχουν*? Nam *η* et *ῃ* uno eodemque sono pronuntiare falsum esse quivis facile videt. Cadit illud in verba quaecunque ab *αι* — incipiunt. Purganda tandem lingua a grammaticorum insana iota subscripti libidine. Vid. Praefat. Ceterum stirps verbi *αἰδεῖσθαι* est interiectio *αἰ*; vid. s. *αἰκία*: perversa enim derivatio, quam ponit *Damm.* s. v. *αἰδώς*.

Ἄϊδης, vid. *Ἀιδης*.

αἰδόφρων i. e. *αἰδόμενος*; *misericors*. *ὅστις αἰδόφρων πρός σ' ἦν μάλιστα* Alc. 662.

αἰδώς, *pudor*, in universum denotat eum „animi affectum, quo prohibemur turpe quid vel nobis indignum facere, sensum honesti,“ *Matth.* ad Alc. 617, et Suppl. 912; cf. ad Heracl. 6. *ὦ πότνι' Αἰδώς, εἶδες — ταναίσχυντον ἐξῄρου φρενῶν* Hipp. fr. IV (III), 1 sq.; cf. Iph. A. 821. Similiter Hipp. 78. *αἰδὼς* dicitur *λειμῶνα ποταμίαισι κηπεύειν δρόσοις*, *pratum fecundare*, quatenus impedit ipse pudor animis hominum insidens, ne decerpant flores vel pratum omnino laedant. [Aliter et nescio an sequentibus accommodatius haec verba interpretantur *Herm.* et *Matth.*, quos vide. *Const. M.*] *οὐδέ τις ἀποτόμου λήματός ἐστιν αἰδώς* Alc. 896. *αἰδὼς (mos verecundus) ὀργῆς πλεῖον ὠφελεῖ βροτούς* Tem. fr. IV. *αἰδώς γ' ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ* (i. e. *βίας*) *πρόσω* Herc. f. 557. *βέβακε δ' ὅρκων χάρις οὐδ' ἔτ' αἰδὼς Ἑλλάδι* Med. 439. *αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται* Chresph. fr. XIX. *ποῦ τὸ τᾶς αἰδοῦς — δύνασιν*

ἔχει σθένειν τι πρόσωπον Iph. A. 1089. αἰδοῦς δὲ — δυσκρίτως ἔχω πέρι· καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς κἄστιν οὐ κακὸν μέγα Erecht. fr. XII, 1. Huc pertinet Hipp. 385. δίσσαι δ' εἰσὶν (αἰδοί)· ἡ μὲν οὐ κακή, ἡ δ' ἄχθος οἴκων, ubi vid. *Valcken.* τὸ εὐγενὲς ἐκφέρεται πρὸς αἰδῶ Alc. 604, i. e. „ὁ εὐγενὴς αἰδεῖται" *Matth.* τὸ γὰρ τραφῆναι μὴ κακῶς αἰδῶ φέρει Suppl. 911, „*efficit, ut turpiter te gerere pudeat*," *Matth.* τὸ δυστυχές μοι τῶν γάμων αἰδῶ φέρει Iph. A. 1342. δι' αἰδοῦς ὄμμ' ἔχουσ' ἐλεύθερον ib. 994; v. *Matth.* αἰδώς μ' ἔχει ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσα Hec. 970. δι' αἰδοῦς εἶπον Bacch. 441. κρύπτων ὑπ' αἰδοῦς τὰς τύχας Hel. 424. στόμα οὐ συνῆψ' ὑπ' αἰδοῦς Iph. T. 375; cf. Erecht. fr. XX (II), 33. Beller. XX (XVI), 14. αἰδοῖ τῶν πάρος μαντευμάτων Iph. T. 713. *Verecundia.* Or. 100. Electrae interroganti αἰδὼς δὲ δὴ τίς σ' ἐς Μυκηναίους ἔχει, respondet Helena δέδοικα πατέρας τῶν ὑπ' Ἰλίῳ νεκρῶν. αἰδώς μ' ἔχει ἐς ὄμματ' ἐλθεῖν τοῖσιν ἐξειργασμένοις Or. 460. οἷσιν αἰδὼς μήτ' ἐπαγγέλλειν κακά etc. Hipp. 998; cf. Bacch. 826. Tr. 713. Ion. 861. κοὐκ ἔσχεν αἰδῶ τὸν γέροντ' ἀτιμάσαι; Herc. f. 556. *Reverentia, observantia.* αἰδοῖ γε (ἡττήθη τοῦ γέροντος) i. e. ἠδέσατο τὸν γέροντα Andr. 919. αἰδοῖ καὶ τὸ σύγγενες σέβων Heracl. 6. πολλῆς αἰδοῦς τις ἂν τύχοι Heracl. 461; cf. Herc. f. 301. ῥᾷον γὰρ αἰδοῦς — ἂν τύχοις (sc. εἰ σοφοῖς εἴκοις). οἳ δ' ἔσχον αἰδῶ, ξένια — μοι παρέσχον Iph. T. 949; ubi αἰδώς ad *misericordiae* notionem, ut saepius, inclinat, siquidem quem propter infortunium vel miseriam reveremur *misericordia* prosequimur. De tono accusativi vid. *Goettling.* l. c. p. 259; cf. *Ellendt.* in lex. s. v.

αἰεί, vid. ἀεί.

ἀΐειν, *audire.* In melicis tantum usurpatur ab Euripide. καὶ μὴν ἀΐω Rhes. 546. ἄϊε ματέρος αὐδάν Hec. 174. ἄϊες, ὦ Ζεῦ, — ἰαχάν Med. 148. ἰαχὰν ἄϊον πολύστονον γόων ib. 204. ἄϊον οἰκτους Troad. 156. οἷαν ἀΐω φάμαν Hec. 177. φάτιν ἄϊον Ion. 508. τάδε Πενθέως ἀΐεις, ἀΐεις οὐχ ὁσίαν ὕβριν Bacch. 373 sq. ὡς ἄϊον καὶ ναυβάταν εἰδόμαν λεών Iph. A. 294. Cum genit. ἀΐετέ μου Suppl. 819. ἄϊες ὦ — ἀνήκουστα τᾶς — πάθεα μέλεα θρεομένας Hipp. 362. V. s. ἀκούειν. In Iph. A. 299. ἔνθα δ' ἄϊον εἰδόμαν νάϊον πόρευμα, qui versus male olet versum 294. ἄϊον καὶ ναυβάταν εἰδόμαν λεών, cum *Scaligero* corrigunt δάϊον. *Herm.* ἔνθαδ' οἷον εἰδόμαν. V. s. ἔνθα. Primam syllabam et corripi et produci a tragicis monent *Seidl.* ad Troad. 156. *Blomfield.* ad Aeschyl. Pers. 639. Apud Euripidem alpha in imperfecto semper producitur, ut in anap. Troad. 156. Ion. 507. Item Hippol. 362: sunt enim numeri antispastici; vid. *Herm.* elem. d. metr. p. 229. In strophicis Med. 148; cf. ib. 204. Iph. A. 294. 299. Quae primae productio aliqua ex parte

in locum videtur succedere augmenti temp. η. Cf. *Buttm.* lex. II. p. 129, 3. In praesente corripitur alpha Suppl. 819. Rhes. 546. Bacch. 373. 374. Hec. 177, praeter unum locum Hec. 174. ἔξειθ' οἴκων· ἄϊε πατέρος, quamquam haec ultima verba etiam dochmium efficere probabile est. At totius loci sententia atque nexus non tam *audiendi* nudum significatum, quam *intelligendi, percipiendi* requirit, quum se iam *voce* significare (ὡς εἰδῇς) velle dicat, οἷαν ἀΐει φάμαν περὶ ψυχᾶς filiae. Atque apud Sophoclem quum notio *intelligendi* voci subest, alpha productum invenimus, ut Oed. Col. 181. προβίβαζε, κούρα, πρόσω· σὺ γὰρ ἄϊεις: cf. ib. 304. in iamb. trim. et Ai. 1263 (vid. *Ellendt.* in lex. s. v.). Aesch. Suppl. 57 sq. εἰ δὲ κυρεῖ τις πείρας οἰωνοπόλων, οἶκτον οἰκτρὸν ἄϊον δοξάσει τις ἀκούων ὅπα — ἀηδόνος. Nimirum stirps verbi ἀΐειν est ἄω (vid. s. ἀΐσσω): proprie enim denotat *spirare, halare.* Halat autem et qui *halitum ducit* et qui *halitum mittit.* Ita postrema vi Hom Il. ν', 403. αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤργεν. ib. ο', 252. ἐπεὶ φίλον ἄϊον ἧτορ de morituris dicitur, qui extrudunt quasi spiritum. Altera vero *hauriendi s. halitum ducendi* vi refertur ad ea, quae quis *audit*, ut eiusdem stirpis sunt Lat. *auris, audire* et *aura*, et apud Graecos ἄδειν idem genus habet atque ἀΐειν. Quatenus enim aër reddit sonum, quem quis edit, auris *attrahit* vel *haurit* quasi sonum. Hinc eius est, qui leni quasi affla'u vel odoratu *percipit* aliquid *(merken)*, unde αἰσθάνεσθαι, quod eiusdem est stirpis: atque ita, ut grammatici explicant (vid. ap. *Ellendt.*), *intelligendi (vernehmen, verstehen)* vim induit, qui significatus optime quadrat ad Hec. 174. Aesch. Suppl. 57. Atque hac vi ᾱ apud tragicos esse videtur productum.

ἀΐέν, vid. ἀεί.

ἀετός, *aquila.* Vere disputavit de scriptura huius vocis contra *Person.* praef. ad Hec. p. XXI. *Ellendt.* s. v. ἅπας μὲν ἀὴρ αἰετῷ περάσιμος fr. incert. trag. XXXVII, 1. ὑπ' αἰετοῦ δίωγμα φεύγων Hel. 20. χρυσοῦν αἰετόν πέλτης ἔπι Meleagr. fr. III (VI), 1. *Sidus coeleste* est Rhes. 531. μέσα δ' αἰετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται. *Fastigium* termino technico dicitur αἰετός in Hypsip. fr. XI, 2, e *Valck.* coni. γραπτοὺς ἐν αἰετοῖσι προσβλέπειν τύπους. De stirpe v. *Passov.* s. ἀετός.

αἰθαλόεις, *fulgens.* κεραύνιον πῦρ αἰθαλόεν Phoen. 191.

αἴθαλος, *fumus.* κατὰ δ' αἰθάλου κηλὶδ' οἰκτροτάταν κέχρωσαι Hec. 911, ubi quod καπνοῦ post αἰθάλου insertum glossema est; vid. *Matth.* ad v. 893. Qui fiat, ut αἴθαλος, quod ab αἴθειν, denotet *fumum*, cognosces s. αἴγλη coll. Hom. Od. κ', 152.

αἰθαλοῦν, *fuligine obducere.* μή σ' αἰθαλώσῃ πολύκαπνον στέγος πέπλους El. 1140; vid. s. αἴθαλος.

αἴθειν, accendere. αἴθουσι λαμπάδας πυρός Rhes. 95. πῦρ αἴθει στρατός ib. 41; vid. *Matth. Pass.* Iph. A. 1471. αἰθέσθω πῦρ. Hinc αἴθεσθαι est ardere, fulgere. πεύκης αἴθεται σέλας Troad. 298. δώματ' αἴθεσθαι δοκῶν Bacch. 624. τὰν (γῆν) ἅλιος αἰθομέναν δέρκεται Hipp. 1279. ἂν (πόλιν) πυρὸς αἰθομέναν κατέλυσεν ὁρμά Troad. 1080; vid. *Matth.* ad h. l. Quod vero his duobus in locis αἰθόμενος et αἰθομένα corrigere volunt, αἴθεσθαι non tam urere est, quam ardere; v. s. αἴγλη. Nisi vero ἅλιος αἰθόμενος cum *Berglio* l. c. p. 53. ad Anaxagorae philosophi disciplinam referatur, qua sol pro lapide igneo habebatur.

αἰθέριος, caelestis. ἄστρων αἰθέριοι χοροί El. 467. Πλειάδες αἰθέριαι Rhes. 530. διὰ αἰθερίας πλακός El. 1349. ἐν αἰθερίῳ ῥόμβῳ (vid. ῥόμβος) Pirith. fr. II, 1. Ἀërius. ἀπ' αἰθερίου γονῆς Chrys. fr. VI (VII), 9. ῥόμβου θ' ἑλισσομένα κύκλιος ἕνοσις αἰθερία Hel. 1379. σμύρνης αἰθερίας καπνόν Troad. 1064. πάλλε πόδ' αἰθέριον ib. 325. ἔῤῥ' αἰθέριον Andr. 831. αἰθερία δ' ἀνέπτα Med. 441. αἰθερίαν πέτραν Suppl. 987.

αἰθήρ, aether, coelum, altissima et purissima aëris pars, in qua sunt astra. Διὸς ἀστερωπὸς αἰθήρ Ion. 1079. Διὸς αἰθὴρ, ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ Chrys. fr. VI (VII). ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα fr. inc. tr. I. αἰθέρα ναίοντες Οὐρανίδαι Bacch. 391. τῶν ἐν αἰθέρι δισσῶν Διοσκούρων Iph. A. 768. ἐν αἰθέρος πτυχαῖς sunt Dioscuri cum Helena Or. 1631. 1636; cf. Hel. 1512. Ἑρμῆς λαβὼν μ' ἐν πτυχαῖσιν αἰθέρος νεφέλῃ 'κάλυψεν Hel. 44. Hinc Helena Menelao, αἰθήρ, inquit (βλέποντα σώματ' ἐξεργάζεται), ὅθεν σὺ θεοπόνητ' ἔχεις λέχη Hel. 590. βάσομαί τ' ἐς αἰθέρα πολὺν ἀερθεὶς Ζηνὶ προσμίξων fr. inc. tr. CLIV. βέβηκεν ἅλοχος σὴ πρὸς αἰθέρος πτύχας —, οὐρανῷ δὲ κρύπτεται Hel. 611. Solis equi ἔπταντ' ἐπ' αἰθέρος πτύχας Phaeth. fr. IX. X (VII. VIII), 6. Λιβυκὸν αἰθέρ' ἐμβαλών ib. 1. θεῶν παῖδες — διὰ λαμπροτάτου βαίνοντες αἰθέρος Med. 829 sq. ἐδιφρεύετο Σελάνα κατ' αἰθέρα Suppl. 992. Iupiter οὐράνιον ἔδρανον ἐπιβεβὼς αἰθέρα τε Troad. 1079. Οὐρανὸς ἀθροίζων ἄστρ' ἐν αἰθέρος κύκλῳ Ion. 1147. ὁ πετόμενος ἱερὸν ἀνὰ Διὸς αἰθέρα γοργοφόνος Andromed. fr. II. p. 45. ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ', οἴκησιν Διός Melan. fr. VII.; cf. Androm. I (XXVIII), II. p. 45. De hoc aethere accipiendus etiam videtur locus Belleroph. fr. XVI (I). τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω. Αἰθέρα καὶ Γαῖαν ἀείδω fr. inc. trag. CLXXIV. νοῦς εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών Hel. 1022. πῦρ αἰθέρος vocatur sol Ion. 64. Πλειὰς μὲν ἥει μεσοπόρου δι' αἰθέρος Ion. 1152. Hinc omnino aër, qui terram ambit et e quo spiritum ducimus. μέρος

τοῦ χθόν' ἐγκυλουμένου αἰθέρος Bacch. 293. Γαῖαν ἡμένην ἐν αἰθέρι fr. inc. trag. CLXXVIII, 2. αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον Hec. 1100. πολιὸν αἰθέρ' ἀμπτάμενος Or. 1376. πρὸς αἰθέρα ἀμπτάμενος Iph. T. 843. ἐξακρίζετ' αἰθέρα πτεροῖς Or. 275. τὸν ταναὸν αἰθέρ' ἀμπάλλεσθε ib. 322. καπνὸς θοάζων αἰθέρος ἄνω Or. 1542. δρόμον ἐξανύσαιμι δι' αἰθέρος Phoen. 167. γῆ ἅ νιν (ὄψιν πάνοπλον, terrigenae) δεῖξεν αἰθέρος πνοαῖς, quae eos in lucem protulit, ib. 680. ἑβδόμῳ πόσει τὸν αὐτὸν αἰθέρα Troad. 1024. Sphinx φέρεν αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς Καδμογενῆ γένναν ib. 816. πτηνὸν ἆραι σῶμ' εἰς αἰθέρος βάθος Med. 1297. ἦν μή με φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα Phoen. 1222. φοιτᾷ ἀν' αἰθέρα Κύπρις Hipp. 447. Ἄρτεμις διὰ λαμπρὸν αἰθέρα ἔπεμψεν Ἰφιγένειαν Iph. T. 29. (ἄγαλμα φέρειν) σεμνὸν ὑπ' αἰθέρα ib. 1177. γνοφώδη αἰθέρος φυσήματα, de procella, Troad. 79. κόνις — πρὸς αἰθέρα sc. αἶξασα ib. 1320. ἐκέντει φαεννὸν αἰθέρα, qui auras gladio verberat, Bacch. 631. Ζεὺς πρέπων δι' αἰθέρος κύκνου πτερῷ Hel. 217. ἀναρπάζειν δι' αἰθέρος ib. 253. θεῖον αἰμονον θεσμὸν αἰθέρος μυχῶν Hel. 875. ἐς αἰθέρ' οἴχεται ib. 1235. μ' ἀφείλεθ' ἡ τύχη, ὥσπερ πτερὸν πρὸς αἰθέρα Herc. f. 510. αἰθέρος τέκνα vocantur οἰωνοί El. 897. πρὸς αἰθέρ' ἐξαμιλλῆσαι κόραις Hypsip. fr. XI. πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτειν Bacch. 150. δέρην εἰς αἰθέρα δροσερὸν ῥίπτειν ib. 863. — Verba irrita πρὸς αἰθέρα emitti dicuntur, ut ἐμοὶ μὲν λόγοι πρὸς αἰθέρα φροῦδοι — μάτην ῥιφέντες Hec. 334; imprimis ab iis, qui nemine praesente loquuntur. θρήνοις πρὸς αἰθέρ' ἐκτενοῦμεν Andr. 93. λέξω πρὸς αἰθέρα Iph. T. 43. αἰθέρ' ἐς μέγαν γόους ἀφεῖην El. 59. Sed omnino αἰθήρ τι τινός audire dicitur Iph. A. 365. Similiter γῆρας κατ' αἰθέρ' ἀεὶ πτεροῖσι φορεῖσθω Herc. f. 653, evanescat. Suppl. 1139. αἰθὴρ ἔχει νιν ἤδη πυρὸς τετακύτας σποδῷ. Or. 1087. μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ αἷμά μου δέξαιτο. Anima mortui in ventos abit, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα (ἀπῆλθε) Suppl. 533. ἀπέσβη πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα fr. inc. tr. CXXVII, 2. Sed γῆ ἄνεισ' ἐς αἰθέρα Syl. fr. I (II), 4, de praepostero naturae statu. — τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ' αἰθὴρ Hipp. 179. αἰθὴρ ἐνδιδοὺς θνητοῖς πνοάς fr. inc. trag. CL. 4., [hinc αἰθὴρ pro πνοή, spiritus. φάρυγος αἰθέρ' ἐξιεὶς βαρύν Cycl. 409. σιγῶμεν ἐγκάψαντες αἰθέρα γνάθοις ib. 625.] λαμπρὸς αἰθὴρ Hipp. fr. VIII (XIV); cf. Or. 1087. Iph. T. 29. φαεινὸς αἰθὴρ ὃ περὶ χθόν' ἔχων fr. inc. trag. CLXII, 2. ἀν' ὑγρὸν ἁμπταίην αἰθέρα Ion. 796. αἰθέρος εἴδωλον vocatur homo infirmissimus Phoen. 1538. Dicitur etiam ἡ αἰθήρ (v. Gr. gr. p. 258.): αἰθέρα τὰν Μολοσσῶν Alc. 596. λευκὴν αἰθέρα Andr. 1229. λαμπρᾶς αἰθέρος ἀναπτυχαί Ion. 1445. φλογερὰν αἰθέρα El. 991. αἰθέρος ἱερᾶς Androm. fr. I

(XXVIII), 4. ἐκ βαθείας αἰθέρος fr. inc. CXXXII, 3. *Aug. M.* mininum dicitur de caelo *sereno*, ut sit i. q. ἡ αἰθρία.

Αἰθιοπία χθών, *Aethiopia*, Erecht. fr. XXI (XIV).

Αἰθιοπίς, *Aethiopicus*. μελαμβρότοιο — ῥοὰς *Αἰθιοπίδος* Archel. fr. II, 4.

αἶθος, ὁ, *ardor*. αἶθον ἐξαμύνασθαι θεοῦ (Solis) Suppl. Hinc *ignis*. ναυσὶν αἶθον ἐμβαλεῖν Rhes. 990; cf. *Markl.* ad Suppl.

Αἴθοψ, n. pr. fr. inc. trag. CLXIX. ap. Athen. XI. p. 465. δι καὶ Εὐριπίδης ἕνα τῶν τοῦ Ἡλίου ἵππων φησὶν εἶναι Βακχ φιλανθέος *Αἴθοπα*. V. s. αἴθοψ.

αἴθοψ, *ardens*, *fervidus*. αἴθοπι φλογμῷ Suppl. 1019. κε νιον αἴθοπα λαμπάδα Bacch. 594. οἶνος αἴθοψ dicitur fr. inc. CLXIX, ubi alii accipiunt de *colore* (*funkelnd*, *perlend*), alii de ca quem instillat vinum pectori. Euripides, qui l. c. poetarum more idem sonantia permiscentium notionem istam derivat ab *Aethope*, equo, qui πεπαίνει Βακχίου ὀρχάτους ὀπωρινούς, alludere mihi vi ad *fervorem*, quem *mustum* maturatum continet (*gährend*). Cf. *D* lex. Hom. s. v.

Αἴθρα, n. pr. ἐκ δὲ Πιτθέως *Αἴθρα* Heracl. 209. με — *Αἰ* πατὴρ δίδωσι τῷ Πανδίονος Αἰγεῖ δάμαρτα Suppl. 6 sq.

αἴθων, *ferox*, *acer*. αἴθων ἀνὴρ καὶ πέπυργωται θ Rhes. 122.

αἰκάλλειν, *blandiri*. φίλημ' ἑδέξω προδότιν αἰκάλλων Androm. 630.

αἰκέλιος, v. ἀεικέλιος.

αἰκία (–). Derivatur ab αἶκης i. e. ἀείκης, ita ut altera f sit pro epica ἀείκεια et ἀεικία (*Matth.* gr. Gr. p. 185. *Kühner.* §. not 2.). Cui derivationi repugnat id, quod quum alia huius generis stantiva, ut εὐγένεια εὐσέβεια, in altera forma ab Atticis usurpat γενία εὐσεβία (v. ἀληθεια) ῑ semper corripiant, in αἰκία contra ultima semper producitur; v. *Brunck.* ad Arist. Eccl. 663. Et vero ipsum perquam dubium, an ἀείκης in αἶκης contrahere liceat: neque exemplum memini, ubi vocis cum α privativo compositae prima cum secundae syllabae coalescat; v. s. Ἄιδης. Imo similium vocabulorum logia, ut ἀλλοεδής, ἀοιδή, ἀνάειρε (*Matth.* gr. p. 167. *Kühn.* § 31, ἄηδία (Phryn. ap. Buttm. lexil. II. p. 134.), comprobat ἀείκης a ve bus passim per synizesin pronuntiatum esse (v. *Boisson.* ad Philostr. sq.), quod idem valet de ἀεικέλιος (s. v.). Neque in hisce synizesis insignior est ac durior quam in ἐπεὶ οὐ, μὴ οὐ, ἐγὼ οὐ: ut enim η pronuntiatione cum sequenti vocali quasi compressa ad simplex ε et ο

tcedunt, ita ει cum sequenti vel antecedenti vocali conflatum simplex ι sequiparat. Quare et Euripidi in Andr. 131. formam ἀεικέλιος et Sophocli in El. 206. et 216. formas ἀεικεῖς et ἀεικῶς (cf. v. 191.) et Aeschylo in Prom. 472. formam ἀεικές restituerim, quidquid opponant quum alii tum *Seidl.* de vers. dochm. p. 404. Et quidem aliam originem atque ἀεικής ex α et εἰκός compositum habent αἰκίζειν, αἴκισμα, αἰκία, quae voces, ut αἰάζειν, αἴλινος, originem ducunt ab interiectione αἴ: nam ut αἰάζειν est *dolere* et αἴδεσθαι sensum *doloris* habere, *pudere*, ita αἰκίζειν est *sensum doloris s. pudorem efficere* et αἰκία *iniuria* gravior, *contumelia*. Hinc patet, quae sit causa, cur ι in αἰκία producatur. Atque ex parte verum sensit *Eustath.* p. 1336, 58. p. 1893, 24. et *Herm.* ad Ved. C. 752, qui quod de *origine* verbi dicendum erat, ad *notionem* vocis transfert. Accedit, quod *Schol.* Ven. ad Il. X, 336. dicit, ἀπὸ τοῦ αἰκίως, ὁ δηλοῖ αἰκιστικῶς, γίνεται αἰκῶς; verius Gr. *Bekk.* An. p. 350, 26. αἰκῶς, χαλεπῶς· διασυλλάβως, ἀπὸ τῆς αἰκίας· οὕτω Πλάτων. Unus modo Euripidis est locus, quo invenitur αἰκία, Bacch. 1371. αἰκίως τάνδ' αἰκίαν — εἰς οἴκους ἔφερεν, *contumeliam.*

αἰκίζειν (v. αἰκία), proprie *dolorem* (αἴ) *inferre*, *pudorem inilicere*, hinc *notam infamiae inurere*, *dedecorare*, *turpare*, quum is qui aliquem ἀεικίζει, proprie *se ipse contumelia afficiat* ut ἀεικῶς agens (quod discrimen quum in αἰκία et ἀεικία (εια) natura rei concidat, inde haec altera forma apud Atticos rarissima). Sophocles Ant. 206. (ed. Herm.) de Polynicis cadavere, (ἐὰν) πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν, propter expeditionem in Thebas factam; vid. alia exempla apud *Ellendt.* in lex. Soph. Medium αἰκίζεσθαι est *pudorem sibi iniicere s. pudore* propter iniuriam aliquampiam illatam atteri, hinc itidem *iniuria afficere*, *dedecorare*, *turpare*, ut Or. 388. οὐχ ἡ πρόσοψίς μ', ἀλλὰ τἄργ' αἰκίζεται; cf. S. Oed. R. 1153. (ed. Herm.) μὴ δῆτα τὸν γέροντά μ' αἰκίσῃ. Hinc patet in Med. 1130. ἥτις τυράννων ἐστίαν ἠκισμένην (Matth.) χείροις κλύουσα unice veram lectionem esse ἠκισμένη.

αἴκισμα, *contumelia*. ἀδελφῶν οὐλόμεν' αἰκίσματα δισσῶν Phoen. 1526, *fratrum foedam necem.*

αἴλινος (ab αἴ et λίνος; vid. *Schaef.* in Steph. thes. ed. Par. p. 968), *lugubris*, *lacrymabilis*. αἰλίνοις κακοῖς — σύνοχα δάκρυα Hel. 170. αἴλινον, αἴλινον ἀρχὰν θανάτου βάρβαροι λέγουσιν Or. 1395. Hinc αἴλινος, ὁ, *carmen lugubre*, *naenia* lusciniae potissimum tributa (vid. *Lob.* ad Ai. p. 299 sq.). αἴλινον αἰάγμασιν ἃ τοῖσδε προσλάσω Phoen. 1520. Athenaeus XIV. p. 619. C. λίνος δὲ καὶ αἴλινος οὐ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ κατὰ τὸν Εὐριπίδην. Scilicet Herc. f. 348 sq. αἴλινον μὲν ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ Φοῖβος ἰαχεῖ

i. e. ἀνευφημεῖ. *Herm.*: „*carmen lugubre felicem eventum ominans.*“ Hinc αἴλινον esse carmen *supplicatorium* patet ex Aesch. Agam. 121. αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω. Cf. *Blomf.* gl. Aesch. Agam. 119. et vid. ἀνευφημεῖν.

αἷμα, *sanguis*. τύμβον στεφανοῦν αἵματι χλωρῷ Hec. 129. φοινισσομέναν αἵματι παρθένον ib. 153. πῶμ' αἵματος ib. 392. μέλαν κόρης ἀκραιφνὲς αἷμα ib. 537. i. q. ἄχραντον αἷμα Iph. A. 1574. πτῶμ' ἰδὼν ἐν αἵματι Or. 1196. φόνῳ φόνος ἐξαμείβων δι' αἵματος Or. 815; cf. Phoen. 1058. καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος Phoen. 20. αἵματος ἔδευσε γαῖαν ib. 678. ἔῤῥει αἷμα μυρίων νεκρῶν ib. 1480. ἐπὶ τραύμασιν αἵματος ib. 1567. αἷμα οὐκ ἐνὸν χροΐ Med. 1175. αἷμα ἐξ ἄκρου ἵσταζε κρατός ib. 1198. αἷμ' ἐάσῃς στάξαι Heracl. 1041. σταλαγμοὶ αἵματος Ion. 1003. μητρὸς νεοφόνοις ἐν αἵμασι πεφυρμένοι El. 1172. φάτνας αἵμασιν πεφυρμένας Alc. 496. αἵματος φοινίου ῥοάς Suppl. 690; cf. Hel. 990. 1603. σίδηρον αἵματι χρανῶ Iph. A. 971. μέλανος αἵματος φυσήματα ib. 1114. βωμὸς ἐξ αἱμάτων ξάνθ' ἔχει Φρυγικώματα Iph. T. 73. αἷμα γῇ δωρεῖσθαι, in inferiis, Troad. 382. φόνιον αἷμα γῇ δοῦναι χοάς Phoen. 940. φόνος κρανθεὶς αἵματι ib. 1503. πίνειν κελαινὸν αἷμα Syl. fr. I (II), 3. χθὼν ἀντὶ αἵματος αἷμ' ἣν λάβῃ βρότειον Phoen. 944. Hinc *caedes*. τὸ μητρὸς αἱμά νιν τροχηλατεῖ Or. 36. αἷμα γενέθλιον κατήνυσε ib. 89. εἴργασται ἐμοὶ μητρῷον αἷμα ib. 285. αἷμα μητρὸς μυσαρὸν ἐξειργασμένος ib. 1624. δράκοντος αἷμα κατείργασαι Phoen. 1069. ὁ συνδρῶν αἷμα Or. 406. ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι ib. 833. κακῆς γυναικὸς αἷμ' ἐπράξαμεν ib. 1139. Φοῖβος μέλεον αἷμα δοὺς ματρός ib. 192. ματέρος αἷμα σᾶς σ' ἀναβακχεύει ib. 338. Εὐμενίδες αἵματος τινύμεναι δίκαν ib. 322. αἵματος τιμωρίαι ib. 400. πατρὸς αἷμ' ἐτιμωρησάμην Oenei fr. IV (III). *Caedes caede repensa* vocatur αἷμα αἵματος πικρὸς δανεισμός El. 857 sq. αἱμάτων ἐπίκουρος, *ultor caedis*, ib. 137. ἔπεσε μέλαθρα δι' αἱμάτων Or. 1547. δι' αἱμάτων ἀμείβει Phoen. 1058; cf. 1300. ἅλις τὸ μητρὸς αἷμα Or. 1039. σταθεὶς ἐπὶ φόνιον αἷμα ib. 1256. αἷμα μητροκτόνον ib. 831. 1649. αἷμα τραγοκτόνον Bacch. 139. αἷμα παιδοφόνον Herc. f. 1201. αἷμα συγγενές, *caedes cognati*, Suppl. 148. Oenei fr. I, 2, pro quo est αἷμα σύγγονον Herc. f. 1077. αἵματα σύγγονα Phoen. 1507, v. not. αἷμα φεύγειν *propter caedem in exsilium abire*, Suppl. 148. Oenei fr. I, 2, quod Hipp. 35. est μίασμα φεύγειν αἵματος: in quibus propria etiam vis vocabuli obtinet. αἷμ' ἔχειν i. e. αἵματος μίασμα ἔχειν Orest. 513. προστρόπαιον αἷμα τιθέναι τι, *piaculum ex caede*, Ion. 1260. vel προσβάλλειν Herc. f. 1161. καινὸν αἷμα προσάψαι ib. 831, *novae caedis piaculum*.

ἑνὰς χεῖρας αἵματος ἔχειν Hipp. 316. αἵματος ἐλεύθερον ἀφιέναι ib. 1450. αἵματος δοῦναι δίκην Androm. 1109. ἔζοντ' ἐπὶ ψήφοισιν αἵματος πέρι El. 1259. αἵματι καὶ θανάτῳ κατέχεσθαι dicitur Ἄρης Phoen. 791. αἵματος κοινοῦσθαι, *participem esse caedis*, Andr. 655. ὅμιλλα αἵματος, *caedes certatim inflictae*, Hel. 1171. φοίνιον αἷμα τίῃναι Herc. f. 1184. αἵμασι θύμασί τε θέσφατ' ἐξαλείφειν Iph. A. 1485. νόμος αἵματος κεῖται πέρι Hec. 292, *lege constitutum est, caedes committenda sit necne.* Inde αἷμα pro *bello*, ubi caeditur (*Blutvergießen*). Phoen. 248. Est etiam pro *genere, progenie.* Μενέλαος — τῶν Ταντα λιδῶν ἐξ αἵματος ὤν Or. 351. τέκνα αἴθεν ἀφ' αἵματος ib. 199. κοινὸν αἷμα Ἰοῦς Phoen. 254. τίς ἕτερος αἵματος ἀμφίον ἕτλα τοιάδε ib. 1515. θεῶν αἷμα Med. 1256. Περσέως ἀφ' αἵματος Alc. 512. δουλίου ἀφ' αἵματος ib. 641. ταὐτὸν πατρῷον αἷμά σοι κεκτήμεθα Suppl. 264. παῖς ἄλλων τραφεὶς ἀφ' αἱμάτων Ion. 693. Sic etiam accipiendus videtur locus Phoen. 797. στρατὸν Ἀργείων ἐπιπνεύσας αἵματι Θήβας; ubi vid. not. — Plurale αἵματα legitur Or. 1547. Phoen. 1058. 1300. 1507. Alc. 499. Iph. A. 1485. Iph. T. 73. Ion. 693. El. 137. 1172. *Aug. M.*

αἱμακτός, *sanguineus.* τὸν χερνίβων ῥανίσι μελόμενον αἱμακταῖς Iph. T. 644.

αἱμάσσειν, *sanguine conspergere s. inficere, cruentare.* νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου Δίρκης τε νᾶμα λευκὸν αἱμαχθήσεται (von Blute triefen) Herc. f. 573. ἡμάχθη πεσών El. 574. θανοῦσαι σκόπελον ἥμαξαν πέτρας Ion. 274. Ibid. 168 ch. Ion alloquitur cycnum ad vestibula templi Phoebi advolantem: πάραγε πτέρυγας· αἱμάξεις, εἰ μὴ πείσει, τὰς καλλιφθόγγους ᾠδάς, *suaves cantus cruentabis s. sanguine pollues* i. e. *inter cantus sanguinem fundes* telis meis confossus. Recte igitur, quamquam non sine ambiguitate, quasi canere sit nefas, *Herm. non licebit tibi incruento canere.* Duplici cum accusativo coniungitur Iph. T. 225 ch. δυσφόρμιγγα ξείνων αἱμάσσουσ' ἄταν βώμους: nam τὸ βώμους αἱμάσσειν est δυσφόρμιγξ ξείνων ἄτα, quippe quod in hospitum calamitatem fiat; vid. *Seidl.* ad l. et Or. 960. cum nota *Matth.* Hinc est *facere ut quis sanguinem fundat, vulnerare, caedere.* τὰς κόρας κεντοῦσιν, αἱμάσσουσιν Hec. 1171. πόρπαισιν αἱμάξας κόρας Phoen 62; cf. Hec. 1117. αἱμάσσοντες λαιμόν Iph. A. 1084. δίδυμα τέκεα πάτερος ἄρα πότερον αἱμάξει — ὁμογενῆ δέραν Phoen. 1295, ex *Matth.* gr. p. 942. not. 5 Cum genitivo construitur, ut ἐπιτυγχάνειν, τοξεύειν, Bacch. 760. τῶν μὲν — οὐχ ἥμασσε — βέλος, quamquam alii male τὰς μὲν legunt; vid. *Matth.* rectissime locum interpretantem: κεῖναι vicarium est pronominis αὗταί, quod hic deesse

nequit. Vox praegnans αἱμάσσειν est Phoen. 1308. πέσεα δάϊ' αἱμάξετον. Involvitur enim *efficiendi* universa notio, unde accus. denotat id quod τῷ αἱμάσσειν i. e. caedendo efficitur. V. *Matth.* gr. p. 915. not. 1.

αἱματηρός, *sanguineus.* αἱματηρὸς πέλανος Rhes. 430; cf. Alc. 854. Iph. T. 300. δρόσον αἱματηράν Iph. T. 443. σὺν αἱματηραῖς σταγόσι Phoen. 1424. *cruentus, funestus.* τί δεινὰ φυσᾷς αἱματηρὸν ὄμμ' ἔχων Iph. A. 381, i. q. αἱματωπός. αἱματηρὸν ξίφος Phoen. 628. αἱματηρὸν φόνον Iph. A. 512. τὰν αἱματηρὸν ἄταν Or. 960. αἱματηρὰ στόμια Iph. T. 935. φιλτρὰ αἱματηρά Hel. 1110. αἱματηρὸν γάμον Iph. T. 371. In Andr. 502. ἆδ' ἐγὼ χερὰς αἱματηρὰς βρόχοισι κεκλημένα legendum est αἱματηροῖς βρόχοισι: at S. Ant. 975. τυφλωθὲν — ὑφ' αἱματηραῖς χείρεσσι.

αἱματόεις, *cruentus.* ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον Hec. 1066. αἱματόεντα σώματα νεκρῶν Troad. 594.

αἱματόῤῥυτος, *sanguinem profundens.* ῥανίσιν αἱματορῥύτοις Iph. A. 1515. i. q. αἱματήροις.

αἱματοσταγής, *sanguine stillans.* σώμαθ' αἱματοσταγῆ Suppl. 812. αἱματοσταγῆ κηλῖδα fr. inc. tr. CCXLIX.

αἱματοῦν, *cruentare.* ὄννυχα λευκὸν αἱματοῦτε Suppl. 77. αἱμάτου θεᾶς βωμόν Andr. 259. κρᾶτας αἱματούμενοι Phoen. 1156. ἡματωμένη χεῖρας Bacch. 1133.

ἄκήρατος, *purus.* ἐλαίας ἐξ ἀκηράτου Ion. 1436. μόσχον ἀκήρατον, *intactum*, Iph. A. 1083; cf. Troad. 670. ἀκήρατον λέχος Or. 574. Μούσας (virginis) δι' ἀκηράτων κόλπων Rhes. 352. σώφρων καὶ κακῶν ἀκήρατος, *illibatus*, Hipp. 949. Cum dat. ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν, *illaesum*, ib. 1114; al.: ἀγήραον; vid. *Sturz.* lex. Xenoph. s. ἀγήρατος. ταῖς τύχαις ἀκήρατος Herc. f. 1314. Hinc *integer, incolumis.* ἐξ ἀκηράτου λειμῶνος, *non demessus*, Hipp. 73. 76, quod Euripides ipse his verbis explicat: ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ, οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος; vid. *Schneidewin.* ad Ibyci Rheg. carm. rel. p. 88. τοὺς ἀκηράτους πλόκους κόμης, *intonsus*, Ion. 1266.

ἀκήρυκτος, *ignotus.* *Hesych.* ἄγνωστος. οὐ γὰρ σᾷμ' (Ἰολάου) ἀκήρυκτον Heracl. 91.

ἀκίνδυνος, *sine periculo.* τοὐσδ' ἀκινδύνως κτανεῖν Rhes. 588.

ἀκίνδυνον βίον ζῶμεν κατ' οἴκους, *tutam, otiosam vitam*, Med. 248; cf. Iph. A. 17.

ἀκίνητος, *immotus, immobilis.* οὐδὲν ἦν ἀκίνητον δρόμῳ Bacch. 726. τί τόδε (ἄγαλμα) μεταίρεις ἐξ ἀκινήτων βάθρων Iph. T. 1157; vid. βάθρον. *Firmus.* ἀκίνητοι φυλακαὶ τειχέων Iph. A. 15. βρόχοις ἀκινήτοισιν (inexplicabilibus) φόνου Andr. 997. εὐδαιμονίας ἀκίνητον ἀφορμάν Ion. 474. Omissum hoc vocabulum ab *Ellendt.*; invenitur enim in Oed. C. 624.

ἄκλαυστος. De utraque huius vocis forma ἄκλαυστος et ἄκλαυτος allatis ceterorum sententiis exploratisque disputavit *Ellendtius* in lex. Soph. „formamque plenius sonantem ἄκλαυστος certiore fide esse" censet. Verius *Herm.* sensisse videtur, qui ad Oed. C. 1362 (cf. ad Oed. T. 362) has formas non tam forma, quam significatu diversas esse putat, licet ei de ipso discrimine non prorsus assentiar. Nam quum formae κλαυτός, γνωτός, θαυματός, ἀγατός, alia, proprio *adiectivorum* munere perfungantur, atque *perpetuam* quandam rei *condicionem statumque* vel ipsam eius *naturam* denotent, κλαυστός, γνωστός, et quae sunt reliqua, *passivi* mera vi servata ad *singulam* modo vel *absolutam rem actumque* respicere videntur ideoque de iis praecipue dici quae rei alicui ut non propria subiiciuntur. Itaque κλαυτός est *is, qui in flebili versatur condicione, lacrimabilis, miserabilis*, κλαυστός autem, cuius certus quidam casus aliquando *deflctus* est. [Quarum notionum quae sit cognatio, facile intelligitur: in promtu est enim verbalium eam vim, qua *quod fieri potest* significant, ex passiva perfecti vi eadem via manavisse, qua factum est, ut praeterita Graecorum etiam *quod solet fieri* significent. *Const. M.*] Quam ad rem multum habet momenti, quod alia verbalia, quamquam perfecti sui forma — σμαι est, tamen in — τος desinunt, alia, quum perfectum careat inserta litera σ, tamen in — στος terminantur; vid. *Matth.* gr. p. 510, 2. Hinc patet, cur apud Aeschylum vulgati libri semper praebeant πάγκλαυτος, πολύκλαυτος; vid. *Herm.* l. c.; nam πᾶν et πολύ sponte efficiunt *perpetuitatis* notionem. [Et quidem apud Sophoclem Oed. C. 1360. legendum neque κλαυτά neque κλαυστά, verum cum synizesi κλαυστέα, siquidem aperte sensus: *sed haec deflenda non sunt* (ut fecit Polynices), nec tamen verbalia in τος unquam *necessitatis* vim induunt; quae si quando Latinorum participio fut. pass. commode redduntur, hoc ipsum non actum absolutum, sed conditionem permanentem declarat, ut, si κλαυτός est *miserandus*, hoc idem valet ac *miserabilis*. Atque rectissime habet παγκλαυτὸς αἰών Soph. El. 1085, i. e. *plane miserabilis*; v. *Herm. Const. M.*] Etiam ap. Euripidem Andr. 1236. κἀγὼ, ἦν ἄκλαυστ' ἐχρῆν τίκτειν τέκνα — sine dubio cum Flor. 10. 15. legendum: ἄκλαυτα, *quae fruantur secunda fortuna*. Contra *indeflctus* est Hec. 30. ἄκλαυστος, ἄταφος. Phoen. 1628-

ἰᾶν ἄκλαυστον. V. ἀδάμαστος. [Omnium eruditissime de his verbalibus disseruit *Lobeckius* Vir illustris, qui ad Soph. Ai. p. 315 sqq. exemplorum mole demonstrans ipsa tempora, quibus verbalia ista assimilata sint, duplicem plerumque formam et adhibito et omisso sigma habuisse ipse quoque sic statuit, Graecos hac diversarum formarum opportunitate more suo (v. s. ἀεί) ad discernendas significationes usos esse. Nec vero, si sunt diversarum formarum diversae notiones, diversitas ista constitui potest aliter atque supra factum, siquidem non pauci loci comparent, ubi ἄκλαυστος, ut hoc teneam, *indefleti* vim utique flagitat nec tamen vel unus ex libris veteribus sigma repudiat. Vid. Eur. Hec. 30. Soph. Ant. 29. Nihilominus cave, ne nimium discrimini isti tribuas. Apertum est enim, ut formae diversae pededentim tantum increbuerint, ita notionum quoque diversitatem decursu demum temporis, atticismo imprimis efflorescente, invaluisse. Hinc intelligitur, cur apud Homerum plurimi iique optimi codices in formis ἀσίγμοις κλαυτός eiusque compositis perseverent. Cf. *Nitzsch.* ad. Hom. Od. δ', 494. Deinde vero sponte apparet differentiam istam tantummodo obtinere, ubi eiusdem verbalis apud eundem scriptorem diversae formae reperiuntur. V. s. ἄγνωστος. Itaque ἄκλαυτος et ἄκλαυστος differre recte existimantur, sed vehementer erraret, qui ἀκουστός tantum *auditum* et ὁρατός tantum *spectabile* significare crederet, quandoquidem neque ἀκουτός neque ὁραστός Graeca vox sit. *Const. M.*] Ab his secernendum ἄκλαυστος activa vi usurpatum *non lacrimantis.* Alc. 171 (Lasc. Flor. 2. Vict. ἄκλαυτος). ἄκλαυστος, ἀστένακτος. Cf. Hom. Od. δ', 494.

ἀκλεής (⏑), *inglorius.* ἀγνὼς, ἀκλεὴς Iph. A. 18. ἀκλεὴς — δόξα Heracl. 623. ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος Hipp. 1028. ἀκλεῶς θανεῖν Rhes. 752. Or. 784; cf. Rhes. 761.

ἄκληρος (⏑), *exsors* (Virg. Aen. VIII, 551.). ὅσαι δ' ἄκληροι Τροιάδων Troad. 32, *sorte non assignatae viris.* Huc pertinet glossa ap. *Bekk.* anecd. p. 367, 14, et *Bachm.* ib. I. p. 56, 31. ἄκληροι, ἔξω τοῦ κεκληρῶσθαι, *Εὐριπίδης.*

ἄκλητος (⏑), *non clausus, apertus.* θύρας ἔχων ἀκλήστους τῷ θέλοντι δημοτῶν Iph. A. 340. De Andr. 594. ἄκλητ', ἄδουλα δώματα, ubi propria vis α privativi elucet, vid. ἄδουλος. Ceterum v. s. κλείω, κλήζω.

ἄκλητος (⏑), *invocatus.* ἐλθοῦσ' ἄκλητος Iph. A. 457. ἄκλητος ὢν φίλοις οὐκ ἦλθες Rhes. 399.

ἄκλυστος (⏑), *mari non circumfusus (non alluvius,* Varr.). Αὐλὶν ἀκλύστην Iph. A. 121.

ἀκμάζειν, *aetate florere.* ἀνὴρ ἀκμάζων Rhes. 795.

ἀκμή, proprie *acies, acumen* (ἀκή, Spitze). λύγχης ἀκμὴν Suppl.

318. φασγάνου ἀκμάς Or. 1482. Inde omnino *extremam* vel *summam partem* alicuius rei, *extremitatem* denotat; unde Bacch. 1205. οὐ δικτύοισιν, ἀλλὰ λευκοπήχεσιν χειρῶν ἀκμαῖσι. Ita Phoen. 1261 (cf. Matth. ad v. 1256). μάντεις ἐμπύρους ἀκμὰς ῥήξεις τ' ἐνώμων, ὑγρότητ' ἐναντίαν ἄκραν τε λαμπάδα, idem fere significant ἔμπυροι ἀκμαί quod ἄκρα λαμπάς, *sursum erumpens flammae apex, lucidus apex* (Ov. ep. ex P. IV, 9, 53.), cui opponuntur ἔμπυροι ῥήξεις, *scissiones flammae*, cuius est ὑγρότης et quae *per fumum paulisper modo emicat* (ἄκρα τε λαμπάς); de ignispicio vid. *Musgrav.* [Similiter *Dammio* (in lex. s. ἀκμή) ἔμπυροι ἀκμαί sunt τὰ φῶτα τὰ ἐκ τῶν ἐμπύρων ἀναφαινόμενα. Ego potius ἔμπυρα ἀκμάζοντα, *ignes* quasi *vigentes* i. e. crassiores flammas volventes (hellodernd) significari puto ceteroqui prorsus assentiens patri ad v. 1256. Ita ὕδατος ξέουσα ἀκμή Pind. Ol. 1, 78. est ὕδωρ ἀκμαῖως ξέον. *Const. M.*] *Summum periculum, discrimen.* ὃν — ἐπ' ἀκμῆς εἶμι κατθανόντ' ἰδεῖν Hel. 903; vid. *Pflugk.* ad v. 897. Phoen. 1088. de pugnantibus, qui ἦλθον ἀκμήν γ' ἐπ' αὐτήν. [Ἀκμή, si proprie significat *aciem* (ἀκήν), ex α intensivo et κέω i. e. *scindo, disseco* compositum. Sed magis arridet ea derivatio, qua ab α privativo et κάμνω deductum proprie indicat *tempus*, quo quis *integer viribus* s. *vegetus* (ἀκμής, ἀκμηνός) est, *viget*. Hinc de *optimo* quoque, *summo, extremo*. *Const. M.*] *Summum* s. *optimum aetatis, flos aetatis, actas matura.* ἥβης ἔν ἀκμῇ Alc. 317. *Summum* s. *optimum temporis, tempus opportunum.* οὐ γὰρ νῦν ἀκμή El. 275. στείχειν δ' ἀκμή ib. 684. ἀκμὴ καλεῖ — παρεῖναι συμμάχους Hec. 1042. εἰς ἀκμὴν (*opportune*) ἐλθὼν φίλοις Herc. f. 532.

ἄκμων, *incus*. Ἡφαίστου χρυσέων ἀκμόνων μόχθους ἀσπιστὰς — τευχέων El. 443.

ἀκοή, *auditus* (Gehör). φέρε νυν ἐν πύλαισιν ἀκοὰν βάλω, *aures admoveam*, Or. 1282. *Auditio* (d. Hören, Cic. de fin. 5, 15, 42), cui significatui numerus pluralis usitatior. φήμην ἀκοαῖσι δέδεγμαι Iph. T. 1496. οὐκ εἰς ἀκοὰς ἔτι δυστυχία δώματος ἥκει Phoen. 1489. ὕμνους εὕροντο, βίου τερπνὰς ἀκοάς, Med. 194, quatenus ὕμνοι sunt aurium delinimenta, *res auditu iucundae*. *Quod quis auditione percepit, fama.* βάρβαρον ὡς ἀκοὰν ἐδάην Phoen. 826. οὐδενὸς ἀκοὴν ὑπείπών Herc. f. 962; vid. ὑπείπειν. Iph. T. 811. λέγοιμ' ἂν ἀκοῇ πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε est ex *Marklandi* emendatione pro vulg. lect. λέγοιμ' ἄν· ἄκουε πρῶτον Ἠλέκτρα τάδε: quem versum potius spurium iudicaverim ob v. 822, quam cum *Herm.* propter turbatam στιχομυθίαν versum 782. inserere.

ἀκοινώνητος, *non consociatus*. γάμοις ἀκοινώνητον ἀνδρὸς εὐνάν Androm. 471. Vid. ἀνήρ.

ἀκοίτης, coniux. ἀκοίταν τὸν ἐμόν Hec. 937. τοὺς ἐμοὺς — ἀθλίους ἀκοίτας Troad. 1309. δόλιον ἔσχεν ἀκοίταν El. 166. De α vid. sub ἀμᾶν.

ἄκοιτις, coniux. μὴ πρόκλα' ἄκοιτιν Alc. 529. γενναιοτάταν ἔχνίξω κλισίαις ἄκοιτιν ib. 997. ἄκοιτιν — φίλην ib. 199.

ἀκόλαστος, non castigatus, immoderatus. ἀκόλαστα μάντεων θεσπίσματα Phoen. 978. Lascivus, effrenatus. ἀκόλαστα ἤθη, λαμπρὰ συγγελᾶν μόνον Erechth. fr. XX (II), 22. ἀκόλαστος ὄχλος (citat gramm. Bekk. anecd. p. 367, 20. Bachm. I. p. 57, 7.) ναυτική τ' ἀναρχία Hec. 607. ἀκόλαστα γίγνεται δούλων τέκνα fr. inc. tr. CXXX. ἀκόλαστον — γλῶσσαν, petulantem, Or. 10. ἀκόλαστον (intemperans) ἦθος γαστρός Antiop. fr. XXXIII (VII), 4.

ἀκόμπαστος, simplex. ἀκόμπαστος λόγος Εὐριπίδης φησὶ καὶ ἀκόμπαστος φάτις, fr. inc. tr. CCLXI. ap. Bekk. anecd. p. 369, 18. Bachm. I. p. 59, 15.

ἄκομψος, non fucatus, simplex. φαῦλον (s. v.), ἄκομψον, τὰ μήτε' ἀγαθόν Licymn. fr. I, 1; vid. Matth. — Vilis, rudis, non aptus. ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον Hippol. 986.

ἀκοντίζειν, iaculari, iacere. λόγχαισιν εἰς ἄκρον στόμα πύργων ἀκοντίζοντας Phoen. 1174. De pugilibus. κῶλα — ἐς πλευρὰ καὶ πρὸς ἦπαρ ἠκοντίζετο Iph. T. 1370, manus — ferebantur. Impersonaliter dictum esse videtur ὅζοισί τ' ἐλατίνοισιν ἠκοντίζετο Bacch. 1096, nisi ad Pentheum referri mavis. Vi intransitiva Or. 1241. εἴπερ γὰρ ἱδρὼ γῆς ἀκοντίζουσ' ἀραί, κλύει, penetrant preces, ita ut eum quem precamur tangant. κύκλος πανσέληνος ἠκόντιζ' ἄνω Ion. 1155, de luce lunae emicante.

ἀκοντιστήρ, iaculator. λόγχαις ἀκοντιστῆρες εὐστοχώτατοι Phoen. 142.

ἀκόρεστος, qui saliari nequit, insatiabilis. μή ποτ' ἐμοὶ φρόνημα ψυχά τ' ἀκόρεστος εἴη, immoderata cupiditas, Heracl. 927. Non cessans, implacabilis. μηδέποτ' ἀμφιλόγους ὀργὰς ἀκόρεστά τε νείκη — προσβάλοι Κύπρις Med. 639. Citat gramm. ap. Bachm. I. p. 59, 15. Euripidi haec una forma cognita. Item Sophocli in El. 122. Contra Aeschylo in Agam. 1115 et 1143, si quidem verum quod omnes libri spernunt, usitata forma ἀκόρετος, propior illa Homerico ἀκόρητος. V. s. ἄκλαυστος.

ἄκος, remedium. πημάτων ἄκος Hipp. 600. κακῶν ἄκος Alc. 133. ἄκος τῶν δυσλύτων πόνων Andr. 121. δίψης ἄκος Cycl. 97. ἐρπετῶν ἀγρίων ἄκη Andr. 269. κοὔτε φαρμάκοις ἄκη λάβοις ἄν Bacch. 327. ἐν ταῖς ἀναβολαῖς τῶν κακῶν ἔνεστ' ἄκη Herc. f. 93.

montorium. ἄκρας ἐναλίας Cycl. 317. αἱ Καφήρειοι ἄκραι Troad. 90. cf. Archel. fr. IV (XXIV), 1.

ἀκραῖος. *Hesych.*: ἀκρία· ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Ἄργει ἐπί τινας ἄκρας ἱδρυμένη· — ἔστι δὲ καὶ ἡ Ἥρα καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη προσαγορευομένη ἐν Ἄργει. Adiectiva in — ιος desinentia ipsam naturam et internam vim denotant; adiect. in — αῖος vero ad locum referuntur. Itaque ἀκρία dea dicitur, quatenus eius natura est, ut *loca edita amet atque insideat*, ut arces, promontoria: huc pertinet Liv. XXXII, 23. *promontorium est adversus Sicyonem Iunonis, quam vocant Acraeam, in altum excurrens*; cf. *Elmsl.* ad Med. 1346; ἀκραῖα vero, quatenus *locum editum* ut *arcem* simpliciter *insidet* eique tanquam praeses *tutelam praebet*, ut Ζεὺς ἀγοραῖος. Med. 1379. Ἥρας τέμενος ἀκραίας θεοῦ, ubi *Schol.* ἀκραία δὲ εἴρηται παρὰ τὸ ἐν ἀκροπόλει ἱδρῦσθαι. Cf. *Pausan.* II, 24, 1. (vid. *Pflugk.* ad. Med. l. c.). *Passov.* de Musaeo p. 79.

ἀκραιφνής, *purus, integer.* πῶς ἀκραιφνὴς (γυνή) ἐν νέοις στρωφωμένη ἔσται Alc. 1055. ὡς πίῃς μέλαν κόρης (Polyxenae) ἀκραιφνὲς αἷμα Hec. 537.

ἄκραντος, *exitum non habens, irritus.* ἀψευδὲς ἦθος, — ἄκραντον οὐδὲν οὐδ' ἐς οἰκέτας ἔχον Suppl. 870. ἔστιν γὰρ οὕτως, οὐδ' ἄκραντ' ἠκούσατε Iph. T. 520. Bacch. 1229. ἄκραντα θεσπίζειν Alex. fr. XVIII (XXII), 1. οὐδ' ἄκραντ' ὠρμήσαμεν Bacch. 435. Hinc ἄκραντα, *frustra, sine effectu.* ἄκραντ' ὀδύρει Suppl. 770. οὔποτ' ἄκραντα (κακῶν) Λύσσα βακχεύσει Herc. f. 897; vid. s. αἴ extr.

ἀκρατής. Aeol. fr. XXVIII, ap. *Hesych.* ἀκρατές, ἀσθενές, Εὐριπίδης Αἰόλῳ. Vid. *Ellendt.* in lex.

ἄκρατος, *merus.* ἄκρατον μέθυ Cycl. 149. σύ τ', — Τῆνε, ἄκρατος ἐλθὲ θηρί ib. 598. ἄκρατος ἡ χάρις, *sincera*, ib. 573.

ἀκρέμων, *ramus.* ἀκρέμων ἐλαίας Cycl. 454.

ἀκριβής (ῑ), *accuratus, diligens.* ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς αὐτὸ θήσομαι λίαν Med. 532, i. e. οὐ λίαν ἀκριβῶσω, *non nimium in rem inquiram.* οὐκ οἶδ' ἀκριβῶς, εἰκάσαι γε μὴν πάρα Rhes. 284; nisi h. l. legendum: ἀκριβοῦν, *accurate et distincte narrare* (vid. *Sturz.* lex. Xen. s. ἀκριβοῦν: no. 1.). πάντ' ἀκριβῶς (*considerate*) κἀπὶ φροντίδων βίον — ζῶσιν Scyr. fr. II, 4. εὑρὼν ἀκριβῆ μουσικὴν ἐν ἀσπίδι Suppl. 906, de eo *qui accurate didicit*; vid. ἀκριβοῦν. οὐκ εἰς ἀκριβὲς ἦλθες Tr. 901, *non est iudicium subtile de te institutum.* Pessimum est quod *Reiske* vult legi ἄκριτον. — οὐκ ἔστ' ἀκριβὲς οὐδὲν εἰς εὐανδρίαν El. 367, *non est certum ad nobilitatem dignoscendam iudicium.* Quod ap. *Hesych.* legitur: ἀκριβές, ἄκρον· Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ (Phil. fr. XVI), id magis interpretamentum esse videtur vocis ἄκρος, ut

S. El. 1499. *ἐγώ σοι μάντις εἰμὶ τῶνδ' ἄκρος* (vid. *Ellendt.*). Stirps enim vocis *ἀκριβής* est in *ἄκρος*.

ἀκριβοῦν, diligentem esse in aliqua re tractanda, accurate tractare vel *elaborare.* [*οὐδὲ στέγην — καλῶς ἀκριβώσαις ἄν* Hippol. 469. Ita pro *ἀκριβώσειαν* legendum; male enim *βροτοὶ στέγην ἀκριβοῦν* dicuntur et *ἄν* (v. *Matth.* ad l.) prorsus necessarium: nam ita verba illa solvenda: *οὐδὲ στέγην, εἰ ἀκριβώσαις, καλῶς ἀκριβώσαις ἄν* vel *ποιήσαις ἄν* i. e. *ne tectum quidem, si nimis exacta cura elabores, bene elabores. Const. M.*] V. s. *ἄν. Accurate scire, callere. σοφοὶ μὲν — εἰς' οἱ τάδ' ἠκριβωκότες* Hec. 1192.

Ἀκρίσιος, n. pr. *τύραννον χθονὸς τῆσδ' Ἀργείας Ἀκρίσιον* Dan. prol. 65.

ἄκριτος, iudicio non subiectus (ohne Entscheidung). ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς, indicta causa, Hipp. 1056. *Non distinctus (nicht unterschieden). ἄκριτος (indigestus, ingens) ἄστρων ὄχλος* Pirith. fr. II, 4. *ἄκριτα (perversa, temeraria) μηχανώμενοι* Andr. 550. Hinc *ἀκριτόβουλος, ἀκριτόμυθος.*

ἀκροθινιάζεσθαι, sibi aliquid seligere, quod est optimum. νύμφας ἠκροθινιαζόμην Herc. f. 476. Confuse *Damm.* s. v. *ἀκρόθινα.* V. toc. seq.

ἀκροθίνιον (*ἄκρος* et *θίν*), *Schol.* Eurip. Phoen. 211. *ἀκροθίνια κυρίως αἱ τῶν καρπῶν ἀπαρχαί, παρὰ τὸν θῖνα, ὅ ἐστι τὸν σωρὸν τῆς ἅλω. καταχρηστικῶς δὲ λέγονται καὶ αἱ ἀπαρχαὶ τῆς λείας.* Etiam *Hesych. ἀκροθίνια· σκῦλα, λαφύρων ἀπαρχαί.* Neque aliter *Etymologus* M. et alienis quidem immixtis *Suidas.* Proprie *ἀκροθίνιον* est *summa portio acervi cuiusdam (Abhub);* hinc *primitiae* i. e. primum vel optimum quodque ex aliquo numero, ut frugum vel praedae. *ἀκροθίνιον κάλλιστον (praestantissimum praedae decus) ἦκει τὸν στρατηλάτην ἄγων* Heracl. 861. Deinde *optima pars praedae*, quae diis optimis offertur. Rhes. 470. *ἐπειδάν — θεοῖσιν ἀκροθίνια ἐξέλῃς.* Ita Phoen. 239. Phoenissae se vocant *δοροὸς Φοίβῳ — ἀκροθίνιον*, ut ib. 211. *ἀκροθίνια Λοξίᾳ — Φοίβῳ δούλα μελάθρων* (cf. v. 222), ubi *ἀκροθίνια* non pluralis, sed fem. adiect. *ἀκροθίνιος* esse videtur. Hinc quodcunque diis offertur vel consecratur, quatenus optimum quid est, sive res, ut spolia Iph. T. 75. vocantur *τῶν κατθανόντων τἀκροθίνια ξένων;* sive homines ut Iph. T. 459. *τὰ Ἑλλήνων ἀκροθίνια* (Orestes et Pylades) *ναοῖσι πέλας τάδε βαίνει.* Similis usus vernacularum vocum *Hub, Krone.*

ἀκρόκομος, desuper frondosus. δρυὸς ἢ ἐλάτας ἀκροκόμοις (*τοῖς κατ' ἄκραν κομῶσιν Schol.*) *ἀμφὶ κλάδοις* Phoen. 1517.

Ἀκροκόρινθος, arx Corinthi. ὕδατι — περικλυζόμενον — Ἀκροκόρινθον ἱερὸν ὄχθον fr. inc. tr. XCIV.

ἄκρον, cacumen montis, mons. ὑπὲρ ἄκρων Βακχείων Phoen. 235. Fastigium. ἄκρα τειχέων Troad. 1297.

ἀκρόπτολις, arx. Φωκέων ἀκρόπτολιν Or. 1094.

ἄκρος, extremus, vel remotissimus, vel infimus vel summus. ἄκρας καρδίας ἔψαυσε Hec. 242. πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχᾶς Hipp. 255. ὑπὲρ ἄκρων ὅρων χθονός Phoen. 675. ἄκροισι δακτύλοισι πορθμεύων ἴχνος Iph. T. 266. ὄνυχας ἐπ' ἄκρους στάς El. 840. ἐν ἄκροισι βὰς ποσί Ion. 1166. (οἶνος) εἰς ἄκρους τοὺς ὄνυχας ἀφίκετο Cycl. 158. ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα Bacch. 708. ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος Hec. 558. πρύμνα ἄκρα Cycl. 14. [Huc pertinet Iph. A. 240. κατ' ἄκρα (corr. Piers. pro κατ' ἄκραν) Νηρῇδες ἑστάσαν θεαί.] θιγεῖν ἄκρᾳ χερί Hel. 1460. ἅπτεσθαι τινὸς εἰς ἄκραν χεῖρα Iph. A. 951. ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν Antig. XIII. παρ' ἄκρας τρίχας Or. 128. ὠλένας τρέμων ἄκρας Iph. T. 283. ἔθρανε' ἄκρον δόρυ Phoen. 1408. ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις Med. 524. ποίμνας ἐς ἄκρας Rhes. 292. τένοντος ἁρπάσας ἄκρου ποδός Cycl. 309. ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν εἰλίνου πόρου Iph. T. 253. ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον Bacch. 1062. δόμων ἐπ' ἄκρων Or. 1574. ἐπ' ἄκροις ἕστακ' Ἄρεος στεφάνοισιν Phoen. 839. πύργων ἐπ' ἄκρων στάς ib. 1098. στέγος βεβλημένον πρὸς οὖδας ἐξ ἄκρων σταθμῶν Iph. T. 49. Μαλίας ἄκροι κευθμῶνες Cycl. 292. ὀβελοὺς ἄκρους ib. 392. ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφῆς Hec. 94. ἐπ' ἄκρου χώματος ib. 524. Or. 116. ἄκραν λαμπάδα (πυρός), in ignispiciis, quum, ut est apud Dion. Cass. 37. c. 35. p. 134. ignis ἐπὶ μακρότατον αἴρεται, Phoen. 1263. ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων ib. 1016. πύργων ἐπ' ἄκρας στεφάνας Troad. 779. ἄκρον στόμα πύργων Phoen. 1173. εἰς ἄκρα κλιμάκων ἐνήλατα Suppl. 729. δόμων ὕπερ ἀκροτάτων El. 1233. κατ' ἀκροτάτας κορυφᾶς Διός Ion. 456. ἐξ ἄκρου κρατός Med. 1198. κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν Phoen. 1183. κατ' ἄκρας δῶμ' ἐμὸν πέρσας Hel. 697, quod uno etiam vocabulo scribitur κατάκρας Iph. A. 778. Δαναΐδῶν καὶ Μυκηναίων ἄκρον Phoen. 433; cf. 1251. ἄνδρας Ἀργείων ἄκρους Suppl. 118. ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι Teleph. fr. VII (XI). ποτὶ σέλμα γαστρὸς ἄκρας Cycl. 504. δι' ἄκρων φρενῶν τὸ σοφὸν εὑρέσθαι Bacch. 203. κακὸν ἄκρον ἕλκες Ion. 776. Aug. M.

ἄκρυπτος, non occultus. ἐμφιφανῆ καὶ ἄκρυπτα δεδράκαμεν πόσιν Andr. 836.

Ἀκταίων, n. pr. τὴν μὲν Ἀκταίων' Ἀρισταίῳ ποτὲ τεκοῦσαν — Αὐτονόην Bacch. 1225. Ἀκταίονος (v. Elmsl. ad v. 337.) μητρὸς

Ἀντονόην ib. 230. Ἀκταίωνος μόρον ib. 337. Ἀκταίωνα διέλαχον κύνες ib. 1290.

ἀκτή, 1. *litus*. ἀκτή τις ἔστι Hipp. 1199. ποντίας ἀκτῆς ἔπι Hec. 778. κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς ib. 28. 36; cf. Hipp. 1179. Iph. T. 272, sed θάσσουσ' ἐπ' ἀκτάς Iph. A. 807. ἀκταῖσιν ὁρμεῖ Or. 55. χωρεῖ πρὸς ἀκτάς Hipp. 1212. ἐπ' ἀκταῖς ὁρῶ Polyid. fr. I, 2. ἀκτῆς κυμοδίγμονος πέλας Hipp. 1173. πρὸς ἀκταῖς ὄντες Heracl. 433. ἀκτῆς ποντίας πόδα ὑπερτείνειν Med. 1288. ἐπ' ἀκταῖς θαλασσίαις Hec. 698. πρὸς ἀκτὰς θαλασσίας Iph. T. 1327. ἀκτὰς ἐκλιπὼν θαλασσίους ib. 236. ἐπ' ἀκτὰς Σκαμανδρίους Troad. 374; cf. Helen. 616. Λιννὴν κατ' ἀκτήν Andr. 1263. λευκὰν ἀκτάν Iph. T. 436. τᾶς Ἀδριηνᾶς ἀκτᾶς Hipp. 736. Ἑσπερίδων ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτάν ib. 742. Σιμοεντίδα παρ' ἀκτάν Andr. 1183. ἐπ' ἀκταῖσιν Σιμοεντίσιν ib. 1018. ἐπὶ Σιμουντίδας ἀκτάς El. 441. Πλιάδος παρ' ἀκτᾶς Rhes. 366. Εὐβοΐδ' ἀκτάν Heracl. 83. Εὐβοΐδας ἀκτάς El. 442. τὰν Πηλιάδ' ἀκτάν Herc. f. 389. Μουνύχου ἀκταῖσιν Hipp. 761. Σκείρωνος ἀκτάς ib. 1208. διὰ Κυανέας ἀκτάς Andr. 865. Φινεΐδας ἀκτάς Iph. T. 423. Αἰγαίαις ἐνάλοις ἀκταῖς Hel. 1141. ἐπ' ἀκτὰς Ναυπλίας ib. 1602. λίμνης Τριτωνιάδος πότνιαν ἀκτάν Ion. 873. ἀκταὶ Μυκόνου Troad. 89. πολιήτιδος ἀκτᾶς Hipp. 1126. ἐπ' ἀκτὰν ἁλίμενον Alc. 598. εἰς ἁλιῤῥύθους ἀκτάς Hipp. 1206. εὐλιμένους ἐπ' ἀκτάς Hel. 1480. 2. *fruges*. Δάματρος ἀκτᾶς Hipp. 138. fr. inc. trag. XIV, 2. Est etiam nomen proprium priscae *Atticae* Hel. 1689. *Aug. M.* Vid. Ellendt. ἀκτή. no. 3.

ἀκτίς, *radius*, βολή. Hoc significatu pluralis modo apud Euripidem invenitur. ἥλιος ἀκτῖνας ἐξίησι Bacch. 678. οὔτε πρὸς μέσας σελὰς, ἀκτῖνας οὔτ' αὖ πρὸς τελευτώσας βίον Ion. 1136. Singularis usurpatur, quando non tam ad *singulos*, quam ad *summam radiorum* respicitur; ita Hec. 412. ἀκτῖνα κύκλον Θ' ἡλίου; vid. Alc. 206; cf. Phoen. 5. δυστυχῆ ἀκτῖν' ἐφῆκας. Rhes. 992. ἀκτῖνα τὴν στείχουσαν ἡλίου. Deinde denotat *fulgorem solarium radiorum*. παμφαὴς ἀκτὶς ἡλίου Med. 1251. λαμπρὰ ἀκτὶς ἡλίου Suppl. 650. Metaphorice dicitur ἅλβου χρυσέου φαεννὰ ἀκτίς fr. dub. XXXV, 2. Cf. Pind. Pyth. 3, 455. [Putida *Dammii* huius vocabuli explicatio ab ἄγνυμι illud ducentis, quia radii solis per refractionem vim suam exerceant. Imo ab ἄγω et significatque proprie quod *agitatur*, *mittitur*, *iacitur* (ἄγεται, βάλλεται, ῥίπτεται), unde et βολή et ῥιπή simul et *iactum* et *radium* significant. Hinc etiam ἀκταίνειν, *ferri*. V. s. ἀκτή. *Const. M.*]

ἀκύμαντος, ἀκύματος, ἄκυμος, ἀκύμων, *fluctibus vacuus*. ἀκύμανα πόντου — νῶτα, *tranquilla*, Iph. T. 1444. ἀκύματος πορθμός fr.

inc. tr. CCVIII, *fluctibus non agitatus*. Hinc *siccus, aridus*. ψαμάθοι ἐπ' ἀκυμάντοις Hipp. 235; hinc denique *exilis, sterilis*. νηδὺς ἀκύμα Andr. 158. Inde confuse quidem disputat hunc locum citans glossator ap. *Bekk.* anecd. p. 6, 1. ἀκύμων θάλασσα· Εὐριπίδης ἐπὶ τοῦ μὴ γεννά τέθεικεν, ὡσανεὶ ἀγόνου. λέγεται δὲ καὶ ἀκύματος. Circumspectius *Suidas*: ἀκύμονα, ἀτάραχον· καὶ ἀκύμων, μὴ γεννῶσα, ὡς ἐγκύμων ἡ συνειληφυῖα. [Idem esse vocabulum ἀκύμων, et quod *fluctuum vacuitatem* et quod *sterilitatem* indicet, eadem ostendit utriusque stirps κύω, unde κῦμα est etiam *foetus*. Quare non est cur cum *Passovio* diversa duo huius generis vocabula statuamus. V. s. κῦμα. *Const. M.*] τὸν ἄκυμον βίοτον Herc. f. 693; vid. τιθέναι.

ἀκύρωτος, *irritus*. Ion. 801. ἦ σιωπῇ τοῦτ' (ὄνομα) ἀκύρωτον μένει; *an non ratum manet silentio* i. e. an tacetur vel nescitur, ita ut perinde sit ac nullum?

ἄκων (-), *iaculum*. μέσον ἄκοντ' ἔδρασεν Phoen. 1411. δίβολον ἄκοντα πάλλων Rhes. 374. Ex *Hesychii* glossa: ἄκων· μὴ θέλων, ἢ τῶν δοράτων, patet ἄκοντα proprie esse *cuspidem*: nam stirps est ἀκή.

ἄκων (-, ἀ et ἑκών), *invitus, nolens*. οὐκ ἄκοντί μοι δίδως ἔπαινον Suppl. 857. ἄκοντας φίλους πρόθυμος μὴ καλῶς εὐεργετεῖν Hipp. 693. τοὺς θεοὺς ἄκοντας ἐκπονήσομεν φράζειν ἃ μὴ θέλουσιν Ion. 375. 378. οὔτ' ἄλλον — ἀναγκάσω ἄκοντα Heracl. 414. ἔδωκεν οὐκ ἄκων χέρας Bacch. 437. Saepe opponitur ἑκών; cf. *Matth.* gr. p. 1540. ἑκόντες, οὐκ ἄκοντες — αὐτοὶ τὴν δίκην ὑφέξομεν Andr. 357. ἥδε γὰρ ψυχὴ πάρα ἑκοῦσα κοὐκ ἄκουσα Heracl. 532. Or. 612. *Invitus, coactus*, quando quis rebus obnoxius aliquid impedire non potest. ἄκων ἐξελαύνομαι χθονός Phoen. 633. ἔγημες ἄκουσάν με κἄλαβες βίᾳ Iph. A. 1149. Hinc de eo dicitur, qui quamvis *invitus* vel *inscius*, tamen aliquid *facit* externa quadam vi coactus, παθών. συνῆψ' ἄκουσα γάμον Ion. 941. ἄκων με — διώλεσεν Iph. A. 1457. ἄκων ὤλεσάς νιν Hipp. 1433. ἔκτεινά σ' ἄκουσα Ion. 1500. Quo significatu ἄκων etiam de *factis* dicitur. Huc imprimis pertinet Ion. 746. τοῦ δ' ἀκόντος οὐ κρατῶ i. e. *quod invitum est s. quod invitus facio, non praesto*; v. s. ἀπαρέσκειν. *Herm.* et *Dind.* c. *Reiskio* ἀπόντος. Ita S. Oed. C. 976 sq. εἶ — κατέκτανον μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων εἰς οὕς τ' ἔδρων, πῶς γ' ἂν τό γ' ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως φέγοις; et ib. 240. ἔργα ἄκοντα dicunt pro ἀκούσια; cf. O. T. 1230, cum nota *Wunderi* et *Ellendt.* in lex. Sed. Ion. 379. ἂν σπεύδωμεν ἀκόντων θεῶν, ἄκοντα κεκτήμεσθα τἀγάθα recte *Dindorf.* et *Wackefield.* e coni. *Matthiae* dederunt οὐκ ὄντα· nam ἄκοντα essent bona, quae *invitus, inscius possideo*.

Ἀλαί, n. pr. Euripides ipse Iph. T. 1450 sq. describit his verbis:

χῶρος τίς ἐστιν Ἀτθίδος πρὸς ἐσχάτοις ὅροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας, ἱερὸς, Ἀλάς νιν οὐμὸς ὀνομάζει λεώς. Vid. *Musgr.* et *Seidl.* et cf. *Sturz.* lex. Xen. s. Ἀλαί.

ἀλαίνειν, *vagari.* δοῦλος ἀλαίνων σὺν τᾷδε τράγου χλαίνᾳ μελέᾳ Cycl. 79. μέλεος ἀλαίνων ποτὶ θῆσσαν ἑστίαν El. 204. κατ' αὐλὰν ἀλαίνων γεραιὸν πόδα Phoen. 1532. πατρώων ἀπὸ δωμάτων τάλας ἀλαίνων ib. 589. φθίμενος ἀλαίνεις ἄθαπτος Troad. 1083. μανίαις ἀλαίνων καὶ φόβοις Or. 531. Iph. T. 284. Phoen. 1532. V. ἀλᾶσθαι.

ἀλαλαγμός, *laetus sonitus.* οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοί Cycl. 65. Κύπρις — δέξατο εἰς χέρας — αὐλὸν τερφθεῖσ' ἀλαλαγμῷ Hel. 1368. V. ἀλαλή et *Matth.* ad El. 837.

ἀλαλάζειν, *clamorem tollere;* v. ἀλαλή. Dicitur imprimis de proelium inchoantibus; vid. *Sturz.* lex. Xen. ἦν δὲ πᾶσ' ὁμοῦ βοὴ, — αἱ δ' (Βακχαὶ) ἠλάλαζον Bacch. 1131. Ob victoriam *tollere laetum clamorem, triumphare;* v. *Herm.* ad Bacch. 584. στέφουσι σοῦ κασιγνήτου κάρα χαίροντες, ἀλαλάζοντες El. 855. ὁ δ' ἠλάλαξε κἀπεκόμπασεν τάδε Herc. f. 981. ὁ Βρόμιος ἀλαλάξεται στέγας ἔσω Bacch. 593; ubi nescio an sit passiva vi dictum: ob victoriam reportatam *cantari, laeto cantu celebrari.* Formae brevitas sat excusatur quum aliis exemplis tum proceritate verbi; atque eadem ratio futuri διατινάξεται v. 587. Cf. *Matth.* gr. p. 1100. et ad Phoen. 253. *Flebilem* prae dolore *clamorem tollere, ciulare, vagire.* Ita El. 843. (v. *Matth.* 837.) πᾶν δὲ σῶμ' ἄνω κάτω ἤσπαιρεν, ἠλάλαζε (*Matth.* c. *Valcken.* ἐσφάδαζε) δυσθνῆσκον φόνῳ, quod simili modo dictum est atque σὺν ἀλαλαῖσι (s. v.) αἰαγμάτων Phoen. 337. [Miror interpretes haesisse in his verbis. Πᾶν quidem ad solum ἤσπαιρεν pertinere in promtu est. Ἀλαλάζειν autem, i. e. *vagire, wimmern, winseln,* neque inepte dicitur *corpus,* praesertim quum ipsius hominis notionem involvat, et si quidquam poetice. Iniquum enim quidquid ingenii calor effudit frigido animo ad vivum resecare. Similis et propter asyndeton et propter imaginis audaciam locus est Soph. El. 719. ἤφριζον, εἰσέβαλλον ἱππικαὶ πνοαί. De ἀλαλάζειν, quatenus doloris vox est, cf. Hom. Il. φ', 10. *Const. M.*]

ἀλαλή, ἀλαλά (vid. *Buttm.* gr. mai. I. p. 140). Ἀλαλά proprie est exclamatio, imprimis proelium committentis, ut Pind. fr. inc. XXXVI. κλῦθ', ἀλαλὰ, Πολέμου θύγατερ, ἐγχέων προοίμιον, ubi non Ἀλαλά dicitur πολέμου θυγάτηρ, sed ἀλαλά ipsum est pugnae prooemium, unde α corripitur; vid. *Matth.* gr. p. 186, 9. Forma vero quum substantivum sequet, etiam flexum accepit substantivi et usum, fere ut nos dicimus *das Evoë, das Juchhei.* Idem factum in μάμμα, πάππα, aliis. Ita Isth. VII,

15. ἐξ ἀλαλᾶς καρτερᾶς et Nem. III, 104. ἀλαλὰν δορίκτυπον, est *pugna*, quod nos dicimus *das Hurrah der Schlacht*. Diversum est e dem fr. inc. XXXVI. μανίαι τ' ἀλαλαί τ' ὀρινομένων ῥιψαύχεν κλόνῳ, ubi ἀλαλαί nil nisi ἀλαί sunt, ex ἀλάλημαι formatum illud dem: huc pertinet *Hesych.* ἀλάλαγξ· ἡ πλάνη; cf. Or. 531. μαν ἀλαίνων. [Nescio an praestet μανίαι τ' ἀλαλαί τε per hendiadyn etum sumere pro μανικαὶ ἀλαλαί, *furiosi clamores*. *Const. M.*] etiam apud Atticos ἀλαλ—ή substantivum (v. s. ἄ) proprie *sonum* ἀλ denotat, *quem quis edit*; qui quum et gaudii et doloris esse possit, ἀλ de *quolibet sono* vel *laeto* vel *queribundo* dicitur; de *laeto* Hel. 1360. τὰν περὶ παρθένῳ λύπαν ἀλλάξαιτ' (s. v.) ἀλαλᾷ; de *queribundo* Ph 337. στενάζων δ' ἀρὰς τέκνοις σὺν ἀλαλαῖσιν αἴλιν αἰαγμάτων ου κρύπτεται, *der Klage Wehruf*: ita enim legendum: modo furit Oedi modo graviter lamentatur; δὲ quum ante ἀρὰς excidisset, rursus in tum inepto loco. Ceterum vix recte de *Buttm.* et *Ellendt.* (vid. sententia disserit *Herm.* in censura lex. Ellendt. Nobis assentitur *Go ling.* de accentu p. 140.

ἀλάλησθαι, *circumvagari* (vid. *Matth.* gr. p. 527.). οὓς vους) ἀμφὶ Τροίαν δεκέτεις ἀλάληντο νέοι λόγχαις Andr. 306. i. e. *labores, quos vagi et miseri obibant*. Accusativus eodem modo ἀλάλησθαι iungitur, quo Hel. 539. πορθμοὺς ἀλᾶσθαι πλοίους. ἀλᾶσθαι.

ἀλαός (α et λάω; v. s. λεύσσω), *luminibus privatus*, ca ἀλαὸν ὄμμα φέρων Phoen. 1528. V. s. ἀλᾶσθαι.

ἀλᾶσθαι (ἀλαός), *caecum huc illuc ferri, vagari*. Vid. *Doe* lat. Synon. u. Etymol. I. p. 92, qui ἀλᾶσθαι cum *vagari*, πλανᾶσ (v. ἀμβλύς) cum *errare* recte comparat: *errat* enim, qui a recta vi errat; sed *vagatur* neque habet, quid agat, qui *caecus* (ἀλαός) es mente vel oculis. Eandem stirpem habent ἀλύειν, *ambigere* (s. ἀλᾶστως (v. ἄλαστος). Itaque ἀλᾶσθαι de miseris dicitur, qui om ope destituti nesciunt quo se convertant, imprimis de mendicis. πτω ἀλᾶσθαι παῖδας Med. 515; cf. Phoen. 1699. ἀμφὶ βωμίους τρ ἡλᾶτ' ἀθύρων Ion. 53. (cf. v. 323); ubi verba ἡλᾶτ' ἀθύρων eg exprimunt puerilem parvuli Ionis animum hilaritatemque naturae ca appetitum sequentis; v. ἀμφί. Neque enim sermo est de Ione, qua est *exsul*, ut *Herm.* vult. φεύγομεν ἀλώμενοι Heracl. 15. πόνοισι ρίοις ἀλώμενος Or. 688, *in misera versans condicione*. πατρίδος πρὸ γαίας ἀπαρθένευτ' ἀλωμένα Phoen. 1729. ἀλώμενος ξένην αἶαν λυπρὸν ἀντλήσει βίον Hipp. 897. ἐπ' οἶδμα πόντιον τλ ἀλῶμαι Hel. 408. πορθμοὺς ἀλᾶσθαι πλοίους ib. 539; vid. M

γ. §. 409, 4. Troad. 635. ὁ δ' εὐτυχήσας ἐς τὸ δυστυχὲς πεσὼν ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας, ubi ἀλᾶται genitivum adiunctum habet, quia in hoc similibusque verbis notio *aberrandi ab* aliqua re ideoque *carendi* inest; vid. *Herm.* ad Suppl. 59; nihilominus verbum ipsum propriam vim retinet, qua denotat *miseriam* τοῦ ἀλήτου (s. v.), similiter ut Pind. Ol. I, 94. εὐφροσύνας ἀλᾶται, quod *Schol.* non male explicat: ἐν πόνοις ἔστιν. Hinc etiam accus. ψυχήν adnectitur, siquidem miseria ista *ad animum* potissimum pertinet.

ἄλαστος plerumque derivatur a λήθειν atque ἀνεπίληστος explicatur a grammaticis: pessime quidem et ad formam et ad sententiam. Quare *Herm.* ad Soph. Oed. C. 1480. derivat a λάζομαι, ut sit *intolerabilis*: at quaeras qui fiat, ut λάζεσθαι recipiat hanc notionem: nam λάζυμ et med. λάζεσθαι est *capere, domare*; hinc ἄλαστος, *qui domari non potest* i. e. *ferox, dirus*. Sed huic quoque derivationi refragatur animus. Haud dubie enim ad eandem atque ἀλαός familiam pertinet ἄλαστος. Est igitur ab α privativo et λάω (v. s. λεύσσω) significatque *caecus*. Sed ut ἀλαός et ἀλάστωρ de hominibus, ita ἄλαστος praecipue de rebus dicitur, quarum causam non perspicis h. e. quae *caeco* et violento impetu potius quam consilio et cogitatione fiunt. Ita ἄλαστος est quidquid *violentum, furiosum, dirum, nefarium, vehemens, grave, infestum, intolerabile*: nihil enim intolerabilius quam hominum vel rerum *caecus* furor, cui nec modus est nec finis. οἴμοι σῶν ἀλάστων κακῶν Troad. 1231. Similiter apud Latinos *caecum exitium, caeca pernicies* et *caeci* ap. Virgilium *ignes* i. e. caeco impetu saevientes. ἄλαστα τἀν δόμοισι Herc. f. 911. ἄλαστα ματρὶ τάδε Phoen. 343, quae bene interpretatur *Damm.* s. v. *Dind.* τᾷδε. βοᾷ δέλτος ἄλαστα Hipp. 877. τεκοῦσ' ἄλαστα (liberos matricidas), μέλεα καὶ πέρα παθοῦσα El. 1185. Imprimis refertur ad animi perturbationes „mentis lumine carentes" (Cic. Tusc. 3, 9.), ut ad πένθος, ἄχος, alia. Recte igitur *Dind.* πένθει παιδὸς ἀλάστῳ Hel. 1352. pro ἀλάστωρ, nisi spurius esset totus versiculus: deest enim in plerisque codd. (v. *Matth.*) et glossam quam maxime redolet. De hominibus dicitur ἄλαστος atque *nefarium (ruchlos)* denotat Hom. Il. χ', 261, et Soph. O. C. 1483. Stirpem vero supra statutam, nisi omnia me fallunt, ipse Sophocles callide significat in loco O. C. μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδὼν ἀνδρὸς χάριν μετάσχοιμι, et in Ant. 974. Φινείδαις εἶδεν (Ἄρης) ἔλκος τυφλωθὲν ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις, den racheschreienden Augen, ut ingeniose vertit *Welcker*. Permirum enim esset, si poeta veteroqui vocum illarum non ita prodigus mero casu bis eas usurpavisset ita, ut ad *caecatum* Oedipum et ad *caecatos* Phinidas referrentur utque paulum abesset, quin iis ipsam *caecitatis* vim tribueres: quo facto in loco

Antig. et elegantissimam prolepsin habes et gravissimum verborum lusu quod utrumque Sophocles in eadem fab. v. 791. coniunxit. Etiam sch liastes ad Eur. Hec. 675. Matth. veram vocis originem divinasse videtu quum scriberet: ἀλάστωρ ὁ ἀλάθητα ἔργα ποιῶν, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀλ τὸ πλανῶμαι. Nam activa vi dici ἄλαστος ex vocabulo ἀλάστωρ pate V. *Matth.* gr. p. 511, et ad Hec. 680. *Const. M.*

ἀλάστωρ pariter atque ἄλαστος (s. v.) proprie est *caecus* alq hominem significat, *qui caecus fertur*, imprimis scelere ac flagitio, *verbl det* (cf. Cic. pro Cluent. c. 70.); hinc hominem vel *facinorum mole co pertum* vel *ad omnia facinora paratissimum*, *scelératum*, *nefarium*, quum omnia contagione polluat ab omnibus vitatur, *detestandum*. H maxime pertinet quod Herc. f. 1234. ad Herculis iussum: φεῦγε μιαι ἐμόν, respondet Theseus: οὐδεὶς ἀλάστωρ τοῖς φίλοις ἐκ τῶν φίλω *amicus amicum non polluit* quamvis ipse scelere pollutus. Vicissim ἀλ στορ' οὐκ ἐτόλμησε κτανεῖν Melan. fr. XXVIII (XXIV). Eodem sen Oedipus ἄλαστος (s. v.) dicitur apud Sophoclem O. C. 1483. Sed mul crebrior vocabuli usus est de fortuna, quae, ut ait Seneca in Hipp. 97 *caeca manu spargit munera* et quam etiam philosophos *insanam* et caec et *brutam* perhibere Pacuvius narrat apud Auct. ad Her. II. c. 23. vero Graeci quidquid in natura vel vita mirabilius accideret singuli cui dam et certi numinis effectui tribuebant, ita imprimis, si quis insigni vitam vel assidua calamitate conflictaretur, in peculiarem solebant ill dei alicuius vel deae invidiam vel odium conferre. Huiusmodi κακοδ μων, qui caeco ac violento impetu viventem aliquem persequebatur, s in ipsam eum miseriam praecipitaret, sive ad facinora, quae miserum r debant, vel inscium impelleret, is, inquam, δαίμων solemni nomine di batur ἀλάστωρ, *Furia*, *Dämon*, *böser Geist*, *Plagegeist*, *Teufel*. Theseus Phaedrae suspendio comperto: ὦ τύχα —, κηλὶς ἄφραστος ἀλαστόρων τινός Hipp. 820. Hecuba Polydori caede attonita: κατ χομαι νόμον Βακχεῖον ἐξ ἀλάστορος ἀρτιμαθὴς κακῶν Hec. 685. son liberis orbatus ad Medeam liberorum parricidam: τὸν σὸν ἀλάστ εἰς ἔμ' ἔσκηψαν θεοί Med. 1333. Porro huc pertinet γάμος, οὐ γάμ ἀλλ' ἀλάστορός τις οἰζύς (Helenae cum Paride coniugium) Hec. 9 *cines bösen Geistes Jammerwerk*; nisi adiectivum hic est ἀλάστορος *Furia profectum* malum; v. *Brunck.* ad Soph. Ant. 962. *Ellendt.* lex. s. v. Etiam Med. 1260, ubi τάλαινα φονία τ' Ἐρινὺς ὑπ' ἀλαστόρ vocatur Medea, quod contra linguae usum vertunt *Furiis agitata*, leg dum ὑπαλάστορον i. e. *Furiis addictam*, *dem bösen Geist verschr ben*, *im Dienste des bösen Geistes*. Similis notio adiectivorum ὕπανδρ ὑπόβακχος, ὑποχείριος etc. Tres sunt loci de *Furia* ita perdente

minem, ut ad placula stimulet. *τίς αὐτὰν* (Agamemnonem filiam immolaturum) *οὐπάγων ἀλαστόρων*; Iph. A. 878. Orestes: *ἆρ' αὖτ' ἀλάστωρ εἶπ' ἀπεικασθεὶς θεῷ*; El. 979, *Furiane Phoebo assimilata suasit, ut matrem occiderem?* Cf. Or. 1669. Etiam ad hominem transfertur nomen illud, qui aliorum est pestis atque instar *ἀλάστορος*; isque vel natus dicitur *ἀλάστορος*, ut Iph. A. 946, ubi Achilles, *οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ' ἀλάστορος* filius essem, inquit, si caedem Iphigeniae adiuvarem, et Troad. 763, ubi Helena vocatur *ἀλάστορος μὲν πρῶτον, εἶτα δὲ φθόνον, φόνον τε θανάτου τε* filia, quippe *πολλοῖς κὴρ βαρβάροις Ἕλλησί τε*, ut est v. 766; vel ipse *ἀλάστωρ*, ut Troad. 941. *ἦλθ' ὁ τῆσδ'* (quem Hecuba genuit) *ἀλάστωρ, εἴτ' Ἀλέξανδρον θέλεις — προσφωνεῖν νιν εἴτε καὶ Πάριν*. Similiter Nemaeus leo vocatur *βουκόλων ἀλάστωρ* Soph. Tr. 1092. Hinc *ἀλάστωρ* dicitur omnino *deus punitor, ultor, vindex*, inprimis *furia ultrix*, quae poenam delicti expetit vel etiam unius propter delictum caeco impetu in totam saevit progeniem. *πορεύων τις εἰς δόμον ἀλαστόρων ματέρος αἷμα σᾶς, ὅ σ' ἀναβαχεύει* Or. 337, *furia matricidium tuum tuis oculis proponens, quod te exagitat* (Orestem) i. e. matricidio in memoriam revocando exagitans. *δι' ἀλάστορ' ἔπεσ' ἔπεσε μέλαθρα τάδε — διὰ τὸ Μυρτίλου πέσημ' ἐκ δίφρου* Or. 1546. *διὰ τοὺς ἀλάστορας τοὺς σοὺς δεδοικὼς μή τι γῇ πάθῃ κακόν* Phoen. 1587, de Oedipi furiis, ut ib. 1550. *σὸς ἀλάστωρ ἐπὶ παῖδας ἔβα σούς*. V. de his duobus locis Soph. O. C. 788, ibique *Wunder*. *οὔ σοι παραινῶ μηχανωμένῃ κακ' ἐχθροῖσι σαυτῇ προσβαλεῖν ἀλάστορα, tibimet ipsi immittere furiam*, fr. inc. tr. CCL. ap. *Bekk.* p. 383 sq. *Bachm.* I. p. 74, 80. Per ipsas Furias, quae Orcum incolunt, iurat Medea Med. 1059. *μὰ τοὺς παρ' Ἅιδην νερτέρους ἀλάστορας*. *Const. M.*

ἀλγεῖν, sollicitum esse, aegre ferre, dolere, angi. *ἀλγεῖ μὲν, ἀλγεῖ, παγκάλως δ' ἀλγύνεται* Beller. fr. XX (XVI), 7. *ὁ θυμὸς ἀλγῶν ἀσφαλείαν οὐκ ἔχει* fr. inc. III. *νέα φρονοῦσ οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ* Med. 48. *ψυχὰ ἀλγεῖ* Ion. 877. *ὥστ' ἀλγεῖν φρένα* Iph. A. 1435. *ὅστις μ' ἀλγῆσαι φρένα* (vulg. *φρένας*) Or. 607. *ἤλγουν σιγῇ* Iph. T. 956. *ἧσσον ἀλγεῖ* ib. 421. *μέγ' ἀλγεῖ* ib. 815. *μήδ' ὑπερμέτρως ἄλγει* In. fr. XXI, 2. *ἐς κοινὸν ἀλγεῖν τοῖς φίλοισι χρὴ φίλους* Iph. A. 408. *οὐδὲν ἀλγεῖ* Herc. f. 1293. *λέγων — κἀκ' ἀλγοίην ἔτι* Hel. 776. *ἀλγεῖς ἀκούων* Hec 1283. *ἀλγήσει κλύων* Suppl. 1033; cf. Alc. 711. Hec. 376. Andr. 837. Troad. 633. Cum *accus.* vel eventi (*Resultat*), *ad quod* dolens pervenis, ut in *ἀλγήσετ' ἄλγος δεινόν* Bacch. 1259; vel rei, *ad quam* dolor simpliciter pertinet, ut in *τὸ κοινὸν ἆλγος* (mortem) *μετρίως ἀλγεῖν* Alex. fr. IV (XVII), 2. *τὰ πάρος οὐκέτι στένομεν, οὐδ' ἀλγῶ* Hel. 654; de loco Bacch. 1326. vid. infra.

Cum *genit.* rei, quae dolorem *gignit* vel eius causa est. ἀλγεῖς; τί δ', ἡμᾶς παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς; Hec. 1256. Additur etiam περί. Κύπριδος ἀλγήσεις πέρι; Andr. 239. Cum *dat.* rei, cui animus ingemiscit. εὐγενῶς ἀλγεῖ κακοῖς Tro. 722. τίς ἀλγεῖν οὐκ ἐπίσταται κακοῖς Aeol. fr. XVI (XXI), 1. [Huc refero etiam corruptum locum Andr. 981. ἤλγουν μέν, ἤλγουν, ξυμφοραῖς δ' ἠνειχόμην. Cum. dat. verbum ἀνέχεσθαι conciliari nequit. *Dind.* ξυμφορᾷς; per se non male; sed dativum unde iam natum dixeris? Deleto δ' scribendum ἤλγουν μέν, ἤλγουν ξυμφοραῖς, ἠνειχόμην, *ich trauerte, trauerte, litt*, quod asyndeton commotionem Orestis egregie depingit, sed in quo offendentes librarii inserebant copulam. *Const. M.*] Hinc *dolere* una cum alio dolente *(Mitleid)* i. e. *misereri.* τὸ σὸν ἀλγῶ Bacch. 1326; cf. *Matth.* gr. §. 414. De stirpe vid. s. ἄλγος.

ἀλγεινός, *dolorem movens, molestus, acerbus.* δίκην ἀλγεινὴν σοί Bacch. 1327. βίοτον ἀλγεινὸν ἐμοί Med. 1037. ἀλγεινοὺς πόνους Andr. 304. ἀλγεινὸν φρενῶν ἔρωτα Hipp. 775. ἔχεις μὲν ἀλγεινόν', οἶδα, *acerbam habes sortem*, Hel. 260. ἥδιστον ταὐτὸν ἀλγεινόν δ' ἅμα Hipp. 348. εἴπερ ἀλγεινὸν τὸ τέκνων στερομένην δακρυρροεῖν Iph. A. 889, *acerbum enim orbari liberis.*

ἀλγηδών, *dolor animi.* ἀλγηδόνας φρενῶν Oenom. fr. V, 3. εἰς τοῦτ' ἐκβέβηκ' ἀλγηδόνος Med. 56. In plurali *dolores corporis.* δεινῶν τραυμάτων ἀλγηδόνας Andr. 258. κεῖται δ' ἄσιτος σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι Med. 24. στερρὰς ἐνεγκοῦσ' ἐν τόκοις ἀλγηδόνας Med. 1031. παῖδας σὺν πικραῖς ἀλγηδόσι τίκτω fr. inc. tr. CXLVIII, 2.

ἄλγημα, *dolentia* (Gell. 19, 7), *dolor.* καὶ τἀκχυθέντα συλλέγεις ἀλγήματα Melan. fr. VIII (XIX), 2.

ἀλγίων, *acerbior, molestior.* κακοῦ τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον κακὸν Med. 234. [Ita *Matth. Dind.* τοῦτ' ἔτ' ἄλγιον. Neutrum sententiam praebet talem, qualis requiritur; neque *Pflugkii* explicationem poetae verba admittunt; vid. *Matth.* Scribendum: ἃς πρῶτα μὲν δεῖ — πόσιν πρίασθαι δεσπότην τε — λαβεῖν· κακὸν γάρ· τοῦτο δ' ἄλγιον κακ. καὶ ἐν τῷδ' ἀγὼν μέγ. etc. τοῦτο δ' ἄλγ. Rom. B. Iam hoc, inquit, malum est omnino maritum habere; sed illud etiam gravius malum atque illud summi discriminis, malum an bonum maritum ceperis. *Const. M.*] ὁ δ' αἶνος — σοὶ μᾶλλον ἀλγίων κλύειν Hippol. 485. Superlativus. ἐπὶ συμφοραῖς ἀλγίσταισιν El. 134. ἀπέκτειν' ὥσπερ ἄλγιστον θανεῖν Med. 486. ζῶσι — ὡς ἄλγιστά σοι Hippol. 800. Imprimis denotat id quod miseriam movet, *valde miserabile, miserrimum* (v. s. ἀλγεῖν). ἄλγιστόν ἐστι θῆλυ μισηθὲν γένος Melan. fr. XVIII (XXVI), 1. μαίνει ὡς ἄλγιστα Bacch. 326. ἄλγιστα δ' ᾤκεις El. 925.

ἄλγος, *sollicitudo, aegritudo animi, dolor, angor.* ἄλγος οὐ μικρὸν ἐσήει φρενί Iph. A. 1580. ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν Hipp. 1114. κατακλείεσθαι ἄλγεσι πάλλοις Suppl. 1119. τάλαιν', ἀπείπον ἄλγει Hec. 942. αἰσχύνας ἐμᾶς ὑπ' ἀλγέων Hel. 203. ἄλγη πατρῶα Suppl. 1157. ἀλγήσετ' ἄλγος δεινόν Bacch. 1259. ἐπ' ἄλγεσι ἀλγυνθῶ Troad. 172. ὑπὸ γὰρ ἀλγέων ὑπό τε συμφορᾶς διοιχόμεθα Or. 180. τῶνδ' ἀλγέων καὶ συμφορᾶς Troad. 579. ὦ τάλαινα τῶνδ' ἀλγέων Hipp. 366. ὁ θανὼν ἐπιλάθεται ἀλγέων Troad. 603. θανοῦσα τῶνδ' ἀλγέων λαθοίμαν Suppl. 86. ἔχει — ἄλγος, οὗ ποτ' οὐ λελήσεται Alc. 196. τῆς (γυναικὸς) οὐδὲν ἄλγος ἅψεται Alc. 940. ἀθάνατον ἄλγος σοί Hel. 993. πέρας δ' οὐδὲν τίθης ἀλγέων Alc. 893. ἔχει δὲ δή τιν' ἀλγέων παραψυχήν Or. 62. γόων ἅλις —, ἅλις δ' ἀλγέων ἐμοὶ πάρεστι Suppl. 1148. μὴ πρόμαντις ἀλγέων προλάμβανε — γόους Hel. 345. βάρος μὲν οὐκ ἀβριθὲς ἀλγέων ὕπερ Suppl. 1125. λύει δ' ἄλγος ἦν σύ μ' ἐγγελᾷς Med. 1362; vid. s. λύειν. ἄλγος ἄλγος βοᾷς (s. v.), *dolorem produnt clamores tui, das ist der Schrei des Schmerzes.* Addendum hoc iis, quae *Matth.* collegit in gr. §. 409, 2. Hinc *id quod dolorem movet, aerumna, labor.* τέκνον, ὦ ματρὸς ἄλγος Rhes. 897. ἀλλ' ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ Phoen. 374; vid. *Matth.* ad l. p. 306. οἷον εἶδον ἄλγος δόμων Hipp. 845. ἰδοῦσα πάντων μέγιστον ἄλγος Suppl. 785. Bacch. 1281. οἷον ἄλγος ἔπαθον Ion. 799. σχέτλια πάσχομεν ἄλγη Troad. 590. ἐπάθομεν ὦ τὰ κύνταθ' ἄλγη κακῶν Suppl. 807. ἄλγος ἄλγει τοῦτ' ἂν ἦν προσκείμενον Alc. 1042. ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται Troad. 591. ἄλγος ἂν προσθείμεθ' ἄν Hec. 742; *Dind.* προσθείμεθα. μεταστένομαι σὸν ἄλγος Med. 996. οὐδὲ συννήσομαι — ἄλγεσι δώματος Med. 137. Ἑκάβῃ φέρω τόδ' ἄλγος Hec. 663. σοι — ἦλθεν ἀπειροκάκῳ τόδ' ἄλγος Alc. 931. [Stirps est λέγω cum alpha intensivo (ἀλέγω, ἄλγος, ἀλγέω etc.), unde ἀλγεῖν proprie *est admodum curare (sich bekümmern), sollicitum esse.* Ita cognata sunt vernacula *sorgen — Besorgniss, bekümmern — Kummer. Const. M.*]

ἀλγύνειν, *sollicitudinem afferre, aegritudine s. dolore afficere.* ὦ — χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ Med. 398. νέοι θανόντες ἀλγυνοῦσί σε Hipp. 798. ἀλγύνει δέ με Alc. 524. ἄνευ τύχης — πόνος — οὐκέτ' ἀλγύνει βροτούς Stheneb. fr. IX (V), 2; *Musgr.* ἀλδαίνει; vid. ἄνευ. — τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα Μουσᾶν Pan. fr. VIII (VII), 2. Pass. *dolere.* ἐπ' ἄλγεσι δ' ἀλγυνθῶ Troad. 172. ἀλγεῖ μὲν, ἀλγεῖ, παγκάλως δ' ἀλγύνεται Beller fr. XX, 7. τῇ τύχῃ δ' ἀλγύνομαι Heracl. 543. Ion. 368. Eadem vi etiam *medium* ponitur de eo, qui *ipse sibi* contrahit dolorem. τοιγὰρ ἀλγυνεῖ πλέον Med. 628. *Pudore incutiendo dolorem movere*, quatenus ἄλγος non tam

externum *dolorem*, quam internam animi *aegritudinem* denotat. ἀλγυνῶ δέ σε Hipp. 1297. ὥστε σ' ἀλγῦναί γ' ἀνοίξας ἃ σὺ κάκ' εἰργάσω Iph. A. 326. Pass. *pudere*, *erubescere*, si quis coactus facit quod est pudori. ἓν δ' ἀλγύνεται Beller. fr. XX, 13. τὸ θέλειν οὐκ ἔχων ἀλγύνομαι Iph. A. 657.

ἄλεκτρος, *innuptus*. ἄλεκτρον ζωάν, *caelibem vitam* (Hor. ep. I, 1, 88.), Troad. 254.

Ἀλέξανδρος, n. pr. τὸν ἀμφὶ βουσὶ βουκόλον τραφέντ' Ἀλέξανδρον Iph. A. 1293. δαλοῦ πικρὸν μίμημ' Ἀλέξανδρον Troad. 922. ἦλθον τρεῖς θεαὶ κάλλους πέρι Ἰδαῖον ἐς κευθμῶν' Ἀλέξανδρον πάρα Hel. 24. Παλλάδος ἦν Ἀλεξάνδρῳ δόσις — Ἑλλάδ' ἐξανιστάναι Iph. A. 925. τοὔμον (Helenae) κάλλος — Κύπρις προτείνασ' ὡς Ἀλέξανδρος γαμεῖ Hel. 28. τοὺς Ἀλεξάνδρου γάμους, δώρημα Κύπριδος ib. 888. Ἀλέξανδρος — ναυστολήσων Ἑλένας ἐπὶ λέκτρα Hec. 632; cf. Iph. A. 1236. Ἥρα μεμφθεῖσ' — ἐξηνέμωσε τἄμ' Ἀλεξάνδρῳ λέχη Hel. 32. ἐν τοῖς Ἀλεξάνδρου γὰρ ὕβριζες δόμοις Tr. 1020. ὁ τῆσδ' (Helenae) ἁλάστωρ εἴτ' Ἀλέξανδρον θέλεις — προσφωνεῖν, εἴτε καὶ Πάριν ib. 941. θανὼν γῆς ἦλθ' Ἀλέξανδρος μυχούς ib. 952.

ἀλεξητήριος, *idoneus* ad *arcendum malum*. ἀλεξητήριον ξύλον, clavum Herculis, Herc. f. 470.

Ἄλεος, n. pr. Αὔγη Ἀλέου παῖς fr. inc. tr. XCVIII (Teleph. I), 4.

ἄλη, *vagatio*, *error*. ἐκ Τροίας ἄλαισι πλαγχθείς, *erroribus circumactus*, Or. 56. ἡ Διὸς δάμαρ νιν (Ἶνω) ἐξέπεμψε δωμάτων ἄλῃ Med. 1285, *in errorem s. vagationem coniecit*, *fecit ut circumvagarctur*; cf. *Matth.* ad l.

ἀλήθεια. Nullus apud Euripidem locus exstat, quo ultima huius vocis producatur. Scribunt vero ἀληθία, ubi ultima longa requiritur. Aliam init *Ellendtius* in lex. viam praeeunte *Etymol. M.* p. 462, 4, qua et ἀλήθεια et ἀληθεία scribatur, ubi longa, ἀληθία ubi brevi penultima opus sit. Vellem vir doctissimus exemplum formae ἀληθία attulisset: quae omnino est condemnenda. Quod vero ᾱ substantivorum in — οια, ut in ἄνοια, ἄγνοια etc. (vid. *Matth.* gr. p. 184. not.), interdum producitur, alia ratio est substantivorum ἀλήθεια similiumque (v. s. ἄνοια); ἀλήθεια enim ictum in prima ἀλη— et in penultima habet — θεία: quae lex est arseos et theseos. In quibuslibet enim vocabulis regnat natura ipsa praeceptrice haec, ut ita dicam, *rhythmica* ratio, ut vox demissa per vices intendatur: braúchen, Amériká: qua lege metiantur metrici vocales *ancipites*. Hinc non male *Etymol.* M. l. c. Ἀττικοὶ ἐκτείνουσι τὸ α καὶ καταβιβάζουσι τὸν τόνον καὶ τὴν αὐτὴν γραφὴν φυλάττουσιν.

Simplicitas. τῆς δ' ἀληθείας ὁδὸς φαύλη τίς ἐστι, ψεύδεσιν δ' Ἄρης φίλος Beller. fr. IX (XII), 2. *Veritas.* ἀπόλωλεν ἀλήθει', ἐπεὶ σὺ δεσπυχεῖς Phoen. 929. τῆς ἀληθείας τὸ φῶς Iph. T. 1026. ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ Phoen. 472; cf. Sen. ep. 49. extr. *Vera ratio, verum, veritas.* δύστην' ἀλήθει', ὡς ἐν οὐ καιρῷ πάρει Bacch. 1286. κρεῖσσον δὲ τὸ δοκεῖν, κἂν ἀληθείας ἀπῇ Or. 236. τοῦτο (male audire) μεῖζον τῆς ἀληθείας (quam *revera* malum esse) κακόν Hel. 278, quibus iam per epexegesin additur ὅστις τὰ μὴ προσόντα κέκτηται κακά i. e. *si cui quae non commisit maleficia imputantur.* δείξω μύθων τῶνδ' ἀλήθειαν Hipp. 9. ψευδεῖ καλύψας τὴν ἀλήθειαν λόγῳ Sisyph. fr. I, 26. καὶ πάμπαλίν γε τῶνδ' ἀληθείας σαφῆ Hel. 317. *Pflugk.* cum *Dindorf.* genit. ἀληθείας pendere monet a praecedente διά: imo duo genitivi iungendi sunt cum πάμπαλιν hoc modo: καὶ ἔμπαλίν γε τῶνδε (ψευδῶν) τὰ ἀληθείας (ἔπη) σαφῆ: *falsa*, inquit chorus, *etiam fraudulenta verba sunt*, ad quae Helena: *at vero contra illa s. contra quam illa veritatis verba perspicua* i. e. *veritatem prae se ferunt.* [In quibus si quem offendat καί profecto illud quidem mirabilius, levissima medicina scribat: καίτοι ὔμπαλίν (i. e. καίτοι ἔμπ.) γε τῶνδ' ἀλήθεια σαφής, *at contra quam illa veritas perspicua* i. e. at falsa quidem decipiunt, sed veritas veritatem prae se fert. Quibus significat Helena narrationem Teucri veritatem prae se tulisse. Ἀλήθεια σαφής iam *Heathius. Const. M.*] Ζεὺς ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο Melan. fr. 1 (I. II); i. e. ἀληθῶς, *vere*; cf. Pirith. fr. V, 4. Andr. 321. [ὃ βούλεται μόνον ὁρῶν — ἀλογιστός ἐστι τῆς ἀληθείας κριτής fr. inc. VI (XXXII. inc. tr.), 2. fragm. est Menandri.] De *sitpe* v. s. ἀληθής.

ἀληθεύειν i. e. ἀλήθειαν δεικνύναι. χρόνος διέρπων πάντ' ἀληθεύειν φιλεῖ Hippol. XV, *exitu comprobare.* Vid. *Lob.* ad Ai. p. 335. ed. 2.

ἀληθής (λήθω), *non celatus (unverhohlen)* i. e. *apertus, simplex, ingenuus, sincerus.* καλόν γ' ἀληθὴς κἀτενὴς παῤῥησία Temen. fr. II. ἀληθὴς εἰς φίλους ἔφυς φίλος Or. 424; cf. Hipp. 927. Suppl. 867. Hinc quod *fuco non est illitum, non corruptum*, sed *naturae suae conveniens, integrum, sincerum, verum.* ὁ θεὸς ἀληθὴς ἢ μάτην μαντεύεται Ion. 1537, *verax.* Imprimis solenne substantivi sensu τἀληθές, *verum, veritas.* μήτ' ἀποτρέπου τἀληθές Iph. A. 336. φιλῶ λέγειν τἀληθὲς ἀεὶ κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ Rhes. 395. λέγων τἀληθὲς οὐ σφαλεῖ ποτέ fr. inc. II (XIX. inc. tr.). τί τἀληθὲς οὐκ εἶπον τις ἄν Iph. A. 1424. κλύων τἀληθές Alc. 712. τἀληθὲς μαθεῖν Dan. fr. 41. λογίζομαι τἀληθὲς εἰς ἀνδρὸς φύσιν σκοπῶν Phoenic. fr. IV (IX), 5.

τἀληθῆ λέγειν Hec. 1206. Busir. fr. I, 1. τἀληθῆ κλύων Hippol. fr. XI (VIII), 2. δύστηνος, ὅστις — οὐ — χρῆται τοῖς καλοῖς ἀληθέσιν fr. inc. tr. XVIII, 2, *si quis non studet venustae veritati.* εὐρόοισι στόμασι τἀληθέστατα κλέπτουσι Hippol. fr. XII (IX), 3. ἀληθῆ καὶ δίκαι' εἰπεῖν Suppl. 859. Deinde quod *non est obscurum* vel *dubium*, sed *verum, certum.* ἆρ' ἀληθὲς ἢ μάτην λόγος Ion. 275. κἂν ταῦτ' ἀληθῆ καὶ σαφῶς ἔχοντ' ἴδῃ Dan. fr. 42. πάντ' ἀληθῆ εἰρηκέναι Hel. 314. πότερα θέλεις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λέγω ἢ σκληρ' ἀληθῆ fr. inc. tr. XX, 2. ἦκω ἐκμαθεῖν, εἰ ταῦτ' ἀληθῆ Andr. 1052. ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα ἐσθλῶν — ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα Alcmaeon. fr. VII (VIII), 1. Hinc ἀληθῶς, *vere, revera, certe.* ἀληθῶς εἶ κεῖθεν γεγώς Iph. T. 509. ἦ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς τήνδ' ἀφιγμένος χθόνα Or. 737; cf. Ion. 265. 281. Alc. 805. Hel. 715. Or. 652. Paulo aliter πάντ' ἀληθῶς οἶδε Hel. 537, *certo s. probe* scit. ἀληθῶς ἄνομα Πολυνείκην πατὴρ ἔθετό σοι Phoen. 639, *ad veritatem.* Denique quod *non obscurabitur* vel infirmabitur, sed ratum manet et *integrum* i. e. *verum, certum, exitum habens.* τὸ θεῶν ἔπος ἀλαθὲς εὗρον Hel. 1165. ξυμβεβᾶσιν οἱ λόγοι οἱ τῆσδ' ἀληθεῖς ib. 629. ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνει Cress. fr. p. 133. ed. *Matth.* (Thyest. fr. III, 3. Musgr.). μάντις —, ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει Iph. A. 957. Retracto accentu scribitur ἄληθες, *itane*, quod ironice interrogantis est, ut Cycl. 240. fr. inc. tr. CXCIX, quo de loco vid. *Brunck.* ad Ar. Ran. 840.

ἀλητεία „est eius, qui sedem certam nullam habet" (*Matth.* ad Ion. 578.), *vagatio.* τὴν ἐνθάδ' ἐκλιποῦσ' ἀλητείαν πικράν Hel. 940. Ion. 576; cf. v. 53. ἀλατεία βιότου ταλαίφρων Hel. 530, ubi ἄλατ. βιότ. non est *vita erratica*, qualis est mercatorum, sed eius, qui huc illuc iactatus per terras et maria vagatur; v. s. ἀλᾶσθαι.

ἀλητεύειν, *vagari*, imprimis de exsule. τὸν ἔξω χθονὸς — παῖδ' ἀλητεύοντα σόν, Orestem, El. 1113. ἐκπεσοῦσα τῆσδ' ἀλητεύω χθονός Heracl. 516. ἐκ πατρώας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς ξένην ἐπ' αἶαν Hippol. 1048. φυγὰς ἀλητεύων χθονά ib. 1029, ut πορθμοὺς ἀλᾶσθαι Hel. 539.

ἀλήτης proprie non tam *erro* est, quam homo *vagus*, qui vel opibus destitutus vel patria eiectus vel alia de causa nescit quid agat vel quo se vertat; v. s. ἀλᾶσθαι. *Suidas:* ἀλήτης· ὁ πλανήτης. Hinc Ion domo ac parentibus carens dicitur ὁ Φοίβειος ἀλάτας Ion. 1089; cf. v. 53. 576. Imprimis de *exsule* usurpatur, quem casus huc illuc iactat. Ov. Metam. 11, 408. Magnetas adit *vagus exsul*; cf. Cic. pro Cluent. c. 62. Ita Orestes dicitur ἀλάτας El. 202, et Ἄργει κέλσας πόδ' ἀλάταν ib. 139; cf. v. 1113. Chorus Supplicum propter maritos ac filios insepultos

πλους — ἠμπέσχετο Med. 1159, i. e. *sibi iniecit, induit;* at τοίχοισιν ἔπι ἤμπισχεν — ὑφάσματα Ion. 1159, i. e. *affigebat.* Hinc fluxit *cingendi* vis vel *circumdandi (umgeben)*, ita quidem ut ἀμπέχειν simpliciter sit *circumdare*, ἀμπίσχειν firmius arctiusque *circumdare* i. e. *continere, amplecti, complecti.* Ita (λέβης) — σάρκα — ἀμφέξει Cycl. 343, i. e. *circumdabit;* at γόνυ ἀμπίσχειν Suppl. 165, i. e. *amplecti* ardoris ac studii notione adspersa. Denique ἀμπίσχειν est tam arcte *circumdare* aliquid, ut cerni non amplius queat, i. e. *circumvelare, obvolvere, obtegere, operire.* Cuius notionis origo per se iam plana planissima fit ex his: φίλτερον ἄλλο σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις Hipp. 192, et, κεκλήσεται δούρειος ἵππος κρυπτὸν ἀμπίσχων δόρυ Tro. 14; *Dind.* ἀμπισχών. Hinc ναὸς ἐκβόλοις ἀμπίσχομαι Hel. 429. Suspecta sunt μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους Iph. A. 1439, quem versum στιχομυθίαν turbantem glossatoris esse recte perspexit *Herm.:* nihil enim clarius quam interpretem aliquem versu 1449, ubi est μηδ' ἀμφὶ κείναις μέλανας ἐξάψῃς πέπλους, inductum esse ut similibus verbis explicaret priorem versum μήτ' οὖν γε τὸν σὸν πλόκαμον ἐκτέμῃς ξιφός. Quare non debebat libero relicto altero priorem versum circumscribere *Dindorfius*, quam glossam esse sequentis parum probabile. *Const. M.* v. s. γιγνώσκειν.

ἀμπλακεῖν, aor. insolentis verbi ἀμπλάκω (ἀμπλακίσκω), originem trahere videtur ab ᾱ vel ᾰν privativo et λάειν (v. s. ἀλᾶσθαι et ἀμβλύς), ita ut proprie pariter atque ἀλᾶσθαι significet *caecum esse.* Certe non leviter errant qui ex ἀνα—πλάζω *(ultro citroque erro)* illud factum putant: ut enim augmentum mittam praepositioni infixum, tamen πλάζω demum ex πλάκω esse ortum, ut φρίσσω ex φρίκω, κράζω ex κράγω, aperte docet futurum πλάγ—ξω; v. *Matth.* gr. p. 397. Et λάκω quidem ex λάω inserto cappa amplificatum esse non tantum cognata vocabula λευκός, γλαυκός, λύκη, *lux, lugen*, sed etiam larga confirmat verborum copia, quorum stirps vel ᾱ vel quod ad idem redit ᾱκ adiuncto corroborata est, ut in ἐρύω — ἐρύκω, γηράω — γηράσκω, λάω (i. e. λ–άω, *strepo*), λάκω (ἔλακον), λάσκω. Aut igitur principio fuit ἀν—λάκειν (*Buttm.* Lexil. I. p. 136, 9. in.), unde ἀμλάκειν et inserto beta, ut in μέμβλωκα ἤμβροτον, ἀμβλάκειν, aut, quod probabilius, ut βλέπω (βλέω λέω λάω), βλάπτω (λάπτω λάβω λάω), βλύω (λύω ὕω), ita λάκω praefixo beta etiam βλάκω antiquitus sonuit, unde ἀβλάκω et inserto my, ut in χρίμπτειν ὄμβριμος φαεσίμβροτος, ἀμβλάκειν: patet enim, utralibet via verior, ex hac demum molliore forma durato beta profectum esse ἀμπλάκειν. V. impr. *Schneidew.* ad Ibyc. p. 214 sq. Obiter autem moneo nequaquam factum esse propter aurium voluptatem, ut toties

apud Graecos vel μ vel β vocabulis immisceretur (*Kuehn.* gr. §. 53 not. 1; contra *Buttm.* Lexil. I. p. 136.), sed inviti has literas atque inscii loquentis quasi ex ore excidisse (*Matth.* gr. §. 40.). Quum enim et $\bar{\mu}$ compressis labiis et deinde relaxatis pronuntiaretur et iisdem labiis primum compressis, deinde vel lenius reclusis $\bar{\beta}$ vel fortius effractis $\bar{\pi}$ progigneretur, fieri non potuit quin imprimis litera sequente, ad quam ore itidem aperto pronuntiatam facilis esset ab illis transitus, ut $\bar{\lambda}$ et $\bar{\varrho}$, modo $\bar{\beta}$ vel $\bar{\pi}$ post $\bar{\mu}$, modo $\bar{\mu}$ ante $\bar{\beta}$ vel $\bar{\pi}$ in pronuntiationem sponte irreperet. Neque aliter Latini in *sumpsi promptus temptare*, Germani in *umb, krummp, Rumpf.* Similis ratio $\bar{\delta}$ ante $\bar{\nu}$ inserti, ut in ἀνδρός. Hinc lumen clarissimum affunditur insolentiori isti primae in ἀμπλακεῖν apud tragicos correptioni, quae multum inde a *Porsono* metricis sudorem excussit. Quae etsi fieri haud facile posset, si ἀμπλακεῖν ex ἀναπλάζειν orto my ad ipsam stirpem pertineret, tamen nihil illa naturae sonorum convenientius, si ἀβλάκειν pro primaria vocabuli forma agnoscitur: iam enim et $\bar{\mu}$ et $\bar{\beta}$ ($\bar{\pi}$) utpote oris volubilitate molliter effusa aut perinde ac non adsunt aut certe ne minimum quidem pronuntianti impedimentum obiiciunt, quandoquidem os utravis litera absente eandem fere viam conficeret. Perspexit hoc *Seidlerus* rei metricae cum paucis facile princeps, cuius haec sunt verba de vers. dochm. p. 25. not.: „correptio ante $\mu\pi$ et $\mu\pi\lambda$ fortasse eo vindicari possit, quod recentioris aevi Graeci, qui, quemadmodum ostendit *Herm.* de Emend. Gr. Gr. p. 54, veterem consonantium vim integram ad hunc diem conservarunt, consonas $\mu\pi$ tam leniter pronuntiant, ut Latinorum *b* et *v* per illas literas in sua lingua reddant, veluti *barba* μπάρμπα, *bombyx* μπόμβυξ, *verbena* μπέρμπενα, *buccina* μπούκκινα." Quibus adde ex antiquissimo tempore βλάξ i. e. μβάξ (μαλακός), βλώσκειν i. e. μβλώσκειν (μολεῖν), βλίττω i. e. μβλίττω (μέλι), βροτός i. e. μβροτός (μορτός). Quae quum ita sint, non est quod multis demonstretur, quam temere plerique editores *Porsonum* praepropere secuti ubicunque apud tragicos ἀμπλακεῖν prima correpta legeretur adversus librorum consensum correxerint ἀπλακεῖν, et quam etiam incautius id factum sit, ubi prima producitur. Quamvis enim tum *Hesychii* ex glossa: ἤπλακον, ἥμαρτον, tum e simili permutatione formarum ἄμβροτος — ἄβροτος, ἀμβροτεῖν — ἀβροτάζειν (*Buttm.* lex. I. p. 134. 136.) aliquatenus coniicere possis etiam leviorem formam ἀπλακεῖν passim in usu fuisse, tamen quod alio tempore et ab aliis scriptoribus factum esse tenuis est coniectura a tragicis non esse factum singularis librorum in pleniore forma ἀμπλακεῖν conspiratio declarat, qua nihil hac in re gravius propterea, quod librarii, si vel uno in loco breviorem formam exaratam invenissent, in pleniore propter raram istam correptionem vix ac ne vix quidem mirabili concordia acquievissent.

Atque eandem de hoc loco sententiam iisdem fere verbis quatuor abhinc annis proposui in Quaest. Soph. p. 165. De qua *Ellendt.* in lex. Soph. p. 137: „hoc si verum est, iam omnis doctrina prosodiae obiiciatur oportet.“ Recte quidem Vir honorabilis inversa sententia: neque enim inanius ego quidquam atque absurdius novi quam rei metricae doctrinam, quae insolenti nititur librorum veterum despicientia. Itaque recte habet ἄμπλακόν prima correpta Eur. Iph. A. 124, ubi v. *Musgr.* et Alc. 247, ubi v. *Wuestem.* et ad h. l. et ad v. 430; recte ἀμπλακήματα Aesch. Eum. 894, ubi v. *Well.*, et sicubi praeterea apud Aeschylum prima brevi legitur; recte etiam ἀνάμπλάκητοι Soph. O. T. 472, ubi v. *Musgr.*: falso enim *Ef. Herm. Wund. Dind.* cum paucitate codicum ἀναπλάκητοι, quod si verum esset, vix ullus codex raram plenioris formae correptionem exhiberet. Omnium pessime autem prima producta introducitur adversus omnes codd. forma brevior, sicut Aesch. Prom. 112. a plerisque editoribus exceptо *Well.* et Eur. Med. 117. ab *Elmsleio* factum est. Sed hac de re satis. Hoc tantum addo etiam ἄμπυξ prima brevi exstare Aesch. Suppl. 424, et εὐκαμπές correpta media apud Leonidam Tarentinum in Iacobs. Anth. I. p. 160. Cf. Quaest. Soph. p. 164 sq. *Matth.* gr. §. 24. *Const. M.* Prima verbi vis est *in tenebris errare (im Finstern tappen)*, *aberrare (s. verirren)*. Unde, quum qui aberrat a recta via terminum propositum non attingat, altera deducenda est *propositum non assequi (verfehlen)*. Hinc opponitur κερδαίνειν Andr. 949. ἡ μέν τι κερδαίνουσα —, ἡ δ' ἁμπλακοῦσα —. Deinceps est *decipi*, *defraudari*. λέκτρων ἁμπλακών Iph. A. 124. *Orbari*. ἀρίστης ἁμπλακὼν ἀλόχου Alc. 241; cf. 420. 1086. 827. His omnibus in locis quum universa subsit *aberrandi* notio, hinc genitivus rei, *abs qua* aberras; v. s. ἁμαρτάνειν. Ex prima *errandi* notione exorta est tertia *delinquere*. γνώσει αὖθις ἁμπλακών Hipp. 892. αὐτὸς ἁμπλακών fr. inc. tr. XL, 1.

ἀμπλάκημα, *error*, *delictum*. γνοὺς τἀμπλάκημα Phoen. 23.

ἀμπλακία, *error*. τὸν κακοδαίμονα καὶ κατάρατον πατρὸς ἁμπλακίαις Hipp. 1363, *errore patris*, *quo* Hippolytum incusarat sceleris; v. 1402—9 et s. ἀλᾶσθαι. Hinc minime condemnanda lectio, quam praebent Ald. rell. ἀμπλακίᾳ. *Delictum*. σὺ δ' ἀμφὶ — Δίκτυνναν ἁμπλακίαις — τρύχει Hippol. 146. παῖδες πατρὸς ἁμπλακίας μετέχουσι Med. 116. ἁμπλακίασι τῶν πάροιθέν τινος Hipp. 832.

ἄμπυξ (ἀμπέχω, s. v.), *vitta*. Ἀρτέμιδος χρυσέαν ἄμπυκα Hec. 464. Est *taenia frontalis*. Vid. schol. ad *Pind.* Ol. V, 15, et ad h. l.

ἄμυγμα, *laceratio*. σπάραγμα κόμας ὀνύχων τε δαΐ' ἀμύγματα Andr. 828. In hac voce imprimis cernitur vis praepositionis ἀνά (s. v.), cui respondet apud Latinos *di — dis (zer)*. Latet enim in ἀμ—ύ—σσ—ω

praepositio ista cum stirpe ὕω i. e. ἓω, sicut pro χέω dicitur χύω. Quum vero ἀμ—ύειν simpliciter esset *huc illuc movere* i. e. *dimovere, divertere, dividere*, ἀμ—ύσσειν aucta et corroborata stirpe proprie est *gravius huc illuc movere* i. e. *discindere, discerpere, dilaniare, dilacerare*, unde consueta vis *vulnerandi*. Simillimum ἀφ—ύ—σσ—ειν i. e. *defundere*. V. s. ἀμείβειν. Hinc nihil mirum si Sophocles Ai. 633. dicit ἄμυγμα χαίτας, qua de re *Lobeck.* ad h. l. videtur dubitare.

Ἄμυκλαι, n. pr., urbs Laconiae, ubi regnabat Tyndarus, Helenae pater. Hinc Troad. 985. οὐκ ἂν μένουσ' ἂν (Κύπρις) ἥσυχός γ' ἐν οὐρανῷ αὐταῖς Ἀμύκλαις σ' (Helenam) ἤγαγεν πρὸς Ἴλιον;

Ἀμυμώνιος, *Amymonius*. Μυκήναισιν Λερναίᾳ τε τριαίνῃ, Ποσειδωνίοις Ἀμυμωνίοις ὕδασι Phoen. 196; alii libr. Ἀμυμονίοις. Vid. *Matth.* ad h. l.

ἀμυνάθειν. De verbis in ᾱθειν ῑθειν ῡθειν exeuntibus disputat *Ellendt.* in lex. S. s. ἀμυναθεῖν et εἰκαθεῖν, ex parte secutus *Elmsleium* ad Med. 186, qui talia verba *authypotacta* esse censet. Et profecto aoristum latere in his formis aliorum huiusmodi verborum analogia docet. Nempe ut a σχέω (σχῆμι), quam formam postulat fut. σχήσω et perf. ἔσχηκα, ἐσχέ—θην, a πελάω (πελά—ζ—ω) iuxta ἐπελάσθην etiam ἐπελά—θην, a μινύω (*minuo*) ἐμινύ—θην, ita rursus ex his aoristi formis novum praesens σχέθ—ω πελάθ—ω μινύθ—ω videtur declinari, unde imperf. et aor. ἔσχεθον ἐπέλαθον ἐμίνυθον. Cuius formationis exemplum etiam cetera verba in ᾱθω, ῑθω, ῡθω desinentia sequi patet. Ut enim complura perfecta non solum significatum praesentis habent, ut ἧμαι ἀλάλημαι, id quod cernitur retracto participii accentu (*Buttm.* gr. §. 111. not. 3.), sed etiam inclinatum praesentis recipiunt, ut ἧκω (ib. not. 1 et 2. *Matth.* gr. §. 221, IV, 1.), utque ex futuri forma desiderativa quae vocantur verba, ut ὀψείω δρασείω γελασείω conformantur (*Matth.* l. c. 2.), ita aoristus quoque praesentis quadam vi illata etiam terminationem praesentis assumere posse credibile est (*Buttm.* ib. not. 4.). Huc igitur referendae sunt formae in ᾱθω, ῑθω, ῡθω, quibus respondent verba in —αω —εω —υμι et in ανω — υνω. Errant vero docti, ut *Ellendt.* l. c., si, quoniam aoristus imperfecto oppositus actionem momento absolutam denotat, eandem notionem aoristum si praesenti supponatur retinere existimant. Sane quidem necessarium, ut in desiderativis verbis *futuri* quaedam vis remansit, ita etiam verba ex *aoristo passivi* formata et *aoristi* et *passivi* notionem aliquampiam retinuisse. Atqui hic omnium frequentissimus *aoristi* usus, quo non quod factum et *absolutum est* significat, sed quod *absolutum esse cogitatur*; quod vero *absolutum* iam esse statuimus, licet revera nondum sit absolutum, id certum ac *necessarium* esse signifi-

amus; itaque aoristus etiam indicat *quod fieri necesse est*, ubi nos *es geschieht absolut* (cf. *Matth.* gr. §. 506, 1. *Kuehn.* gr. §. 443). Deinde etiam *passivum* externam quandam *necessitatem*, cui subiectus est aliquis, indicare constat, unde propria eius cum genitivo vel nudo vel praepositione addita (ὑπό πρός ἐκ) constructio. Quid igitur mirum Graecos ex his *aoristis*, qui duplicem quodammodo *necessitatis* vim continent, peculiare quoddam verborum genus conformavisse, in quibus *absoluta* valeat vel moralis vel physica *necessitudo*? Haec immutabilis illa atque aeterna naturae lex est, qua omnia, quae in natura sunt, modo τελέθουσι et θαλέθουσι, modo μινύθουσι et φθινύθουσι, et qua ipse quoque sol et reliqua corpora fulgentia φαέθοντα vel φλεγέθοντα sunt. Hac lege pater ἀμυνάθει oppresso filio (Eur. Andr. 1080), hac mulier inops gladium nacta ἀμυνάθεται interfectorem (ib. 721), hac filia fortis patris parricidis nullo pacto ὑπεικάθει (Soph. El. 361); hac etiam ἀκρίδες perterritae ἠρέθονται (Il. φ', 12), hac ὦμος βαρύθει graviter vulnerati (ib. π', 519); hac denique mortalibus μόρος ἀπότομος πλάθει (Eur. Alc. 116). Cave vero ubique atque in omnibus huiusmodi verbis ipsam urgeas *necessitudinem*. Quum enim quod legi necessitatis adstrictum est vel gravius sit atque maioris momenti vel stabilius atque diutius perdurans, clarum in multis universam *gravitatis (Nachdruck)* vel *continuationis* vim constitisse. V. *Thiersch.* gr. §. 123. not. et s. διωκάθειν, εἰργάθειν, σχέθειν. Atque ad ἀμυνάθειν ut redeam, hoc proprie de eo dicitur, qui *ipso naturae impetu ad opem ferendam incitatur*, qui *non potest quin opem ferat*, qui *utique fert opem*. Ita quum Clytemnestra supplicaverit Achillem Iph. A. 903. ἄμυνον τῇ ἐμῇ δυσπραξίᾳ τῇ τε λεχθείσῃ δάμαρτι σῇ, eumque v. 907 admonuerit: σοὶ δ' ὄνειδος ἥξεται, ὅστις οὐκ ἤμυνας, graviter deinde perorat v. 910. ὄνομα — τὸ σόν μ' ἀπώλεσ', ᾧ σ' ἀμυνάθειν χρεών, i. e. *tuum me nomen perdidit, tuo etiam nomine* (non *propterea*) *ut mihi opem feras naturale te debet studium perducere*; v. infr. Andr. 1080. ἄκουσον, εἰ καὶ σοῖς φίλοις ἀμυνάθειν χρήζεις, i. e. *audi, si, quae est innata patri cupiditas, etiam succurrere tuis concupiscis*; v. *Pflugk.* et infr. Item in med. ἀμυνάθεσθαι, *ulcisci*, ib. 721. ἦ μὴ ξίφος λαβοῦσ' (Andromache) ἀμυνάθοιτό σε ἔδεισας; i. e. *an timebas ne gladium nacta defensionis instinctu abriperetur teque ulcisceretur?* [Ex aoristo igitur passivi verba in —θειν exeuntia manarunt. Cave vero haec usu quoque nonnisi aoristos esse sive *ἀνθυπόκαιρα* credas. Id ipsum enim *Elmsleium* contendisse insigne est documentum, quas ad ineptias vir ceteroqui vel acutissimus delabi possit. Prudentior quidem novissimus Brittanni asectator *Ellendtius* in lex. Soph. I. p. 501 sqq. Sed huius quoque tam

levia sunt argumenta, ut sua sponte corruant. Praesentia quidem esse verba μινύθω θαλέθω τελέθω φθινύθω πελάθω κιάθω φαέθω βαρύθω ἠερέθομαι νεμέθομαι ipse largitur tantum ἀλκαθεῖν ἀμυναθεῖν διωκαθεῖν εἰκαθεῖν εἰργαθεῖν et σχεθεῖν aoristos esse atque praesente carere statuens. Quorum suo quodque loco tractabitur. De ἀμυνάθειν igitur *Photius*: ἠμύναθον, ἤμυνα. Per me recte: neque enim quisquam negat ἠμύναθον etiam aoristum esse posse. At *Hesych.* pariter atque gloss. *Vict.* ad Arist. Nub. 1327 *(Herm.)*: ἀμυνάθειν, ἀμύνειν, βοηθεῖν. *Etym. M.* p. 8, 19. ἀμύνω, ἀμυνάθω. *Arcad.* ἀμυνάθω τὸ βοηθῶ. *Schol.* ad Arist. Nub. l. c. τὸ ἀμύνειν καὶ ἀμυνάθειν λέγουσι. Cf. *Albert.* ad Hesych. s. v. *Buttm.* gr. II. p. 36. not. x. Certum igitur praesens ἀμυνάθω. Atque omnes libri ἀμυνάθειν Eur. Iph. A. 899; v. *Herm.*; omnes Andr. 1080; omnes Soph. O. C. 1015; v. *Herm.*; omnes ἀμυνάθου Aesch. Eum. 416 *(Well.)*. Et vero ineptus his locis aoristus, id quod nec *Buttm.* post diligentiorem contemplationem negasset gr. II. p. 36. not. 15: inepta enim de auxilio vel defensione momento absoluta cogitatio. Dubium quidem iudicium neque vel libris vel sententia constitutum Eur. Andr. 722 et Arist. Nub. 1327; hoc tamen in promtu est aoristum neutrubi necessario requiri; imo priore in loco ἀμυνάθοιτο rectius pro *praes.* optativo haberi propter adiunctum aor. λαβοῦσα, in altero ἀμυνάθετε rectius pro *praes.* imperativo propter schol. supr. cit. Itaque optimo iure post *Ruhnk.* ad Tim. p. 87 et *Piers.* ad Moer. p. 118 cum recentioribus grammaticis omnibus praes. ἀμυνάθω *Elmsleianum* somnium spernentes agnoscunt *Herm.* ad Soph. O. C. 1019 et *Stallb.* ad Plat. Gorg. p. 133. *Const. M.*]

ἀμύνειν, *adesse, auxilio esse, opitulari, opem ferre,* ut τίς ἀμύνει μοι; Hec. 160. ποῦ δῆτ' ἀμύνειν οἱ κατὰ στέγας Φρύγες; Or. 1473; cf. ib. 1511. Phoen. 695. Suppl. 377. 897. Iph. A. 903. 907. Rhes. 400. 402. ἐν πόνοισι γὰρ παροῦσ' ἀμύνεις (sc. μοι) τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε ib. 610; cf. Tro. 966. Heracl. 30. 70. 165. Herc. f. 170. 219. 500. 574. 578. El 679. Hinc ἀμύνειν τῷ νόμῳ dicitur Or. 522, qui legem inviolatam servare studet. Ἀμύνειν alicui dicitur etiam qui iniuriam alicui illatam ulciscitur, ut τῷ γένους ἀρχηγέτῃ ἀμῦναι Or. 555; (sed τῇ ὑποστάσῃ τροφὰς ἀμῦναι, quod sequitur, est *opem ferre*; vid. gr. §. 634, 5.) [Mihi et ad patrem et ad matrem relatum ἀμῦναι simpliciter esse videtur *adesse, opitulari*; v. infra. *Const. M.*]; cf. ib. 932. El. 976. τύμβῳ ἀμύνει ib. 331 [cf. v. 327]. οὐκ ἀμύνει τοῖς σοῖς κακοῖς Or. 419, *non medetur*, propr. *in malis nullam opem fert.* [Originem non dubium quin a μύειν μύνη μύειν ducat ἀμύνειν. Ut enim nobis quoque in quotidiana vita accidit ut ad officium aliquodpiam praestandum provocati, quod praestare

minime opportunum, praecise quidem non negemus, sed depressa voce labiisque compressis *mu* faciamus seu *mutiamus* (v. *Passov.* s. μῦ), sic etiam Graecis μύειν et μύνη *tergiversantis, cunctantis, recusantis* erat. Itaque ἀ—μύνειν (δύειν — δύνειν) est *non recusare* vel *tergiversari (drucksen, sich drücken)*, sed *promto* ac *parato esse animo*, et ἀμύνειν τινί *non deesse alicui*, sed *promto erga eum animo esse, ei adesse, auxilio esse, opitulari.* Haec igitur primaria verbi notio, ex qua reliquae facile emanaverunt. *Const. M.*] Hinc opitulantem *propulsare*, vel *prohibere* aliquid (τι) vel *arcere* aliquid ab aliquo (τί τινι). ἀμύνειν τειχέων προσκαβάσεις Phoen 751. μὴ τῷδ' ἀμύνειν φόνον Or. 623. ἀμύνων θῆρας πώλοισιν Rhes. 787. τῷ σώματι θάνατον ἀμῦναι Herc. f. 194. Medium est *a se propulsare.* ἠμύνασθε πολεμίους καλῶς Suppl. 529; cf. Herc. f. 198. Ἐριννῦς θεὰς ἀμύνεσθαι Iph. T. 299. τὸ δυστυχὲς ηὐγένει' ἀμύνεται Heracl. 303. Obscure dictum τὸν χρόνον ἀμύνεσθαι θέλων Ion. 828. Vid. interim not. et Auct. [Libri ἐλθὼν δὲ καὶ τὸν χρόνον ἀμύνεσθαι θέλων τυραννίδ' αὐτῷ (Ioni filio) περιβαλεῖν ἔμελλε γῆς (Xuthus). ἐλθών enim respicit ad v. 824: nam ἦλθε δεῦρο s. ἐλθεῖν σ' (Creusam) ἔπεισε δεῦρο, non propter ἀπαιδίαν, sed τυραννίδ' αὐτῷ περιβαλεῖν ἔμελλε: τὸν χρόνον vero ἀμύνεσθαι θέλων, *tempus sibi auxiliari* dedit filio nomen Ion. i. e. τοὔνομα ἀνὰ χρόνον πεπλασμένον (v. 830), ita ut Ion non ex Xuthi genere esse aliis videatur sed forte ab eo repertus.] Oed. fr. XI (VI). τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν (τὸ θρασὺ καὶ μαθές) σκαιὸν, ἀλλ' ἀμύνεται, esse videtur *a se propulsat (iniuriam* vel *malum).* Hinc *se defendere, iniuriam sibi illatam ulcisci,* κἀτ' ἐγω' ἠμυνάμην Andr. 911. *Aug. M.*

ἀμύντωρ, *ultor.* ὁ πατρὸς ἀμύντωρ Or. 1588.

ἀμυστίζειν, *sugere, sorbere, obducere* (Hor. od. 1, 36, 14). ἡδίως ἠμύστισα Cycl. 562. Neque enim, ut *Passovio* in lex. videtur, ab alpha priv. et μύειν haec vox derivanda, sed ab alpha intensivo et μύζειν, quod ut ipsum de eo usurpatur, qui delectatur gustu, ita ἀμύζειν ἄμυστις ἀμυστίζειν de aviditate bibendi, unde Anacreontium ἀμυστὶ πίνειν.

ἄμυστις, *haustus.* ἔσπασεν ἄμυστιν ἑλκύσας Cycl. 416, *pleno haustu pocula ducebat.* πυκνὴν ἄμυστιν δεξιούμενοι Rhes. 419. In plurali est *compotatio* ib. 438. τὰς ἐμὰς ἀμύστιδας.

Ἀμφάναία, n. pr. regio Thessaliae. Κύκνον Ἀμφαναίας ρικητορα Herc. f. 392. De acc. vid. *Goettling.* l. c. p. 129, 2.

ἀμφελικτός, *circumvolutus.* δράκων — ἀμφελικτὸς ἕλικ' ἑρούρει Herc. f. 399. Libr. ἀμφ' ἑλικτόν. Primus *Scaliger* ἀμφεικτός. Vid. *Matth.* ad h. l. et s. ἕλιξ.

ἀμφελίσσειν, *circumplicare.* λάβεσθε τῆσδ' ἀμφελίξαντες χέρας, vinculis *constringentes*, Andr. 426.

ἀμφέπειν proprie significat *obambulare* (cf. *Doederl.* l. c. III. p. 50) i. e. *circumire (herum-)* et *ambire (umhergehen)* adspersa notione *studii*; v. s. ἕπεσθαι. Hinc est *circa* aliquid vel aliquem *esse* i. e. de rebus *occupatum esse*, *obire*, de hominibus *praesto esse*, *comitari*. ὄχλος νιν νοτίῳ ποδὶ — ἀμφέπει Phoen. 151. *Ambitus* est etiam vel *custodientis* δράκων πάγχρυσον ἀμφέπων δέρας Med. 480. δράκων ἄμφεπε μαντεῖον χθόνιον Iph. T. 1248; vel *curantis*, *foventis*, *colentis*. ξένον κῆδος ἀμφέπειν Phoen. 342. Haec verbi vis imprimis consueta Pindaro.

ἀμφήκης, *anceps.* ἀμφήκει ξίφει El. 688. Vid. *Lobeck.* ad Al. p. 208 sq. et s. ξυρήκης.

ἀμφήρης cum duplici praepositionis notione duplicem habet stirpem terminationis —ηρης. Aut enim ἀμφί denotat *utrimque*, ut in ἀμφήκης, atque —ηρης, non ab ἐρέσσω factum, ut sit *utrimque remis instructus*, quam derivationem iure condemnat *Passov.* s. τριήρης, licet ipsius quoque ab ἄρειν (i. e. *aptare*) deductio vagam efficiat atque inanem notionem (cf. *Blomf.* gloss. ad Aesch. Pers. 414); verum ab αἴρω stirpem ducit, cuius verbi radicem esse ἄρω satis demonstrat aor. ἦρα (v. s. ἀείδειν). Quod quum proprie sit *tollere levare*, ἀμφήρης fere ut ἀμφιέλισσος est *utrimque levatus* vel *propulsus*, praecipue navis remis propulsa; unde κωπήρης. Quid aliud spectans *Hesych.* ἀμφήρεις νῆες, ἀμφοτέρωθεν ὁρμωμέναι ἢ ἐρεσσόμεναι? Scilicet ἐρ—έσσ—ειν ipsum demum ex ἄρειν (αἴρειν) derivandum significatque proprie adhibita vi *attollere* vel *elevare* (s. v.). Itaque Cycl. 15. εὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ (s. v.), rectissime *Heath.*, quem secutus *Matth.*, δόρυ *gubernaculi clavum* intelligit, *quod in utramque partem tollitur* vel *dirigitur*. Aut ab ἀμφί, *circa*, et ἄρειν, *aptare*, *iungere*, ἀμφήρης deducendum, ut sit *circa aptus*, i. e. *concinnatus*, *concinne* s. *apte compositus*, *constructus*, velut κατήρης i. e. *instructus*. Ἀμφί enim quum etiam *rotunditatem* exprimat, hinc aliis cum nominibus compositum saepe *concinnitatis* vel *congruentiae* notionem affert (v. s. ἀμφιδέξιος). ἀμφήρεις σκηνάς Ion. 1228, ut περιβολὰς σκηνωμάτων v. 1133. βωμὸν πέριξ νήσαντες ἀμφήρη ξύλα, *concinnam lignorum congeriem* s. *strucm*, Herc. f. 243. An hac notione ἀμφήρης oxytonon est (ἀμφηρής)?

ἀμφί natum est ex ἀνά assumpto ι dativi, quod invenimus in *l*, ποθί, κεῖθι, ἐνί, aliis (v. s. ἀμοχθεί). Sicut enim ex ἀνά factum ἄμα (s. v.), ita etiam ἀμί ἀμπί (v. s. ἀμπλακεῖν) et aspiratione permutata ἀμφί, ut in ἕκω — ἔχω (v. s. ἄμφω). Quum igitur ἀνά sit *huc illuc* vel *ultro citroque*, hinc ἀμφί quoque:

1. proprie est *hic illic s. passim s. diversis partibus, circa, umher (umb)*, quae vis adhuc residua in magna adiectivorum copia, ut ἀμφίβολος ἀμφίγυος ἀμφιδέξιος (*s.* v.) ἀμφίθετος ἀμφικάρηνος et in Lat. *amb—ulare ambi—guus ambi—vium. Adverbii* potestatem servavit Hel. 183. Πλαά τ' ἀνὰ χλόαν — πέπλους — Θάλπουσ' ἀμφί τ' ἐν δόνακος ἕρπεσιν. Sic vulgo aptissime, ut respuam violentiorem et ne aptam quidem *Scidleri* de vers. dochm. p. 102. not. medicinam quamvis a plurimis editoribus receptam ἀμφιθάλπουσ' ἔν τε δόν. ἕρπ. Imo in stropha pro σύριγγας legendum λωτὸν ἢ σύριγγ' | αἰλίνοις κακοῖς, quibus in antistr. respondent Θάλπουσ' ἀμφί τ' ἐν | δόνακος ἕρπεσιν. Hac autem vi quum ἀμφί significet quod non uno *in* loco consistit, sed *per* plures loci partes porrigitur, planum est, ubi cum nominibus iungatur, haec *accusativo* apponi, cui *motus* vis propria (*in— an— umher*). Ut igitur Liv. 1, 9. legatos *circa* vicinas gentes misit, *bei den Völkern umher* (cf. 4, 23. 26, 3. 28, 26. Cic. Quint. 6.); ita τὰ ἀμφί τ' Ἄργος καὶ νομὸν τὸν Ἑλλάδος Rhes. 477, *quae circa Peloponnesum et Graeciam sita sunt, in — umher.* ὁ παῖς ὅδ' ἀμφὶ νάους σέθεν τρόφιμος Ion. 683, *in deinem Tempel umher.* τὰν ὀρεστέραν τότ' ἀμφὶ μέλαθρα παρθένον ἐμελπόταν Tr. 551. στένει δὲ καί τις ἀμφὶ τὸν — Εὐρώταν Λάκαινα — ὄρα Hec. 649, *an — umher.* ἔνθα θάσσουσι — ἀμφὶ Πειρήνης ὕδωρ Med. 69; cf. Suppl. 392. κυανοειδὴς ἀμφ' ὕδωρ — πέπλους θάλπουσα Hel. 179. ἀμφὶ πύλας Κάδμου θανόντων Suppl. 11. 101. ὅθι δάκρυα ἄκρυσι συνέπεσεν — ἀμφὶ τὰς Σκαμάνδρου δίνας Or. 1310; cf. Hel. 137. Herc. f. 409. El. 410. Ion. 510. ἀμφὶ σποδὸν κάρα κεχύμεθα Suppl. 826; cf. Iph. T. 443. 622. ἀμφὶ τὸν τάφον μελίκρατ' ἄφες Or. 114; cf. El. 801. Hinc omnino de loco usurpatur, cuius sive *hac* sive *illa* parte aliquid agitur — sat enim regionem universam indicasse —, i. e. de situ loci, qui incertus atque infinitus relinquitur (*circa, prope, ad*). Hic autem quum *propinquitatis* notio obtineat, legitima est praepositionis cum dativo constructio. Ita quod Iph. T. 6. infinite dicitur ἦν ἀμφὶ δίναις, ἃς Εὔριπος ἑλίσσων — ἅλα στρέφει, ἔσφαξε — πατήρ, v. 9. accuratius definitur verbis ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος; cf. Iph. A. 1294. ἐν τῷ καθάψας ἀμφὶ παιδὶ σώματος; Ion. 1006. δάκρυ' ἀμφὶ βλεφάροις Suppl. 49. Tamen etiam *accusativus* non raro adiungitur, si quidem in verbo apposito *motus* notio vel latet vel etiam expressa est et manifesta. Inde dat. et accus. in eadem re variant. Quod Theonoe de Menelao Hel. 1015. ἀμφὶ τύμβῳ τῷδ' ὀνειδίζεις πατρί, id ipse Menelaus v. 967. λέξω δὲ ἀμφὶ μνῆμα σοῦ πατρὸς πόθῳ. Haec enim sic explenda: πεσὼν ἀμφὶ μνῆμα, nisi hoc ipsum πεσών *Heathio* praeeunte reponendum et pro πόθῳ, quod valde incommodum. Hinc ἀμφὶ μνῆμ' Ἀχιλλείου

τάφου τέθνηκε Πολυξένη Tr. 39, *mactata corruit ad sepulcrum*; cf. Iph. T. 705. ὡς ἀμφὶ βωμὸν στῶσι El. 792, *ut ad aram consistant*; cf. Alc. 90. Suppl. 651. Iph. A. 258. Iph. T. 1462. ἀμφὶ βωμὸν θάσσων Rhes. 508; cf. Herc. f. 1145. Soph. O. C. 888. Haec omnia explicanda ex praegnanti loquendi genere, de quo v. *Const. Matth.* Quaest. Soph. p. 161. *Matth.* gr. §. 596, c. Aperta *motus* notio in his: ὄρον ἀμφὶ ἀελίου κνεφαίαν ἱππόστασιν αἰθέρα τὰν Μολόσσων τίθεται Alc. 595. τίς ἀμφὶ μνῆμα τὸ Ζήθου περᾷ Phoen. 147. τίς — ἀμφὶ μέλαθρον πολεῖ — ἀνήρ; Or. 1269; cf. ib. 1312. ἀμφὶ Τροίαν δεκέτης ἁλάλητο Andr. 306. ἀμφὶ βωμίαν ἔπτηξε κρηπῖδα Herc. f. 984, quod v. 974. est βωμὸν ἔπτηξ' ὕπο. τείχη Θήβας πύργοι τε ἀνέσταν — πόρον ἀμφὶ μέσον Δίρκας Phoen. 832. ἀμφὶ μαστὸν ὑποβάλω σφδόν Suppl. 1159. τὸν ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτόν Melan. fr. II XXVIII), quamquam incertum de hoc abrupto loco iudicium. Ἀλέξανδρον οἰκίσαι ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι κρῆναι Νυμφῶν κεῖνται — Iph. A. 1294. Similiter οὐκ ἔτι συζυγίαν — ἐπιβάσει τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον Hipp. 1133, ubi *motus* notio latet in τρόχος (τρέχω) et in ᾗ ἐπιβάσει i. e. *vehetur*. Ab his aliquantulum differunt loci, ubi ἀμφί eadem quidem vi indutum non singulam *prope* aliquem locum, sed *intra* maius spatium particulam designat. Cf. *Matth.* §. 583, c. Ita Andr. 215. εἰ ἀμφὶ Θρήκην τύραννον ἔσχες ἄνδρα, sive *hac* sive *illa parte Thraciae*, i. e. *alicubi Thraciae*, *auf* Thracien. Troad. 4. ἀμφὶ τὴν Τρωικὴν χθόνα — πύργους πέριξ ἔθεμεν, *in parte quadam Troadis*, *auf* Troianischem Gebiet.

2. Quia vero quod *diversis* loci *partibus* versatur illum vel includit ac cingit vel eo includitur ac cingitur, hinc frequentissima particulae ἀμφί vis, qua et *ambitum* vel *circuitum* indicat (*circa* vel *circum*), prout quid rem vel *ambit* vel *circumit* (vid. *Doederl.* l. c. III, 46.), et spatium *interiectum* vel *medium*, *Mittelpunkt* (*inter*), unde ὀμφαλός (v. *Rost.* ap. *Damm.* s. v.) et *umbilicus*. In his quoque propter apertam *propinquitatis*, sive, ut *Ellendt.* s. ἀμφί, *contiguitatis* notionem iusta particulae cum *dativo* coniunctio; sed etiam *accus.* saepissime apponitur, minime quidem propter *longinquiorem ambitum*, ut censet *Ellendt.* l. c., sed propter unam solam notionem *motus*, quam, ubi de *orbe* seu *circulo* sermo, sponte sua immisceri ostendunt vocabula ambitus circuitus Umkreis (*kreisen*) herumgehn; v. s. l. a) *circa*, *circum*. Adverb. στέμμασί γ' ἐνδυτὸν, ἀμφὶ δὲ Γόργονες. [ἅψεται ἀμφὶ βρόχον λευκᾷ δειρᾷ Hipp. 770, pro ἀμφιάψεται (v. s. ἅπτειν), nisi ἀμφί ad dativum referre mavis, quod ad idem redit. *Const. M.*] De Hec. 968. v. s. ἀμφικρύπτειν; de Phoen. 329. s. ἀμφιτρυχής. Praepos. cum *dat.* ἀμφὶ κρατὶ κείμενος πλόκος Med 1186.

or *circuitus* s. *amplexus* notio, ubi respondet Latino *sub*. ἀμφὶ ροισι πηχθέντας — ὀβελοῖσι, *verubus suffixos*, Cycl. 301. ἀμφὶ ις ἔρεισμα θέμενος, *subnisus*, Herc. f. 108. κείσει — μαστοῖς ς ἀμφὶ σᾶς, *mammae supposita*, Andr. 512. Tralate dicta φθό- ὺς ἐθέλοι ἀμφὶ σοῖς λόγοισιν εἴργειν Rhes. 457, quibus lumen mt Homerica, quale est Il. ξ', 477. Similiter ἀμφὶ τοῖσδε καλχαί- ἴκνοις Heracl. 40, quibus similia sunt quae habet Soph. Ai. 562. iam pertinet Or. 1051. τάδ' ἀντὶ παίδων — προσφθέγματ' ἀμφὶ λαιπώροις πάρα, *haec alloquia complectuntur infelices*, i. e. sola manent; „nam summam calamitatem significare volebat, quae cir- hominem" *Matth.* Alii alia opinati. Caveas vero ne iungas προσφθέγματα. Similiter Ion. 237. παρούσας ἀμφὶ τάδε, et 38. πόνοι καὶ ἀναγκαὶ κυκλοῦνται. [Bona vulgata. Quam interpretor: *haec alloquia sunt vincula, quae infelices devinciant tringant (das Band, das Unglückliche an einander fesselt) libero- co atque coniugii. Const. M.*] Cum *accus.* πῦρ ἀμφὶ τάφον 597. ἀμφὶ βωμοὺς εὔχου θεοῖς Ion. 422, *circum aram consi-* Saepe expresse adiecta *motus* notio. ἀμφὶ τραύματα τελαμῶ- λεῖν Phoen. 1663. ἐξάψει βρόχον ἀμφὶ δειρήν Ion. 1065. ἀμφὶ — ξυνωρίδας λόχων τάσσων ἑπέσχον (s. v.) Phoen. 451; cf. ib. ἱλίσσετ' ἀμφὶ ναὸν ἀμφὶ βωμὸν Ἄρτεμιν Iph. A. 1480 sq., *sal- rea templum — Dianam* celebrantes; v. *Matth.* ad l. et s. πηγή. βωμίους τροφὰς ἠλᾶτ' ἀθύρων Ion. 52, ubi *Elmsl.* et *Herm.* non μφιβωμίους: egregie enim his Ion puerulus depingitur *circa aram* pletam salliens; v. s. ἁλᾶσθαι. χόρευσε δ' ἀμφὶ σὰν κιθάραν, — νεβρός Alc. 586; v. *Matth.* ad Phoen. 1028. et gr. p. 1364. cl. 345. v. s. βωμός. Tenuior *amplexus* vis Phoen. 122. ἀσπίδ' βραχίονα κονφίζων, *clypeum circa brachium alligatum*. Bacch. μφὶ ναρθήκας — ὁσιοῦσθε, *ferulas sacris ritibus amplectimini brate*; v. s. ὁσιοῦν. Quum igitur *dat.* et *accus.* non differant nisi uic locus, ubi *motus*, illi, ubi *propinquitatis* notio respicitur, utram espiciat, ex arbitrio pendeat scriptoris, hinc perpetuae dativi et tivi vicissitudines. λύκειον ἀμφὶ νῶτον ἄψομαι δορὰν καὶ θηρὸς ἀμφ' ἐμῷ θήσω κάρᾳ Rhes. 208 sq. ἀμμάτων ἐρείσ- Ἡράκλειον ἀμφὶ δέμας — ἀνημμέν' ἀμφὶ κίοσιν οἴκων Herc. sq. Ita Iph. A. 1449. ἀμφὶ κείναις — ἐξάπτειν πέπλους. Bacch. τείλαι ἀμφὶ χρωτὶ — πέπλους. At ib. 828. στολὴν ἀμφὶ χρῶτα . Hel. 428. ἀμφὶ χρῶτ' ἐσθῆτες. Tr. 1137. (ἀσπίδα) ἀμφὶ ἐβάλλετο. De Iph. A. 1439. v. s. ἀμπίσχειν. Hel. 561. στολὴν σῶμ' ἔχεις. Eodem modo ἀμφὶ κόμᾳ θήσει τὸν Αἴδα κόσμον

Med. 980. κόσμον ἀμφὶ κρατὶ — ἔχουσα Andr. 147. θεῖσα στέφανον ἀμφὶ βοστρύχοις Med. 1160. At στέφανον ἀμφὶ κάρα ἀμφιθεῖναι Iph. A. 1530. Porro τέκνα ἀμφὶ γούνασι πίπτοντα Alc. 950. At ἀμφὶ σὸν πίπτω γόνυ Hec. 787; cf. Hel. 900 (v. s. πίπτειν et *Matth.* gr. §. 583, c.). ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χεῖρα γόνυ Phoen. 1616. Denique Phoen. 1658. οὔτις ἀμφὶ τῷδε θήσει κόνιν (sepeliendi causa). At ἀμφὶ νῷν' ἕστο κόνις El. 477. Ex his licet colligas, quam vanum sit harum constructionum discrimen, quod statuit *Hartung.* de Cas. p. 42. b) *in medio, intra, inter, in.* V. impr. *Matth.* gr. §. 583, b *α.* ὄρνις — ἀμφὶ κλάδοις ἑζομένα Phoen. 1517. εἶδον Αὐτονόην — ἀμφὶ δρυμοῖς Bacch. 1227. Neque aliter τὸν ἀμφὶ βοῦσι βούκολον τραφέντα Iph. A. 1291, *inter boves.* ἄχει τέκνων ἕπεσ' ἀμφὶ τέκνοισιν Phoen. 1572, *medios inter filios.* Hinc tralatum θανάτου ἀμφὶ φόβῳ Or. 823, *timore comprehensa s. occupata*, ut ἀμφὶ τάρβει, ἀμφὶ θυμῷ. In his *dat.* propter evidentem *propinquitatis* notionem. Quod si quid ante propinquum vel inhaerens *amovetur*, *dativi* in locum *genitivus* succedit. Hinc ἀμφὶ πέπλων ξίφη σπάσαντες Or. 1457, gladiis e palliis extractis, *zwischen den Mänteln hervor.*

3. Imprimis igitur ἀμφί de iis usurpatur, *circa* quae sumus i. e. de homine, *cui adsumus* vel *servimus*, et de re, *circa quam occupati sumus* vel *in qua versamur* (*Matth.* p. 1364). Quint. 8. pr. 15. *circa praecepta partis huius laboravit*; cf. 2, 16, 14. In his quum *mobilitatis* vel *agilitatis* vis regnet, assiduus *accusativi* usus. ἀμφὶ δεῖπνον οὖσι Phoen. 735. σὺ δ' ἀμφὶ βωμίους λιτάς ib. 1738, ubi ex vers. sq. κόρον ἔχουσ' ἐμῶν κακῶν praecipiendum est ἔχε; cf. Aesch. Sept. adv. Th. 98: patrem enim interpellat Antigone acerbe monens sibi non animum esse supplicandi, quum se iam taedeat vel verbum facere de malis suis. Ita in munere obeundo. ἀμφὶ γηγενῆ μάχην — παρασπιστὴς γεγώς Cycl. 5. In serviendo. δουλεῦσαι — ἀμφὶ δεσπότην Phoen. 1601. De uxore, quae quasi servit marito. ἐπίκοινο νέουσαν ἀμφὶ παῖδ' Ἀχιλλέως Andr. 123. De Hippolyto Dianae comite atque satellite. θῆρας ἐναιρεῖν Δίκτυννάν ἀμφὶ σεμνάν Hipp. 1130. [Huc pertinet etiam formula οἱ ἀμφί τινα, in qua nomen cum praep. copulatum personam principem s. caput designat, circa quod tanquam centum maior hominum numerus congregatur (*Matth.* p. 1364 sqq.). Unde factum ut seriores hac formula etiam ad solam personam principem indicandam abuterentur, quam licentiam veteres quoque sibi sumsisse error est *Kuchneri* gr. §. 474. d, c. V. *Stallb.* ad Plat. Hipp. mai. p. 165 sq. Ap. Eurip. dictionis integrae exemplum non obvium, nisi quod similiter dictum videatur δόμος — ἀμφὶ τοὺς Ἀτρείδας Or. 1538, i. e. *domus, cuius capita sunt Atridae, Atridarum domus.*

V. Schol. et v. 965. *Const. M.*] Hinc *ἀμφί* etiam *comitatum* vel *consociationem* exprimit. Phoen. 1035. (Sphinx) *νέους πεδαίρουσ' ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν*, cui simillimum *ἀείδετο πᾶν τέμενος — τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον* Pind. Ol. 10, 92. V. de his locis *Matth.* gr. p. 1364 et ad Phoen. 1028.

4. Denique *ἀμφί* omnino de eo dicitur, quod actionis alicuius vel sermonis quasi *cardo* est vel *momentum* (*Mittel — Hauptpunkt*) seu *circa quod* actio vel sermo *versatur* (*um das sich eine Handlung oder Erzählung dreht*), sicut Quintil. *circa omnes res rhetorice versatur.* Quo sensu mirifice congruit cum *περί* (*s.* v.). Hinc est a) *de, von, über*, ubi Latini similiter *super*. Atqui *de* quo agitur, id *causa* est sermonis vel actionis atque *ab* eo sermo vel actio *proficiscitur*; clarum igitur *ἀμφί* hac vi adsciscere *genitivum*. En quid sit quod Latinis in his consueta praepos. *de*, quae proprie est *von — her, von — aus*, *δεῖξον φήμην ἔτυμον ἀμφὶ Θεσσάλων* El. 818, ut *Tac.* Ann. XI, 23. *multus ea super re rumor. τὴν ἀμφὶ Θησέως βάξιν* Suppl. 642. *ἀμφὶ Πηλέως ἦλθεν, ὡς ἥξοι, φάτις;* Andr. 79. *ἀμφὶ Πολυξένης — δι' ὀνείρων φοβερὰν ὄψιν ἔμαθον* Hec. 75; cf. Hec. 706. *δεινὰ βοᾶται ἀμφὶ σῆς παιδός* Iph. A. 1347. Imprimis dicitur *λέγειν ἀμφί τινος* et quae sunt eius generis. *τοιαῦ' ἀμφὶ σῆς λέγω παιδὸς θανούσης* Hec. 580. *τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας ἀμφὶ σοῦ λόγον* Hipp. 492. *μάτην ῥιφθέντες (λόγοι) ἀμφὶ σοῦ φόνου* Hec. 335. *πάντ' οἶσθ' — ἀμφ' ἐμῶν γαμῶν* Hel. 799. *παρούσας ἀμφὶ ταῦτ' ἐρωτᾷς* Ion. 237, quae est egregia *Hermanni* emendatio pro vulg. *ταῦτ'*; atque sic iam Vict.: „de *praesente hacce Creusa interrogas*" i. e. *eccum adest qua de interrogas.* Quint. 7, 2, 6. *quaeritur circa modum, speciem, numerum.* Similiter *ψῆφον ἀμφ' ἡμῶν πολίτας ἐπὶ φόνῳ θέσθαι χρεών* Or. 754, i. e. *de nobis*, unde glossae *ὑπέρθε — ὑπέρ — καθ' ἡμῶν.* Ita etiam *Μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω δυσκέλαδος ἀμφὶ λέκτρων* Ion. 1098, invito metro. Quod vero *Herm. ἀμφί* c. *Heath.* in *περί* non mutat mutata stropha, *Heathii* coniectura vera esse possit, si legimus *Μοῦσ' ἀμφ' ἄνδρας ἴτω δυσκέλ. περὶ λέκτρων*, ita ut verba *ἀμφ' ἄνδρας* in universum dicta verbis *περὶ λέκτρων* accuratius explanentur. Sed haec audaciora. [Magna *Heathii* temeritas, qua metri causa induxit *περί*. Metra ut congruant, facillima medela scribo: str. *Νηρῆος αἰ κατὰ πόντον* — antistr. *δυσκέλαδος ἀμφὶ τε λέκτρων*, in quibus trita est hendiadys. *Const. M.*] Sed etiam *accusativum* hoc sensu admittit *ἀμφί*, quatenus, *de* quo agitur, *ad illud* sermo vel actio pertinet. *ἀμφί μοι Ἴλιον, ὦ Μοῦσα — ἄεισον* Tro. 511; v. *Matth.* ad l. (*ὄψιν*) *ἐσεῖδον ἀμφί σ', ὦ τέκνον*, Hec. 706. b) *Quod attinet ad, de.* Cum *gen.* rei vel hominis, *unde* vel sermo vel actio *proficiscitur* (*Rücksicht*). *circa bonas artes socordia* Tac. Ann.

11, 15. Huc pertinet τά τ' ἀμφὶ σοῦ (Electrae) τά τ' ἀμφ' Ὀρέστου πυθέσθαι δεόμενος Or. 865 sq., proprie: ea quae facta sunt, a te et Oreste si proficiscor, i. e. ea quae ad te et Or. pertinent cognoscere cupiens, quid agatis cogn. cup. καὶ τἀμφὶ σοῦ μὲν ὧδ' ἔχοντ' ἐπίστασο, τὰ δ' ἀμφὶ παιδὸς τοῦδε παῖς ἐμὴ κρινεῖ Andr. 431 sq. Cum accus. σὺ δ' ἀμφὶ τὰν — Δίκτυνναν ἀμπλακίαις — τρύχει Hipp. 145, quatenus peccata illa ad *Dianam* pertinent; v. *Matth.* ad l. c) *Propter.* Cum gen. rei vel hominis, qui causa s. auctor est actionis. ἀμφὶ τέκνων μ' ἱκέταν Suppl. 280, *propter liberos sepeliendos supplicem.* σὲ καὶ Ἑρμιόνην ἕριδι στυγερᾷ συνέκλησαν ἀμφὶ λέκτρων διδύμων Andr. 123. Anastrophen ἀμφί non patitur; v. *Goettl.* de acc. p. 377.

Ἀμφιάρᾱος, n. pr. σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρμασιν ὁ μάντις Ἀμφιάραος Phoen. 1118; cf. 117. Altera forma est Ἀμφιαρέως (*Matth.* gr. §. 70). ἦλθον Ἀμφιάρεώ γε πρὸς βίαν Suppl. 158.

ἀμφιβαίνειν, *circumire.* συμβαλόντε δ' ἀσπίδας πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον μάχης Phoen. 1415. *Schol.* συστάντες, ἐνεθέντες. Imo de pugnantibus dicitur, qui sese invicem *ambeunt* cupide circumspicientes, ubi nudum latus praebeat adversarius *(voltiren).* *Circumvenire, occupare.* ὦ μοῖρα, — οἵα με τὸν δύστηνον ἀμφιβᾶσ' ἔχεις Andr. 1083, *quam occupatum s. irretitum me tenes.* τόδε μοι θράσος ἀμφιβαίνει, *incessit, occupat,* Suppl. 609. ἐθέρμην' αὐτὸν ἀμφιβᾶσα *(permanans, pertingens)* φλὸξ οἴνου Alc. 761.

ἀμφιβάλλειν, *amicire, circumdare* (v. ἀμπέχειν s. fin.). στολὴν θηρὸς ἀμφέβαλλε σῷ κάρᾳ Herc. f. 465. Hinc sumta pulchra imago ὁπόταν — ἀνδράσι κρατὴρ ὕπνον ἀμφιβάλλῃ Bacch. 384, ita ut somnus eos *complectatur*, unde Tibull. 3, 4, 56. *te fusco somnus velavit amictu.* Cum duplici accus. φάρεά σέ γ' ἀμφιβάλλομεν El. 1231. V. *Matth.* gr. §. 418. g. *Pflugk.* ad Andr. 110. Ita etiam ἀγόμαν — δουλοσύναν — ἀμφιβαλοῦσα κάρα Andr. 110, qui locus memorabilis propter act. et med. differentiam: *act.* enim exstat, quia Andromache invita atque coacta *servitutis iugum sibi iniunxit.* *Medium* est igitur sua sponte *sibi induere s. iniungere* aliquid. μέλανα στολμὸν πέπλων ἀμφιβαλώμεθ' ἤδη Alc. 216. ἄγραν ἀμφιβάλλονται *(sibi innectunt)* πλοκάμοις Bacch. 103. [Subtilior vis *medii* Andr. 1190 sqq. μήποτε σῶν λεχέων τὸ δυσώνυμον ὤφελ' ἐμὸν γένος εἰς τέκνα καὶ δόμον ἀμφιβαλέσθαι Ἑρμιόνας Ἅιδαν ἐπὶ σοί, τέκνον, i. e. *utinam ne — suum Orcum immisisset.* V. *Matth.* gr. 1094 et *C.* Quaest. Soph. p. 96 sq. Incommodum enim coniungere Ἑρμ. Ἅιδαν. Graviter hic locus calefecit interpretes. Quem ego quidem uti nunc scribitur despero. Neque pavida quidquam proficitur in vulgatis permansione. Scribo igitur et dispono ita: μήποτε

τῶν λεχέων τὸ δυσώνυμον | ὤφελέ μοι γένος ἀμφιβαλέσθαι | Ἑρμιόνης Ἅιδαν ἐπὶ σοί, τέκνον. stroph. Θεσσαλία, διολώλαμεν οἰχόμεθ'· | οὐκέτι μοι γένος λείπετ' ἐν οἴκοις |. Τῶν λεχ. optime Dind. Etiam ἐμοί pro ἐμὸν γέν. iam Musgr. et Pflugk. Denique iure suo Brunck. molestissima expunxit verba εἰς τέκνα καὶ δόμον: sunt enim a glossatore agglutinata ad ἐμὸν γένος. Affirmat schol. Taur. μήποτε ὤφελε τὸ δυσώνυμον γένος τῆς Ἑρμιόνης Ἅιδαν ἀμφιβαλέσθαι ἐπὶ σοί. Affirmant etiam strophica: ibi enim quae vulgo leguntur post οὐκέτι μοι γένος, eorum cod. Havn. omittit μοι, Taur. Gu. Flor. 2. Flor. A. μοι τέκνα: nimirum hae quoque glossae sunt ad γένος adscriptae; nisi altero οὐκέτι servato exstinguere malis ἐν οἴκοις: οὐκέτι μοι γένος οὐκέτι λείπεται. Sensus: *utinam ne infausta ad connubium gens Hermionae suum tibi Orcum, o fili, immisisset.* V. schol. ante cit. Malum, inquit, connubii omen gens Atridarum (propter Helenae raptum, Clytaemnestrae adulterium, Agamemnonis caedem); quae utinam ne Orcum sibi familiarem per Hermionen in te, Neoptoleme, transtulisset. De Ἅιδαν ἀμφιβαλέσθαι cf. Andr. 800. *Const. M.*] *Circumdare, amplecti.* τί μ' ἀμφιβάλλεις χερσίν Bacch. 1361. ἀμφιβαλεῖν λυγρὰ μέλη παιδός Suppl. 70. ἀμφίβαλλε μαστὸν ὠλέναισι ματρός Phoen. 313. [Schol. ad v. 315. οὐ τὸν ἑαυτῆς πλόκαμον λέγει, ὅτι μικρὸν ὕστερον ἐξυρῆσθαι αὐτὴν φησὶ διὰ τὸ πένθος. Quae scite dicta si attendissent interpretes, et μαστόν et παρ. ὄρεγμα et βοστρ. πλόκαμον non Iocastes, sed Polynicis intelligi vidissent, id quod ipsa verborum conformatio flagitat. Adde quod suam Ioc. comam ipsa vocat λευκόχροαν 326, hic autem contrarius κυανόχρως πλόκαμος memoratur, quod Neptuni ornamentum unice convenit Polynici bellatori. Iam vero ἀμφίβαλλε aut accipiendum *inter brachia mea coniice* vel *brachiis subiunge pectus* (v. Cycl. v. 60 posthac cit. et s. ἀμφί 2. b.), aut, id quod potius, scribendum ἀντίβαλλε. *Const. M.*] *Stipo, obduco, obruo* (v. s. ἀμπέχειν). (ὕδραν) βέλεσι — ἀμφέβαλλε Herc. f. 422. Unde similitudine deprumta Andr. 800. Ἰλιάδα πόλιν ἀμφέβαλεν φόνῳ. Intrans. (v. s. βάλλειν) εἰς αὐλάν ποτ' ἀμφιβαλεῖς, *subibis*, Cycl. 60. ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν ὠκυπόρῳ πτερῷ, alis *subnitens*, Hipp. 1270. Cf. Ov. ep. ex P. 2, 7, 27. Virg. Aen. 4, 252.

ἀμφίβλημα, *amictus, tegumentum.* βασίλεια ἀμφιβλήματα Hel. 70. πέπλους λαμπρά τ' ἀμφιβλήματα ib. 430. τεύχη πάνοπλά τ' ἀμφιβλήματα Phoen. 786.

ἀμφίβληστρον, *amictus.* τάδ' ἀμφίβληστρα σώματος ῥάκη Hel. 1085. *Septum.* ἀμφίβληστρα τοίχων ὑψηλά Iph. A. 96. V. *Damm.* s. ἀμφιβάλλω extr.

ἀμφίβλητος, *circumiectus, indutus.* ἀμφίβλητα σώματος λαβὼν ῥάκη Teleph. fr. II, 1, nisi hic ut Hel. 1085 legendum ἀμφίβληστρα.

ἀμφίβολος, *circumiectus, indutus.* παρθένια δ' ἐμᾶς ματρὸς σπάργαν' ἀμφίβολά σοι τάδε ἐνῆψα Ion. 1490. Sed intolerabilia verba ἐμᾶς ματ. *Herm.* ἀπ' ἐμᾶς ματ. deleto σπάργανα. Quorum neutrum vel aliquid probabile. Scribendum παρθ. δ' ἐμὰ ματ. σπάργ. etc.: *has tibi fascias a me matre tua virgine contextas indui*; cf. vv. 1413. 1417. 1427. Aptissima enim comparatione velamina puero iniecta appellantur *fasciae.* An *monumenta* sunt s. γνωρίσματα? V. certe *Wund.* ad Soph. O. T. 1006. Ἀμφίβολα vero licet propria vi esse possit *circumiecta* vel abundante notione, tamen nescio an subtilius sit dictum de *ambiguis* s. *arcanis* fasciis quippe arcanum velantibus, sicut Ion. v. 1487 vocatur ὠδὶς κρύφιος. Etiam Tro. 537. κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοις λίνοισι ναὸς ὡσὶ σκάφος — εἰς ἕδρανα — Παλλάδος θέσαν, de *funibus* equo *circumiectis* i. e. alligatis intelligunt. [Non refragor. Verisimile tamen poetam scripsisse ἀμφίβολον i. e. *ambiguum* s. *arcanum* nim. πῶλον, sicut idem equus λόχος dicitur v. 534. *Const. M.*]

ἀμφιβώμιος. σφαγαὶ ἀμφιβώμιοι Troad. 562, *caedes circa* s. *ad aras perpetratae.* De Jon. 52. v. s. ἀμφί, 2. p. 177.

ἀμφιδάκρυτος, *lacrimosus.* πόθον ἀμφιδάκρυτον ἀεὶ κατέχων Phoen. 332, propr. *lacrimis obductum* s. *completum*, quatenus desiderium in oculis potissimum cernitur (cf. Suppl. 49), i. e. *largo cum fletu consociatum, lacrimabile.* Ita *gemitus lacrimabilis* ap. Verg. Aen. 3, 39.

ἀμφιδέξιος duplici potissimum vi usurpatur. Quando est *ambidexter, omni ex parte aptus, aptissimus*, opp. ἀμφαριστερός, δεξιός solita vi exstat, praepositio vero ad notionem eius amplificandam valet *concinnitatis* s. *congruentiae* notionem adspergens; v. s. ἀμφήρης. Pariter ἀμφίγυοι *(rundgliederig)* dicuntur Soph. Trach. 504, qui sunt *concinno* ac *terete corpore*, ut fere sit i. q. δεξιόγυιοι vel εὔγυιοι εὐσώματοι *(wohlgegliedert, drell, rüstig)*; cf. *Ellendt.* s. v. et *Doederl.* Syn. IV. p. 152, 9. Non male igitur schol. ad l. c. ἰσχυροὶ ἐν τοῖς γυίοις. Quam particulae ἀμφί vim induit etiam περί in περιδέξιος; cf. *Buttm.* lex. II. p. 219. Alia vocabuli notio, ubi ad manus vel arma refertur. Quo usu falso putatur modo *anceps* esse modo *uterque* compositionis parte altera δεξιός prorsus supervacua. Imo hic nescio an δεξιός antiquissimam vim obtinuerit, qua ex δέκω (v. s. δέχομαι et δεξιός) factum et cum δάκνω (s. v.) cognatum significat *capiens, prehendens (fassend)*, prorsus ut in formulis Hom. δέχεσθαί τινα δουρί — ἔγχεϊ — τόξοισιν et in δεξίμηλος δεξίπυρος aliis. Similis verbi ἀμφίγυος ratio, quod, ubi ad arma referatur, non solitam *membri*, sed, ut in γύης et γρυπός primariam cur-

caminis notionem habere acute perspexit *Herm.* ad S. Trach. 502, licet Sophoclis in locum significatus ille non quadret. Itaque ἀμφιδέξιος est etiam *utrimque capiens*, quod ubi de manibus dicitur *uterque* sane valet, de ferro *bipennis s. anceps;* verum non supervacanea in his vox δέξιος, sed plane necessaria. οὐκ οἶσει τις ἀμφιδέξιον σίδηρον, ᾧ τόδ' ἅμμα λύσομεν δέρης Hipp. 780; v. *Valck.* Et S. Oed. T. 1243. κόμην σπῶσ' ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς, ubi recte schol. ἀμφοῖν χεροῖν. Cf. Aesch. Teleph. fr. sp. *Erf.* ad h. l. Contra S. O. C. 1112. utique scribendum ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφὶ δεξιόν pro ἀμφιδέξιον, i. e. *applicaminor s. adultiminor dextrum ad latus.*

ἀμφίδοξος, *dubius.* ἀμφίδοξος πελάζω, Dan. prol. 53, *incertus*, num vera an falsa fama. Vid. *Matth.* ad l.

ἀμφικαλύπτειν, *operire, velare.* πυρσοῦ δ' ἀμφικαλύφθη-σόμαι θηρός (leonis) Herc. f. 361.

ἀμφίκρανος, *undique capitibus succinctus.* τὴν ἀμφίκρανον — κύνα ὕδραν Herc. f. 1274.

ἀμφίκρημνος. ἀμφίκρημνον ἄγκος Bacch. 1049, i. e. *vallis convexa s. praeruptis montibus inclusa, convallis.*

ἀμφικρύπτειν, *obtegere.* ὦ πατρὶς Ἰλιὰς — Ἑλλάνων νέφος ἀμφί σε κρύπτει Hec. 908.

ἀμφίλεκτος. οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις Phoen. 503. Schol. ἀμφισβητήσιμος. Male. Imo ut ἀμφὶς φράζεσθαι est *in diversas partes sentire s. dissentire*, ἀμφισβητεῖν (ἀμφὶς βαίνειν) *in diversas partes ire* i. e. *dissidere* (v. s. ἀμφί, 1.), ita ἀμφιλέγειν, *in diversas partes dicere, disputare* et ἔρις ἀμφίλεκτος *controversia, quae in disputatione constat* i. e. *verborum concertatio, disputatio, altercatio,* quod Soph. Ant. 111. νεῖκος ἀμφίλογον dicit. Est enim

ἀμφίλογος i. q. ἀμφίλεκτος. μηδέ ποτ' ἀμφιλόγους ὀργὰς ἀκόρεστά τε νείκη — προσβάλοι δεινὰ Κύπρις Med. 638. Schol. φιλονείκους λόγους καὶ ὀργῆς κινητικούς. Recte: *altercantes aestus s. animi concitationes* poetice pro *exaestuantibus s. efferescentibus altercationibus*, unde explicandi causa statim additur ἀκόρεστά τε νείκη. Sic Hor. Serm. 2, 7, 57. *altercans pavor* pro *pavida altercatione.* Deinde est *in utramque partem disputatus* i. e. *ambiguus* (streitig). ἀμφίλογα δίδυμα μέμονε φρήν, σε πάρος ἦ σ' ἀναστενάξω Iph. T. 655.

ἀμφιμήτωρ, *bimatris.* οὔποτε δὴ δίδυμα λέκτρ' ἐπαινέσω — οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους Andr. 467. V. s. ἄν.

Ἀμφιόνιος. Ἀμφιονία λύρα Phoen. 831.

ἀμφιπιτνεῖν, *amplecti.* ἀμφιπιτνοῦσα τὸ σὸν γόνυ καὶ χέρα Suppl. 278. V. s. πιτνεῖν.

ἀμφιπλέκειν, *circumtexere.* κείσθω δόρυ μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις Erechth. fr. XIII (VI), 1.

ἀμφίπολος ap. Eurip. et de femina et de mare dicitur (vid. *Ellendt.* s. v.) denotatque proprie eum, qui *circa* aliquem eique praesto est (v. s. ἀμφί, 3.). Itaque non de servo vel famulo frequentatur, qui heri sub potestate est, sed de eo, qui *munere fungitur* vel *famuli* atque *ministri* vel *comitis* atque *satellitis.* V. *Damm.* s. v. Quin fit ut etiam ἀμφίπολος rursus servarum ministerio utatur, sicut Iph. T. 1114. chorus de se dicit: τᾶς ἐλαφοκτόνου θεᾶς ἀμφίπολον *(ministram)* κούραν (Iphigeniam) λατρεύω. Hinc ἀμφίπολος *(minister* vel *cultor)* Ἄρεος ἀνιέρου fr. inc. tr. CXII. οὐ μὰν — τις ἀμφιπόλων στατίζεται ἀμφὶ πύλας Alc. 89. ἀνὰ δὲ δρομάδες ἔθορον — ἀμφίπολοι Φρύγες Or. 1417, *famuli s. satellites* Helenae, quorum munus describitur v. 1426 sq. λάβετ', ἀμφίπολοι *(sociae s. ancillae)* γραίας Suppl. 1115. [Alius generis locus Soph. Trach. 860, ubi ἀμφίπολος Κύπρις est *quae hic illic* (ἀμφί; s. v. 1.) *est* (πέλει), *huc illuc cursat, sedula, laboriosa. Const. M.*]

ἀμφιπτυχή, *amplexus.* δὸς χερὸς φίλημά μοι σῆς σώματός τ' ἀμφιπτυχάς Ion. 519.

ἀμφίπυλος, *biforis.* ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελάθρου βοὰν ἔκλυον Med. 134. Quo de loco disserit *Boettiger.* in prima de *Medea* prolusione *(Matth.* Misc. Philol. I. p. 120. not. *), monens duplicem fuisse ianuam in aedibus Graecorum unam αὔλειον, quae universum aedium ambitum clauderet, unde exitus in plateam et quam qui intrasset, aula s. vestibulo superato ad cubicula coenacula et peristylia perveniret (ἀνδρῶνας), alteram μέταυλον, qua in interiorem partem aedium, gynaeconitin, aditus pateret. Hic versantem Medeam ingentes clamores sustulisse, qui per duplices fores exaudiri possent. Haec ille cum aliis (v. sp. *Matth.* ad l.) eruditissime. In quibus duo non leviter offendunt, primum, quod inaudito more usurpatum esset compositum ἀμφίπυλος, deinde, quod μέλαθρον non de *domo*, sed de singulo diceretur *cubiculo*, qui nusquam opinor vocabuli significatus. Nec magis probaverim scholiastae et *Elmsleii* interpretationes, quorum ille iungit ἐγὼ ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου οὖσα ἤκουσα φωνῆς ἔσω τοῦ μελάθρου, *Elmsl.* ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου μελάθρου οὖσα ἤκουσα φωνῆς ἔσω. Sed illud quidem recte videtur factum a schol. quod ἀμφίπυλος substantivo sensu accepit, ita ut de ipsa ianua alterutra intelligatur. Atque magni hac in re ponderis *Pollux*, qui I. c. VIII. §. 76: μέρη δ' οἰκίας, αὔλειος *(vestibularis)* θύρα, κηπαία *(hortensis)* θύρα, ἀμφίθυρος, ἣν Ὅμηρος ὀρσοθύρην καλεῖ, ὡς οἱ πολλοὶ πλαγίαν θύραν. Quamquam de hac ipsa ὀρσοθύρᾳ maxima doctorum dissensio ac dubitatio. Grammatici veteres, ut *Eustath.* p. 1921, 15, fere in eo consentiunt, ut

sit θύρα τις ἐπίσημος ὑψηλοτέραν πρόσβασιν ἔχουσα. Item *Hesych.* s. v.: πᾶσα θύρα μὴ ἔχουσα τὸν βαθμὸν πρὸς τῇ γῇ, ἀλλ' ἀπέχουσα τοῦ ἐδάφους, οἷον θυρίς. *Photius* p. 350. *Bachm.* anecd. I. p. 321, 7. θύρα ἐν ὕψει τοῦ τοίχου. *Etymol. M.* p. 634. θυρίς τις ἔοικεν ἐπὶ τὴν δημοσίαν ὁδὸν φέρουσα. Rursus interpretes ad *Poll.* l. c. vel de ianua intelligunt, per quam ad superiorem domus partem adscenditur, vel, ut *Kuchn.*, quae est ἀμφὶ τὴν αὔλειον, vel quae ex adverso aliam sibi habet oppositam, quae ἀντίθυρος dicitur. His omnibus nihil efficitur. Una in sobria etymologia salus. Ac stirps quidem vocabuli manifesto est ὄρω ὄρνυμι ὀρούω. Ita iam *Eustathius* l. c. θύρα, εἰς ἣν ὄρνυταί τις, et *Etym. M.* l. c. εἴρηται παρὰ τὸ ὀρούειν εἰς αὐτήν, nisi quod perperam et prior εἰς ἣν pro δι' ἧς et alter ἐπ' αὐτήν pro δι' αὐτῆς. Ut igitur ὀρσόθρα denotat ὀπήν, δι' ἧς ὄρνυται ὕδωρ [ὑφοῦ] (*Eustath.* l. c. 18), ita ὀρσοθύρα est *ianua*, per quam quis e cubiculo ὄρνυται i. e. *aufugit s. elabitur* (cf. *schlüpfen*, Schlupfwinkel). [Quam derivationem ipse Homerus comprobat Od. χ', 130 eodem fere sensu, quo paulo ante ὀρσοθύρη, usurpans ἐφορμή, i. e. ἔξοδος (*schol.*), *effugium* (Tac. Ann. III, 42). Itaque ὀρσοθύρη eadem est ianua, quae alias vocatur πλαγία θύρα (v. Poll. l. c.) παραθύρα, ψευδόθυρον, κηπαία (v. *Kuchn.* ad Poll. l. c.), et quae Latinis est *posticum* vel *ianua subsidiaria*, *Seitenthür*, *Hinterthür*, *Winkelthür*. Ita Simonides ap. *Etymol. M.* p. 634, 6. καὶ τῆς ὄπισθεν ὀρσοθύρης ἠλεύμην (*Buttm.* lexil. II. p. 147, 3. ἠλευάμην sc. αὐτόν), fere ut Horat. epist. I, 5, 31. *atria servantem postico falle clientem*, quod optime *Ern. Guenther: lauern Klienten dir auf an dem Vorhof, schlüpfe durch's Pförtchen.* Gravissimus autem locus pariter ac difficillimus et quem nemo adhuc interpretum, ne *Vossius* quidem, penitus perspexit Homeri est in Od. χ', 126 sqq. ὀρσοθύρη δέ τις ἔσκεν ἐϋδμήτῳ ἐνὶ τοίχῳ· ἀκρότατον δὲ παρ' οὐδὸν ἐϋσταθέος μεγάροιο ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην etc. (v. impr. v. 132). Cuius loci quae sit ratio satis plane cognoscitur ex accurata domus Ulixeae delineatione, quam vernaculae versionis calci adiiciendam curavit *Vossius*. Erat enim ὀρσοθύρη ista procis contra Ulixem stantibus atque effugium circumspicientibus a dextro latere per eamque fugientem gradus aliquot e pavimento conclavis paulo depressiore ferebant (unde v. 132. ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίνειν). Horum *altissimum* seu *limen* transgressus (ἀκρότ. παρ' οὐδόν) primum *viam* (ὁδός v. 128) intrabat praeter conclave pertinentem indeque aut recta progressus per scalas in Ulixis cubicula, ubi arma erant deposita (v. 142 sq.), aut sinistrorsum circa angulum conversus per *angustum iter* (λαύρη v. 128. 137) *ianua firma* praeclusum (v. 37)

in atrium (πρόδομον) et aulam perveniebat (v. schol.). *Const. M.*] Ad Pollucem redeo. Qui quum ὀρσοθύρην etiam ἀμφίθυρον nominet, Euripidem quoque consentaneum est vocabulo ἀμφιπύλου *posticum* illud sive ὀρσοθύρην significare: apparet enim hanc portulam non eadem in omnibus aedibus parte, sed modo a transverso, ut ap. Homerum, modo ex adverso principalis ianuae fuisse, unde ap. Euripidem dicitur ἀμφίπυλος i. e. *quae alteram sibi ianuam oppositam habet* (v. *Kuehn.* l. c. ad ἀμφίθυρον). *Hac* igitur in ianua (ἐπ' ἀμφιπύλου) clamantem Medeam exaudivit chorus. [Ex Polluce sane collegerit aliquis ὀρσοθύρην etiam ἀμφίθυρον et ἀμφίπυλον vocatam esse, quatenus alteri ianuae *oppositi* fuerit. Sed hoc ne opinemur prorsus interdicit praepos. ἀμφί. Num quam enim verba cum ἀμφί composita id ipsum indicant, quod alteru sibi habet oppositum. Imo ut ἀμφικύπελλον est *quod utrimque* est p culum (*Doppelbecher*), ἀμφικάρηνον *quod utrimque caput habet* (zwe köpfig), ἀμφιπλήξ *quod utrimque percutit* (v. s. ἀμφιδέξιος et ἀμφ τρής), ita enim ἀμφίπυλον nihil aliud esse potest quam *quod utrimq fores s. duplicem forem habet.* Quod ita intelligere, ut Medea dicat intra aedes (ἔσω μελάθρου) *in ianua* vel *ad ianuam duplici valva structam* (ἐπ' ἀμφιπύλου) clamores edere, absurdum: ibi enim con tisse Medeam chorus extra aedes versans divinare profecto non pot Restat igitur ut ἐπ' ἀμφιπύλου μελάθρου iungas hoc sensu: *intra ae duplici ianua* (αὐλείῳ et μεταύλῳ) *instructas audivi clamores:* q unice verum. Atque ita iam *Pflugkius*, nisi quod *Boettigero* hanc expli tionem tribuit, cuius longe est alia (v. supra). Rem conficit ἀμφίθυ οἰκία apud Lysiam (v. *Schneid. Epimetr.* ad Xen. Mem. [Lips. 1801] p. 29 οἶκος ἀμφίθυρος ap. Soph. Phil. 159, et quod ipse habet Eurip. Phoen. 308. βοὰν ἔσω δόμων κλύουσα — ἕλκω ποδὸς βάσιν. Quae qu ita sint, Pollux aut corrupta refert aut ipse corruptus est et corrig dus: αὔλειος θύρα, κηπαία θύρα, ἀντίθυρος, i. e. *antica ianua, stica ianua, quae anticae opposita est.* Cf. Hom. Od. π', 159. *Const.*

ἀμφίπυρος, *prorsus igneus, flammeus.* κεραυνὸν ἀμφίπυ Ion. 212. ἀμφιπύρῳ φλογμῷ Hec. 473, *Flammenbrand.* ἀμφιπύρ πεύκας Ion. 716. βροντᾷ ἀμφιπύρῳ Hipp. 559; schol. τῇ μετὰ ἀστ πῆς βροντῇ: recte; v. s. ἀμφί, 3.

ἀμφιτιθέναι, *imponere, circumdare, induere.* κἄνπερ — κόσ ἀμφιθῇ χροΐ Med. 787. στέφανον — ἀμφέθηκά σοι Ion. 1433. Ἀ μέμνονα — στέφανον δὸς ἀμφὶ κρᾶθ' ἑὸν — ἀμφιθεῖναι, *ornare,* A. 1531. Sic recte *Seidl. Dind.* pro vulg. κάρα τεόν. ἀμφιθεῖνα δερῇ θέλω χέρας Or. 1042, *brachia cervici dare.* τύμβῳ ἀμφέθ μυρσίνας El. 512. *Circumdare, obtegere.* μ' ἀμφιθεὶς κάρα πέπ Hec. 432. Cf. Soph. O. T. 807 sqq. *Matth.* gr. §. 421. not. 5.

ἀμφιτόμος, *bipennis* (Quint. 1, 4, 12). ἀμφιτόμου λόγχας Hipp. 1375. ξίφεσι ἀμφιτόμοις El. 164. De tono vid. *Goettl.* de acc. p. 317, 3, a.

ἀμφίτορνος, *circa rotundus, conglobatus.* ἀμφίτορνον ἀσπίδα Troad. 1156.

ἀμφιτρής, ἡ (v. *Matth.* gr. §. 125, 7), *locus cavernosus s. rimosus.* εἶμι καίπερ ὢν τυφλὸς δι' ἀμφιτρῆτος τῆσδε προσβαίνων πυθί Cycl. 702. Significatur enim rupes non aequalis, sed aspera et *rimarum foraminumque plena* a cribro ducta similitudine. Per illam Cyclops incedere conatur vel caecus. Et quidem ἀμφιτρής et subst. et adi. ab ἀμφίτρητος ita differt, ut hoc dicatur de rebus hominum demum opera *perforatis*, illud vero de rebus natura *foraminum* vel *rimarum plenis*; v. s. ἄκλαυστος. Hinc. S. Phil. 19, ubi adiectivo sensu legitur δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου i. e. ἀμφιθύρου vel διστόμου (v. 16), perversa glossa Suidae: ἀμφίτρητον, τὸ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τετρημένον ἄντρον, siquidem spelunca non hominum arte, sed ipsa natura fabricatrice *biforis* est. V. *Matth.* gr. p. 286. not. 1.

Ἀμφιτρίτη, n. pr. ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ Iph. T. 426.

ἀμφιτρυχής. δυσόρφναια δ' ἀμφιτρυχῆ τάδε σκότι' ἀμείβομαι Phoen. 329. *Hesych.* ἀμφιτρυχῆ, κατερρωγότα. Ald. rell. ἀμφιτρύχη, unde scribunt ἀμφὶ τρύχη. V. *Matth.* ad l. At sine dubio recte habet, quod etiam altera codd. scriptura ἀμφιτρίχη commendat, ἀμφιτρύχη ab ἀμφίτρυχος, quod formatum ut ἀμφίμιτος ἀμφίνεικος: refertur enim ad Iocasten *pannis obsitam (umlumpt).*

Ἀμφιτρύων, n. pr. Ἀργεῖον Ἀμφιτρύων', ὃν Ἀλκαῖός ποτε ἔτιχθ' ὁ Περσέως Herc. f. 2. Ἀμφιτρύωνος ἶνιν, Herculem, ib. 354. Compellatur ib. 278. 315. 701.

ἀμφιφανής, *pervulgatus.* δῆλα καὶ ἀμφιφανῆ καὶ ἄκρυπτα Andr. 835.

ἀμφιχορεύειν, *in modum chori circumvolvi.* περὶ δ' — νὺξ — ἄκριτός τ' ἄστρων ὄχλος — ἀμφιχορεύει (*saltat*) Pirith. fr. II, 5.

ἀμφίχρυσος, *inauratus.* ἀμφίχρυσον φάσγανον Hec. 543, *vergoldet.*

Ἀμφίων, n. pr. τὼ λευκοπώλω — τυραννῆσαι χθονὸς (Θηβαίων), Ἀμφίον' ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός Herc. f. 30; cf. Phoen. 116. Suppl. 663. Antiop. fr. II.

ἄμφοδος. Exstat haec vox in Antiop. fr. II. ap. *Etymol.* M. p. 92, 4. λέγει δὲ Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ἐτυμολογῶν (v. *Valck.* Diatr. p. 62.) τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον, ἤγουν παρὰ τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι. At Aristoph. Thesmophor. fr. V. p. 141. ed. *Dind.* et ap. *Polluc.* IX, 36. ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα, quibus verbis irridet etymologiam Euripidis, et *Etymol.* M. l. c. 27.

ὁ δὲ Ἀριστοφάνης κωμικευόμενος λέγει ὅτι οὐκοῦν Ἄμφοδος ὤφειλε κληθῆναι, satis demonstrant in Euripidem cadere non posse irrisionem suae ipsius etymologiae, sed ap. *Etymol.* M. l. c. ex glossa ἦγουν παρὰ τὴν ὁδὸν legendum esse παρὰ τὸ ἀμφ' ὅδον, quae est etiam *Sylburgii* coniectura ad Etymol. p. 760, et quam ipsam lectionem MS. ap. *Valcken.* l. c. exhibet. Huc pertinet *Hygin.* fab. 7. *alterum autem Amphionem (appellarunt)*, ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν. Itaque Euripidis nil nisi verba ἀμφ' ὁδὸν sunt, *ad viam.*

ἀμφορεύς, *amphora.* ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα Cycl. 326. Putant per syncopen formatum esse ex ἀμφιφορέυς. Quae inaudita esset syncope. Imo est i. q. ἀναφορεύς atque aut activa vi dictum *instrumentum* quodlibet *portatorium* s. *vectem (Träger)* denotat aut passiva vi quodcunque *suffortur, sustinetur, portatur, feretrum (Trage).* Itaque non male *Ruhnk.* Soph. Camic. fr. V. πιστοί γε κωχεύουσιν ἀμφορεῖ δέμας; quo ducere putat glossam *Hesych.* ἀμφορεῖ· τῷ ἀμφορίῳ, φορτίῳ. At idem *Hesych.* s. κωχεύουσιν pro ἀμφορεῖ δέμας — ἐμφοραιδέσμας, — unde *Dind.* probabilius ἐν φορᾷ (v. fragm. Poet. Scen. Gr. p. 43). [Sed φορά ubi est *feretrum?* Mahm igitur ἐν φορεῖ vel ἀνὰ φορεῖ. *Const. M.*]

ἀμόφτερος, *uterque.* Singularis. θάρσει — ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ; *alter*: ἀμφότερον· ἀπολείφθὲν γὰρ οὐδὲν θάτερον. Phoen. 754. Pluralis. μία δ' ἀμφοτέρους ἄτη πατέρων διέκναισεν El. 1306. εἰς ἀμφοτέρους τοίχους μελέων. Tr. 118.

ἄμφω, *ambo.* πρὸς δὲ γόνυ χέρας ἱκεσίους ἔβαλον Ἑλένας ἄμφω Or. 1415. περιβαλοῦσ' ἀμφοῖν χέρας Phoen. 1468. κάμακος ἀμφοῖν χεῖρ' ἀπεστερημένοιν ib. 1412. ἀμφοῖν ἂν εἴην τοῖνδ' ὑπηρέτης ἐγώ Ion. 986. ἄμφω δ' ἅμ' ἐξέπνευσαν — βίον Phoen. 1463. καὶ κῶλ' ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν νεανίαιν — ἠκοντίζετο Iph. T. 1369. ἀλλήλοιν πέλας πίπτουσιν ἄμφω Phoen. 1433. ξυνάπτετον πόδα ἐς ταὐτὸν ἄμφω ib. 38. τόδ' ἴσον ὑπὲρ ἀμφοῖν λέγεις Iph. A. 641. ἄμφω γὰρ οὖν ψευδόμεθα τοῖς λόγοις ἴσως ib. 846. Or. 1051. τάδ' — προσφθέγματ' ἀμφοῖν τοῖν ταλαιπώροιν πάρα est e. coni. *Lobeckii* ad Ai. 610 (ed. 2.) pro ἀμφὶ τοῖς ταλαιπώροις. At vid. s. ἀμφί, 2. Recte enim *Matth.* „nulla vis esse potest in eo quod duo sunt, non unus vel plures." Ut ἀμφί (s. v.), ita ἄμφω stirpem ducit ab ἅμα (s. v.) permutata aspiratione ut in ἕκω — ἥκω. Proprius igitur vocabuli locus, ubi *hic et illic* vel *unus et alter simul* quid agunt vel patiuntur. Cf. *Buttm.* lex. p. 218, 3.

ἀμφώβολος. μεσάγκυλ' ἕκλυτοί τ' ἀμφώβολοι σφαγῆς (v. s. σφαγεύς) ἐχώρουν βουπόροι Andr. 1134. Intelligunt *missilia. Eustath.*

ad Od. p. 1405, 27. ὁ ὄβολος ἐκ τῆς βολῆς καὶ τοῦ βάλλειν γίνεται καθὰ καὶ ὁ ὀβελός. Hinc ἀμφώβολος est *veru* vel *hasta, utrimque s. duos habens dentes, furca*, ut πεμπώβολος, *quinque habens dentes.* Sunt enim h. l. ἀμφώβολοι *verua*, quibus victimarum carnes affigi, ut σφαγεῖς *cultri*, quibus intercidi solitae. Quod ἀμφωβόλων genus nescio an significet Soph. fr. inc. CV, 41. ap. *Eustath.* p. 1405, 30 et *Hesych.* s. v. ἀμφώβολα· αἱ διὰ σπλάγχνων μαντεῖαι: haec enim oracula fuisse videntur, quae e visceribus *veru affixis* et observatis ederent.

Ἄν particulam ad *condicionem* referri indeque *fortuita* atque *incerta* significare inveterata est et communis fere omnium grammaticorum opinio. Ita praecipua voculae in membris condicionalibus usurpatio doctorum animos occupavit et obtudit, ut maximi quique et sagacissimi in vi ista condicionali enodate explicanda et constanter persequenda cruciare sese quam de alia vel cogitare mallent. Inter quos neminem esse mirere magis quam, qui rerum novarum cupidissimus est, *Hartungium* Part. II. p. 216 sqq. Is vero, quamquam etiam hic stupendam saeculorum inscitiam olfecisse sibi visus eruditissimum quemque singulari, ut solet, misericordia prosequitur, tamen ipse tantum abest ut quidquam profecerit, ut, quae ab aliis non recte erant disputata, eodem errore captus confirmarit, quae plane et explicate, nimia subtilitatis et dialecticarum captionum affectatione implicuerit et conturbarit. Tandem nuper errorem sensit et quodammodo detexit *Boeumleín.* in Hermanniani de ἄν particula libelli censura ephem. Darmst. 1835. p. 474 sqq., qui multum potuisset loco obscuro et perturbato luminis afferre, nisi etymologiam, quae una certissima in re incerta dux est, in auxilium vocare consulto neglexisset. Nolo hic iterum opinionis tralaticiae vanitatem ac pravitatem demonstrare. Quid etiam verbis opus, ubi res ipsa loquitur? Fac enim Graecos adi et varios particulae usus integre ac sine studio pensita: facile videris centenis a locis et *condicionis* et *fortuiti* vel *incerti* notionem plane alienam esse, centenis autem in locis enuntiari quidem *incertum* aliquid, sed in solo optativo, non in ἄν particula, hanc vim inesse. Quamquam id ipsum *Hermanno* potissimum accidit, ut particulae tribueret quod erat optativi. Quin totum *incertum* ac *fortuitum*, cuius notionem particulae iniungunt, ex illo maxime fonte manasse dixerim. Utinam vero ne *Rostius Sommeri* se somnio imbui passus esset, verum ἄν et κέν particulas eadem trutina pensasset. Sic enim ille de κέν in gr. §. 120, not. 2: „Das epische κέ gesellt sich zu dem Satze, um Sicherheit der Behauptung, Festigkeit der Zusage, Trotz der Verweigerung, Kühnheit der Vermuthung, Zuversicht der Hoffnung, Gewissheit der Befürchtung, Bitterkeit der Ironie und überhaupt Treuherzigkeit und innere *Ueberzeugung* bei jeder Art von Aeusserung anzudeuten und die

Rede durch Zugabe eines Druckes der Empfindung affektvoll zu machen." Quod si de ἄν et κέν dictum putaveris, divinam habe et qua nihil umquam verius exstitit particularum descriptionem. Ut enim ad ipsam rem veniam, perverse *Max. Schmidt.* de pron. p. 15 ἄν ex ἴ demonstrativo, praepropere *Hartung.* Part. II. p. 225 ἄν ex *an* interrogativo et κεν ex *quam* particula disiunctiva, prave *Stuerenburg* ad Off. Comment. II. p. 168 sq. ἄν ex ἀμός et κε ex κις i. e. τις, non recte denique *Herm.* de part. ἄν p. 4 sq. κέ ex καί et ἄν ex ἀνά praepositione deducit, ἄν sane quidem descendit ab ἄνα (s. v.), sed ab antiquiore adverbio, non praepositione, et longe alia quam plerique opinantur via. Constat enim inter primarias huius adverbii notiones eam esse, qua motum *retrogradum (re—retro)* et prioris status immutationem vel *dissolutionem* exprimit, ut in ἀναχωρεῖν, *recedere*, ἀνακαλύπτειν, *retegere*, ἀνεύχεσθαι, *revocare*, ἀναίνεσθαι, *reprobare.* Hinc ortum ἀπό (s. v.), hinc privativum ἀ — ἀν — ἄνευ, hinc ἀλλά (s. v.), hinc etiam ἄν particula. Est igitur ἄν proprie *refragantis, tollentis, denegantis.* Quum vero alterius sententiam non tollas vel deneges nisi ut aliam ipse mente conceptam habeas et tamquam veram ponas, quumque sententia, quae aliis sublatis et exclusis tamquam vera ponitur, vim quamdam et affirmationem habeat, hinc ἄν est *ex sua aliquid sententia tamquam certum ponentis, asserentis (assertorisch), affirmantis.* Quae si quis argutius excogitata putet, meminerit de *logica* hic agi *negationc, logicam* autem *negationem*, qua quid concluditur, plane differre a *reali*, qua *esse* et *non esse* opponuntur, meminerit eius, qui ponit *hoc ita est, haec vera rei ratio est*, negativam esse conclusionem, hoc est, eum inscium quasi et ipsa mente pueruli instar deductum non *ponere* quid et affirmare nisi ita, ut aliud quid cogitatione *negaverit* atque excluserit. Quam tacitam mentis agitationem unus omnium acutissime indagavit atque perspexit *Hegelius.* [Quamquam non refragor, si quis a talibus abhorrens et ἀλλά et ἄν cum ipso intensivo ἄν (s. ἀνά) cognatum existimare malit. Sed duos errores cane peius et angue caveas. Primum *Sommero* ne credas et *Rostio* gr. §. 120, not. 1 ἄν et κέν particulas et vi et usu diversas esse: sola enim sermonis differentia differunt (cf. *Matth.* gr. p. 1429. not.). Deinde ad miseram particularum *condicionalem* vim ne relabaris: est enim prorsus *affirmativa.* Et ἄν quidem stirpitus ambae sonabant. Sed ut ex ἄϝω — κάπω, ex ανχή — καύχη, ex ἴω — κίω, ex ἀλινδέω — καλινδέω (*Buttm.* Lexil. II. p. 167), ea ἔω (ἧμαι) — κέω (κεῖμαι), ex ἰέω (ἵημι) — cieo, ita ex ἄν condensato spiritu in antiquiore sermone orta est altera forma κάν, quam olim in usu fuisse docet *Hartung.* Part. II. p. 225, et ν exstincto κά, quam Dorum πλατειασμος suam fecit. Neutra probata Ionismo. Is enim ut ἄρσην in ἔρσην, τέσσαρες in τέσσερες, ὁράω in ὁρέω,

ita κάν et κά suo more immutavit in κεν et κε. Similem vocalium ex communi radice derivationem proposuit *Rost.* in novissima Dammiani lexici editione p. 94, cuius quo limatius hic est et intelligentius de particularum natura iudicium, hoc magis doleas eum in gramm. l. c. prorsus ab hac sententia destitisse. *Affirmativam* autem particularum vim hebetem esse oportet qui non prima statim specie deprehendat his in locis: *οὐ δῆτ' ἐπεί τἂν μεγάλα γ' ἡ Τροία στένοι, εἰ φευξόμεσθ' ἕν' ἄνδρα* Cycl. 198, ubi vide quam misere ac paene aniliter dixisset Ulixes: *denn Troja dürfte vielleicht schwer seufzen.* Enimvero nervose dicit: *siquidem graviter profecto ingemiscat Ilium, si unum virum fugiemus.* Hel. 1047. Menel. *πείσειας ἄν τιν' — ὥστε νῶν δοῦναι δίφρους;* Hel. *πείσαιμ' ἄν.* *Forsan* in re suspensa respondere quam insulsum. Aut negare aut affirmare debebat Helena. Et vero affirmat: *sane persuadeam.* Alc. 180. *σὲ δ' ἄλλη τις γύνη κεκτήσεται, σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.* Ubi puer videt opponi ἄν et ἴσως sensumque esse: *castiorem tibi uxorem non fore certum est, sed fieri potest ut sit felicior.* Suppl. 608. *τὸν εὐτυχίᾳ λαμπρὸν ἄν τις αἱροῖ μοῖρα πάλιν· τόδε μοι θρασος ἀμφιβαίνει.* Quod intellectum volunt: *felicem forsitan fortuna rursus deiiciat: haec mea fiducia est.* At non in dubiis atque incertis, sed in certis et indubitatis fiducia ponitur. Itaque, *certe*, inquit chorus, *felicem fortuna rursus deiiciat.* El. 399. *ἴσως ἂν ἔλθοι· Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι χρησμοί.* Ubi egregie absurdum dici *fortasse veniet*, sed incertum (ἄν): *nam Phoebi certa oracula.* An certa oracula, quae incerta praedicunt. Imo *certa*, inquit Orestes, *Phoebi oracula; hinc valde* (ἄν) *probabile* (ἴσως) *fratrem venturum esse.* Hipp. 1062. *πάντως οὐ πίθοιμ' ἂν οὕς με δεῖ.* An etiam hic tibi vis: *omnino fortasse non persuadeam quibus oportet?* Non puto. Certe ipse *Herm.* de part. ἄν p. 11: „est ἄν et κέν sumentis aliquid, sed non contendentis: qui ubi iam non sumit, sed contendit, *contrario* utitur vocabulo *πάντως*.“ Omnium clarissima vero *affirmativa* particulae potestas talibus in locis, ubi alia vox *affirmativa* vel ipsi ἄν adiuncta vel certe in vicinia est. Huc pertinent quam alia innumera tum Alc. 92. 467. Hipp. 90. 480. 1043. Or. 109. Iph. A. 1022. Cycl. 198, huc *ἐάνπερ, ἐάν γε, ἐὰν δή, ὅσπερ ἄν, κἂν εἰ, ὥσπερ ἂν εἰ* etc. An fieri posse putas ut duae pluresve voculae consocientur, quarum una *certum*, altera *incertum* exprimit? Huiusmodi igitur in locis, qui longe plurimi, aliena prorsus et inepta *incerti* vel *fortuiti* significatio est. Et apta nusquam. Quin etiam talibus in locis, ubi vel haec vel *condicionis* notio aliquo modo tolerari posset, si *affirmationis* pro ea valentem quasi ac roborantem succum sententiae suppeditaris, dici non potest, quantum sanguinis derepente atque coloris accipiat oratio. Con-

ficit rem quod omnis illa vulgaris opinio falsissima nititur argumentatione. Ratiocinantur enim: *ἄν condicione addenda id, quod aliter certum definitumque esset, incertum et infinitum reddit (Herm.* l. c. p. 6), vel, *ἄν et κέν spectat ad ea, quae fortuita sunt i. e. ex aliqua condicione pendent* (ib. p. 12). Quae duobus vitiis laborant. Primum enim propositio vitiosa est, siquidem ad condicionem *ἄν* referri mera est coniectura. Deinde, si etiam condicionem significaret *ἄν*, tamen quod inde concludunt falsum est. Nam ipsa quidem condicio sive ea, quae condicione aliqua enuntiantur, fortuita sunt atque incerta; at quae impleta condicione consequuntur tantum abest ut sint incerta, ut certo ac necessario consequantur. Ita si Bacchus in cognomine fab. 945 dicit *δύναι' ἄν, εἰ βούλοιο, voluntas* quidem incerta et nunc est et esset, si scriberetur *εἰ βούλει*, at *si voluntas* adest, *certo consequitur* ex opinione Bacchi (optat.), ut etiam *potestas* adsit. Et quid aliud spectantes et nos *dann* vel *so* et Latini *tum* in apodosi membrorum condicionalium usurpant, nisi ut certa illa consequentia significetur? Scilicet *dann, so, tum, τότε* utpote proprie demonstrativa (*da—nn, t—um, τ—ότε*) certum temporis momentum designantia rem ipsam ut *certam* ponunt et *affirmant*. Irrita igitur omnis quam particulae tribuunt *incerti* ac *fortuiti* notio. Sed etiam *condicionis* notionem voculae et stirps et usus respuit. V. s. II. et *Baeuml.* l. c. p. 475 et 477. Et profecto diu non potuit lingua nitidissimis coloribus et ornamentis defraudari, ut non unus alterve veram particulae potestatem vel auguraretur vel etiam inscius cognosceret. Penitus *κεν* perspexisse *Rostium* iam supra dictum. Neque ei eum et *Sommerum* puto in discrimen illud mirabile incidisse, nisi vera particularum notio eorum animo obversata esset. Quum enim hanc revocare vellent nec pristinam abiicere auderent, alteram alteri particulae attribuebant. Etiam *Reisigius*, quamvis non raro balbutiat, tamen *ἄν* cum *optativo* et *futuro* iunctum rectissime interpretatus est de part. *ἄν*. Quem secutus optime *Krueger.* ad Xen. An. 2, 3, 18: „*saepe ἄν futuro iungitur rei probabilitatem extollens (sicherlich).*“ Neque quod *Baeuml.* l. c. p. 479 et 507 exprimere *ἄν* contendit „*die Setzung eines Wirklichen*“ a veritate longe abest. Quin ipse *Hermann.* Opusc. IV. p. 380 non pauca particulae cum opt. vel indic. iunctae exempla affert, quae „*et restrictionem* omnia et *asseverationem* admittant.“ Cf. Vig. p. 823. Denique omnes hanc affirmativam vim inscii concedunt, quum doceant *ἄν* et *κέν* commode plerumque verti *wohl*. Omnino commodissime vertuntur: nam prorsus sibi invicem respondent. At enim *wohl* illud pessime vulgo creditur sententiam debilitare; imo affirmat idemque fere est quod *sicherlich*, *gewiss*. Ut si dicas: *ich werde wohl kommen*, quid aliud est quam *venturum me certum puto, sane veniam*, *ἔλθοιμ' ἄν*. *Const. M.*]

Venio ad usum particulae. Cuius quum logica proprie seu ratiocina-
vis sit, hoc est, quum qui ea utitur ex eo, quod aliud quid *non est*,
d quid *esse* concludat (v. supr.), apparet praecipuum eius usum esse
I. in *apodosi* enuntiationum condicionalium seu *connexorum*, quae
unt philosophi: est enim connexorum haec ratio, ut ex hypothesi ali-
id ratiocinando deducatur vel certo consequi dicatur. Quam consequen-
m ut *tamquam certam ponant* apud nosmet vocabulorum *dann* et *so*,
pud Graecos ἄν particulae provincia est. Atqui huius proprium, ut non
facta, sed ad *cogitata* referatur. Hinc
1. propria eius in sententiis condicionalibus cum *optativo* coniunctio
, III.), et quidem a) post ἐάν, ἤν cum *coniunctivo* (s. III, 3). In qui-
us hic est sententiarum nexus ac modus: si unum aliquid fiat (per rerum
cessitudinem), *tum* (ἄν) alterum aliquid futurum esse cogito (opt.).
ν δ' ἤν γ' ἱρωτᾷς εἰκότ', εἰκότ' ἂν κλύοις Iph. A. 1134. Cf. Ion.
7. Hel. 1092. Simillima vi praecedit ὅταν c. coni. Or. 700. ὅταν δ'
ῇ πνοὰς, τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως ὅσου θέλεις. Cf. *Matth.* gr. p.
03 sq.
b) Post εἰ cum *optativo*. Ubi dicitur: si unum aliquid fiat (ex
gitatione mea), tum (ἄν) alterum aliquid futurum esse cogito
pt.). V. *Matth.* §. 523, 3. εἰ γὰρ λαβὼν ἕκαστος ὅ τι δύναιτό τις
ητῶν — εἰς κοινὸν φέροι, κακῶν ἂν αἱ πόλεις ἐλασσόνων πειρώ-
ναι τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖεν ἄν Phoen. 1022 sq., ubi ἄν supponit (apo-
sis) id quod *certo s. revera* consequatur, *si* prius fiat. De iteratione par-
culae v. s. V. Neque aliter στείχοιμ' ἄν, εἴ τις ἡγεμὼν γίγνοιθ' ὁδοῦ
l. 669, i. e. *sane* (bono animo) *aggrediar, si quis me ducat*. Ita in qua-
is sententia condicionali per optativum elata. αἰδοίμεθ' ἂν Ἀγαμέμνον',
φαίοιμεν ὧν μή μοι θέμις Iph. A. 833. κλαίοις ἄν, εἰ πράσσοις
μὴ πράσσειν σε δεῖ ib. 306. εἴ μοι ξυλλάβοι, χαίροιμεν ἄν Ion. 331
ναι' ἄν, εἰ βούλοιο Bacch. 945; v. supr. πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἄν,
ζῶντ' Ὀρέστην — αἴσθοιτ' ἔτι El. 418. εἰ καὶ τὰ λοιπὰ τῆς τύ-
ης εὐδαίμονος τύχοιτε, πρὸς τὰ πρόσθεν ἀρκέσειεν ἄν Hel. 706; cf.
deleag. fr. VII (IX). In interrogando. θέλοις ἄν, εἰ σώσαιμι σ', ἀγ-
ίλαί τί μοι; Iph. T. 582. His omnibus in locis ἄν rectissime adhaeret
psi verbo. Quod enim ad collocationem particulae, plerumque illa quidem
ndet ex arbitrio scriptoris, ea tamen cum exceptione, ut ad illud potissi-
um vocabulum adiungatur, quod, quum praecipuum quoddam momen-
um habeat, vel ad sententiam, quae enuntiatur, efficiendam et constituen-
am maxime valeat, etiam maxime interest ut *tamquam certum ponatur* et
firmetur. Ita quodammodo differunt haec tria, ἐκ μὴ 'χόντων βίον,
δ' εἰ θέλοιεν ὠφελεῖν, ἔχοιεν ἄν Hel. 441, et οὐδ' ἂν εἰ βούλοιτο

τις σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη Andr. 595, εἰ οὐδ' ἂν φαίης, εἴ σε μὴ κνίζοι λέχος Med. 568. Postremo enim in loco mo tum habet σύ (*ne tu quidem*); in altero maximam habet vim ad sen tiam constituendam ipsa condicio, ita ut rem fieri omnino non posse in tur (*ne tum quidem, si* etc.); in primo denique et condicio vim hab vero etiam verbum ἔχειν, cui opponatur μὴ ἔχειν (*ex nihil habentibu quo habeant quidquam, ne tum quidem, si* etc.): falso enim in edition post θέλοιεν incisum et constructum est ὠφελεῖν ἔχοιεν ἄν. Ita Ph 515, ubi est ταῖς γὰρ ἂν Θήβαις τόδε γένοιτ' ὄνειδος, εἰ Μυκην δορὸς φόβῳ παρεῖην σκῆπτρα τἀμά τῷδ' ἔχειν, notiones Thebaru Mycenarum inter se oppositae sententiam extollunt. Hinc etiam aliis particulis consociatur, quae vi sua cum ἄν cognatae sunt quippe nomen verbum appositum augentes vel distinguentes. ἄ (talia perpetrasti) θεῶν τις, εἰ πάθοι, καταστένοι Herc. f. 1115, ubi vis in θεῶν. καινὸν ἕλοιτο πόσις λέχος, ἢ μάλ' ἐμοί γ' ἂν εἴη στυγηθείς Alc. ubi vis in ἐμοί. Ab his particulis probe secernas ἴσως, ut in εἴ τις — τείνοντι μὲν χαλῶν ὑπείκοι —, ἴσως ἂν ἐκπνεύσειε Or. 699: ce enim et cos falli, qui ἄν eamdem habere vim putant quam ἴσως vel τ et qui, ut *Ellendt.* in lex. p. 123, ἄν aliquid confirmationis ex addito verbio accipere, quod contra est: *cogitationem* (optat.) enim *probab* esse declaret ἴσως (s. v.), ἄν vero *probabilem* eam esse tamquam ce *ponens* vel *asserens* probabilitatem istam auget; v. s. II, 1. Porro ἂν εἶεν, εἰ κρατοῖμεν, εὐμενεῖς; El. 632, ubi vis in ἡμῖν. στρατό ἂν οὐ μέμψαιτό μ' εἰ τὰ πράγματα λελογισμένως πράσσοιμι μᾶ ἢ σθένει Iph. A. 1020, ubi vis in στρατός τε: opponitur enim κἀγ in vers. prace. κεἰ σμικρ' ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι Hec. ubi vis in πάντα. εἰ μόλοιμεν ἐς πάτραν, κλεινοῖς ἂν εἰργοίμ Hel. 295, ubi vis in tota apodosi. C. infinitivo. δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γ εἰ πένης ἅπας λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ; i. e. οὐκ ἂν οἰκ Aeol. fr. II (VI), 1. Cf. Meleag. fr. VIII (X), 1 sq.

c) Post εἰ cum *indicativo praesentis* vel *futuri*. Ubi dicitur unum aliquid fit vel fiet (indic.), *tum* (ἄν) alterum aliquid fiat vel cogito (opt.). V. *Matth.* gr. p. 1206. not. 2. et ad Eur. Hipp. 471. πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχεις ἄνθρωπος οὖσα, κάρτα γ' εὖ πράξ ἄν Hipp. 472, *si tibi homini bona sunt plura quam mala, optime re s. profecto tecum agatur.* εἰ δὲ καὶ στρατὸς σῶς ἐστ' Ἀθηνῶν, π ἂν ἀγγέλλοις φίλα Suppl. 642. ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι τὰ πράγματ' οὖ εἰ 'πιταζόμεσθα δή Suppl. 520, ubi v. *Matth.* ἐπεὶ τἂν μεγάλα Τροία στένοι, εἰ φευξόμεσθα ἓν' ἄνδρα Cycl. 198, ubi animum ad tas ad τοι particulae utpote simillima vi praeditum adhaerens; v.

Ceterum cf. Troad. 730 sq. Hinc etiam in apodosi nudum *futurum* interdum excipit *optativum*. εἰ δὲ μὴ δοκεῖ, ἐγὼ μὲν — ἄθλιος ἂν εἴην, σὺ δὲ γυνὴ κακὴ φανεῖ Hel. 964, ut κἂν δρᾷς τάδ', — εὐφρανεῖς φίλους — καὶ παῖδα τόνδε — ἐκθρεψείας ἄν — Tr. 697. Hoc enim in his *futuri* et *optativi* cum ἄν discrimen, ut fut. declaret rem futuram, de qua idem sit omnibus iudicium *(objektiv)*, quae quum per se iam *certa* sit particula non eget, opt. vero rem indicet, de qua non idem omnibus videntur, sed unius alicuius sit propria ac peculiaris sententia *(subjektiv, indiciducll)*, „quam per se incertissimam haud paulo *certiorem* ut reddat" accedit ἄν *(Reisig.* de part. ἄν. p. 99). Porro ἀληθῆ εἰ λέγεις, φαίημεν ἄν Ion. 943. εἰ μηκέθ' Βάκχος (sc. εἶ), ἐκφράσαιμεν ἄν Herc. f. 1119; v. Λίδης p. 31. τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλεις ἀεὶ στένειν Alc. 1082. ἀδικοίημεν ἄν, εἰ μὴ 'ποδώσω Hel. 1016. οὐ τἄρα συνετοὺς τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἄν, εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν εὖ φρονήσομεν Iph. A. 1189; v. s. ἀσύνετος. εἰ ἀραίνων φόνος ἔσται γυναιξὶν ὅσιος, οὐ φθάνοιτ' ἔτ' ἂν θνήσκοντες Or. 934; cf. 939. εἰ δ' ἀρίφατοι φόνοι — φανήσονται, τίνα λόγον τίν' ἂν τῶνδ' αἰτία λάβοιμι; Suppl. 606; cf. Cresph. fr. XVI (IX). Iocose dictum ὡς κἂν ἀμαξῶν ἑκατὸν ἀραίμην βάρος, εἰ τοῦ Κύκλωπος — ὀφθαλμὸν — ἐκτρίψομεν Cycl. 473. Acerbe ἦ τἄρ' ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἂν, εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν Hipp. 480. Alius placitis sese accommodantis est εἰ μὲν ὅσιά σοι παθεῖν δοκῶ, στέργοιμ' ἄν Hec. 789.

d) Optativus cum ἄν refertur etiam ad *indicativum imperf.* vel *aor.* cum εἰ, hoc sensu: si unum aliquid fieret vel factum esset (indic. praet.), tum (ἄν) alterum quid fiat (opt.). V. *Matth.* §. 508. not. 1. *Herm.* ad Eur. Bacch. 1337. ἥδιστ' ἂν τὴν ἀγγελίαν δεξαίμεσθ', Ἑλλάδος ἐκ γᾶς πλωτήρων εἴ τις ἔβα Iph. T. 447, i. e. *iucundissime hunc nuntium accipiamus, si quis Graecorum huc appulisset.* V. *Matth.* ad l. φαίης ἄν, εἰ παρῆσθ' ὅτ' ἠγάπα νεκρούς Suppl. 764, i. e. „*dicas* Theseum virum optimum esse, *si affuisses* (vel *adesses*) *curanti cadavera*," ut recte *Elmsl.* ad Bacch. 1341, nisi quod falsissime *diceres* pro *dicas*. De Phoen. 907 v. statim post s. e; de Bacch 1341. s. 2, a.

e) Saepe pro εἰ vel ἐάν cum verbo finito *participium* est. In talibus ubi ipsa condicio in participio latens momentum habet, ἄν participio admovetur. V. *Matth.* gr. p. 1415, 3. θανὼν ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος, ἢ ζῶν Hec. 377. τοὺς θεοὺς ἔχων τις ἂν φίλους ἀρίστην μαντικὴν μι δόμοις Hel. 765. πολλά τοι γυνὴ χρήζουσ' ἂν εὕροι δαιτὶ προσφιλήματα El. 423. ἐκμαθεῖν — τί δρῶντες ἂν μάλιστα σώσαιμεν πόλιν Phoen. 871; cf. Hel. 776. In aliis aliud momentum; plerumque ipsum verbum vel adiuncta negatio; v. s. b. ὅλοιντ' ἰδοῦσα τοῦσδ' ἂν ἡλ-

λοιωμένους Suppl. 944. ὀρκίοισι μὲν ζυγεὶς ἄγουσιν οὐ μεθεῖ' ἂν γαίας ἐμέ· λόγοις δὲ συμβὰς — φίλος γένοι' ἂν κἀπικηρυκεύμε τάχ' ἂν πίθοιο Med. 735, ubi τάχα eadem ratione positum ut ἴσως s. V. s. ἀνώμοτος. τὴν δ' ἐμὴν στρατηγίαν λέγων ἐμ' ὠφελοῖς ἂν σιγῶν πλέον Andr. 679. οὐκ ἄν σ' ἀνάσχοιτ' οὐδὲ σιγήσειεν ἂν μέλοντ' ἀδελφὴ σύγγονον κατακτανεῖν Hel. 1051. Ita rectissime Matth. cum *Barnes.* pro vulg. οὐκ ἂν ἀνάσχ., probatum etiam, licet non receptum, *Dindorfio* praef. ad Poet. sc. p. VIII sq. Cf. *Herm.* Opusc. IV. p. 378. μάτην γὰρ ἦβην ὧδέ γ' ἂν κεκτήμεθα πολλὴν ἐν Ἄργει μή τιμωρούμενοι Heracl. 283. καλῶς δὲ κρανθέντων πρὸς ἡδονὴν φίλοις σοί τ' ἂν γένοιτο — τάδε Iph. A. 1022. ἀλλὰ τοῦ λόγου προδοὺς ἔχοιμ' ἂν δῆμον εὐμενέστερον Suppl. 350. σοῦ γὰρ φθιμένης οὐκ ἂν ἔτ' εἶην Alc. 277. ἀνώνυμοι θανόντες οὐ γελώμεθ' ἄν Iph. T. 502; cf. Phoen. 954. ὄχθον ἐπεμβὰς ἕδοιμ' ἂν ὀρθῶς Bacch. 1060. Δίρφυν ἐρωτῶν — οὐκ ἄν σ' ἐπαινέσειεν Herc. f. 185. Perperam *Dind.* οὐκ ἂν ἐπ.; v. eundem in praef. l. c., de constructione Matth. ad h. l. Πολυνείκην — ἡμεῖς ἐπαινέσαντες οὐ ψευδοίμεθ' ἄν Suppl. 929. ὀργὴν λάβοις ἂν τῶν ἐμῶν βουλευμάτων κλύων ib. 1050. τί Τροιὰν γὰρ ἂν δειλοὶ γενόμενοι πλεῖστον αἰσχύνοιμεν ἄν Hel. 955; v. s. V. μέτοχος ἂν εἴην τοῦ φόνου δράσας τάδε Herc. f. 721; cf. Heracl. 1017. Ion. 1121. Hipp. 89. ἅλις γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸς ἂν γένοι σύ Herc. f. 495; cf. Tr. 733 sq. Heracl. 172 sq. Hel. 776, ubi particulam λέγων ad tres optativos pertinet, ib. 1316 sq. πείσαντε δ' ἐκ γῆς δορίσαιμεν ἂν πόδα; Hel. 834. τί δ' ἂν μαθοῦσα τόδε πλέον λάβοις Iph. T. 496. τί σοι πλέον λυπουμένῃ γένοιτ' ἄν; Hel. 330. De particulae in interrogando vi vid. s. II, 1. Mire dictum ἄστρων ἂν εἴθεα αἰθέρος πρὸς ἀντολὰς καὶ γῆς ἔνερθε δυνατὸς ὢν δρᾶσαι τάδε, — ὥστ' ἔχειν τυραννίδα Phoen. 507, ubi, quum sceptrum iam teneat Eteocles, nemo non legere maluerit ἂν ἦλθον. Sana igitur vulgata sensu: *ich glaube ich kann allenfalls bis in den Himmel und bis in die Unterwelt nach einem Szepter gehn.*

Interdum in οὕτω latet condicio. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα δηχθεὶς πόσις Med. 817, i. e. εἰ τοὺς παῖδας κτάνοις. τἀμά γ' οὕτω μᾶλλον ἂν καλῶς ἔχοι Iph. T. 1195. οὕτως ἂν εἴην ἀθλιώτατος βροτῶν Hel. 810. Idem fit in τοῦτο. τοῦτ' ἂν προσείη τοῖς ἐμοῖς κακοῖς κακά Or. 764, i. e. εἰ οἴχοιο. Vicissim in ἄνευ latet εἰ μή. ἄνευ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν Phoen. 554, i. e. εἰ μὴ πατὴρ ἔστι.

f) Saepe ita ponitur optativus cum ἄν, ut condicio ex orationis perpetuitate facile suppleri possit. ξυγκαταβάπτοις ἂν ἡμᾶς Or. 733 sc. εἰ οἴχοιο. τὰ λῷστ' ἂν εἴη Heracl. 1021, sc. εἰ θάνοι. εὖ γ' ἂν

δίγοις ἂν χερνίβων — καὶ σφάγια πρὸ δορὸς καταβάλοις Or. 1602 sq., sc. εἰ τῆς γῆς κρατοῖς. ἔκπληξις ἂν γένοιτο Phoen. 736, sc. εἰ ἀμφὶ θεῖπτον οὖσι προσβάλοις δόρυ. πάντως οὐ πίθοιμ' ἂν οὕς με δεῖ, μᾶτην δ' ἂν ὅρκους συγχέαιμ' οὓς ὤμοσα Hipp. 1062, sc. εἰ στόμα λύοιμι. ἦ γὰρ οὐ σοφοὶ φαινοίμεθ' ἄν Hipp. 90, sc. εἰ μή τι δεξαίμεθά σου βουλεύσαντος εὖ. βάρος ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν, ἐν δ' ὀνείρασι φοιτῶσά μ' ἐκφοβοίης ἄν Alc. 353 sq., sc. εἰ δέμας τὸ σὸν εἰσαθὲν ἐν λέκτροισιν ἐκταθήσεται: cf. ib. 475. μακρὸς γὰρ μῦθος ἂν γένοιτό μοι Heracl. 952, sc. εἰ λέγοιμι: cf. Hel. 157. γένοιτ' ἂν κέρδος Suppl. 603, sc. εἰ λόγων ξυναλλαγαῖς κριθείη. μαινοίμην γὰρ ἄν Iph. A. 1256, sc. εἰ τέκνα μὴ φιλοίην. ὁσιώτερον γοῦν τῇ θεῷ πέσοιεν ἄν Iph. T. 1194, sc. εἰ θάλασσα αὐτοὺς κλύζει. προδότις ἂν εἴης (εἰ γήμαιο) Hel. 840. ὡς ποθεινὸς ἂν μόλοις Hel. 547, sc. εἰ ἥκοις; cf. Hec. 506; praeterea Hipp. 794 sq. Alc. 59. Suppl. 622. Cycl. 220. Meleag. fr. X (XI), 3 sq.

2. *Ἄν* cum *indicativo* vel imperfecti vel aoristi. a) Post *εἰ* cum *indic.* imperf. vel aoristi. Dicitur in talibus: si unum aliquid factum esset vel fieret, *tum* (*ἄν*) etiam alterum aliquid factum esset vel fieret. [Sic certe suo quidem iure Latini, quatenus quod huiusmodi enuntiationes continent non *vere factum est*, sed *fieri* tantum *potuit*. Verum enim vero Graecis hoc ipsum praecipuum est ac proprium, ut in his non *coniunctivum*, sed *indicativum* usurpent. Qui mos necessario fluxit ex ea vi animi, quam φαντασίαν ipsi vocant et qua nemo Graecis calidior fuit atque vividior. Haec Maeonidum erat et Pindarorum parens, haec mythologiae divina procreatrix, quae inanimis naturae rebus vitam et corpora donaret, haec denique etiam orationis regina verum ac praesens loquentium oculis obiiciebat quod mente sola et cogitatione continebatur. Hic igitur animi vigor effecit etiam Graeci ut id, quod membris illis condicionalibus enuntiatur, licet proprie in sola *cogitatione* situm sit (*subjektiv*), tamen tamquam *revera factum* et fingerent sibi (*objektiv*) et pronuntiarent (*indicativo*). Ita ἔλεγον ἄν, *εἰ ἐβουλόμην*, si accuratius vertas, est *dicebam, si volebam*, ἔλεξα ἄν, *εἰ ἐβουλόμην*, *dixeram, si volebam*, ἔλεξα ἄν, *εἰ ἐβουλήθην*, *dixeram, si volueram*. Ne Romani quidem ab hac liberiore dicendi genere abhorruerunt. Cic. leg. I, 20. in. *labebar longius, nisi me retinuissem*. Hor. Od. 2, 17, 27. *me truncus sustulerat, nisi Faunus ictum dextra levasset*. V. *Zumpt.* gr. §. 519. *Reisig.* de part. *ἄν* p. 139. *Const. M.*] Atque huiusmodi in locis *ἄν* particulae si umquam dilucida atque aperta vis est. Qua etiam hic est *ex sua* aliquid *sententia tamquam certum ponentis*. Primum enim in natura harum enuntiationum inest, ut existimant, si unum aliquid factum esset, *certum* esse seu *certo consequi* etiam

alterum aliquid esse factum; deinde ad *factum* quidem refertur particula, sed quod *fictum* sit tantum et in *sententia* loquentis *positum* („vorgestelltes Faktum“ *Bacuml.* l. c. p. 478). Hinc ad amussim saepe respondet Gallico *par conséquent*, licet etiam *certo sane profecto* vel etiam simplicius *tum* reddi queat (v. s. 1, b). De promiscua temporum usurpatione v. *Matth.* gr. §. 508. b. c. *Kuehn.* gr. §. 820. not. 1. εἰ γὰρ ἦσθ' ἔτι ἁπως, συγγνώστ' ἂν ἦν σοι τοῦδ' ἐρασθῆναι λέχους Med. 491; cf. El. 1026. εἰ σὺ παῖδα σὴν δούς τῳ πολιτῶν εἶτ' ἔπασχε τοιάδε [ancel. pro εἰ σὺ — εἶτα τοιάδε πάσχουσαν ἐώρας *Aug. M.*], σιγῇ κάθησ' ἄν; οὐ δοκῶ Andr. 669 sq.; cf. Aeol. fr. XIX, 1 sq. fr. inc. tr. CXXXII. εἰ δὲ δὴ τὰ μητέρος σιγῶν ἐπήνουν, τί μ' ἂν ἔδρασ' ὁ κατθανών; οὐκ ἄν με μισῶν ἀνεχόρευ' Ἐριννύσιν; Or. 579 sq. εἰ προσαντες ἦν τόδε Ἀρτέμιδι, πῶς ἂν Λοξίας ἐθέσπισεν κομίσαι μ' ἄγαλμα —; Iph. T. 1012 sq. εἰ δ' ἀμφὶ Θρήκην — τύραννον ἔσχες ἄνδρ', ἵν' ἐν μέρει λέχος δίδωσι πολλαῖς εἷς ἀνὴρ κοινούμενος, ἔκτεινας ἂν τάδ'; εἶτ' ἀπληστίαν λέχους πάσαις γυναιξὶ προστιθεῖσ' ἂν εὑρέθης Andr. 215 sqq. εἰ γὰρ σὺ μὲν παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατὴρ ἔκτεινά τοί σ' ἄν Hipp. 1043. εἰ μόνος ἐσώθη, μᾶλλον ἂν ζηλωτὸς ἦν Or. 247; cf. Alc. 557. 565. ἔδωκα τἂν Ἕλλησιν, εἰ πρὸς Ἴλιον ἐν τῷδ' ἔκαμνε νόστος· οὐκ ἠρνούμεθ' ἄν — Iph. A. 964 sq. [Huc refero Bacch. 1341. εἰ δὲ σωφρονεῖν ἔγνωτε, — εὐδαιμονεῖτ' ἄν. Ita *Musgr.* et *Brunck. Herm.* in ed. Baccharum —εἶτ' ἄν, rursus ad Vig. p. 812 *Bruncknum* redarguens —οἶτ' ἄν: atque sic codd. cum iisque *Matth. Elmsl. Dind.* Res simplicissima. *Εὐδαιμονοῖτε* esset *fieri potest ut felices sitis.* At Bacchus id ipsum negat iamque in exsilium proficiscitur cum suis Cadmus. Dicit igitur *felices esse poteratis*, quod est *εὐδαιμονεῖτε*, idque tamquam *certum* ponit, quod est *εὐδαιμονεῖτ' ἄν.* Subtiliter de huiusmodi sententiis disseruit *Matth.* ad h. l. recteque nostra vertit *felices essetis*, sed hoc ipsum Graecis est *εὐδαιμονεῖτ' ἄν.* V. *Herm.* ad l. (v. 1337) *Const. M.*] Ita εἰ δ' Ὀρφέως μοι γλῶσσα καὶ μέλος παρῆν, κατῆλθον ἄν — Alc. 360; cf. Iph. A. 1211—14. μόνος δ' ἂν εἰ φῶς τόδ' ἦν ὄμμασιν δεδορκὼς Φοίβου παῖς προλιποῦσ' ἦλθεν (Alcestis) ἔδρα σκοτίους Alc. 123 sqq., ubi notanda sedes particulae; vid. s. 1, b. θανες πρὸ πόλεως —, μακάριος ἦσθ' ἄν Tr. 1170. εἰ ἔξη πόσις ἀνεγνώσθημεν ἄν ἐς ξύμβολ' ἐλθόντες Hel. 297. κεἰ — κατεσφάγη δακρύοις ἂν ἡγάπων ib. 943; cf. Suppl. 305. εἰ δ' ἦμεν νέοι δὶς κ γέροντες, εἴ τις ἐξημάρτανεν — ἐξωρθούμεθ' ἄν ib. 1086 sqq. C ib. 1091 sq. Hel. 1639. εἰ δ' ἦν νέος τε κἄτι σώματος κρατῶν, λαβὼ ἂν ἔγχος — πλόκους καθημάτωσ' ἄν Herc. f. 234; cf. ib. 313. 43 εἰ θεοῖς ἦν ξύνεσις καὶ σοφία, κατ' ἄνδρας δίδυμον ἂν ἦβαν ἔφερ

Herc. f. 659 sq. εἰ δ' ἀπειπεῖν χρῆν με κηρύκων ὕπο τὴν σὴν πατρώαν ἑστίαν, ἀπεῖπον ἄν Alc. 740. σοὶ ταὐτὸν ἦβης, εἴπερ ἦν, εἶχ' ἂν μέτρον Ion. 354; vid. *Matth.* ad h. l. et ad Alc. 923: falsus enim *Herm.* de part. ἄν p. 73. εἴ σε μὴ διώλεσεν Παλλὰς, ἦσθ' ἂν ἐν βάθροις ἔτι Tr. 47. τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἤλπιζον ἂν πεπονθέναι πάθος περισσὸν, εἰ γάμων ἀπεξύγην Suppl. 790. εἰ μή σ' Ἀπόλλων ἐξεβάκχευσεν φρένας, οὐκ ἂν ἀμισθὶ τοὺς ἐμοὺς στρατηλάτας τοιαῖσδε φήμαις ἐξέπεμπες ἂν χθονός Tr. 408 sqq. Ita recte *Dind.* pro οὔκουν ed., quem v. in Praef. ad Poet. sc. p. VIII; v. s. V et VI. εἰ μή σε γῆρας — ἐξερρύετο, καθῆσ' ἂν — δέσμιος Bacch. 258. εἰ δὲ μὴ 'ν ξίφη γαίᾳ πόδ' εἶχον, — ἔθανες ἄν Hel. 76. εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἦν σοφόν θ' ἅμα, οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις Phoen. 502 sq.; cf. Dan. fr. X (VIII), 2 sqq. Polyid. fr. I, 4. εἰ μὲν ἦν στρατῷ πλοῦς, οὐκ ἂν εἶχον τήνδε σοι δοῦναι χάριν Hec. 899. εἰ δὲ γῆς ἐπ' ἰσχάτοις ὅροισιν ᾤκεις, οὐκ ἂν ἦν λόγος σέθεν Med. 540 sq; cf. Hipp. 387. 495. εἰ μὲν γὰρ ἦν τόδ', οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει Suppl. 199; cf. 485. Erechth. fr. XVII (I), 24 sqq. εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν ἄφρακτος ᾐρέθην, οὐκ ἄν ποτ' ἔσχον — Hipp. 657 sq. κακῶς γὰρ ἂν Τροίαν γε διεπυρωσάμην, εἰ μή σ' ἑταίρων φόνον ἐτιμωρησάμην Cycl. 694 sq. κλαίων γ' ἂν ἦλθες, εἴ σε μὴ ᾽πεμψεν πόλις Suppl. 458; cf. Med. 1351. εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξα, κάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν Hipp. 700. ἀλλ' ἄλγος ἄλγει τοῦτ' ἂν ἦν προσκείμενον, εἴ του πρὸς ἄλλου δώμαθ' ὡρμήθης ξένου Alc. 1042. καλῶς γ' ἂν οὖν μοι τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ, εἴ σοι γάμον κατεῖπον Med. 588 sq. [Huc pertinet locus Or. 1132 sqq. εἰ μὲν γὰρ ἐς γυναῖκα σωφρονεστέραν ξίφος μεθεῖμεν, δυσκλεὴς ἂν ἦν φόνος. Quo de loco non leviter errarunt *Kuehn.* gr. §. 819, c. a. et *Herm.* ad Vig. p. 811 sq. (ed. 4): nam neque optativus est μεθεῖμεν neque, si esset, ullo pacto indicaret, quod docet *Herm.*, *interficiendam adhuc esse mulierem minus castam*, sed *fieri posse ut castior mulier interficiatur*. At vero id ipsum a Pyladis mente prorsus alienum; imo contrarium dicit, turpem hanc esse caedem, ergo a se non perpetrari. Nimirum indicativus aor. 2. μεθεῖμεν est (v. *Matth.* §. 211, II, 3) ac sensus: *si factum fuisset ut mulierem* (Helenam) *castiorem occideremus, profecto turpis haec esset caedes*. *Const. M.*] Infinitivus cum ἄν. V. *Matth.* §. 598, 1. a. οἶμαι δὲ πατέρα τὸν ἐμὸν, εἰ κατ' ὄμματα ἐξιστόρουν νιν, μητέρ' εἰ κτεῖναί με χρή, πολλὰς γενείου τοῦδ' ἂν ἐκτεῖναι λιτάς Or. 290.

b) *Indicativus imperf.* vel *aor.* cum ἄν refertur etiam ad *futurum* cum εἰ. εἰ γὰρ γυναῖκες ἐς τόδ' ἥξουσιν θράσους ἄνδρας φονεύειν —, παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ὀλλύναι πόσεις Or. 565, [i. e. *pono fore ut*

mulieres eo petulantiae progrediantur, ut maritos neeantes in liberis praesidium habeant, profecto tum parvum esset interficere maritos. Quod vide quam subtiliter sit dictum. Primum enim *futuro* ἥξ. significat Orestes per se valde probabilem esse hanc mulierum ferocitatem. Quod dicens callide pertractat Tyndarei animum: scit enim fore ut mulierum mores horridioribus coloribus depingens faciliorem ab irato patre executionem obtineat. Deinde vero orationem convertens et quasi consolans Tyndareum *imperfecto* ἦν ἄν declarat *non* fore ut mulieres illud conetur; idque sibi deberi, se enim hanc audaciam contudisse. Quod si dixisset εἰ ἦκον —, ἦν ἄν —, mulierum ferocitatem illam negans sese non purgasset, sed gravius accusasset. *Const. M.*]

[c) Huc pertinet rarior ille particulae usus, quo *rem fieri solitam* vel *saepius repetitam* indicare creditur, ut si dicas εἰ βουλοίμην, ἔλεγον ἄν. V. *Rost.* gr. p. 594. αα. *Kuehn.* §. 454, b, β. Quae nec est umquam particulae vis nec esse potest, sed ex ipso praeterito *repetitionis* notio sponte redundat, praesertim antecedente εἰ. Quum enim εἰ non raro etiam *temporis* notionem contineat significetque *quoties* (*Matth.* §. 524. not. 4), unde et cum optativo coniungitur et cum particulis ὅτε, ὁπότε, ἐπεί aliisque similibus commutatur, apparet, ubi dicatur, *quoties unum quid factum sit, etiam alterum quid factum esse*, hoc nihil aliud esse quam *saepe unum quid fiebat, ergo etiam alterum quid saepe fiebat.* Eius generis exemplum integrum ap. Eurip. non exstat. Illustre vero hoc est ap. Soph. in Phil. 701 sqq. εἶρπε δ' ἄλλον ἄλλοτε τότ' ἂν —, ἀνίκ' ἐξανείη δακέθυμος ἄτα, quem locum unus ex omnibus interpretibus penitus perspexit *Wunder.* Hunc igitur adi. Huc etiam numerandi eiusdem fab. loci v. 290. 294. 295, et quos congessit *Matth.* gr. §. 599. a. Itaque ἄν etiam hic usitata vi dictum. V. s. 2, a et II, 2 b. *Const. M.*]

d) Pro εἰ — ponitur *participium* (vid. 1, d). κατθανὼν τἂν ὤλετο Alc. 195, i. e. εἰ κατέθανεν. τοῦ θεοῦ δὲ λεγόμενος οὐκ ἔσχες ἄν ποτ' οὔτε παγκλήρους δόμους — Ion. 1542. Ζῆνα μὴ φοβουμένη οὐκ ἄν ποτ' ἦλθον εἰς τόδ' αἰσχύνης ἐγώ Hipp. 1331 sq. καίτοι καλόν γ' ἂν τόνδ' ἀγῶν' ἠγωνίσω τοῦ σοῦ πρὸς παιδὸς κατθανών Alc. 651. καὶ γὰρ ἂν κεῖνος βλέπων ἀπέδωκεν ἂν σοὶ τήνδ' ἔχειν Hel. 1017. οὔ τἂν φθιμένας γ' ἐσιώπων Alc. 92. οὐ γάρ τι κωμάζοντ' ἂν ἠχθόμην σ' ὁρῶν ib. 818. σοῦ δ' ἂν προθνήσκων μᾶλλον ἐξημάρτανον ib. 713. οὗτός τ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἐτιμᾶτ' ἂν θανών Andr. 1184; *Matth.* nescio cur γ' pro τ'. Cf. Heracl. 1007. Ion. 1273 sq. Hel. 998. De collocatione particulae vid. s. 1, e. Infinit. c. ἄν. δοκῶ γάρ οὐκ ἂν ὧδέ σ' ἂν πράσσειν κακῶς κείνου παρόντος Andr. 77, i. e. οὐκ ἂν ὧδε κακῶς ἔπρασσες, εἰ κεῖνος παρῆν.

Etiam οὕτως, ὧδε condicionem involvit. οὕτως (i. e. εἰ μὴ θῆλυ ἦν γένος) ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν Med. 574. τὸ σὸν δ' ἦν ὧδ' ἂν εὐτυχέστερον (i. e. εἰ ἔθανες; cf. v. praeced.) Andr. 1184.

e) Omnino variis modis supprimitur condicio, quam facile suppleas ex orationis serie; v. s. 1, c. Ἐτεοκλέους μὲν οὕνεκ' ἂν κλήσας στόμα χρησμοὺς ἐπέσχον Phoen. 872, ubi in Ἐτεοκλέους οὕνεκα latet condicio εἰ Ἐτεοκλῆς ἔχρῃζεν; hinc pergit σοὶ δ', ἐπεὶ χρῄζεις μαθεῖν, λέξω. οὐκ οἶσθ' οἳ κακῶν ἐλήλυθας· οὐ γὰρ τοὐσδ' ἂν ἐφθέγξω λόγους (εἰ ἤϊδης) Med. 1307. χρῆν αὐτὸν ἐπιθεῖναι αἵματος δίκην — μητέρα· τὸ σῶφρόν τ' ἂν ἔλαβ' ἀντὶ ξυμφορᾶς καὶ τοῦ νόμου τ' ἂν εἶχεν' εὐσεβής τ' ἂν ἦν Or. 502 sq. [Ita *Dind.* e coni. *Matth.* pro τὸ σῶφρόν τ' ἔλαβεν ἂν τῆς ξυμφ. In quibus etsi me etiamnunc moratur particulae γάρ vel similis absentia, quae *Matthiam* quoque male habuit, tamen nunc meliora non sunt in promptu. *Const. M.*] Similiter κοὐκ ἂν ἡπατώμεθα (εἰ βροτοῖς τῶν φίλων τεκμήριον σαφές τι ἔκειτο) Hipp. 931. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας — οὐδ' ἂν — κατῴκει — τήνδε γῆν Κορινθίαν (εἰ μὴ Ἀργὼ διέπτατο Κόλχων ἐς αἶαν) Med. 6 sqq. οὐ γάρ ποτ' ἄν νιν ἡράμην βάθρων ἄπο (εἰ μὴ κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος) Iph. T. 1201. Cf. Hipp. 1413. Alc. 295 sqq. 558. 560. Andr. 934. Troad. 976. 985. El. 1031. 1044.

f) Quum igitur in quavis sententia condicionali particula ἄν, sive cum optativo sive cum indicativo praeteriti iungatur, eius sit qui ex sua aliquid sententia vel cogitatione tamquam certum ac verum ponit, patet, si particula omittatur, ea quae ex condicione pendeant, vel tamquam per se iam satis certa vel tamquam communi omnium sententia comprobata dici. Inde explicanda constans particulae in sententiis condicionalibus *indicativo praesentis* enuntiatis omissio, qualis est in εἰ εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί. De optat. sine ἄν v. s. II, d. Ita Tr. 397 sqq. εἰ δ' ἦσαν οἶκοι (Achaei), χρηστὸς ὢν ἐλάνθανεν· Πάρις δ' ἔγημε τὴν Διός, γήμας δὲ μὴ σιγώμενον τὸ κῆδος εἶχεν ἐν δόμοις. Ubi non repudiarem quod ex cod. Havn. posuere *Matth.* et *Dind.* χρηστὸς ἔλαθεν ἂν γεγώς, nisi deinceps sequeretur εἶχεν, quod in εἶχ' ἄν temere mutavit *Schaef.* Perbona vulgata. Hoc enim omnium consensu satis constat, et Hectoris virtutem obscuram *mansisse* sine bello Troiano et Paridis domum sine coniugio Helenae. Quare nos quoque: *dann wusste niemand vom Hektor.* Cf. *Herm.* de part. ἄν p. 72 et ad Soph. El. 902. εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν πύργους πεσόντας ἦμεν Ἑλλήνων δορὶ, φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδε κτύπος Hec. 1111 sq. Corrigunt παρέσχ' ἄν; melius *Elmsl.* ὅδ' ἄν: sed neutro

opus. Nos: *wir fürchteten einen feindlichen Ueberfall, wenn Troja nicht zerstört wussten.* δι' ὀδύνας ἔβας, εἰ — τάδε σώμ νεκρῶν ὄμματος αὐγαῖς σαῖς ἐπένωμας Phoen. 1554 sq. Inseritur ante ἔβας: sed nihil opus. Nos: *dein Jammer war gross, wenn du ner Söhne Leichen sahst.* δύο δ' ἀντὶ μιᾶς Ἅιδης ψυχὰς συνέ ὁμοῦ (sc. εἰ μή μ' ἐκώλυσας μετ' ἐκείνης κεῖσθαι φθίμενον) Alc. Pors. συνέσχ' ἄν; Dind. c. Herm. σὺν ἂν ἔσχεν: utrumque pessim in optima vulgata: *dann waren zwei treue Seelen auch im Tod ve nigt.* Ita etiam πάλαι δ' ἀδελφὴν καὶ πρὶν ἐξεσώσαμεν, — ἀλλ' σον' ἦμεν Hel. 1675. Etiam hic sunt qui temere corrigant κἄν π δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβανεν (εἴ τις ὕβριζε τὸν γέροντα) Bacch. 1 Heath. Brunck. ἐλάμβαν' ἄν; Elmsl. ad Med. p. 150. not. ἀξίαν ἔλαβεν ἄν, in edit. ἐλάμβανεν sine ἄν, ut cum edd. et codd. e Matth. Herm. Dind.: recte. Nec secus est ubi indicativi in locum cedit *infinitivus*, ut Phoen. 1354. ὥστ' ἐκδακρῦσαί γε (τὰ δώματα) φρονοῦντ' ἐτύγχανον, i. e. ἐξεδάκρυσάν γ', εἰ φρ. ἐτ. Ubi γέ iam satis distinguat et *tamquam certam ponat* aedium lamentatio ἄν perquam esset supervacaneum. V. s. I, 1. Ea certe explicat vix opus est, ad quam confugit *Matth.* ad h. l. et gr. p. 1153 sq. etiam post εἰ cum optativo supponitur indic. praeter. sine ἄν, ut Ba 612. τίς μοι φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις; Quem ad locum adnotavit *Elmsleius* inania esse ostendit *Herm.* ad Soph. El. l. c. dentius est atque subtilius de talibus pathetica cum gravitate ac iucu tate declamatis iudicium *Herm.* de part. ἄν p. 70 sqq. et *Matth.* §. 508. not. 5, hic quidem retractans quae olim disputaverat ad Ph 1344 et Alc. 923. Quamquam idem rectissime demonstravit ad Alc. elisionis insolentiam, quam *Elmsl.* ad Med. 416. not. p. *Herm.* ad S El. l. c. et *Reisig.* de part. ἄν p. 138. alius alia ratione sibi fing commentam esse.

II. Etiam in aliis omnium generum enuntiationibus ἄν usita praecipue in *absolutis*. In his omnium maxime patescit, quam vana vulgaris de *condicionali* particulae potestate opinio. Saepissime enim ita usurpatur, ut de eo, quod ex condicione aliqua pendeat, ne cog quidem possit. Ita qui in εἰκοις ἄν sententiam delitescere putat, q est *εἰ δυναίο*, is temere cogitat condicionem, quam neque optativus que ἄν particula vel perficit vel requirit, sed quae omnibus aeque tentiis necesse est sponte inhaereat. Quid est enim in re humana, eveniat, si evenire *nequeat*? Rectissime hac de re iudicat *Bucumlei* c. p. 477. infr. Nec minus inanem esse *incerti* vel *dubii* vel *for* quem ἄν habere sibi fingunt in talibus, significatum supra ostendi

Tum enim ad rem quum maxime *certam* pertinet (v. s. 2.), tum dubii quidem aliquid admixtum, sed ea in solo *optativo* vis est (v. s. 1). Imo etiam in his particulae vis propria obtinet, qua eius est, qui quodcumque aliquis de re aliqua dicere potuerit *tollens* vel *excludens* unum quid *tamquam certum ponit* et *affirmat*. Quod idem munus quum etiam aliarum sit particularum, ut μήν, τοί, ἦ etc., quid mirum, ubi iam harum aliqua affirmandi causa adsit, ἄν non adesse? Inde explicandus, in quo omnes haesere, locus Xenoph. Hier. 11, 13. θησαυρούς γε μὴν ἔχοις πάντας τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους, ubi cave ἄν et de tuis addas, ut *Schaef. Brem. Reisig.* alii, et ex praegressis suppleas, ut *Herm.* de part. ἄν p. 193. Inde etiam Hom. Il. δ', 93 et ή, 48. ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο; ubi ἦ ῥά νυ coniuncta gravem efficiunt affirmationem. Omnino ἄν mirum quantum in his cum τοί et μήν consentit: utrumque enim ut ἄν et *affirmativam* et *subiectivam* quamdam vim habet. Hinc multiformis eius apud nosmet et Latinos notio. Et quidem maxime respondent wohl (v. supra), *allerdings*, *in der That*, *sane*, *certe*, *profecto*, *utique*, *sine dubio* (*Stuerenb.* ad Off. p. 138) et, modestae affirmationis formula, *haud scio an* (*Matth.* Exc. ad Cic. ep. p. 349 sq. ed. 3.). Neque οὐκ ἄν inepte verteris *vix*, *nequaquam*, *minime*, *vix ac ne vix quidem*, *nullo pacto*.

1. Ἄν c. *optativo*. Quae a) omnino eius est formula, qui sententiam aliquam vel opinionem vel coniecturam *tamquam certam ac veram* refert i. e. *affirmat*. Hinc statim intelligitur, cur in *optatis* ἄν constanter omittant Graeci. Nam quod optas, id tantum abest ut ratiocinando *tamquam certum ponas*, ut nihil sit incertius sub sole. Ita, si ἔλθοι dicis, meram *cogitationem* esse *adventum* significas, (*veniat*), sin ἔλθοι ἄν, cogitationem quidem esse, sed *tamquam certum* te eum cogitare (*sane veniat*). Huius generis evidentissimum exemplum est Hel. 830. θνήσκοιμεν ἄν· λαθεῖν γὰρ οὐχ οἷόν τέ μοι, i. e. *omnino moriar s. mori me certum puto: neque enim latere possum.* Item Iph. A. 373. μηδέν' ἂν χρέους ἔκατι προστάτην θείμην χθονός, i. e. *propter opes profecto neminem terrae praeficiam*. Hinc πρῶτον οὖ ποτ' ἂν φίλον τὸ βάρβαρον γένοιτ' ἂν Ἕλλησιν γένος, οὐδ' ἂν δύναιτο Hec. 1199. [Vulg. οὔτ' ἂν δύναιτο, quod non esse soloecum opinatur *Pflugk.* utpote fretus prolixa disputatione *Hermanni* Opusc. III. p. 150 sqq. Est vero soloecum (*Matth.* gr. p. 1448). Idque ipse vidit *Herm.* in ed. Hec., quem tamen valde miror et οὐτἄν et πρῶτα ποῦ ποτ' ἄν corrigentem levissimum vitium gravissima sanare voluisse medicina. Nihil non sanum praeter οὔτ' ἄν, quod scribe οὐδ' ἄν. *Comit. M.*] μάχῃ μὲν οὖν ἂν οὐχ ὑπερβαλοίμεθα Πέλασγον Ἄργος

Or. 690. Cf. Ion. 382. 1388. 1622. Andr. 1284. Tr. 478. οὐκ ἂν ποτ' ἐκ γῆς παῖδας Ἀργείων λάβοις Suppl. 568. οὐδ' ἂν τὸν αὐτοῦ παῖδά τις δοίη κτανεῖν Phoen. 973. ἐπίκουρος οἰκήτωρ γ' ἂν οὐκ εἴη χθονός Ion. 1299. οὔτε γαίας ὅρι' ἂν ἐκβαίμεν λάθρα — Herc. f. 82. οὗτος μὲν οὐδ' ἂν τὴν γνάθον πλήσειέ μου Cycl. 146. Ita in Or. 109. Helena: ἐς ὀχλον ἔρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν, quod infringem Electra dicit καὶ μήν τίνοι γ' ἂν τῇ τεθνηκυίᾳ τροφάς, v. Il. et el. Suppl. 1053. ἦ λέγωμεν οὖν ἀδελφῇ ταῦτ' ἐμῇ; — μὴ πρὸς θεῶν — δάκρυα γοῦν γένοιτ' ἄν Or. 788. καὶ μὴν γυναικείοις ἂν οἰκτισαίμεθα κουραῖσι καὶ θρήνοισι πρὸς τὸν ἀνόσιον Hel. 1059. Φοῖβος δικαίως τὸν θεμιστεύοντά σοι δράσειεν ἄν τι πῆμα Ion. 372. εἰ δ' ἐγὼ πράσσω κακῶς, μηδὲν τόδ' αὔχει· καὶ σὺ γὰρ πράξειας ἄν, *fieri profecto potest (es ist wohl möglich) ut tu quoque in adversam fortunam incidas*, Andr. 463. ἀλλὰ τὸν εὐτυχίᾳ λαμπρὸν ἄν τις αἰροῖ μοῖρα πάλιν Suppl. 608; v. supra. καὶ γὰρ ἂν φίλος φίλῳ δοίη τὸν αὑτοῦ παῖδα δεσπότην δόμων Ion. 1535. αὐτανεψίω πατὴρ ἂν εἴη σός τε καὶ τούτων γεγώς Heracl. 213, tamquam quod rationibus subductis efficiatur. οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτ' ἐμοῦ ζῶντός ποτε ib. 66. γνοίη δ' ἄν Ion. 239. Bacch. 812. οὐκ ἂν — θέλοι Herc. f. 291. καλῶς ἂν εἴη Hel. 1289. Cf. Or. 1054. Phoen. 1622. Hipp. 557. Andr. 335. Tr. 951. Suppl. 939. 959. Iph. T. 1003. Heracl. 117. 461. Bacch. 327. Hel. 316. 594. 91. Ion. 165. 1072. Herc. f. 1254. 1350. El. 536. 670. Andr. fr. XIII. Aeol. fr. II (VI). Antiop. XLI (XXI). Beller. XI (XIV). Hipp. fr. p. 190, 4 (fr. inc. tr. LXII). In. II (VI), 3. Meleag. fr. XII (XIV), 1. Teleph. fr. XIII (VII). Ixion. fr. II (III). Melan. fr. XII (III), 4. Meleag. fr. XII (XIV), 3. Phoen. fr. XII (VII). Pel. fr. III, 3. fr. inc. tr. LIII, 5 sq. LVIII, 7. Pro optativo *infinitivus* est ex verbo aliquo pendens Suppl. 1044. τῇδέ νιν δοξάζομεν μάλιστ' ἂν εἶναι, i. e. τῇδε μάλιστ' ἂν εἴη. Phoen. 1182. ἐκόμπασε μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διός, i. e. οὐδ' ἂν εἰργάθοι. *Participium* Hipp. 519. πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι, i. e. πάντ' ἂν φοβηθείης.

Si igitur τάχα vel ἴσως optativo cum ἄν adiungitur, haec adverbia nequaquam ἄν particulae vim augent; imo vero ἄν ipsum confirmat quodammodo probabilitatem adverbiis illis expressam quippe hanc *certam esse ex sententia* loquentis indicans. Hinc ἄν plerumque postponitur (ἴσως ἄν —, τάχ' ἄν —). V. s. I, b. παῦρον τόδε δὴ γένος ἐν πολλαῖς εὕροις ἂν ἴσως κοὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν Med. 1087. ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως εὕροις ἄν Heracl. 328. χρόνῳ δὲ δόντες ταῦτ' ἴσως εὕροιμεν ἄν Ion. 575. ἴσως δ' ἂν ἔλθοι El. 399, quod

nimadverte Orestem de se ipso non sine fiducia dicere, quare addit *λοξίου γὰρ ἔμπεδοι χρησμοί.* Cf. ib. 402. *τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἂν πάντα συμβαίη καλῶς* Iph. T. 1055; v. infra s. d. Ita etiam *τάχα. εἶτά σοι τάχα ὄρνις γένοιτ' ἂν τοῖσι μέλλουσιν γάμοις θανοῦσ' ἐμὴ παῖς* Iph. A. 987 sq. *τάχ' ἂν γὰρ ἐς δέον πέσοι χάρις* Alc. 1104. *τάχ' ἂν γὰρ ἡμῖν κέρδος, ἀλλ' ὅμως κακὸν γένοιτ' ὄνειδος* Heracl. 463. *τάχ' οὖν ἂν εἴποις* Suppl. 184. *τὸ δ' ἆθλιον κεῖν' εὐτυχὲς τάχ' ἂν πέσοι* Hel. 1088. *τάχ' ἂν γένοιτο* Alcmen. fr. XII (XI). Cf. Rhes. 995.

b) Itaque *optativus* cum *ἄν* modestiae inservit ac lenitati quippe tamquam *certo* (quod revera sit fiatve) *cogitatum (subjektiv)* describens, quod ut *res vera* vel *certa (objektiv)* indicativo praesentis vel futuri fortius declarari poterat. V. *Matth.* gr. §. 515, c. [Nam quod non factum esse, sed *fieri* modeste declaratur, necessario ita comparatum est ut pro sua cuiusque loci sententia aut *praesenti*, ut in *βουλοίμην ἄν*, aut *postero* sive *futuro* tempore fiat, ut in *λέγοιμ' ἄν*. Hic autem vide quid committant qui *incerti* vim attribuunt particulae. Nam rem certissimam et verbi modo (opt.) et particula (*ἄν*) *dupliciter* tamquam *incertam*, hoc est tamquam *incertissimam* describere, haec non modestia est, verum ultima insulsitas. Imo in eo cernitur amabilis Graecorum modestia atque urbanitas, ut rem. per se vel certissimam tamen *ex sua* tantum *sententia* (opt.) *tamquam certam* referant. *Const. M.*] Ita *τῶν δ' ἐμῶν παίδων φυγὰς ψυχῆς ἂν ἀλλαξαίμεθα* Med. 968, quod non tam denotat propensionem animi, quam utrum expleas necne definire non ausis *(permutare velim)*, id quod nudus significaret optativus, sed prorsus ut apud Latinos *haud scio an* urbane et modeste affirmantis est. Scilicet affirmatio in *ἄν* particula, modestia in optativo est. V. s. II. *τὴν ἐμὴν ψυχὴν κατώμοσ', ἣν ἂν εὐορκοῖμ' ἐγώ* Or. 1517. Inest enim simul ironia quaedam, tamquam quis non crediderit quod affirmatur, nos ubi similiter *doch wohl*, *doch wahrhaftig*; cf. ib. 1111. *οὐκ ἂν γενοίμην σοῦ τε καὶ μητρὸς φονεύς* Iph. T. 1007. *θέοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον ἢ θυμούμενος πρὸς κέντρα λακτίζοιμι* Bacch. 793. *οὐκ ἂν θάνοιμι τῇ τύχῃ λαχοῦσ' ἐγώ* Heracl. 548. *πᾶν δέ σοι δρῴημεν ἄν* Cycl. 132. *λόγοισι τόνδε μαλθάξαιμεν ἄν* Herc. f. 298. *ἐγὼ δὲ διὰ τὸ μὲν στέργειν πόσιν καὶ ξυνθάνοιμ' ἄν* Hel. 1418. *οὐκ ἂν κάμοιμι τὰς κακὰς κτείνων ἀεί* Phoen. 1590; cf. Bacch. 187. *τὸ ἐμόν ποτ' εὐγενὲς οὐκ ἂν προδοίην* Phoen. 1618. Iph. T. 717. *ἐγώ τε παίειν οὐκ ἐάσαιμ' ἂν χθόνα* Phoen. 1620. *οὔτ' ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ' ἂν οὔτ' ἄν τι δεξαίμεσθα* Med. 616. *οὐ τάνδ' ἀγῶνα πρῶτον ἂν δράμοιμ' ἐγώ* Alc. 492. *οὐκ ἂν μεθείην σοὶς γυναῖκα προσπόλοις* ib. 1114; cf. Iph. A. 310. *ὥστ' οὐκ ἂν αὐτὸν γναρίσαιμ' ἂν ἐλαιδόν* Or. 379; cf. El. 283. 285. *λάθοιμι τοῦτ'*

ἄν Iph. A. 516; cf. 1621. Iph. T. 1049. καίτοι φύγοιμ' ἄν Cycl. 430. Ἀσιάδος οὐκ ἂν ἥδιον φόφον κιθάρας κλύοιμεν ἢ Κύκλωπ' ὀλωλότα Cycl. 443. τὸ μὲν δίκαιον δυστυχεῖς καλοίμεθ' ἄν Iph. T. 500. οὐ γὰρ ἂν ξυμβαίμεν ἄλλως ἢ 'πὶ τοῖς εἰρημένοις Phoen. 593. οὐ σιωπήσαιμεν ἄν ib. 933. σιγῷμ' ἂν ἥδη Hipp. 336. οὐκ ἂν θέγοιμι Alc. 1117. ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχοιμ' ἂν εὖ λέγειν τύχην ib. 1073; cf. Iph. A. 383. οὐκ ἂν λίποιμι βωμόν Heracl. 345. ἐγὼ σὸν οὔτ' ἂν προσπεσεῖν τλαίην γόνυ — Hel. 953. θνήσκοιμ' ἄν Beller. VII (XXIII), 2; vid. *Matth.* κλέος τοὐμοῦ πατρὸς οὐκ ἂν μιάναιμι Hel. 1006; cf. ib. 1698. Ion. 986. στείχοιμ' ἄν Bacch. 515. 843. Ion. 668. 981. οὐκ ἂν φιλήσαιμι Cycl. 581. κλύοιμ' ἄν Suppl. 570. οὐδ' ἂν πιθοίμην El. 981. Hipp. 950. πείσαιμ' ἄν Hel. 1047. οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι, i. e. οὐκ ἂν πείσαιμι, Med. 941. Alc. 48. V. s. VI. παραινέσαιμ' ἄν Herc. f. 1313. Cf. Protes. fr. VII. fr. inc. tr. XL, 2. XLII. fr. dub. XXIV, 12. Palam. fr. III (I), 1. Pro optativo *participium* est Iph. A. 96. εἶπον πάντ' ἀφιέναι στρατὸν ὡς οὔποτ' ἂν τλὰς θυγατέρα κτανεῖν ἐμήν, i. e. in recta oratione οὐ γὰρ ἂν τλαίην. Hinc solemnes formulae: λέγοιμ' ἂν ἤδη, *sane iam dicam*, Suppl. 465. Iph. T. 811. 939. Heracl. 848. Hel. 23. El. 300. 1060. Bacch. 431. Heracl. 396. οὐκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσι σοῖς κακά Phoen. 1221. ὡς μόνοις λέγοις ἄν Iph. A. 863. οὐκ ἂν δυναίμην, *vix possim*, Or. 105. Med. 464. 1044. Alc. 1049. Suppl. 853. Iph. T. 1023. Bacch. 273. 834. Heracl. 564. Herc. f. 1395. Pel. fr. VI. Pirith. fr. VII, 2 sq. fr. inc. tr. X. XI, 3. οὐκ ἂν δύναιο Phoen. 410. Alc. 63. οὐκ ἂν δύναιτο Suppl. 182. 189. 422. Hel. 1303. Suppl. 856; cf. Hec. 1193. ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἄν Iph. T. 62. Iph. A. 1215. Tr. 771. Ion. 565. βουλοίμην ἄν Hec. 319, quod non tam simpliciter est *velim* (βουλοίμην), quam *sane velim*, nos ubi simillime *ich möchte wohl*. Cf. Med. 73. Hipp. 904. Cycl. 164. Heracl. 737. Rhadam. fr. I (II), 10. βουλοίμεθ' ἄν Hipp 270. Alc. 188. βούλοιτ' ἄν Heracl. 457. Vel θέλοιμ' ἄν Phoen. 726. Med. 251. Hipp. 1017. Iph. T. 1009. Ion. 626. Heracl. 679. Phoen. fr. VI (II). Teleph. fr. XXVIII (XXII), 2. V. infr. s. 2.

Quod quum praes. optat. c. ἄν futuri saepissime significatum habeat, *futurum* et *optativus* interdum brevi intervallo variant, eo videlicet discrimine, ut ille rem tamquam *revera futuram*, hic autem rem tamquam quae *cogitetur futura esse* describat. Cf. *Herm.* de part. ἄν p. 166. Ἑλένην οὔποτ' αἰνέσω, οὐδ' ἂν προσείποιμι Or. 521; cf. Alc. 944 sqq. Plura dedit *Matth.* gr. p. 1164, γ.

c) Nonnumquam igitur *aoristi optativus* c. ἄν idem valet ac Latinorum *coniunctivus perfecti*, quamquam subtilior est Graecorum aoristus

quam ut non praesens persaepe Latinis vel futurum sit usurpandum, etiamsi Graeci aoristi usurpant optativum. εἶποις ἄν Ion. 629, *sane quidem dixeris.* οὐκ ἄν τις εἶποι μᾶλλον ἢ πεπόνθαμεν Herc. f. 916; cf. Antiop. fr. XLI (XXI). XLVI (XLI). Archel. fr. VII (V). Aug. IV. Beller. III (IX). fr. inc. tr. III, 6, 2. οὐκ ἄν γ' εἰδείης ἕτερον πολυποθότερον, *vix cognoveris*, Herc. f. 1196. οὔ τιν' ἂν πίθοις, *vix cuiquam persuaseris*, Heracl. 1008, quod est urbane dictum pro *nemini certe persuadebis.* λόγους ἀναλοῖς· οὐ γὰρ ἂν πείσαις ποτέ Med. 325. πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς, *profecto inveneris*, Andr. 85. κἀν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν Bacch. 488. πολλοῖς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους El. 530. οὐκ ἄν τιν' εὕροιτ' ἄλλον ἀθλιώτερον Suppl. 1077; cf. Peliad. fr. V, 2. οὐκ ἂν τύχοις Phoen. 618. οὐ γὰρ ἂν τύχοις τάδε ib. 1660. δὶς τόσον γὰρ ἂν τέρψειας ἡμᾶς, εἰ τεθνᾶσι παγκάκως Med. 1134. ἴδοις ἄν Alc. 499. σκαιοὺς δὲ λέγων — τοὺς πρόσθε βροτοὺς οὐκ ἂν ἁμάρτοις Med. 191; cf. 867. Antiop. fr. XXI. XXII. οὔτις ἂν ψαύσειέ μου Cycl. 533. τρέχων ὁ μῦθος ἂν σοι ταὐμὰ σημήνειεν ἄν Ion. 529. Etiam hunc optativum in obliqua oratione *infinitivus* excipit. Ἥραν νομίζων οὐκ ἂν προδοῦναί με Heracl. 1040, i. e. Ἥρα μ' οὐκ ἂν προδοίη, *certe me non prodiderit.*

d) Etiam pro *imperativo* usurpatur *optativus* cum ἄν, quatenus qui ita loquitur non tam iubet vel imperat, quam ex sua aliquem sententia vel posse quid facere vel recte quid facere affirmat. Ita quod nobis est *ich dächte du gingst hincin*, Sophocli est χωροῖς ἂν εἶσω Phil. 674. El. 1491. Nec multo aliter κλύοις ἂν ἤδη τῶν ἐμῶν θεσπισμάτων Phoen. 910, i. e. *sane igitur per me licet audias.* λέγοις ἄν Ion. 335. 1336. ὡς οὐκ ἔτ' οὖσαν οὐδὲν ἂν λέγοις ἐμέ Alc. 387, *sane te dicere licet me non amplius esse.* Sic etiam σφάζοντες οὐ λήγοιτ' ἄν Ion. 1404. V. *Matth.* gr. p. 1165. δ. *Rost.* gr. p. 584. b. *Herm.* de part. ἄν p. 170.

e) Eadem particulae in *interrogationibus* ratio ac vis est. Quum enim per nudum optativum quaeratur, *quid* vel *utrum quid esse cogitari* vel *statui possit*, per optativum cum ἄν coniuncto quaeritur, *quid* vel *utrum quid esse revera certo cogitari* vel *statui possit.* Apte igitur particula Latinis tum *vero* tum *quaeso* vel *tandem* exprimitur, quamquam etiam in his nihil ad vim particulae *affirmativam* pariter atque *subiectivam* exprimendam accommodatius est vernacula vocula *wohl.* Ita Hom. Il. δ', 94. τλαίης κεν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν; i. e. *wärest du wohl auf Menelaos zu schiessen?* Videlicet hoc nihil aliud est quam *affirma mihi* (non *dic mihi*) *utrum Menelaum vulnerare ausis.* Hinc πρὸς τόνδε σοφίας τις ἂν

ἄγων ἥκοι πέρι; Or. 491, *num vero cum eo sapientiae sit certamen?* πείσειας ἄν τιν' —; *persuadeasne, quaeso, alicui* —? Hel. 1045, ad quod v. 1047 respondet Helena πείσαιμ' ἄν, *sane, persuadeam.* οὐ γάμων ἐξαιρέτους ἄλλους λάβοιμ' ἄν, εἰ γάμων ἱμείρομαι; *nonne vero consequar* —? Iph. A. 485. Clarissima haec affirmativa particulae vis, ubi similis potestatis particulam, ut δή vel δῆτα, adnexam habet. φέρε ἄν δὴ τόνδ' ἄνδρα μάχης ἐρύσαιο Il. ε', 456; cf. κ', 204. Eur. Or. 92. Iph. A. 843. Itaque est etiam modeste vel optantis vel iubentis. Optantis: εἶποι τις ἂν τὸ πραχθέν —; Hipp. 842. πίθοι' ἄν δῆτά μοί τι, παρθένε; Or. 92. οὐδ' ἂν πόλιν φράσειας, ἥτις ἐστί σοι; Iph. T. 505. ξένοι, φράσαιτ' ἄν, ναῦμα ποταμίου πόθεν δίψης ἄκος λάβοιμεν; Cycl. 96. κλύοις ἂν οὖν τι καποκρίναι' ἂν σοφῶς; Bacch. 1270. Iubentis: οὐκέτ' ἂν φθάνοιτε κλῆθρα συμπεραίνοντες μοχλοῖς; Or. 1551; cf. Iph. T. 245. Tr. 456. Heracl. 721. Ita etiam praefixo vocabulo interrogativo, ut ἦ, ἆρα, πότερον. ἦ τλαίης ἄν; El. 278. ἆρα δυναίμεθ' ἄν; Iph. T. 1020; cf. Bacch. 943. σκόπει, πότερον ὁ δαίμων χὠ θανὼν τὰ τῶν πέλας βούλοιντ' ἂν ἢ οὐ βούλοιντ' ἂν ἀποδοῦναι πάλιν Hel. 921. Τίς, ποῖος, πόρος. τίς μάρτυς γένοιτ' ἄν; El. 378, *quis tandem testis sit?* τίς σωφρονῶν τλαίη τάδ' ἄν; Hel. 97. τίν' ἂν προσειπὼν, τοῦ δὲ προσρηθεὶς ὕπο τερπνῆς τύχοιμ' ἂν εἰσόδου; Alc. 945. τίς οὖν ἂν εἴη — γυναικὶ συμφορά; Andr. 904. τίς ἐκ δράκοντος θοῦρος ἂν γένοιτ' Ἄρης; Suppl. 579. τίν' ἂν λάβοιμι τῶν ἐμῶν ἀρχὴν κακῶν; Iph. A. 1124. τίς ἂν δίκην κρίνειεν; Heracl. 180. τίν' ἂν ἔχοις μᾶλλον φίλον; Hel. 92. καὶ τίς ἄν γέ μ' οἰκτίσειε; Or. 782. τίς δ' ἂν κλύοι σου πατρὶδ' ἐπεστραμμένου; Phoen. 608. τίς ἂν θεῶν ἀρωγὸς ἢ τίς ἂν βροτῶν — — φανείη; Hipp. 675. τίς ἂν φράσειε; Iph. A. 802; cf. Iph. T. 577. Bacch. 1256. Hel. 442. Iph. A. 843. Phoen. 969. Or. 1336. Suppl. 1180. Heracl. 538. Herc. f. 1308. Aeol. fr. XVI (XXI). Archel. fr. XVII (XXI). Beller. XII (XIII). [Huc pertinet Alcest. v. 211. ἰὼ Ζεῦ, τίς ἂν πως πόρος κακῶν γένοιτο —; Libri fluctuant inter πως — πᾶ — παῖ — πῶ πᾶ, id quod iure admirareris, si certum quid scriptum invenissent librarii. Scribo igitur ὦ Ζεῦ, τίς ἂν πόρος κακῶν | γένοιτο, quibuscum congruunt antistr. παπαῖ παπαῖ, φεῦ φεῦ, ἰὼ —: id ipsum enim compendio quidem scriptum exhibet vulgata παῖ πάϊ, φεῦ φεῦ ἰώ, alterum vero quod vulgo additur ἰώ scribendum ὦ coniungendumque cum παῖ Φέρητος. Nimirum πᾶ — πῶς vel ex prima vocis πόρος vel eo quo *Erfurdt.* indicavit modo ortum (v. ap. *Matth.* ad l.). Hic enim nos quod dedimus iam pridem dedit. *Const. M.*] ἐρῶ, τίς ἄνδρ' ἄριστον ἐγκρίναιεν ἄν Herc. f. 183. ποῖοι γὰρ ὅρκοι κρείσσονι

τες λόγοι τῆσδε (δέλτου) ἂν γένοιντ' ἄν; Hipp. 961. πόσας ἂν νὰς θυγατέρ' ἠδικημένην βούλοι' ἂν εὑρεῖν; Andr. 350. De upl. ἂν v. s. V. Porro τί γὰρ ἂν ὠφελοῖμί σε; Hel. 156. Et ubi i adverbii vim induit. τί σοι λέγοιμ' ἂν ἃ γε παροῦσ' ὁρᾷς —; Or. 31 et τί σοι λέγοιμ' ἂν τὰς ἐν Αἰγαίῳ φθορὰς —; Hel. 772. [Participii pro verbo finito positi exemplum esset ἰσχὺν ἔχονθ' ἂν (h. e. ἔχοντε ἄν) τίνα πρὸς ἀνθρώπου φύσιν; Ion. 1004, sicut prius e *Scaligeri* coniectura legebatur, nisi rectius cum *Hermanno* et *Dindorfio* scriberetur ἔχοντας. Rectius autem sic scribitur non propter ἄν, quod per se hic non ineptum, sed propter optativum: hic enim a sententia loci alienus. De collocatione particulae v. infra. *Const. M.*] Πῶς. καὶ πῶς ἂν (*qui tandem*) αὐτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι; Alc. 140. πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐνδείξαιτό τις —; ib. 152. πῶς ἂν σ' ἐπαινέσαιμι μὴ λίαν λόγοις; Iph. A. 977. πῶς ἂν δικαίως ὡς *Μυκηναίους* ἄγοι ὧδ' ὄντας ἡμᾶς —; Heracl. 188. πῶς ἂν μὴ διορθεύων λόγους ὀρθῶς δύναιτ' ἂν δῆμος εὐθύνειν πόλιν; Suppl. 417. πῶς ἂν νὺν ἴσθοιμεν ἄν; Iph. T. 98. πῶς ἂν οὖν δρῴην; Or. 776. πῶς ἂν οὖν εἴην κακός; Hipp. 654. πῶς ἂν οὖν εἴη σοφός; Andr. 1165. πῶς ἂν οὖν εἴην σός; Ion. 543. πῶς οὖν ἂν εἴη; Suppl. 558 πῶς θάνοιμ' ἂν οὐκ καλῶς; Hel. 305. πῶς οὖν ἂν αὐτῷ πλησιασθείην ποτέ; El. 634. πῶς οὖν ἔτ' ἂν τις ἐλπίσαι πράξειν καλῶς; Hec. 820. πῶς οὖν ἔτ' ἂν θνήσκοιμ' ἂν ἐνδίκως; Troad. 961. πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις; Suppl. 447. ἐλθὼν δέ σ' ἠρώτησα, πῶς τροχηλάτου μανίας ἂν ἔλθοιμ' εἰς τέλος; Iph. T. 83. καὶ πῶς σ' οὔτις ἂν θείη τυφλόν; Cycl. 674. πῶς οὖν θανὼν ἂν (ἡμᾶς) ἀπολάβοι; κεῖνος δὲ πῶς τἄ ζῶντα τοῖς θανοῦσιν ἀποδοίη ποτ' ἄν; Hel. 918 sq. Cf. El. 534. Hipp. fr. p. 190, 3. Phrix. fr. IX(VI). Phil. fr. I, 1. Ita etiam ἔστ' οὖν ὅπως ἂν — κἀγὼ λαβοίμην τοῦ — θαλοῦ; Cycl. 469. Cum *infinitivo*. πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκεῖς; Hipp. 470. Ab his aliquantulum differunt propter collocationem particulae (vid. infr.) πῶς εἴποιμ' ἄν; Phoen. 1179. καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδε δυσποτμώτερα; ib. 1357. πῶς γὰρ ἀγγέλειεν ἄν; Iph. T. 740. πῶς σωθεῖμεν ἄν; ib. 1028. πῶς οὖν γένοιτ' ἄν —; ib. 1017. Bacch. 824. σμικροῖσι γὰρ τὰ μεγάλα πῶς ἔλοι τις ἂν πόνοις; Or. 693. ὃν μὴ σὺ φράζεις πῶς ὑπολάβοιμ' ἂν λόγον; Iph. A. 923; vulg. ὑπολάβοιμεν; v. infr. p. 213. πῶς γὰρ κτήσαιτ' ἂν ὄλβον; Autol. fr. I, 4. Iam quum *quomodo tandem quid fieri possit* interrogare interdum sit eius, qui aliquid ut fiat optare sese significat, sed quomodo perficiat ignorare, hinc factum ut Attici hanc interrogationis formulam etiam ad *optatum* exprimendum adhiberent. V. *Matth.* gr. p. 1116. *Herm.* de part. ἄν p. 170 sq. *Kuehner.* gr. §. 467, 6.

In quibus πῶς ἄν mirifice conspirat cum Latino *utinam* i. e. *quomodo nam* s. *quomodo tandem*. τὰ καλλίπυργα πεδία πῶς ἱκοίμεθ' ἄν Suppl. 618. πῶς ἄν ξίφος νὼ ταὐτὸν, εἰ θέμις, κτάνοι Or. 1052. πῶς ἄν δίκ μαν Med. 97. Alc. 867. Suppl. 796. πῶς ἄν ἐς ὄψιν τὰν ἀμετέραν ἔλθ Med. 173. πῶς ἄν — πῶμ' ἀρυσαίμαν Hipp. 208; cf. 345. Herc. f. 487 Iph. T. 627. Ποῦ et ποῖ. ποῦ δῆτ' ἄν (*ubinam tandem*) εἴη; Hel 474. ποῦ ταῦτα καλῶς ἄν εἴη παρά γ' εὖ φρονοῦσιν; Heracl. 870 ποῖ τις οὖν ἔτ' ἄν φύγοι; Or. 598. At ποῖ δέ σ' ἐκφύγοειν ἄν; Iph T. 1204. ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε Θησέα μολὼν εὕροιμ' ἄν; Hipp. 115 sq., ubi scire vult nuntius, num Theseus omnino non procul absit; de ipso loco, *ubinam* ille sit, non quaeritur.

Nempe probe notanda particulae in interrogando sedes. Vides enim tum ipsi vocabulo interrogativo tum verbo tum alii cuipiam voci agglu tinatam. Quorum suo quidque iure fit ac sensu. Scilicet de ipsa r vel *homine* (τις) vel de *ratione* (πῶς) vel de *loco* (ποῦ, ποῖ) ubi quae ritur, ἄν interrogativo vocabulo adhaerescit, ubi vero de *actione* v *condicione*, associatur verbo, ut, si quaeras τίς — πῶς — ποῦ ἐ γένοιτο, de *homine* vel *ratione* vel *loco* addubites respondeaturqu οὗτος — οὕτως — ἐνταῦθα ἄν γένοιτο, sin τίς — πῶς — πο γένοιτ' ἄν, omnino num *exsistat* aliquis addubites respondeaturqu οὗτος — οὕτως — ἐνταῦθα γένοιτ' ἄν. Quin etiam ad aliud voc bulum accedit ἄν, in eo quando interrogationis momentum est, ut, Theseus in Suppl. 579 ex praecone Thebano acerbe cavillans quaeri τίς δ' ἐκ δράκοντος θοῦρος ἂν γένοιτ' Ἄρης, neque de *partu* dr contis (γένοιτ' ἄν) neque de *hominis* e draconte partu (τίς δ' ἄν), s *vir fortis* num qui e draconte procreari possit vehementer dubitare se declarat. V. s. I, 1, b et e. *Matth.* gr. p. 1414, 3. *Rost.* gr. §. 12 not. 4. 5. *Herm.* de part. ἄν p. 193 sq.

f) Similis est particulae usus, quando in enuntiatione ex *pronomi* vel *adverbio relativo* suspensa cum *optativo* coniuncta exstat. In q bus ἄν addi, quia de eo, quod *possit* fieri, sermo sit, haud verum *Hermanni* praeceptum ad Soph. Ai. 1200. Nam eadem prorsus par culae natura ac si pronomine vel adverbio demto libera esset enuntiat Quamquam eius in talibus vi exprimendae plerumque impar est et nost lingua et Romanorum. σύμμαχος γένοιό μοι τοιοῦτος, οἷος ἂν τρο Εὐρυσθέως θείην Heracl. 743: hic enim, quem nemo interpretum p spexit, sententiarum nexus: utinam, o lacerte, qualis olim iuveni, t etiam nunc seni sis socius: *talis* (i. e. tali lacerto pollens) *enim profe* (οἷος ἄν) *in fugam vertam Eurystheum.* Οἷος utrum pro τοιοῦτος (*Matth.* gr. §. 477, d) an pro ὥστε (ib. §. 479. not. 2) dictum velis

em redit. Crebrius illud post sententiam negativam. Ita ἀλλ' οὐδὲ λων τις πέλας οὐδείς, ὅστις ἂν εἴποι Alc. 80, quod sine negatione et φίλων γὰρ ἄν τις πέλας ὢν εἴποι, certe familiarium si quis sit ope dicat. οὐκ ἐξεριστὴς τῶν λόγων, ὅθεν βαρὺς μάλιστ' ἂν εἴη μότης τε καὶ ξένος Suppl. 894, i. e. ἐκ τούτου γὰρ βαρὺς μάλιστ' ἂν η etc., inde maxime profecto molestus fiat et civis et hospes. Hipp. 227. (φυγεῖν χρὴ) — ἔσω πέτρας τῆσδ', οὗπερ ἂν λάθοιτί Cycl. 195. οὐκ ἔστιν — κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς; 539. οὐκ ἔστιν οὕτω στερρὸς ἀνθρώπου φύσις, ἥτις — κλύουσα ήνους οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ Hec. 296, i. e. θρήν. κλύ. δάκρυ ἂν βάλοι ἀνθρ. φύσις, cf. Ion. 924. οὐκ ἔστι — — συμφορὰ, ἧς οὐκ ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις Or. 3. οὐδεὶς σκότος γὰρ ὥδ' ἔχει λαν νίφος, ὅστις κακῶν σῶν συμφορὰν κρύψειεν ἄν Herc. f. 1216. κ ἔστι τοῦτον ὅστις ἂν κατακτάνοι Heracl. 972, quam periphrasin e tritum est pro τοῦτον οὕτις ἂν κατακτάνοι, haud scio an mo illum occidat; cf. El. 903. οὐκ ἔσθ' ὅτου θίγοιμ' ἂν ἐνδικώτερ ib. 224. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου ἐσθλόν τι δράσας μάρτυρ' ἂν λάβοις ίραν ib. 186. ἔστι δ' οὗ σιγὴ λόγου κρείσσων γένοιτ' ἄν Or. 638. κ οἶδ' ὅπως εἴποιμ' ἂν εὐτυχεῖν τινὰ θνητῶν Hipp. 981, i. e. οὐδαῶς τίποιμ' ἂν etc. Cf. *Matth.* p. 1070 sqq. p. 1215. Praeterea huc rtinent μέγας θησαυρὸς ὡς ἀνοίγνυται κακῶν, ἐφ' οἷσι πᾶς ἂν ἐκλοι (quibus profecto fundat) δάκρυ Ion. 924. πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος, αἱ σίδηρος πολιήρων δράσειεν ἄν Phoen. 520, i. e. multum sane prociat ferrum, sed hoc totum evincit etiam oratio. V. *Matth.* ad l. ἃ ναία γυνὴ δράσειεν ἂν ποθοῦσα τὸν πάρος πόσιν Tr. 1014. μί' ιν ἐλπὶς, ἣ μόνη σωθεῖμεν ἄν Hel. 821. ἀλλ' ἦ γένοιτ' ἂν ἐνδικωρως φράσω Heracl. 544. λέγων —, ὡς φίλων μὲν ἂν γήμαιμ' ἀπ' δρῶν Andr. 975. συμπροξένησον, ὡς τύχω μαντευμάτων, ὅπη νεὼς ίλαιμ' ἂν οὔριον πτερὸν εἰς γῆν ἐναλίαν Κύπρον Hel. 147, quod ation recta esset πῆ — στείλαιμ' ἄν —; v. s. e. [Ita etiam ἱερεὺς — μὸν ἐπεσκοπεῖθ', ἵνα πλήξειεν ἄν Iph. A. 1579.] Similiter Iph. T. 25. τί δ' εἰ με ναῷ τῷδε κρύψειας λάθρα; — ὡς δὴ σκότος λαβόντες σωθεῖμεν ἄν; i. e. quippe tenebras nactos sane servari nos posse putas? eque enim ὡς h. l. finalis est particula, ut *Herm.* statuit de part. p. 176. De ὡς δή vid. s. ὡς. De toto hoc genere *Matth.* gr. 1214 sq.

Et quidem eadem particulae in sententiis finalibus vis. Verum in ibus optativus cum ἄν consociatus apud Euripidem non invenitur. enus enim locus Iph. A. 171, ubi cum *Dind.* legendum ὡς κατιδοίν pro vulg. ὡς ἴδοιμ' ἄν. Contra luculentum exstat exemplum in

Soph. Oenom. apud Arist. Av. 1337. γενοίμαν ἀετὸς —, ὡς ἂν ποταθείην — ἐπ' οἶδμα λίμνας, ubi quid valeat ἄν facile dispicitur sic immutata sententia: ποταθείην γὰρ ἄν i. e. *nam avolem profecto*. Ceterum iisdem hic legibus adstricta est particulae collocatio, de quibus dictum s. I, 1, b et II, 1, e. extr. Falsus enim *Herm.* de part. ἄν p. 174.

g) Praeterea loci sunt aliquot, ubi particula deesse videbatur viris doctis. Nec id mirum. Nam paene nutricis cum lacte errorem suxerant ἄν optativo in liberis enuntiationibus numquam deesse, nisi ubi *optatio* exprimeretur. Ut vero ab omni inde tempore peccarunt, quod, si quid saepe factum esse animadverterent, id semper fieri debere opinabantur, ita etiam, quod optativum opinionem significantem, quoniam raro careret, carere numquam posse particula existimabant. Extitit particulae non positae defensor *Hermannus* in praef. ad Ai. p. XIX sq. et ad v. 904. Sed ibi quidem quae de hac omissione commentus erat vir illustrissimus, haec dudum et a *Matthia* confutata sunt ad Eur. Hipp. 469 et gr. p. 1166 sq. et ab ipso tacite retractata de part. ἄν p. 160. Multa etiam *Reisigius* de nudo disseruit optativo p. 123 sqq., sed tam perversa illa quidem ac mirabilia, ut nemo umquam mirabiliora excogitaverit. V. *Herm.* l. c. p. 159. Rectissimum esset quod *Herm.* p. 160 et *Matth.* ll. cc. optativi cum ἄν coniuncti et non coniuncti constituunt discrimen, si condicionem significare ἄν constaret. At vero hanc ipsam vim alienam esse vel Reisigiana somnia docere poterant: exempla enim, quibus ille in rem suam utitur, demonstrant condicionem, sicut ad optativum cum ἄν coniunctum saepissime cogitari nequeat, ita ad nudum optativum saepissime cogitari posse. V. etiam *Const. Matth.* Quaest. Soph. p. 12 sq. Imo quum ἄν optativo adiunctum sententiam referat eius, qui quod cogitat (opt.) *tamquam certum ac verum* (ἄν) *ponit* sive *affirmat*, apparet nudum optativum sine hac affirmatione usurpari atque simpliciter esse cogitantis, opinantis, coniectantis, dubitantis. Utcumque igitur fert animus scriptoris, ἄν vel subiungitur vel non subiungitur: in promptu est enim, utrum affirmare velit nec ne scriptoris esse arbitrium. Ita Hom. Il. τ', 90. ἀλλά τί κεν δὴ ἕξαιμι; i. e. *aber was hätte sich denn auch thun lassen?* Cf. Od. δ', 649. *Matth.* p. 1152. not. 4. p. 1168. not. 2. At Theocr. 27, 24. καί τί, φίλος, δὴ ἕξαιμι; i. e. *ja was lässt sich thun?* Melius enim de hisce iudicat *Rost.* gr. §. 120, 6, a, α, quam *Herm.* de part. ἄν p. 157, qui quid sibi velit nemo credo intelliget. Dem. in Lept. p. 484, 9. οὐδεὶς ἂν ἀντείποι, i. e. *nemo profecto contradicat*. At Eur. Iph. A. 1210. οὐδεὶς πρὸς τάδ' ἀντείποι βροτῶν, quem optativum quod penitus laborare sibi persuasit *Reisig.* p. 126 penitus erravit errarunt[que]

Insl. Blomf. Herm. Praef. ad Ai. p. XXII: omnes enim praepro- re correxerunt *ἀντερεῖ*. Optimo iure librorum scripturam con- vant *Herm.* Vig. p. 816. de part. *ἄν* p. 162 et *Matth.* ad h. l., em vide. Nempe simpliciter dicitur: *nemo contradicat.* Quod r. B. habet *ἀντείπῃ* editoris nescio an typothetae culpa in *Din- fianam* irrepsit. Hinc *πῶς οὖν τάδ', ὡς εἴποι τις* (*könnte man* ren), *ἐξημάρτανες*; Andr. 929; v. *Matth.* ad l. Et hic quidem (*könnte man wohl sagen*) utpote in simplici ac mera loquendi nula ne aptum quidem esset. Huius generis sunt etiam *θᾶσ- ἢ λέγοι τις* Hipp. 1186 et *θᾶσσον ἤ σν ξυνάψαις βλέφαρα* ch. 746. *Herm.* quidem ad h. l. „in hac formula *ἄν* non habet m, nisi dicere velis *citius quam tu possis nictari.*" Atat id m dicitur et quidem dicitur propter ipsam particulae absentiam: enim adiecta diceretur *citius quam tu nictari profecto possis*, quod ilsum esse nemo non videt. [Prorsus inutile *ἄν* esset. Sed ne opta- s quidem genuinus. Rectissima enim codd. lectio, quam *Dind.* que reposuit, *ἤ σε ξυνάψαι*, quae librariorum emendatio esse nit. V. *Matth.* ad l. *Const. M.*] *τί τὸ δίκαιον τοῦτό γ'; ἆρ' ἔχοι- ἀντειπεῖν ἔπος*; Iph. A. 1391. *Herm. ἔχοιμ' ἄν. Dind. ἆρά γ' μιν*: utrumque male; est enim simpliciter dubitantis, ut recte in- exit *Matth.*, quem v. *μήτηρ δ' ὁμαρτεῖ — καὶ παῖς Ὀρέστης, τ τερφθείης ἰδὼν χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν* Iph. A. , ubi non necessarium et ne aptum quidem quod *Herm.* coniecit *ὥς τερφθείης*: id enim, etiamsi consilium exprimeretur, quod non ex- nitur, tamen certe diceretur *ὥς τι τερφθῇς*. Imo sensus: *ita ut m adspectu te delectari putem.* Est enim simpliciter coniicientis, pror- ut in *οὐ γὰρ ἐμπλήσαιμί σε μύθων, λέγων τ' ἄν σοι κἀκ' ἀλγοίην ἔτι* 775. Et hic quidem magna in constructionis varietate et subtilitas et elegantia: nam Helenam narrationis suae insatiabilem fore utpote lieno homine dumtaxat coniicere (opt.), at sibi eadem illa narratione rem refricatum iri utpote de se ipso tamquam certam ponere opi- em vel coniecturam (opt. cum *ἄν*) poterat Menelaus. Itaque inutilis *dorfii* correctio *οὔτ' ἄν* pro *οὐ γάρ*. Contra in *ἀλλ' ἀντίαζε καὶ ὡς πειστηρίους εὕρισκε —· τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἅπαντα συμβαίη ῥᾳ* Iph. T. 1055 unice aptum videtur quod *Markl.* proposuit *ἄν ται*, ut quod fiduciam Orestis, qualem iam per se ipsa prodit sen- a, gravius depingat. Sic etiam *Dind.* V. s. II, 1, a. Simili vitio la- locus Iph. A. 523. *ὃν μὴ σὺ φράζεις πῶς ὑπολάβοιμεν λόγον*, quamvis excusationem habeat nudus optativus, tamen, quum inau- sit Menelaum de se uno numero plurali loqui, in *ὑπολάβοιμεν* patet

latere *ὑπολάβοιμ' ἄν*. Atque sic etiam *Dind.* [Male denique etiam Hipp. 469 vulgo legitur *οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρῆν βίον λίαν βροτούς· οὐδὲ στέγην γὰρ, ἧς κατηρεφεῖς δόμοι, καλῶς ἀκριβώσειαν*. Qui quamvis obscurior sit locus, tamen poetam dicere non est obscurum aut: *ne tectum quidem nimis exacta cura bene elabores* (i. e. ne tectum quidem bene elabores, si nimis artificiose vel accurate elabores), aut, quod propter *καλῶς* minus placet: *ne tectum quidem bene elabores ut sit ex omni parte accuratum* (v. *Matth.* ad l.). Horum utrumcumque praeferas ratiocinatio est, in qua praecipuus particulae locus. V. s. I. Itaque *ἀκριβώσαις ἄν* e s. *ἀκριβοῦν* scribendum dixi et nunc dico. *Ἄν* quidem addendum *Reisigius* quoque vidit de part. *ἄν* p. 127, sed ab ipsa sententia etiam longius aberrans quam *Herm.* praef. ad Ai. p. XXII. *Const. M.*] De Hec. 997 v. s. *ὀνιναίαι*: falsus enim *Kuchner.* gr. §. 468, 1.

2. Eadem vi qua optativo particula etiam *indicativo aoristi vel imperfecti* adnectitur, eo videlicet discrimine, quo optativus et indicativus aoristi vel imperfecti per se ipsi differunt. Cuius generis duplex est ratio. Aut enim indicativus rem exprimit, quae *facta esse cogitatione fingitur* (*vorgestelltes — ideelles Faktum*), aut rem, quae *vere facta est* (*wirkliches — reelles Faktum*). Et quidem a) ubi de re cogitata sermo est, *ἄν* particulae accessio declarat hanc rem *tamquam certe factam cogitari*. Duo huiusmodi exempla primo loco collocem, quae *affirmativam* particulae vim vel obstinatissimo persuadeant. *οὐκ ἐσθ' ὅπως ἔτεκεν ἄν — Λητὼ τοσαύτην ἀμαθίαν* Iph. T. 385, i. e. *nullo pacto* (*nimmermehr*) *Latona tantam progenuit stultitiam*. *ἐμοὶ γενέσθαι πάντα μᾶλλον ἄν ποτε — παρέστη τῶνδε* Ion. 1450, *ich hätte wahrhaftig* (*ἄν*) *eher alles Andere gedacht als dieses*. Huc refera etiam Hom. Od. δ', 546. *ἦ γάρ μιν ζωόν γε κιχήσειαι ἦ κεν Ὀρέστης κτεῖνεν, oder O. hat ihn gewiss getödtet*. Ita *παῖδας δ' ἐγὼ μὲν γνησίους ἔτικτον ἄν, ἢ δ' ἠμιδούλους τοῖς ἐμοῖς* Andr. 941. *ἄκαρ λίχος γε τῆσδ' ἂν οὐκ ἐκτησάμην* Tr. 416. *οὐδ' ἂν ᾠόμην ποτὲ εἰς τοῦθ' ἱκέσθαι* Herc. f. 1355; cf. Alc. 1091; nos: *ich hätte wahrhaftig nicht geglaubt*. *οὐκ ἄν ποτ' ἠὖχουν οὔτε σ' οὔθ' ἡμᾶς λαθεῖν Μενέλαον* Hel. 1635. Imprimis huc pertinent *ἤθελον ἄν* et *ἐβουλόμην ἄν*, quae qui differant a *θέλοιμ' ἄν* et *βουλοίμην ἄν* in promtu est: ubi enim quae cupis *non perficiuntur*, ut si de re praeterita loqueris, legitimus est *imperfecto* locus (*vellem*), ubi vero quae cupis etiam *perfici posse cogitas*, ut si de re praesenti vel futura loqueris, *praesenti optativi* locus est (*velim*). V. *Matth.* § 509. a. Ita *οὐδ' ἄν σε Φῶκον ἤθελον κατακτανεῖν* Andr. 687. *ἐβουλόμην ἄν, εἰ κασίγνητός μοι σὸς εἰς εὐτυχοῦντας ἦγεν εὐτυχῶν δόμους* El. 397, i. e. *vellem me fratrem tuum in*

es suas duxisse. πόσῳ σφιν συνθανεῖν ἂν ἤθελον Suppl. 769. etiam de re praesente, quam certum est *non perfici.* Eius generis trissimum est exemplum, licet pro indicativo *infinitivus* sit, 1078, ubi, quum Hercules optasset εἰ γὰρ τοσαύτην δύναμιν ον, ὥστε σὴν εἰς φῶς πορεῦσαι — γυναῖκα, respondet Admetus: ὐ οἶδα βούλεσθαί σ' ἄν· ἀλλὰ ποῦ τόδε; οὐκ ἔστι τοὺς θανόν- εἰς φάος μολεῖν, i. e. *certe velles* (ἐβούλου ἄν), *non dubito, in m reducere te posse uxorem meam; at fieri non potest.* Indicativus Ion. 568. δέσποιναν εἰς τέκν' εὐτυχεῖν ἐβουλόμην ἄν —. V. s. II, p. 206. Contra ἂν ἠθέλησα (*voluissem*) dicitur, si quid cupiveras, sed d cupiveras *non est perfectum* ideoque rursus abiectum, sicut obli- oratione per *infinitivum* dicitur Hipp. 1027. ὄμνυμι τῶν σῶν μήποθ' σθαι γάμων, μηδ' ἂν θελῆσαι, i. e. oratione recta: *coniugem tuam contrectavi et ne voluissem quidem contrectare.* [Hactenus recte. quae sequuntur pessime ab editoribus fere omnibus cum plerisque d. exarantur: μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν. Id enim esset *quin ne in men- quidem venisset uxorem tuam contrectare*, quod est absurdum. Di- Hippolytus et debet dicere *quin ne in mentem quidem venit.* Me- igitur *Barnes.* ἐς ἔννοιαν ex vulg. εἰς ἔνν. Sed ne hoc quidem um. Utraque scriptura conflata lege: μηδ' ἐν ἐννοίᾳ λαβεῖν. st. M.] Hinc formulae τοὺς δὲ κειμένους νεκροὺς ἂν εἶδες Hel. 2. Contra ἴδοις ἄν de re praesente. καὶ τὴν μὲν ἂν προσεῖδες — ν — ἔχουσαν ἐν χεροῖν Bacch. 736; cf. 739. Andr. 1135. Phoen. ῖ. πληγῆς κτύπου γὰρ πᾶς τις ἤσθετ' ἂν σαφῶς Iph. A. 1582. δ' ἂν ἤκουσας τάδε ib. 432. θηρῶν δ' οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν ch. 1083. In interrogando. φίλων γὰρ ἂν τίς ἂν πατρὸς σοῦ φόνον νώνησέ μοι; El. 1047. De collocatione particulae vid. I, 1, b et 1, c, p. 210. τίς ἂν τόδ' ἤλπισεν βροτῶν ποτέ; Hel. 662. τί τοῦδ' ἂν ηφ' εὗρον εὐτυχέστερον —; Med. 552. πῶς οὖν ἂν ἐνθάδ' ἥσθά ν Τροίᾳ θ' ἅμα; Hel. 593. Post relativum. ἀνεγνώσθημεν ἂν εἰς βοὶ' ἐλθόντες, ἃ φανερὰ μόνοις ἂν ἦν Hel. 298, *quae nobis solum a fuissent.* Huc etiam referendae formulae οὐδ' ἂν βάρβαρός γ' η τόδ' ἄν Iph. T. 1174, quae est egregia emendatio *Matthiae* pro . οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἔτλη τις ἄν. Violenta certe medicina, qua f. et *Seidl.* deleverunt τόδε, quod insuper pernecessarium est. Sed m ye si usquam necessarium. Permira sunt quae dedit *Herm.* τίς δ' ἂν σώματος τοῦ σοῦ θιγεῖν; Iph. A. 1351. οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλλη- γυνὴ ἔτλη ποτέ Med. 1339. Et in his quidem haud magni est discriminis *cativum* aoristi an *optativum* ponas, licet ipsi per se sint probe discri- ndi. Talia enim quum fere ad facinoris alicuius vel perpetrati vel tan-

tum non perpetrati gravitatem describendam valeant, non multum interest utrum ad tempus, quo factum est illud, respicias dicasque *nemo profecto hoc ausus esset* (ἂν ἔτλη) an non respicias dicasque *nemo profecto hoc audeat* (ἂν τλαίη), sicut ipse dixit Eurip. in Hel. 97. τίς σωφρονῶν τλαίη τόθ' ἄν; quibus mortem Aiacis voluntariam perstringit Helena. Particulae vero in talibus affirmativa vis tam clara est, hanc ut vel caecus videat, quum condicionalem vim ne Lyncei quidem acies assequatur. *Infinitivus c. ἄν.* τοῦδε τοὺς ξανθοὺς πλόκους καθῃμάτωσ' ἄν, ὥστ' Ἀτλαντικῶν πέρα φυγεῖν ὄρων ἄν Herc. f. 236, i. e. ἔφευγεν ἄν. οὐκ ἄξι' ἀνδρὸς σοφοῦ λίην, εἰ κρυπτὸν εἰς γῆν τήνδ' ἄν — δοκεῖς ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν εὐθαρσῆ μολεῖν El. 525: quamquam ambiguum est hoc sitne pro οὐκ ἔμολεν ἄν (*non venisset*), an pro οὐ μόλοι ἄν (*non veniat*). Dicitur utrumque salvo sensu.

b) Neque alia particulae ratio, ubi indicativus aor. vel imperf. de re vere facta dicitur. Quod enim nudo praeterito simpliciter tamquam *factum* refers, id ἄν adiecto tamquam *certe ex sententia tua factum* refers atque affirmas. Ita dictum ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν Phoen. 404, i. e. *bald hatte ich mein täglich Brot, bald mochte ich freilich* (ἄν) *keines haben.* Quae optime depingunt pietatem atque animi mollitiam Polynicis: molliter haec enim atque subtiliter eloquitur, quo minus affligat afflictam matrem. Perperam igitur quidam αὖ pro ἄν. [Huius generis sunt etiam quae declamat chorus Andr. 1083. πολλαὶ δ' ἂν Ἑλλάνων ἀχόρους στοναχὰς μέλποντο δυστάνων τεκέων ἄλοχοι. Sic enim verissime *Matth.* (quem v.) e vulg. ἂν Ἑλλ. ἀγοραὶ ἀχόρους, certissimis argumentis impugnans alteram lectionem a *Dind.* et *Pflugk.* exhibitam ἀν' Ἑλλάνων ἀγόρους. Sensus: *wohl mochten* (ἄν) *viele Mütter der Hellenen in Klagen des Schmerzes sich ergiessen um ihre armen Kinder.* Quo nihil exquisitius dici potest. Quamvis enim vera esset lamentatio ista mulierum, tamen non ipsum se audivisse illam vel vidisse significat chorus, sed *ex sua tantum sententia pro certa affirmat.* Simplex μέλποντο esset simpliciter narrantis. *Const. M.*] Iam quum in talibus passim de re non semel facta, sed saepius repetita sermo sit, infelix antiquitus pererebruit opinio ἄν *repetitionem* quoque vel *consuetudinem* significare posse. Quam vim nequaquam in ipsa particula, sed in uno solo praeterito inesse demonstravimus s. I, 2, c. Cf. *Matth.* gr. §. 497, b. An πολλάκις semper adiiciatur necesse est, ut, si quid factum dicitur, id non semel, sed *saepius* esse factum intelligas? Itaque illud divine intelliges, quod Xenophon habet in Mem. 4, 1, 2. πολλάκις ἔφη μὲν ἄν τινος ἐρᾶν. Sed ibi quorsum ἄν, si repetitionem indicat? nam eamdem indicat πολλάκις. Scilicet repetitio nihil ad ἄν, sed sensus: *alle*

ings mochte er (ἄν) *oft sagen* —. Atque ita fere omnia interpreanda sunt, quae citat *Herm.* de part. ἄν p. 21 sqq., quem miror ne ipsum quidem ab *iterativo* quem sibi fingunt particulae usu abhorruisse. Quid enim quod de *iteratione* interdum ne cogitari quidem potest? An potest Soph. Phil. 572. πρὸς ποῖον ἂν τόνδ' αὐτὸς Ὀδυσσεὺς ἔλθοι? Et tamen cave cum *Herm.* et *Wund.* impedias locum expeditissimum. Nimirum sensus: *zu wem mag denn in der That* (*in aller Welt*) *Odysseus selbst geschifft sein*, prorsus ut O. T. 523. ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοὔνυσιδος τάχ' ἂν ὀργῇ βιασθέν, *das mag ihm wohl* (ἄν) *in der Hitze entschlüpft sein, das hat er gewiss in der Hitze gesagt.*

3. *Futuro* particulam opportunissime adiungi ex iis, quae dicta sunt, sponte consequitur. Quod enim nudo futuro simpliciter tamquam *futurum* eloqueris, id ἄν adiecto tamquam *certe* ponis *ex sententia tua futurum*. Quae res quo planior est atque simplicior et quo magis ipso Graecorum usu sancta et stabilita, eo incredibilius hanc futuri cum ἄν consociationem tanta plerisque doctis negotia facessivisse, ut vel corrigendi libidini indulgerent vel singularibus plane et inauditis interpretandi artificiis uterentur. V. *Matth.* gr. §. 599, d. p. 1413 et qui huius constructionis adversarii nominati sunt ibid. not. e. Duo soli particulae in talibus vim perspexere, *Reisigium* dico de part. ἄν p. 99 sqq. et *Kruegerum* ad Xen. An. 2, 3, 18. [Prae omnibus autem hinc removendus locus Andr. 464, quem Par. E. Flor. 2. edd. vett. cum iisque *Matth.* exarant οὐδέποτ' ἄν δίδυμα λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν. Quod etsi probarem, ἄν si in pluribus codd. inveniretur, repudiandum tamen quod plerique repudiant. Codd. οὐδέποτε διδ. —. In quibus latere vitium antistrophica produnt. Sed neque ἄν addendum esse neque οὔ, verum δή elapsum illud quidem propter eamdem cum sequenti syllaba δι pronuntiationem atque legendum esse οὔποτε δὴ δίδυμα λέκτρ' ἐπαινέσω βρ. egregie vidit V. D. in class. journ. 3, p. 469. not. Ita non opus violenta *Dindorfii* correctione, qui codd. lectione servata in antistr. scripsit οὐδ' ἐνὶ πόλεσι γάρ pro οὐδὲ γὰρ ἐν πόλ. *Const. M.*] Contra rectissime habet κἄν ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δίμυι ὄψομ' αἷμα χυθὲν σιδάρῳ El. 484, i. e. *ich werde wohl noch sehen*. Sic etiam *Herm.* de part. ἄν p. 34, aliter quidem interpretatus. *Bind.* σὰν δ' pro κἄν ingeniose quidem, sed sine causa. Item in interrogatione. Ubi quaeritur, *quid* vel *utrum quid certe futurum sit*. οὐκ ἂν σιωπῇ Κύπριδος ἀλγήσεις πέρι; Andr. 239. Ita codicum quotquot melioris notae sunt. Tantum Flor. A. Par. A. οὐκ αὖ. Quam pravam pravorum codd. lectionem vix credas et *Hermannum* l. c. p. 37 et *Dindorfium Pflugkiumque* induxisse, ut alteri nihil tribuerent. Summa

eius auctoritas optimusque sensus: *wird denn deine Eifersucht durchaus nicht schweigen?* [τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἢ θεὸς ἢ βροτὸς — φανεῖ κακῶν ἔκλυσιν; Iph. T. 895. Quam si intellexisset *Reisig.* p. 100, neque absurdam vocasset interrogationem neque ut *Seidl.* et *Herm.* ad ἐξανύσας retulisset particulam, quae arcte cohaeret cum *futuro*. Quid enim aptius quam Iphigeniam pro fratre mirifice sollicitam vociferari: *quem tandem vel deum vel hominem confidam* (ἄν) *malorum nobis effugium monstraturum esse.* Quibus significat non nisi *certo* salutis praesidio invento desinere sese et conquiescere. Hactenus igitur nihil non salvum et expeditum neque ullum anacoluthi vestigium, quod deprehendere sibi visus est *Matth.* ad h. l. et gr. p. 1411, sed per epexegesin ad τάδε deinceps additur κακῶν ἔκλυσιν. At reliqua despero. Quae si ita placet accipere, uti accepta sunt s. ἀδόκητος, per me licet. Ego vero corrupta duco et corrigo: τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἢ θεὸς ἢ | βροτὸς εἴ τινα τῶν ἀδοκήτων | κἀπόρων πόρον ἐξανύσας — φανεῖ κακῶν ἔκλυσιν. In quibus ἀδοκήτων ad πόρον refer: haec enim quinquies ab Euripide coniuncta permirum est hic disiuncta esse ab interpretibus. Et quidem in ἀπόρων πόρον elegans verborum lusus Euripidi si cuiquam dulcis. De εἴ τινα πόρον ἐξανύσας cf. simillimum locum Soph. Ai. 179 sq. ibique *Herm.* et *Matth.* gr. p. 1474, g. Etiam Soph. Trach. 672 libri omnes οἷον ἂν φράσω, quo nihil melius: *evenit, quod haud scio an vobis mirabile auditu sim dicturus.* Male igitur plerique οἷον, ἢν φράσω. *Const. M.*] Iam etiam explicationem habet perfacilem exemplum alioquin inexplicabile Hom. Il. o', 211. νῦν μέν κε νεμεσηθείς ὑποείξω (v. *Matth.* gr. p. 1411), i. e. *sane nunc quidem cedam*: est enim affirmatio, unde praecedit ἦτοι. Neque aliter ubi in obliqua oratione *futuri* exstat infinitivus. V. *Matth.* p. 1412. *Hermannum* enim de part. ἄν p. 180 sqq. quis credat, ne se suamque opinionem desereret, quum alia permulta tum illud commutavisse, ne dicam corrupisse, integerrimum exemplum Hel. 455. πικρῶς ἂν οἶμαί γ' ἀγγελεῖν τοὺς σοὺς λόγους. Ubi quo ineptius esset ἄρ', hoc aptius ἄν est, ut dicatur: *tuo profecto cum dolore nuntiabo.* [Alius generis est locus Bacch. 639. τί ποτ' ἄρ' ἐκ τούτων ἐρεῖ; Sic enim codd. Ex uno Par. E. produxit ἄν pro ἄρ' temeritas Brunckiana. Id hoc quidem in loco plane inutile. Quare certius exemplum proferre debebant *Rost.* gr. p. 602 (ed. 4) et *Kuehner.* gr. §. 454, a. *Hermannum* vero l. c. p. 35 nescio magisne mirer quod interpretatus est illa: τί ποτ' ἂν εἴη, ὃ ἐκ τούτων ἐρεῖ, an quod, quum certissima quaeque huius generis exempla spreverit, hoc incertissimum agnovit et approbavit. *Const. M.*] De Heracl. 769 v. infra.

III. Ἄν cum *pronominibus* et *coniunctionibus*. Cum his enim coniungere puto particulam, ubicumque vel pronomen vel coniunctio cum ἄν et *coniunctivo* constructa reperitur. Dudum id vidit *Hermannus* de part. ἄν p. 13. Quamquam non dixerim particulae et coniunctivi notiones per se non concordare. Nempe et optativus et coniunctivus ea significant, quae non vere sunt vel fiunt, sed *esse* vel *fieri* tantummodo *possunt* (*die Möglichkeit*), ita quidem, ut *optativus* dicatur de iis, quae sola *ex cogitatione possunt fieri* (*d. ideelle — subjektive Möglichkeit*), *coniunctivus* autem de iis, quae *ex* ipsa *rerum natura ac necessitudine fieri possunt* (*d. reale — objektive Möglichkeit*). V. *Reisig.* de part. ἄν p. 97 et 105. Vaga sunt enim nec propriam modorum vim exprimunt quae *Bäumlein.* l. c. p. 485 sq. hac de re disputat, ut si coniunctivum eius esse sibi persuadet, qui *nititur ad aliquid efficiendum* vel *assequendum, quod non est* (*ein Streben zur Verwirklichung*). Nec minus inania sunt et commenticia quae ex *Hartungiana* ni fallor doctrina de modorum ratione decreta facit *Kuchner.* gr. §. 449. Cf. *Mehlhorn.* eph. ant. Darmst. 1836, p. 1211. Itaque optativus eius est, qui aliquid *fieri posse ponit ex iis, quae cogitat*, coniunctivus eius, qui aliq. *fieri posse ponit ex iis, quae sunt.* Quam coniunctivi notionem licet natura particulae nequaquam respuat, tamen videbimus deinceps omnibus in locis, ubi in eadem enuntiatione coniunctivus et ἄν constructa sunt, particulam non ipsi coniunctivo adnexam esse, sed

1. *pronominibus relativis.* Qua in re magna et olim fuit et nunc est doctorum levitas atque confusio. Nam quoniam persuasum habent relativa in talibus usque et utique ad incertam rem referri, tum ea, quae sunt reapse incerta, cum iis solent confundere, quae nomine dumtaxat vel genere incerta sunt, tum vero etiam relativa diversissimi generis Graeca et Latina permiscere. Haec igitur antequam ad ipsam rem perveniamus expediendae turbae sunt. Est autem duplex potissimum rerum incertarum genus, unum earum, quae utrum sint necne incertum est, alterum earum, quae, etsi sunt, tamen quo nomine sint vel genere ignores. Ita fit, ut quod quidem per se ipsum incertum est necessario etiam nomine vel genere incertum sit, contra quod nomine vel genere incertum est tamen reapse certissimum esse possit. Et Graecos quidem constat de utraque re incerta usurpavisse relativum ὅστις (*aliquis qui*) vel etiam simplex ὅς (*si quis*); at graviter errant qui haec prorsus eadem esse opinantur atque Latina pronomina *quisquis* et *quicumque*. Haec enim tantum abest ut incertam omnino rem denotent, ut de illis ipsis usurpentur, quae quamvis nomine vel genere incerta tamen per se certissima sunt. Nec mirum. Nam et *qui — cumque*

diserte est *cuncti* i. e. *omnes qui*, unde non raro coniuncta legas *quaecumque*, et *quis — quis* esse proprie *quisque qui* eiusdem voc minatio docet, nisi vero *Hartungianae* insulsitati de cas. p. 288 duplicationem istam non ad certum, sed ad *incertum* exprimendu lere. An certius quid esse potest quam si quid non de uno a verum de *unoquoque* seu *omnibus* praedicatur? Itaque ὅστις et *cumque* vel *quisquis* ipsa origine atque natura differunt. Iam etiam ἄν particula *affirmantis* est et *ex sua* aliquid *sententia tam certum ponentis*. Apparet igitur, haec ubi ad *relativum* accedat quo referatur relativum, *tamquam certum poni* et *affirmari*. Et qu duabus id fit rationibus. Aut enim *solum* seu *singulum* quid tam certum ponitur: tum ὅς ἄν vel ὅστις ἄν vertendum *qui quidem eben, der da*), *idem qui, is ipse qui*, quo simili sensu frequentatur ὅστις γε, ὅσπερ, ὃ δή, ὅστις δή: aut *plura* tamquam certa ponu tum ὅς ἄν vel ὅστις ἄν ad amussim respondet Latino *quisquis* et *cumque*, quum solum ὅς vel ὅστις esset *qui* vel *si quis*. Duobus omnia exemplis explanabuntur. Med. 1153. *παύσει θυμοῦ — φ νομίζουσ' οὕσπερ ἂν πόσις σέθεν*. Ibi iam περ ostendit ad cer *mos* liberos referri relativum cum ἄν coniunctum: nam sensus: *maritus tuus, eosdem tu ama liberos*. Quo exemplo confirmatur quod diximus particulam in talibus non pertinere ad coniunctivum enim hic, ita saepe ne adest quidem coniunctivus. Cf. Hom. Il. α', Eur. Hipp. 659. *Schaef.* ad Gnom. p. 22. Porro Ion. 440 ὅστις ἂν βρ κακὸς πεφύκῃ ζημιοῦσιν οἱ θεοί. Ibi quos dii puniunt quo nomine ac genere incertum quidem est, atque hac ipsa de causa ὅστις poeta pavit; at tamen per se certissimi sunt illi; puniuntur enim *omnes, cumque* sunt improbi; hinc ἄν adiectum. Quae quum sint ita, si lari denuo fortuna accidit, ut, quae *Hermannus* disputat de part (p. 113 sqq.), eorum nobis quidem plane contraria statuenda esse deantur. Ut si de Soph. O. T. 580 ἃ ν ᾖ θέλουσα πάντ' ἐμοῦ κ ζεται *Herm.* „non potuit omitti particula; non enim dicit *omnia quae voluerit, a me impetrat*, quia non de re quapiam certa cog quam rogatura sit Iocasta, sed de eo, si quid roget, quidquid sit." haec igitur quid tandem sibi volunt? Aut enim sermo de *omnibus quae* velit Iocasta, aut πάντα, quod clarissime scriptum exstat, sunt *omnia*. Itaque sane omitti non potuit particula, sed propt non potuit, quia de re certa cogitatur. Item Eur. Suppl. 460 τὸν γελον χρεὼν λέξαντ' ὅσ' ἄν τάξῃ τις ὡς τάχος πάλιν χωρεῖν H „multo aptius hic est dici *id quod quis iusserit* quam *quidquid iusserit*. Id vero scribi potuerat ὅσον τάξῃ τις." Minime vero p

erat, et eo minus potuerat, quo certiora sunt de quibus loquitur Theseus: nam, *haec ipsa*, inquit, *quae quis iusserit*, neque praeterea quidquam (περισσά), *denuntiare oportet nuntium*. Atque haec omnium huiusmodi locorum ratio. Cf. *Ellendt.* lex. Soph. I, p. 124. Ὅς ἄν. ἁπλῶς ὀλεῖται πᾶς θ' ὃς ἂν θίγῃ κόρης Med. 788. ἀνὴρ βασιλεὺς — τοὺς ἀρίστους, οὓς ἂν ἡγῆται φρονεῖν, κτείνει Suppl. 445, *quos quidem sapere existimat.* ὑφὰς, ἃς ἂν γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχορραγεῖς λίπωσι Iph. T. 1466. Itaque per ὃς ἄν — describitur qui eam habeat saturam, ut quod de eo praedicatur ceteris *exemtis* in ipsum hunc unum cadat. ὃς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστέφων ἁλῷ ἢ γῆ καλύπτων (*quisquis — deprehensus sit*), θάνατον ἀνταλλάξεται Phoen. 1626. θύω γὰρ — ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνὴρ Iph. T. 39. θνήσκουσι δ' οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί ib. 58. οὗτοι νομίζω σοφὸν ὃς ἂν μᾶλλον θανεῖν οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοὐλέθρου νικᾶν θέλῃ ib. 484. ὃς ἂν μεθυσθείς γ' ἐν δόμοις μείνῃ, σοφός Cycl. 538. ᾧ δ' ἂν ἐν δόμοις χρόνον συνοικῇ (εὐγένεια) πλεῖστον, οὗτος εὐτυχής Aeol. fr. IV (XIII), 4; cf. Archel. XXVI. χρυσὸν εἴφ' ὃς ἂν κτάνῃ (Ὀρέστην) El. 33. πικρὸς καθέστηχ' οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ Phoen. 963. Item de rebus. εἴφ' ἂν ἐρωτήσω σε Iph. A. 1129. ἐλθόντ ἐς οἴκους ἂν δοκῇ βουλεύσομεν Bacch. 841. ἂν γὰρ βίᾳ σπεύδωμεν ἀκόντων θεῶν οὐκ ὄντα κεκτήμεσθα ταγάθ' — · ἃ δ' ἂν διδῶσ' ἑκόντες ὠφελούμεθα Ion. 378 sq. In quibus οὐκ ὄντα verissima est *Matthiae* emendatio a *Dind.* recepta pro ἄκοντα: *ea quidem bona, quae extorquemus, aeque ac nulla sunt.* Cf. Hipp. 1421. Cycl. 219. Ion. 475. Eurysth. fr. V. Ia. fr. VII (XV), 1. Palam. fr. I (III), 5. Scir. fr. II (V), 1. fr. inc. tr. IV (XLIX). CLI, 2. Imprimis clara affirmativa particulae vis, ubi vel praecedit vel sequitur οὗτος, τοιοῦτος, τοιόσδε. ἀντιλάζυται τοιάδ', ἂν τοκεῦσι δῷ Suppl. 364. δρῶμέν τε τοιαῦθ' ἃν σὺ τυγχάνῃς θέλων ib. 736. ἃ δ' ἂν μάθῃ τις, ταῦτα σώζεσθαι φιλεῖ ib. 916. Cf. locum ante citatum Aeol. fr. IV (XIII), 4. Similiter ᾗ δ' ἂν διοίξῃς σφάγια —, μάχαιραν εἰς γαίας μυχοὺς κρύψον Suppl. 1205. Sed longe clarissimum exemplum et ad sententiam nostram comprobandam opportunissimum hoc est ex Iph. A. 1025. ἣν δ' αὐτὰ μὴ πράσσωμεν, ἃ ἂν ἐγὼ θέλω, *haec ipsa, quae ego voluero.* Et hic quidem si ad *incertam* rem refertur relativum, certum sub sole nihil. *Herm.* igitur quid fecit? Correxit ὡς. Ὅστις ἄν. Quod supra iam significavimus usurpari ita, ut ὃς — ἄν referatur ad rem per se *certam*, τις vero indicet hanc rem incerto vel nomine esse vel genere. οὐχ ὅντιν' ἄν γε ζῶνθ' ἕλωσιν ἐν μάχῃ (καλὸν κτανεῖν) Heracl. 966, i. e. *nefas cum quidem occidere, rem, quisquis sit nomine vel genere, vivum in pugna ceperint. Certissi-*

diserte est *cuncti* i. e. *omnes qui*, unde non raro coniuncta legas *omnia quaecumque*, et *quis — quis* esse proprie *quisque qui* eiusdem vocis geminatio docet, nisi vero *Hartungianae* insulsitati de cas. p. 288 credas duplicationem istam non ad certum, sed ad *incertum* exprimendum valere. An certius quid esse potest quam si quid non de uno *aliquo*, verum de *unoquoque* seu *omnibus* praedicatur? Itaque ὅστις et *quicumque* vel *quisquis* ipsa origine atque natura differunt. Iam vero etiam ἄν particula *affirmantis* est et *ex sua* aliquid *sententia tamquam certum ponentis*. Apparet igitur, haec ubi ad *relativum* accedat, id, quo referatur relativum, *tamquam certum poni et affirmari*. Et quidem duabus id fit rationibus. Aut enim *solum* seu *singulum* quid tamquam certum ponitur: tum ὅς ἄν vel ὅστις ἄν vertendum *qui quidem* (*der eben, der da*), *idem qui, is ipse qui*, quo simili sensu frequentatur ὅς γε, ὅστις γε, ὅσπερ, ὃ δή, ὅστις δή: aut *plura* tamquam certa ponuntur: tum ὅς ἄν vel ὅστις ἄν ad amussim respondet Latino *quisquis* et *quicumque*, quum solum ὅς vel ὅστις esset *qui* vel *si quis*. Duobus haec omnia exemplis explanabuntur. Med. 1153. παύσει θυμοῦ — φίλους νομίζουσ' οὕσπερ ἂν πόσις σέθεν. Ibi iam περ ostendit ad *certissimos* liberos referri relativum cum ἄν coniunctum: nam sensus: *quos maritus tuus, eosdem tu ama liberos*. Quo exemplo confirmatur etiam quod diximus particulam in talibus non pertinere ad coniunctivum: ut enim hic, ita saepe ne adest quidem coniunctivus. Cf. Hom. Il. α', 547. Eur. Hipp. 659. *Schaef.* ad Gnom. p. 22. Porro Ion. 440 ὅστις ἂν βροτῶν κακὸς πεφύκῃ ζημιοῦσιν οἱ θεοί. Ibi quos dii puniunt quo nomine sint ac genere incertum quidem est, atque hac ipsa de causa ὅστις poeta usurpavit; at tamen per se certissimi sunt illi; puniuntur enim *omnes, quicumque* sunt improbi; hinc ἄν adiectum. Quae quum sint ita, singulari denuo fortuna accidit, ut, quae *Hermannus* disputat de part. ἄν (p. 113 sqq.), eorum nobis quidem plane contraria statuenda esse videantur. Ut si de Soph. O. T. 580 ἃ ν ᾖ θέλουσα πάντ' ἐμοῦ κομίζεται *Herm.* „non potuit omitti particula; non enim dicit *omnia ea, quae voluerit, a me impetrat*, quia non de re quapiam certa cogitat, quam rogatura sit Iocasta, sed de eo, si quid roget, quidquid sit.“ — haec igitur quid tandem sibi volunt? Aut enim sermo de *omnibus iis, quae* velit Iocasta, aut πάντα, quod clarissime scriptum exstat, non sunt *omnia*. Itaque sane omitti non potuit particula, sed propterea non potuit, quia de re certa cogitatur. Item Eur. Suppl. 460 τὸν ἄγγελον χρεὼν λέξαντθ' ὅ σ' ἄν τάξῃ τις ὡς τάχος πάλιν χωρεῖν *Herm.* „multo aptius hic est dici *id quod quis iusserit* quam *quidquid quis iusserit*. Id vero scribi potuerat ὅσον τάξῃ τις.“ Minime vero potu-

erat, et eo minus potuerat, quo certiora sunt de quibus loquitur Theseus: nam, *haec ipsa*, inquit, *quae quis iusserit*, neque praeterea quidquam (περισσά), *denuntiare oportet nuntium*. Atque haec omnium huiusmodi locorum ratio. Cf. *Ellendt.* lex. Soph. I, p. 124. Ὅς ἄν. κακῶς ὀλεῖται πᾶς θ' ὃς ἂν θίγῃ κόρης Med. 788. ἀνὴρ βασιλεὺς — τοὺς ἀρίστους, οὓς ἂν ἡγῆται φρονεῖν, κτείνει Suppl. 445, *quos quidem sapere existimat.* ὑφὰς, ἃς ἂν γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχορραγεῖς λείπωσι Iph. T. 1466. Itaque per ὃς ἄν — describitur qui eam habeat naturam, ut quod de eo praedicatur ceteris *exemtis* in ipsum hunc unum cadat. ὃς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστέφων ἁλῷ ἢ γῆ καλύπτων (*quisquis — deprehensus sit*), θάνατον ἀνταλλάξεται Phoen. 1626. θύω γὰρ — ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνήρ Iph. T. 39. θνήσκουσι δ' οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί ib. 58. οὗτοι νομίζω σοφὸν ὃς ἂν μέλλων θανεῖν οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοὐλέθρου νικᾶν θέλῃ ib. 484. ὃς ἂν μεθυσθείς γ' ἐν δόμοις μείνῃ, σοφός Cycl. 538. ᾧ δ' ἂν ἐν δόμοις χρόνον συνοικῇ (εὐγένεια) πλεῖστον, οὗτος εὐτυχής Aeol. fr. IV (XIII), 4; cf. Archel. XXVI. χρυσὸν εἴφ' ὃς ἂν κτάνῃ (Ὀρέστην) El. 33. πικρὸς καθέστηχ' οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ Phoen. 963. Item de rebus. εἴφ' ἂν ἐρωτήσω σε Iph. A. 1129. ἐλθόντ ἐς οἴκους ἂν δοκῇ βουλεύσομεν Bacch. 841. ἂν γὰρ βίᾳ σπεύδωμεν ἀκόντων θεῶν οὐκ ὄντα κεκτήμεσθα ταὐγάθ' — · ἃ δ' ἂν διδῶσ' ἑκόντες ὠφελούμεθα Ion. 378 sq. In quibus οὐκ ὄντα verissima est *Matthiae* emendatio a *Dind.* recepta pro ἄκοντα: *ea quidem bona, quae extorquemus, aeque ac nulla sunt.* Cf. Hipp. 1421. Cycl. 219. Ion. 475. Eurysth. fr. V. In. fr. VII (XV), 1. Palam. fr. I (III), 5. Scir. fr. II (V), 1. fr. inc. tr. IV (XLIX). CLI, 2. Imprimis clara affirmativa particulae vis, ubi vel praecedit vel sequitur οὗτος, τοιοῦτος, τοιόσδε. ἀντιλάζυται τοιάδ', ἂν τοκεῦσι δῷ Suppl. 364. δρῶμέν τε τοιαῦθ' ἂν σὺ τυγχάνῃς θέλων ib. 736. ἃ δ' ἂν μάθῃ τις, ταῦτα σώζεσθαι φιλεῖ ib. 916. Cf. locum ante citatum Aeol. fr. IV (XIII), 4. Similiter ᾗ δ' ἂν διοίξῃς σφάγια —, μάχαιραν εἰς γαίας μυχοὺς κρύψον Suppl. 1205. Sed longe clarissimum exemplum et ad sententiam nostram comprobandam opportunissimum hoc est ex Iph. A. 1025. ἦν δ' αὐτὰ μὴ πράσσωμεν, ἃ ἂν ἐγὼ θέλω, *haec ipsa, quae ego voluero.* Et hic quidem si ad *incertam* rem refertur relativum, certum sub sole nihil. *Herm.* igitur quid fecit? Correxit ὡς. Ὅστις ἄν. Quod supra iam significavimus usurpari ita, ut ὃς — ἄν referatur ad rem per se *certam*, τις vero indicet hanc rem incerto vel nomine esse vel genere. οὐχ ὅντιν' ἄν γε ζῶνθ' ἕλωσιν ἐν μάχῃ (καλὸν κτανεῖν) Heracl. 966, i. e. *nefas eum quidem occidere, quem, quisquis sit nomine vel genere, vivum in pugna ceperint.* Certissi-

mus igitur quem occidere nefas est; hinc *γε* adspersum. *κτείνει γὰ*
λην' ὄντιν' ἂν λάβῃ ξένον Hel. 155. *νόμον δὲ τόνδε — θὲς γυναιξὶ,*
σκειν ἥτις ἂν προδῷ πόσιν Tro. 1032. *χαλεπὸν τόδ' εἶπας, ὅστις ἂν*
πολύν Cycl. 569. Cf. Alc. 356. Neque aliter res habet, ubi ὅστις ἄν
tur ad certum quod praecedit nomen. Tum enim haec eius vis:
(ἄν) *aliquis* (τις), *qui* (ὅς), vel *aliquis quidem*, *qui*. V. *Matt.*
Hipp. 900. gr. §. 483, b. *οὐδὲ πῶλος, ἥτις ἂν διαζυγῇ τῆς συντρ*
σης, ῥᾳδίως ἕλκει ζυγόν Tro. 664. *κόσμον φυλάσσουσ', ὄντιν' ἂν*
πόλις Suppl. 245. Itaque quod *Porson.* Iph. A. 1193 tacite su
τίς δὲ καὶ προσβλέψεται παίδων σ', ὅτων ἂν προθέμενος κ
τινά, id tantum abest ut cum *Herm.* Opusc. IV, p. 113 et p. 37
soloecismo habeam (v. *Matth.* ad h. l.), ut et ὅτων et ἄν apti
dictum videatur hoc sensu: *quis te etiam adspiciet tuorum liber*
quippe aliquorum, quorum unum occideris i. e. liberorum
cet, quorum unum occideris. Similiter nos: *werden dir deine*
der in's Angesicht schauen, Kinder, deren eines du getö
Eximia igitur haec emendatio *Porsoni* pro vulg. *ἐὰν αὖτῶν π*
τινά, quam quum glossam esse nemo non videat a *Dindorfio* vel i
metro servatam esse satis mirum. Eodem pacto cum ὅσος iun
ἄν. Insigne huius generis exemplum est ap. Soph. El. 946. *ξυ*
πᾶν, ὅσονπερ ἂν σθένω. Hic enim ad rem *certissimam* r
relat. c. ἄν coniunctum vel caeco persuadere debet adiectum *περ.*
que Eur. *πειθόμεσθα πάνθ', ὅσ' ἂν κεῖνος λέγῃ* Or. 593; cf. S
460. Ion. 1336. *δὶς τόσον πῶμ', ὅσον ἂν ἐξ ἀσκοῦ ῥυῇ* Cycl.
ὅσῳ δ' ἂν εἴπῃς δεινότερα Βακχῶν πέρι, τοσῷδε μᾶλλον — — B
673. Ita etiam post *ὡς*, *ὅπως*, *prout*. Huc pertinet Soph. Ant.
ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων, quem locum neque *Herm.*
Wund. intellexit. Sensus: *je nachdem ihr das Gesagte befolgt,*
es kommt ganz darauf an, wie ihr das Ges. befolgt. Ita (*πῶς*
θανόντας θάπτετε;) *ὡς ἂν* (*prout quidem, wie eben*) *παρούσης σ*
ἕκαστος ᾖ Hel. 1269. (*βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα·*) *ὅπως ἄ*
μαι (*ich denke es kommt ganz darauf an, wie —*) *καὶ παρασ*
τύχαι Med. 331. *ὅπως ἂν ἐκβῇ τῶν ἐρωμένων ὁ νοῦς* (*ἔστ' ἐρα*
Tro. 1052. Interdum ὅπως est *quomodo*, ut Iph. A. 539. *ἔ*
φύλαξον, ὅπως ἂν μὴ Κλυταίμνηστρα τάδε μάθῃ, *cura, quo q*
modo i. e. *cura, utique ne Clyt. illa comperiat.* Hoc igitur exem
alieno loco collocavit *Herm.* de part. *ἄν* p. 123. Post *ὅπου*
δ' ἂν ζῷ (*ubicumque vivam*) *κακὸς φανήσομαι* Phoen. 1012.
ἵνα, *ubi. ἅπαν θεοῦ μοι δῶμ', ἵν' ἂν* (*ubi quidem*) *λάβῃ μ' ὁ*
Ion. 315.

Iam si relativo non additur particula, id quo refertur illud simpliciter ac *sine affirmatione* enuntiari sponte intelligitur. Discrimen per se planum planissimum fit ex hoc Thucyd. loco (4, 17. in.): *ἐπιχώριον ἡμιν οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, πλείοσι δὲ ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ διδάσκοντάς τι τῶν προὔργου λόγοις τὸ δέον πράσσειν*, i. e. *mos nobis patrius ubi pauca sufficiant non multis uti verbis, ubicumque vero res postulet prolixiore commoda nostra oratione persequentes quae sunt e re conficere.* Hinc Eur. Alc. 981. *καὶ Ζεὺς ὅτι νεύσῃ, σὺν σοὶ τοῦτο τελευτᾷ*, i. e. *etiam Iupiter si quid approbat, tua id opera perficit.* Ubi ἄν si accederet, quod salvo sensu posset, diceretur: *quodcumque approbat* (ὃ ἄν), cuiusvis sit generis (τι). Cf. ib. 77. Hipp. 427. 527. 1275. Ion. 856. Iph. T. 1064. Beller. fr. XX (XVI), 4. Item *ὅπου δ' Ἀπόλλων σκαιὸς ᾖ, τίνες σοφοί;* El. 972. *ὅπου τιθῇ τις, ἐνθάδ' ἐστὶν εὐπετής* Cycl. 526. [Huc etiam pertineret, si sanus esset, locus Med. 516. *χρυσοῦ μὲν ὃς κιβδηλὸς ᾖ τεκμήριʼ ἀνθρώποισιν ὅπασας σαφῆ.* At *coniunctivum* hic turpem esse soloecismum nec nisi aut optativum aut indicativum admitti posse perquam miror neque *Matthiam* ad h. l. et gr. p. 1219 neque *Hermannum* l. c. p. 115 neque alium quemquam editorum animadvertisse. *Stobaeus* (v. *Matth.*): *ὃς κιβδηλὸς ἦν.* Hoc verum. *Const. M.*]

Clarum est autem, si quis quod de re vel homine praedicat non tamquam *ex ipsa rerum natura probabile*, verum simpliciter tamquam *cogitatum* aut alienum aut suum referat, *coniunctivi* in locum reliquis immutatis succedere *optativum*. Aliorum cogitatio refertur Heracl. 191. *τὸν Ἑλλήνων ὅρον φεύγειν δικαιοῦθ' ὅστις ἂν* (*quicumque*) *τ' Ἄργος φύγοι*; Quae lectio quo est munitior consensu codicum, hoc aegrius coniunctivum feras a *Matth. Elmsl. Pflugk. Dind.* introductum. Cf. *Matth.* gr. §. 527. a, β. Ipsius loquentis cogitatio optativo exprimitur in eadem fab. 978. *τὴν θρασεῖαν ὅστις ἂν θέλοι* (*quicumque velit*) — *λέξει.* Quam exquisitam plurimorum codd. lectionem neque hic postponere debebant editores duorum tantummodo Florr. coniunctivo. Eiusdem rationis exempla sunt Hom. Il. α', 549. Od. β', 54 et η', 33, quae cave ne depraves ex mente *Kuchneri* gr. §. 798. not. 1. V. *Matth.* §. 527, a, α. *Reisig.* l. c. p. 111. Scilicet haec similia sunt iis, de quibus s. II, 1, c. dictum, nisi quod ἄν particula in illis ad ipsum plerumque optativum pertinens diversam sententiam conficit.

2. Etiam cum *finalibus* particulis et *coniunctivo* ubi ἄν constructum reperitur, non coniunctivo, sed ipsis fere particulis adhaerescentem videas. Et eo aptius adhaerescit, quo magis vi sua atque natura cum particulis illis cognata est. Etenim consilium quodlibet ita est natura

comparatum, ut tum e sola eius, cuius est, sententia vel animo proficiscatur (*subjektiv*), tum ad rem non incertam ac dubiam, sed probe *consultam* ac certam pertineat. Hinc et Latini etiam *finem* dixere consilium, siquidem quod intendis ad *certum* vis *finem* perducere, et nos Germani *Absicht*, siquidem quod intendis defixis et irretortis oculis persequeris (*es darauf abgesehen haben*). Iam quoniam *certi* notio in ipso iam insit consilii vocabulo, peculiariter illam exprimere plurimis quidem in locis non necessarium, at saepe tamen orationis gravitas ac pondus flagitat, ut ipsis etiam verbis *tamquam certum ponatur* et affirmetur consilium. Idque fit ἄν particulae adiectione. Quae cum *finalibus* particulis iuncta opportune plerumque explicatur *hoc certo consilio ut, hac ipsa de causa ut, eo quidem consilio ut, scilicet ut, nimirum ut.* Atque *Hermannus* quae de hoc genere l. c. p. 119 sqq. exponit non vera esse ipse quodammodo largitur, quum tribus locis omnium evidentissimis quid faciat nescire sese fateatur p. 122. Qui quum prorsus sint similes, hoc unum sat est apposuisse ex Nicol. Damasceno p. 245 in Corais Prodromo: καί μ' εἰς τοῦτο μόνον ἤρθρωσαν οἱ θεοί, ὅπως ἂν ὀδύρωμαι τὰς ἡμετέρας τύχας. Et profecto hic locus cum duobus aliis (Aesch. in Ctes. p. 430. Demosth. de Symm. p. 184, 9) apertissime declarat ἄν „incertum finem atque rebus fortuitis obnoxium" nulla ratione significare. V. *Matth.* ad Bacch. 1192. *Bäuml.* l. c. p. 495 sqq. Scilicet finis in hisce quam maxime *certus* indicatur atque hac ipsa de causa ἄν additur. Neque aliter habet locus, quem ex Aesch. Choëph. 933 affert *Herm.* p. 120. Quamvis enim id agat Orestes, ut velamen Sol videat, tamen hoc per se levius; contra illud gravissimum idque longe studiosius agit, ut Sol velamine conspecto ei testis adsit in iudicio. Haec igitur et distinguenda erant et vero distinguuntur, quum dicat ὡς ἂν παρῇ μοι μάρτυς, *utique ut (damit sie ja) mihi testis adsit.* Omnino his in locis non agitur, ut eventus, quo spectat consilium, sit certus, quod si esset, non coniunctivus, sed indicativus exstaret, verum id agitur, ut ipsum *consilium* serium ac certum sit. Atque haec omnium huiusmodi locorum ratio. Ὡς ἄν. προσπόλοις λέγω ὠθεῖν πύλας τάσδ', ὡς ἂν ἄλλα παῖδ' ἐμὴν ὄψωμεθα Or. 1563. ὡς οὖν ἂν εἰδῇς, τοῖσιν θεοῖς μὴ πρᾶσσ' ἐναντία Or. 534; cf. Phoen. 1004. Iph. A. 1426. οὐ μὴν ἀνήσω γ' οὐδὲ νῦν προθυμίας, ὡς ἂν παρουσα καὶ σύ μοι ξυμμαρτυρῇς Hipp. 286. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος, τοὐνθένδ' ἀκούσας ὡς ἂν οἰμώξῃς πλέον ib. 1314. στείχωμεν, ὡς ἂν ἐν πυρᾷ θῶμεν νεκρόν Alc. 743. καί μοι χερός τις ἐνδότω στηρίγματα, θάκους ἀπήνης ὡς ἂν ἐκλίπω καλῶς Iph. A. 618. σωθεῖσα δ', ὡς ἂν καὶ σὺ κοινωνῇς τύχης, σώσω σ' ἐς Ἑλλάδα Iph. T. 1067. γεῦσαί νυν,

ὡς ἂν μὴ λόγῳ 'παινῇς μόνον Cycl. 155. Praeterea vid. Cycl. 634. Tro. 85. 1263. Bacch. 356. 510. Hel. 1198. 1427. 1539. Ion. 77. Herc. f. 725. Recte habet etiam ὡς ἂν κρεμασθῇ Bacch. 1238: nam ἀγκρεμασθῇ scribendum esse *Hermanno* ne post ea quidem concedi potest, quae monuit de part. ἄν p. 123. V. *Matth.* ad h. l. Ὅπως ἄν. ἀλλ' εἶμ', ὅπως ἂν μὴ καταργῶμεν χέρα Phoen. 760. παῖδες δ' ὅπως ἂν ἐκτραφῶσι σῇ χερὶ, αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα Med. 939. δεῦρ' ἔλθ', ὅπως ἂν καὶ σοφώτερος γένῃ Alc. 782. ἀστῶν σύλλογον ποιήσομαι τάξω θ', ὅπως ἂν τὸν Μυκηναίων στρατὸν πολλῇ δίχωμαι χειρί Heracl. 337. Cf. Hipp. 111. Hel. 748. 899. De ἵν' ἄν v. *Matth.* gr. §. 520. not. 2.

3. Pari modo ἄν a) *condicionalibus* ac *temporalibus* cum particulis consociatur. Et ad has quidem, non ad coniunctivum, pertinere ἄν ipse loquendi usus digito, ut ita dicam, demonstravit, quippe qui tulerit ἄν ut cum εἰ ὅτε ὁπότε ἐπεί unam plerumque in vocem coalesceret (ἐάν ἤν ὅταν etc.). Quum vero simplex εἰ vel ἐπεί simpliciter condicionem vel tempus indicet, apparet, ἄν si adiiciatur, condicionem ac tempus *tamquam certum poni*, h. e. *distingui* vel *fortius exprimi* (*ea quidem condicione*, *ut* —, *eo quidem tempore*, *quo* —, *si quidem* —, *quando quidem*). [Sensit hoc ipsum, si quid video, *Matthias*, quum in gr. p. 1211 Spartiatarum opportunissime commonefaceret, qui Philippo minitanti patria virtute digne responsitarent: αἴκα. An vis Laconum spiritum ac maiestatem humiliter respondisse *si forte*, non *si vero*, *si modo*, *si quidem?* Vide sis igitur Hom. Od. μ', 137. τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάᾳς νόστου τε μέδηαι, ἦτ' ἂν ἔτ' εἰς Ἰθάκην — ἵκοισθε. Ubi puer videt non dici *si forte*, sed magna cum vi: *si quidem boves intactas sinis reditionisque curam geris, sane vero Ithacam perveniatis.* Cf. Hes. op. 390. Momentum habet etiam Il. η', 410. οὐ γάρ τις φειδὼ νεκύων κατατεθνηώτων γίγνετ', ἐπεί κε θάνωσι. Cf. φ', 340. Quod monstrum esset sententiae, si diceretur: *funeribus non parcendum, ubi forte sunt mortua.* Videlicet poeta dicit: *funeribus non parcendum, ut semel s. quum quidem sunt funera.* Itaque *Hermannus* de part. ἄν p. 95 sqq. non potuit coniunctivi et ἄν particulae notiones etiam hic permiscere atque contendere ἐάν, ὅταν, ἐπάν, ἕως ἄν, πρίν ἄν de *incerta* condicione *et ex rebus fortuitis pendente* dici (*si forte*, *ubi forte*, etc.), ut non multa huiusmodi exempla tum ipse p. 107, 108, 111 confiteretur praeceptis suis non convenire tum etiam in contrariam sententiam accipienda esse demonstraret *Bäumlein.* l. c. p. 491. V. *Matth.* l. c. et p. 1197. not. t. Sed etiam *affirmativam* particulae vim in talibus ne nimis urgeas. Ut enim in multis verbis

compositis accidit, ut alterutra vox, quum semel sui iuris esse ac per se stare desiisset, vim suam ac potestatem magis magisque amitteret, ita fieri non potuit quin etiam ἄν particulae cum εἰ ἐπεί ὅτε conflatae vis pedetentim exstingueretur (v. s. γάρ). Ita ἐάν ἤν ἐπάν ὅταν ὁπόταν in exculto sermone Attico simpliciter fere tamquam graviores particulae condicionales ac temporales usurpabantur, quarum solemnem cum coniunctivo consociationem familiaris consuetudo sanxerat. Quare, ubi momentum erat in condicione vel tempore, fieri non poterat quin nova adderetur particula affirmativa, ut περ Eur. Hel. 1077, γε Hec. 396. Or. 1593. Iph. A. 1134. Arist. Eccl. 856, adeo κε Theocr. 27, 35 (locus Antig. fr. VI, 4 corruptus est; v. *Matth.* p. 61). Hoc inanior ad hunc usque diem fuit eorum opera, qui in discrimine nescio quo magno inter εἰ et ἐάν cum *coni.* constituendo desudarunt. Inter quos primas agit *Hermannus.* Quem sapientissimum olim hac de re iudicem ad Vig. p. 828, 304 (ed. 4) profecto mirandum est posthac de part. ἄν p. 97 sq. et ad Soph. O. T. 198 (ed. 3) regulam excogitasse et per se argutiorem quam veriorem et vero etiam linguae naturae atque usui prorsus contrariam. V. *Matth.* gr. p. 1209 sqq. Encycl. phil. p. 38 et 131. *Bäuml.* l. c. p. 491. Quamvis enim constet epicos pariter ac Dores Aeolesque, qui divisim fere dicebant εἴ κε, αἴ κα, εἰ ἄν, ὅτε κε, ὅτε ἄν, ἐπεί κε, ἐπεί ἄν, particulam persaepe omisisse, tamen sinceris Atticis, quin etiam tragicis, apud quos voculae illae semel concreverant, tantum abest ut nudi εἰ vel ἐπεί cum coniunctivo coniunctionem largiar, ut quae huius generis certa exempla, paucissima illa quidem, exstare videantur ad unum omnia depravata censeam. Neque obscura depravationis causa est. Quid enim quod, ubicumque libri variant, numquam ἐάν vel ἄν, sed unice ἤν varia lectio est? Videlicet ex itacismo, infinitorum vitiorum fonte, omnis illa confusio profluxit, in quo εἰ et ἤν nihil differebant nisi una litera ν (*i—in*). V. *Matth.* Encycl. phil. p. 128. *Schaef.* Melet. p. 46. *Wex.* ad Soph. Ant. v. 40, et imprimis ipsum *Herm.* ad Vig. l. c. Atque hac de re hactenus. Saepe enim εἰ quidem recte habere, sed ipsum coniunctivum manifesto soloecum esse, ita ut diligentius perpensa re vix unum illius barbarismi exemplum superet, s. εἰ docebitur. *Const. M.*] Largam ex Euripide locorum copiam, ubi ἐάν ἤν ὅταν etc. cum coniunctivo rite coniunctum est, vid. s. ἐάν, ἤν, ὅταν etc. Sed restant aliquot particulae, quae quamvis cum ἄν coniungi solitae tamen usu venit ut non coalescerent cum eo, sed plenae et integrae relinquerentur. Hic sponte apparet ἄν vim suam incolumem servasse. Eiusmodi est ἡνίκα. καὶ λέκτρ' ἐπήνεσ', ἡνίκ' ἂν διδῷ πατήρ Or. 1672, *si quidem pater dederit.* οὐ ταῦτα λέξεις, ἡνίκ' ἂν λεύσσῃς μ' ἐκεῖ Heracl. 736; cf. Bacch. 865.

ευτε. ἡ μὲν γὰρ ἔνδον ἐξελᾷ μ' ἐρημία, γυναικὸς εὐνὰς εὖτ' ἂν εἰσίδω κενάς Alc. 948. ἕως. γυναῖκα τήνδε μοι σῶσον λαβών, ἕως ἂν ἵππους δεῦρο — ἄγων ἔλθω Alc. 1024. ἑστέ. νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἕστ' ἂν ἔκδημος χθονὸς Θησεὺς, ἄπειμι Hipp. 659; cf. Alc. 338. πρίν. οὔπω θέμις σοι — κλύειν, πρὶν ἂν θεοῖσι — ἀφαγνίσηται Alc. 1148; cf. fr. inc. tr. XL, 3. Plura vid. s. ἡνίκα, ἑστέ, εὖτε, ἕως, πρίν.

b) In his autem quum ἄν condicionis vel temporis notioni vim quamdam tribuat, apparet, ubi vi illa non opus sit, ἄν non apponi. Huius generis est πολλὰ γὰρ εὖτε πτόλις δαμασθῇ ἢ ἓ δυστυχῇ τε πράσσει Aesch. Sept. adv. Th. 320. ἄκουε δή νυν—, ἕως ἐῶσί σ' εὐ φρονεῖν Ἐρινύες Eur. Or. 238. φύλασσε δ' ἦν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος, — ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ ib. 1218. Plura sub singulis particulis.

c) Atqui quod tempore aliquo vel condicione fieri dicitur non semper *ex ipsa rerum natura consentaneum* esse necesse est, verum saepe etiam nihil est nisi *cogitatio*. Tunc autem sponte apparet in *coniunctivi* locum succedere *optativum*. Talia ab iis, quae s. II, 1 tractavimus, non differunt nisi praeposita vocula condicionali vel temporali. Multa huiusmodi ex Homero suggessit *Herm.* de part. ἄν p. 171. Quorum unum apponitor, quo nihil ad explanandam rem aptius. Hom. Il. α', 59. νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας οἴω ἄψ ἀπονοστήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν, *si modo s. quidem mortem fugiamus, wenn wir ja dem Tod entflichen sollten.* Sed etiam hic lapsum video *Hermannum*, et quod propriam ac solam epicorum hanc constructionem esse opinatur et quod huius opinionis in gratiam exemplum incorruptissimum corrigit. Est hoc in Andr. v. 770. εἴ τι γὰρ ἂν πάσχοι τις ἀμήχανον, ἀλκᾶς οὐ σπάνις εὐγενέταις, i. e. *denn wenn man ja* (ἄν) *einmal in einer Verlegenheit sein sollte;* quo quid aptius dici potest? Perperam igitur etiam *Dind.* electo ἄν antistrophica corrigit. V. s. γάρ et πάσχειν. Similiter Hel. 830 Menel. λαθεῖν γὰρ οὐχ οἷόν τέ μοι. Helen. εἴ πως ἂν ἀναπείσαιμεν ἱκετεύοντέ νιν, *ea sane condicione, ut eam aliquo modo exoremus*, i. e. *sane si s. si quidem — exoremus.* Alia huius generis luculenta exempla sunt praeter ea, quae *Matth.* p. 1209 et *Herm.* l. c. p. 173 afferunt, Pind. Pyth. 4, 468. Isocr. Arch. p. 120 extr. Cf. Aesch. Ag. 904 cum nota *Wellaueri.* Contra Phoen. 731 recte *Dind.* cum Ald. rell. et codd. nonnullis pro vulg. εἰ — προσβάλοιμ' ἄν scripsit: εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προσβάλοιμεν ἐκ λόχου; quod dictum est ut v. 739 (s. εἰ): nam quoquo te vertas ἄν plane inutile. Sed haec in Attico sermone rariora. Hoc minus mirum εἰ—ἄν optativo sequente disiuncta atque integra mansisse. Corrupta sunt enim

si quae exempla ἐάν vel ἤν cum optativo in recta oratione coniuncta exhibent, ut Thuc. 3, 44. Isocr. Pac. 168. C.

[d) Neque cum *indicativo* praeteriti coniungi εἰ ἄν per se absurdum est, si quidem ipsa condicio distinguitur vel gravius exprimitur. Homerica quidem exempla iure suo removit *Rost.* gr. p. 617. Sed inconcussa Theocritea β', 124 et 126. Quare nec apud Euripidem quod legitur in In. fr. XIII (VII), 3. χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὅτι πλείστας ἔχειν γυναῖκας, εἴπερ ἄν τροφὴ δόμοις παρῆν, cum *Matth. Herm. Dind.* vitiosum dixerim: graviter enim et singulari cum vi enuntiari condicionem (*wenn anders wirklich*) et ipsa sententia et adiectum περ indicat, nec rari sunt apud Atticos eiusdem rationis loci collocatione tantum particulae dispares: v. *Matth.* gr. p. 1150. not. 2. *Herm.* de part. ἄν p. 55 sqq. Omnino si qua mutatione opus neque cum *Dind.* ex Par. B. εἴπερ δή neque cum *Herm.* l. c. εἴπερ καί scribendum, sed levi transpositione εἴπερ ἐν δόμοις τροφὴ παρῆν. *Const. M.*]

IV. Nonnumquam verbum deest, sive sit coniunctivus sive optativus sive indicativus. Cuius omissionis condiciones declaravit *Herm.* p. 187. Sed unam neglexit, omnium quidem gravissimam, verbum nonnisi tum omitti, quum ἄν non ipsum ad verbum, sed ad aliam vocem ut particulam vel negationem vel interrogativam voculam pertineat. Quae omnis omissionis necessaria lex est. *Coniunctivi* omissi exempla v. s. III, 1 et ap. *Schaef.* ad Gnom. p. 22. *Optativi* haec sunt: Menel. εὖ γ' οὖν θίγοις ἄν χερνίβων — καὶ σφάγια πρὸ δορὸς καταβάλοις. Orest. σὺ δ' ἂν καλῶς; Or. 1603. ὄλβου δ' ἐπιῤῥυέντος εὐτυχέστερος ἄλλου γένοιτ' ἄν ἄλλος, ὅλβιος δ' ἂν οὔ Med. 1230. τειχέων μὲν ἐλθὼν ἐντὸς οὐδ' ἂν εἰ θέλοις (λάβοις) El. 615. ποῖ δ' ἂν ἀλλόσ' ἢ 'πὶ βωμόν (φύγοις); Ion. 1255; cf. Palam. fr. III (I), 2. Syl. fr. II (III), 3. *Indicativus* in his omissus: σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται, σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως Alc. 180 [ubi ad ἄν nequaquam cogitandum οὖσα, id ut sit pro ἢ μᾶλλον ἂν σώφρων εἴη, quae infelix est quorumdam opinio, sed simpliciter repetendum κεκτήσεται. V. s. II, 3. *Const. M.*]. τίς ἡγεμών μοι ποδὸς ὁμαρτήσει τυφλοῦ; ἢδ' ἡ θανοῦσα; ζῶσά γ' ἂν σάφ' οἶδ' ὅτι Phoen. 1611; ubi neque ὁμαρτήσει supplendum neque ὁμαρτήσειε, sed ὠμάρτει. Huc referendum censeo locum Heracl. 768. Ζεύς μοι χάριν ἐνδίκως ἔχει· οὔ ποτε θνατῶν ἥσσον' ἔς ποτ' ἂν (ita legendum, sc. Ζεὺς χάριν ἔχοι vel ἕξει) εἴ τ' (vid. s. τε) ἐμοῦ φανοῦνται (sc. ἥσσονα χάριν ἔχοντες Διός). [Profundum loci vitium, quod tam leni medicina non tollitur. Coniecturas inter se contendere *Steph. Scal. Reisk. Erf. Herm.* in notis mss. ap. *Matth.* et de part.

ἄν p. 34. *Reisig.* de part. ἄν p. 101 et Synt. crit. p. 43. *Hartung.* de part. II. p. 284, 4. *Pflugk.* ad h. l. et *Iacobs.* ap. Pflugkium, pari quidem successu omnes, hoc est, nullo. Mali sedem ac rationem optime exploravit *Herm.* de part. ἄν p. 34. Quod enim necessarium est adesse deorum nomen deest et quod adest εἴτ' ἐμοῦ, quum sine sensu sit, abesse debet. Hic igitur vitium latere clarum. Iam pro εἴτ' ἐμοῦ codd. aliquot οὔτ' ἐμοῦ. Hinc lego οὔποτε θνατῶν ἥσσονές ποτ' ἀν' οὐρανὸν (vel ἐν οὐρανῷ) φανοῦνται. Cf. v. 752. *Const. M.*]

[V. Vicissim saepe etiam bis vel adeo ter ponitur particula in eadem enuntiatione. Qua in re mirum quantum consentiat cum vocula γε. Quum enim ἄν iis plerumque vocabulis adiungatur, quae praecipuum quoddam momentum habent (v. s. I, 1, b. et II, 1, c. p. 210), apparet, ubi in duobus tribusve vocabulis tale momentum sit, duobus tribusve illis particulam adiungi. Huiusmodi graves ac ponderosas orationis partes, quarum comes ἄν esse solet et quae praeter ipsum verbum innumerabiles sunt, permultas accurate enumeravit *Rostius* in gr. p. 600 (ed. 4) et p. 602. not. 6. Vanae sunt autem quae praeterea repetitionis illius causae a grammaticis memorantur, ut si de ratione *condicionali* vel initio annuntianda vel post parenthesin in memoriam revocanda cogitant. Etiamsi enim ἄν *condicionem* denotaret, quam non denotat, tamen neque initio neque post parenthesin locari potest, nisi vel hic vel illic vocabula adsunt, quae pondus ac momentum habeant. Exemplis rem illustrabo. Prioris generis, ubi ἄν condicionalem sententiae rationem annuntiet, hoc esse exemplum putat *Rostius* gr. p. 601: τῷ γὰρ ἄν καὶ μείζονι λέξαιμ' ἄν ἢ σοί; S. O. T. 772. At hic particula ad duo vocabula accessit, quia in duobus vis est, in pronomine interrogandi τῷ (v. s. II, 1, c. extr.) et in ipso verbo (v. ibid.). Deinde *Rost.* l. c. affert ἥδ' ἄν τάδ' οὐχ ἥκιστ' ἄν — λέγοι S. O. T. 1053. At hic et pronomen (ἥδε) et adverbium (οὐχ ἥκιστα) vim habet: ambobus igitur adiectum ἄν. Alterius generis esse putant locum S. Ant. 466. ἀλλ' ἄν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἐσχόμην νέκυν, κείνοις ἄν ἤλγουν, τοῖσδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι. At hic summa vis est in ipsa condicione (εἰ — ἄθαπτον ἐσχόμην νέκυν): itaque ad voculam condicionalem accessit ἄν (v. I, 1, b. p. 194); hanc autem sententiam Antigone una deinde voce κείνοις complectitur eaque insuper voci τοῖσδε opponitur: itaque etiam in κείνοις vis est et etiam hanc ad vocem accessit ἄν. Condicio pondus habet etiam in loco a *Kuehnero* gr. §. 458, 1 allato S. El. 333. ὥστ' ἄν εἰ σθένος λάβοιμι, δηλώσαιμ' ἄν, alterum autem ἄν non propter parenthesin iteratum, quod tam paucis interpositis vix esset operae pretium, sed propter verbum, in quo non minor

vis est: *dann (ἄν εἰ σθ. λάβ.) wollte ich wohl (ἄν) zeigen.* Propter condicionis vim ἄν etiam in κἄν εἰ et ὥσπερ ἄν εἰ particulae condicionali praepositum. Denique propter parenthesin ἄν iteratum volunt in loco S. Ant. 892. *οὔ ποτ' οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν, οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο, — τόνδ' ἂν ἥρόμην πόνον.* At hic primum negationi se iunxit particula, qui frequentissimus alius locus est (v. p. 195, e), deinde pronomini *τόνδε*, in quo praecipua vis est: *tantum quidem (τόνδ' ἄν) laborem certe nec (οὔτ' ἄν) propter maritum nec propter liberos suscepissem.* Et sic, ubicumque ἄν iteratum reperitur, iteratum est propterea, quod duae vel tres adsunt orationis partes, quae praecipuum momentum habeant. Etiamnunc dubitanti haec spero Euripidea exempla persuadebunt, quorum pleraque suo iam loco tractata sunt. *εἰ γὰρ ἕκαστος ὅ τι δύναιτό τις — εἰς κοινὸν φέροι, κακῶν ἂν αἱ πόλεις ἐλασσόνων πειρώμεναι τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖεν ἄν* Phoen. 1022 sq. (v. I, 1, b). *ἦ τἄρ' ἂν ὄψε γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν, εἰ μή* — Hipp. 480 (v. I, 1, c). *μόλις γὰρ ἄν τις αὐτὰ ταναγκαῖ' ὁρᾶν δύναιτ' ἂν ἑστὼς πολεμίοις ἐναντίος* Suppl. 855, et, *τὴν Τροίαν γὰρ ἂν δειλοὶ γενόμενοι πλεῖστον αἰσχύνοιμεν ἄν* Hel. 955 (v. I, 1, e). Cf. Tr. 985. *εἰ ἦν νέος —, λαβὼν ἂν ἔγχος — πλόκους καθῃμάτωσ' ἄν* Herc. f. 234 (v. I, 2, a). *καὶ γὰρ ἂν κεῖνος βλέπων ἀπέδωκεν ἄν* — Hel. 1017 (v. I, 2, d). Cf. Andr. 77. 1184. *ἴσως ἂν δεσποτῶν ὠμῶν φρένας τύχοιμ' ἄν* Hec. 359 sq. (v. II, 1, a). Cf. Hec. 1199. *οὔτ' ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ' ἄν* etc. Med. 616, et, *οὐκ ἂν αὐτὸν γνωρίσαιμ' ἄν* Or. 379 (v. II, 1, b). Cf. Med. 251. *τρέχων ὁ μῦθος ἄν σοι τἀμὰ σημήνειεν ἄν* Ion. 529 (v. II, 1, c). *οὐδ' ἂν ἐκ σέθεν ἂν πυθοίμαν αὐδάν*; ib. 222 (v. II, 1, e). *φθάνοις ἂν οὐκ ἄν* —; Heracl. 721. Iph. T. 245. Tr. 456 (v. ib.). *τίνες λόγοι τῆσδε (δέλτου) ἂν γένοιντ' ἄν (κρείσσονες)*; Hipp. 961, quae misere lacerata dedit *Kuehner.* §. 458, 2. *πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν* —; Iph. T. 98 (v. II, 1, e). Cf. Iph. T. 627. Suppl. 417. 447. Tr. 961. El. 534. Aeol. fr. XXII et Andr. 350. *οὐδ' ἂν βάρβαρός γ' ἔτλη τόδ' ἄν* Iph. T. 1174 (v. II, 2, a). Cf. El. 1047. Ter ἄν positum Tr. 1244. *εἰ μὴ θεὸς ἔστρεψ' ἄνωθεν — κάτω χθονὸς, ἀφανεῖς ἂν ὄντες οὐκ ἂν ὑμνήθημεν ἄν* (v. I, 2, a), et Andr. 936. *οὐκ ἂν ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις βλέπουσ' ἂν αὐγὰς τἄμ' ἐκαρποῦτ' ἂν λέχη* (v. I, 2, e). Ceterum cum coniunctivo ne simplex quidem ἄν coniungitur, multo minus duplex. V. supr. III et *Herm.* de part. ἄν p. 190 sq. *Const. M.*]

[VI. Etiam transponi ἄν grammaticorum opinio est. Cuius transpositionis exempla proferunt quum formulam Euripideam *οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι* Med. 941 et Alc. 48, tum si qui praeterea loci sunt, ubi

ἄν locum paulo insolentiorem habeat. Transpositio est, ubi particula vel nomen in alio quam quo debere videatur loco collocatum est, ut si Eurip. in Phoen. 96 ἃ τ' εἶδον εἰσήκουσά τε dicit pro ἃ εἶδόν τ' εἰσήκ. τε (v. *Matth.* gr. p. 1503 et nos s. τε). Id vero in ἄν particulam cadere existimantes errant: haec enim suo ubique verbo adiuncta est. V. I, 1, b et c. II, 1, c. p. 210. III, 1, 2. 3 et V. Et duplex quidem illius erroris fons est: aut enim praepositum est ἄν, quod nonnisi postponi falso credebant (v. *Matth.* gr. p. 1414, 3), aut cum verbo constructum est, quocum vel constructum non esse vel construi non posse existimabant. Utriusque generis exempla suppeditat grammaticae a *Kuehnero* editae paragraphus 457, quae omnino confusionis plena est. Prioris rationis, ubi fraudem fecit particulae collocatio, haec sunt: μανθάνω ἄν ἴσως φαίη καὶ ἐγώ Plat. Hipp. Mai. p. 299, A, ubi ἄν ad ἴσως pertinet (v. supr. p. 204), porro τί οὖν ἄν τις εἴποι σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; Dem. Ol. 3. p. 14, 20. τί οὖν ἄν φαίη ὁ λόγος ἔτι ἀπιστεῖς; Plat. Phaedon. p. 87, A. ἄλλο τι οὖν ἄν φαῖεν ἢ — —; Id. Crit. p. 52, D, in quibus ἄν ad ipsum verbum pertinet; denique ἀλλ' ὦ μέλ' ἄν μοι σιτίων διπλῶν ἔδει Arist. Pac. 137, ubi ἄν ad σιτίων referendum: in hoc enim vis est. In talibus autem ne putes ἄν in principio sententiae exstare, in quo collocari nequit, memento duo in his orationis membra, quae est Thucydidis, Platonis, Demosthenis concisa brevitas, in unum condensata esse. V. *Matth.* gr. p. 1414. not. h. In alterius generis exemplis constructio partim non visa partim non nota transpositionis opinionem excitavit. Non visa est in πρός γε ὑποδημάτων ἂν οἶμαι φαίης κτῆσιν Plat. Rep. 1. p. 333, A, ubi ἄν ad ὑποδημάτων pertinet: in hoc enim vim esse ostendit adiectum γε. His addo ἴσως γὰρ ἂν ἔφη δοκοῖ τι λέγειν Plat. Rep. 4. p. 438, A, et, τί οὖν ἂν ἔφην εἴη ὁ Ἔρως; Id. Symp. p. 202, D, in quibus tritissima quidem (ἴσως ἄν, τί ἄν), sed a *Kuehnero* tamen l. c. not. 1 non visa constructio est. Non nota autem illa in Euripidea locutione οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι, et quae sunt similia. Nempe οὐκ οἶδ' εἰ, si sensum spectas, negatio est (*schwerlich*). Atqui ut simplici negationi (οὐκ ἄν), sic etiam formulae isti negativae ἄν sese iungere solet. Prout vero aut metrum poscit aut sententia iubet aut euphonia suadet, tum οὐκ οἶδ' ἂν εἰ dicitur, ut Euripidis in locis, tum οὐκ ἂν οἶδ' εἰ ponitur, ut Plat. Tim. p. 26, B, tum formulae negativae iam alia affirmandi vocula adiecta ἄν etiam ipsi verbo annectitur, ut in οὐκ οἶδά γ' εἰ φαίης ἄν Arist. Av. 1018, et, οὐκ οἶδ' ἔγώγε εἴ τινα λίποις ἂν τῶν πολεμίων Xen. Cyr. 1, 6, 41. Ab his diversa sunt, quae *Hermannus* de part. ἄν p. 195

contulit, Demosth. p. 441, 21 et p. 1423, 15: ibi enim formula εὖ οἶδ' ὅτι integra ac sola per se orationi inserta est, ἄν autem tum ad οὐδ' εἷς (οὐδ' ἂν εἷς) tum ad οὐδέν annexum est: utrumque enim cum vi effertur. Contra simillimum est οὐκ ἂν οἶδ' ὅ τι ἄλλο εἶχεν ψηφίσασθαι Demosth. p. 1103, 20, quod est *vix aliud quidquam*. Porro simillimum quod Sophocles habet in Oed. T. 1438. ἔδρασ' ἂν εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, quod est *certissime*: falsissime enim *Hermannus* interpunxit ἔδρασ' ἄν, εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν. Simile etiam ubi οἶμαι cum ἄν coniunctum invenitur (v. *Rost.* gr. p. 593): ἄν enim, etsi etiam hic proprie ad verbum sequens pertinet, tamen apponitur ad οἶμαι, quia hoc est i. q. *haud dubie* vel *certe*. Itaque in his omnibus nihil est transpositionis, neque erat cur illa in grammaticis a principalis regulae exemplis separarentur. *Const. M.*]

[VII. Difficilior de mensura particulae quaestio est. Quam quum philologi diu nonnisi corripi ante vocalem credidissent, *G. Dindorfius* primo in Praef. Soph. p. 56 sq. et Aesch. p. 5, deinde in Praef. Poet. Scen. p. VII sqq. gravissimam movit dubitationem. Hic enim plura exempla protulit, ubi aut optimi et veterrimi codd. spernuntur aut ἄν productum est. Ex Euripide huc pertinent: οὐκ ἂν ἀνάσχοιθ' Ἑλλὰς ἀμαθίᾳ θανεῖν Herc. f. 1254. Δίρφυν ἐρωτῶν — οὐκ ἂν ἐπαινέσειεν ib. 186. Porro οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο — μέλλοντ' ἀδελφὴ σύγγονον κατακτανεῖν Hel. 1045. διόλωλε; τάχ' ἂν εἴη φοβερόν Rhes. 561. οὐκ ἂν ἀμισθὶ τοὺς ἐμοὺς στρατηλάτας — ἐξέπεμπες Tr. 409. οὐκ ἂν ἀμάρτοις τοῦδέ γε Med. 867. Horum locorum tres primos minoris momenti esse ipse *Dindorfius* putat p. IX. Quamquam ne id quidem largior. Duos quidem priores nihil valere certum. Hi enim, ni pronomen σε additur, omni sensu carent, atque id ipsum codd. Florr. in Herc. f. 1254 praebere testatur *Matth.* V. supr. p. 196. At Helenae exemplum tutum puto, quamvis et frater supr. p. 196 σε inserendum censuerit et *Hermannus* Op. IV, p. 378 hanc verissimam *Porti* emendationem esse iudicet. Pronomine illic non opus esse monstrat Baccharum locus 789. Βρόμιος οὐκ ἀνέξεται κινοῦντα Βάκχας — ὀρῶν ἄπο (v. s. κινεῖν). Nempe in talibus sat est obiectum in participio latens. Ita tertii illius loci non minus quam reliquorum pondus est. Et quidem Helenae in loco οὐκ ἄν omnes et codd. et edd. vett., iidem in Rhesi l. sine dissensu τάχ' ἄν, in Troadum l. Ald. οὔκουν, scilicet ne ἄν corriperetur (v. *Dind.* l. c.), at Flor., optimus cod. Havn. et omnium praestantissimus Rom. A. οὐκ ἄν; in Medeae denique l. Ald. et aliae edd. vett. rursus οὐκ ἄν γ', at Lasc. Flor. A. 10. 15. Par. A. Rom. B. C. D., quin etiam Havn. et Rom. A. οὐκ ἄν. *Hermannus* quidem in disser-

tatione, quam scripsit de mensura utriusque ἄν, Op. IV. p. 378 hos omnes locos ad suum arbitrium correxit, ut solet opinioni alicuipiam semel addictus. Sed libidinosa haec est agendi ratio. In re critica quo quid est rarius et exquisitius, hoc certius, si pluribus in locis ab optimis vel omnibus codd. exhibetur, modo nec rationi repugnet nec linguae legibus. Ἄν autem si passim producebatur, id nequaquam absonum esse ex iis apparebit, quae disputata sunt s. ἀναλοῦν p. 253. et s. νῦν in. Itaque non tantum intacti relinquendi sunt loci praeter Herc. f. 186 et 1254 omnes a *Dindorfio* enumerati, sed etiam videndum, ne, ut illorum in plurimis, sic aliis quoque in locis librarii vel metrici particulae correptionem interpolationibus vel correctionibus suis obliterarint. *Const. M.*]

Ἀνά pariter atque ἀπό et κατά (s. vv.) ex ἄω factum: omnium enim communis ac propria significatio *motus*. Quae universa notio ita posthac discissa ac dispertita est, ut ἀπό certae *de* vel *a* loco *motionis* vim reciperet, ἀνά vero et κατά in *infinita motione* significanda convenirent, nisi quod motio de superiore loco sive *descensio* in κατά, motio de inferiore loco sive *adscensio* in ἀνά inhaerescebat. Quum vero quaelibet motio, praecipue adscendentis, in auctiore quadam agitatione vel intentione consistat, hinc et ἀνά et quod inde decurtavit usus ἀν et simplex α, quod est ab ipso ἄω, augendi atque intendendi i. e. maiorem quemdam modum significandi vim acceperunt. Est hoc alpha quod dicitur *intensivum*, pessime illud quidem et habitum et intellectum a viris doctis. Quum enim alii hoc alpha in tertio quoque vocabulo deprehendere sibi viderentur, alii ut *Passovius* in quarta lexici editione plane illud negantes ad *euphonicum* quoddam alpha confugere, quo nihil futilius atque inanius. Stabile est in lingua Graeca et late patens *intensivae* illius particulae imperium. Eique et Romanorum et nostra sese accommodavit oratio. Nam ut ex ipso ἀνά fluxit Germanicum *ana* (v. *Graff althochd. Praepos.* p. 69 sq.) et *an* (*anstrengen*), ita ex ἀν mutato sono ἐν (ἐντείνειν — ἀτενής) indeque tum eadem soni immutatione Lat. *in* (*intendere*) tum spiritus condensatione Lat. *ven* et *ve* (*vegrandis*, *venire*). Quae *movendi* et *intendendi* notionum affinitas imprimis elucet e cognatione vocabulorum *vehere* (*Fαω Fεω*) — *vehemens* (v. s. ἄγαν) — *ventus*, quibus in Graecis respondent ἄειν — ἄνα — ἄνεμος. Et *intensivum* quidem alpha deinceps ita usu mollitum ac debilitatum est, ut omnino tamquam augmentum quoddam nominale multis nominibus vel etiam verbis praefigeretur, horum ut notionem vel expleret vel augeret vel amplificaret. V. s. ἄποινα. Atqui *intentio* quaelibet, ad locum ubi refertur, *extentio* est. Ita factum ut

alpha illud etiam *extentionem* i. e. maiorem quemdam ambitum vel plurium rerum complexionem indicaret. Aptius igitur hoc sensu vocatur *extensivum* vel *complexivum*, quam, quo nunc est in usu nomine, *collectivum* (v. p. 52 et 146).

Ad ἀνά iam redeo. Quod quum *motionem* proprie vel *agitationem* exprimat, ἄνα pro adverbio usurpari et imperativis apponi solet, ut quis graviter *ad rem gerendam* impellatur. Turpis est enim lexicorum error id ἄνα esse pro ἀνάστηθι, praesertim quum *standi* vel *assurgendi* notio saepe sit ineptissima. Quo errore miror etiam *Hermannum* imbutum esse ap. *Seidl.* ad Eur. Tr. 98. An Homericum illud Ζεῦ ἄνα interpretabere *consurge Iupiter?* Imo prorsus respondet Latino *age* s. *agedum* et nostro *rühre dich*, *mach*, *auf*, *wohlan*, ubi Galli simillime *allons*. Ita ἀλλ' ἄνα τόλμα Alc. 277, *sed agedum sustine:* sic enim recte cum *Matthia Dindorfius* pro vulg. ἀνάτολμα. ἄνα, — πεδόθεν κεφαλήν, ἐπάειρε δέρην Tr. 98. Hinc ἄνα in universum est quod nos dicimus *dahin*, quippe omnino *motum* significans. Adverbium est hoc sensu Hec. 928. ἄνα δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν. Falsus enim *Herm.* in epist. ad *Spitznerum* Opusc. V, p. 40 contendens ἄνα hic nullo pacto cum ἔμολε coniungi posse, sed constructum esse cum πόλιν; alioqui strepitum non per urbem, sed in urbem iisse dici. Imo ad utrumque pertinet ἄνα: perinde est enim dicisne: *Geschrei durchlief die Stadt*, an: *Geschrei lief durch die Stadt.* Nimirum ἄνα κέλ. ἔμολε est *Geschrei lief dahin.* His strepitum illum *per* maiorem locum extentum esse significatur. Qui locus *urbs* est. Et quidem μολεῖν πόλιν dicitur plane ut *lέναι ὁδόν.* Si igitur ipsis nominibus praeponitur ἀνά, patet haec eo casu efferri, cuius eadem propria est *in locum* vel *per locum motio*, h. e. *accusativo.* In quibus

1. prima praepositionis vis est, qua a. directum *per* spatium aliquod *motum* vel *decursum* indicat: *durch*, *hindurch*, *durch-hin*, *über-hin*, *auf-hin*, *an-hin*, *entlang*, *längs.* ἀν' ὑγρὸν ἀμπταίην αἰθέρα Ion. 796; cf. Andr. fr. II. p. 45, ed. *Matth.* Hypsip. fr. X(IX). ἀνὰ στέγας φυγάδες ἔβησαν Hec. 1171. Huc pertinet etiam τίν' ἀνὰ χέρα δόμους ἔβα Λοξίου; Ion. 1455, *an welcher Hand hin*, ubi manus illa tamquam funis est cogitanda, *secundum quem* Ion ingrederetur. Quum vero quod per maius aliquod spatium porrigitur pedetendim adscendere videatur oculis, hinc ἀνά b. cum verbis praecipue compositum etiam *eam*, *quae sursum fit*, *motionem* seu *adscensionem* exprimit (ἄνω). Apud Euripidem praepositio ipsa hac vi non legitur, nec saepe apud alios. Sed nota sunt ἀνὰ τὸν ποταμόν, ἀνὰ ῥόον, alia. Etiam ἀνὰ κράτος i. e. *intentis viribus* huc numerandum. Crebrior alia indidem profecta

praepositionis vis. Quoniam enim de *superiore* loci parte usurpabatur, cum *dativo* locum, *in quo* quid est, indicante coniuncta significat c. *supra in, super, in, oben auf, auf.* Ita dictum apud Homerum ἀνὰ ὤμῳ, ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ, ἀνὰ σκολόπεσσι, ἂμ βωμοῖσι, apud Pindarum ἀν' ἵπποις Ol. 8, 67. 10, 83, ἀνὰ βωμῷ 16, 13, 106; ita, ni fallor, ap. Eur. El. 469. ἵπποις ἅμ πτεροέσσαις, et Iph. A. 754. ἧξει — ἀνὰ ναυσί. Quamquam non refragarer, si quis priore in loco corrigeret ἵπποις ἅμα πτερ. At nullam in partem defendi potest, quidquid *Herm.* in ep. ad *Spitzn.* l. c. moneat, locus Iph. A. 1058. ἀνὰ δ' ἐλάταισιν στεφανώσει τε χλόᾳ θίασος ἕμολεν — Κενταύρων. Ut enim dici posset *sie kamen an Fichtenstämmen*, tamen id neque ad χλόᾳ quadrat neque ἀνά umquam hac vi usurpavit bona Graecitas. Scribendum ἐν δ' ἐλάταισιν. Quo facto purum lucramur choriambum. Librariis credo ἐν hoc sensu exquisitius fuisse. Quare e suae aetatis consuetudine posuerunt ἀνά. V. *Matth.* gr. p. 1340, 2 et s. ἐν. Sed non solum in recto *per* locum decursu, verum imprimis etiam in *vago ultro citroque* discursu conspicitur motio. Itaque

2. usitatissima praepositionis vis est, qua cum derivato ἀμφί (s. v.) consona *discursum, dispersum, dissipationem, distributionem* denotat: *hie illic in, per, inter, circa, circum, in — auf — herum.* Et hanc quidem vim, qua nihil certius et evidentius, profecto fidem superat ab *Hermanno* contra *Spitznerum* l. c. plane negatam esse, quamvis eam et reliqui praepositionis significatus et ipsa quae ille p. 41 attulit exempla utique desiderent. Scrupulum evellet haec exemplorum multitudo. *Adverbium.* ἄνα δὲ δρομάδες ἔθορον ἔθορον — Φρύγες Or. 1416. ἄνα δὲ λαῖφος ὥς τις — τινάξας δαίμων κατέκλυσε Or. 341, *tamquam velum huc illuc quassum* i. e. *tamquam velum discussum*; v. *Matth.* ad l. μόλε — τινάσσων ἄνα θύρσον Bacch. 553, *torquens huc illuc thyrsum.* ἄνα θύρσον — τινάσσων ib. 80, *huc illuc thyrsum vibrans.* Quam tmesin ut imperite factam dicerent nescio quid obtigerit *Hermanno* et *Elmsleio* (v. *Herm.* ad Bacch. p. 24). Non qui tmesin fecit poeta imperitus, sed auditor lectorque imperitissimi essent, qui iungerent quae iuncta sensu carent. Similis, sed difficillimus locus est ib. 126, de quo v. s. Βάκχιος. *Praepositio.* ὀρεία ποτὲ δρομάδι κώλῳ μάτηρ θεῶν ἐσύθη ἀν' ὑλάεντα νάπη — Hel. 1319. ἐν ὄρφνῃ πολεμίων ἀνὰ στρατὸν ζητῶν Rhes. 587. ἀνὰ Πήλιον ἀνά τε — Ὄσσας νάπας — κόρας ματῶσ' (s. v.) El. 445, *oculos frustra circumferentes*; cf. Iph. A. 1040. χλωρὰν ἀν' ὕλην κυσὶν — θῆρας ἐξαιρεῖ Hipp. 17. *Dind.* ἐξαίρει. V. *Matth.* ad Phoen. 516. ἀνὰ πόλιν στείχοντες ἐξιχνεύσατε τὸν — ξένον Bacch. 352; vid. *Elmsl.* ad h. l. *Discursationi*

notio subest etiam Iph. A. 538. ἔν μοι φύλαξον ἀνὰ στρατὸν ἑλθών, i. e. *ubi ad exercitum profectus inter milites versaris.* Cf. Phoen. 1281 et *Matth.* gr. §. 579, 2. Hinc de potentia, quae in ramos quasi *diffusa* multa simul complectitur. ἑνὸς ἃ δύνασις ἀνά τε μέλαθρα κατά τε πόλιας Andr. 484; v. s. εἷς. φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ', ἔστι δ' ἐν θαλασσίῳ κλύδωνι *Κύπρις* Hipp. 447. ὁ *Διόνυσος* ἀνὰ μέλαθρα· σέβετέ νιν Bacch. 588. De re *pervulgata.* δόξα δ' ἐχώρει δίχ' ἀν' Ἑλλήνων στρατόν ib. 119. Similiter ὦ — ἔχθιστοι βροτῶν —, ἀδίκως εὐτυχεῖτ' ἀν' *Ἑλλάδα* Andr. 450. Cf. Ion. 1575. Heracl. 325. Or. 250. Ita etiam ἀνὰ *Θηβαίων πόλιν* ἐσιγάθη σᾶς ἔσοδος νύμφας Phoen. 351. ἃ ἀρετὰ μέγα φρονοῦσ' ἀν' *Ἑλλάδα* Or. 806. νόμον ἔθηκ' ἀν' *Ἑλλάδα*, *toti Graeciae*, Archel. fr. II, 8. De luce *per* locum *diffusa.* σελαγεῖτο δ' ἀν' ἄστυ πῦρ ἐπιβώμιον Ἀργείων El. 713. πῦρ αἴθει στρατὸς — πᾶσαν ἀν' ὄρφναν Rhes. 42. De malo *per* locum *disseminato.* κλύω νεοχμὰ τήνδ' ἀνὰ πτόλιν κακά Bacch. 216. De clamore, cantu, rumore, qui locum *personat.* βοὴ καὶ κωκυτὸς ἦν ἀνὰ πτόλιν Suppl. 721. Cf. Troad. 555. Phoen. 1045. λέλακ' ἀνὰ στρατὸν Ἠχώ Hec. 1110. Similiter ὃς ἀν' Ἴδαν τέρπεται — τυμπάνων ἰάκχοις Palamed. fr. VII(V), 2. Huc pertinet etiam Iph. A. 1046. Πιερίδες — μελῳδοῖς Θέτιν — ἀν' ὄρεσι κλέουσαι Πηλιάδα καθ' ὕλαν. Ald. rell. ἐν ὄρεσι; Par. A. ἀν' ὄρεσι, quod iure recepit *Matth.* cum eoque *Dind. Dativus* est pro accusativo, quatenus *per* maiorem quidem montis partem porrigebatur (ἀνά), sed tamen *in monte* (*dat.*) fiebat celebratio ista. Absque necessitate igitur *Herm.* ἀν' ὄρος. Sed κλέουσαι pro κλεί. recte *Monk.* et *Dind.* propter metrum. Simillimum σύριγγ' ἀν' Ἴδᾳ σεβίζειν Hel. 362, quae est *Matthiae* emendatio pro ἀοιδαί. Rursus *accus.* est propter *dissipationis* vel *vagationis* notionem in μοῦσα ἄϋπνος λήξει πατρῶον ἀνὰ δόμον Hipp. 1136, i. e. *non amplius cantabit circa s. per aedes.* Et Or. 330 Orestes dicitur τρίποδος ἄπο φάτιν δεξάμενος ἀνὰ δάπεδον, ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοί, quia vox ex adyto submissa personat δάπεδον. Evidens *dissipationis* vis etiam in his locis: ἦν δορυξένων — μείνωσιν ὅρκοι Πυθικὴν ἀνὰ χθόνα Andr. 1001, *si foedera firma per Delphos manserint.* ἀνὰ δ' ἄντρον ἔρημον οἰωνῶν γαμφηλαῖς φόνευμα ἐκβάλλει Ion. 1494, i. e. *in antrum abiiceris, ubi ab avibus distractus pereas.* ἀστέφανοι — ἀνάπαυλαι Λατοῦς βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν Hipp. 1138, *hic illic in gramine.* Hinc locutio ἀνὰ στόμα ἔχειν τι Andr. 95. El. 80, quam infeliciter explicuit *Kuchner.* gr. §. 602, b. Est eius accurate definitae sensus: *aliquid hic illic in ore habere* i. e. *al. ita in ore habere, ut hac illa occasione proferatur.* Itaque *distributioni* inservit ἀνά, imprimis cum numeralibus iunctum, ut ἀνὰ ἑκατόν Xen. An. 5, 4,

12, proprie *hic centum et illic centum* i. e. *centeni*. Hinc ἀνὰ μέρος, *hic partem et ille partem, partim hic partim ille*, i. e. *per partes, per vices, alternis, abwechselnd*. οἰκεῖν — οἶκον ἀνὰ μέρος λαβών Phoen. 489, ut v. 481. ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος. Quum autem qui *ultro citroque* movetur non tantum *pro*cedat, sed etiam *re*cedat, hin ἄνα

3. cum verbis praecipue copulatum etiam *incessum retrogradum* h. e. *recessum s. reversionem* indicat, sicut *um* ortum est ex *herum*: nam *sich herumdrehen* dicitur et is, qui *huc illuc vertitur*, et is, qui *revertitur*. Adverbium est hoc sensu Or. 171 (v. s. ἀνειλίσσειν) et Suppl. 44 (v. s. ἀναλύειν). Atque duae inde notiones manavere; una *removendi, rescindendi, tollendi*, unde ἄν privativum (v. s. ἀλλά et ἄν), altera *repetendi, iterandi, renovandi*, sicut etiam Germanice dicitur *wiederkehren* (i. e. *zurückkehren*) et *wiederholen*. Denique

4. ex primaria particulae notione, qua id denotat, quod *per* vel *secundum* locum aliquem *porrigitur*, ea quoque significatio manavit, qua ut ἀμφί *comitatum, convenientiam, accommodationem* exprimit: *secundum, ad, ex, nach, gemäss, zu*. Ita explicandum videtur Ion. 830. καιτὸν δὲ τοὔνομ' ἀνὰ χρόνον πεπλασμένον, Ἴων —. *Herm.* nomen intelligit, quod *novum interea excogitaverit* Xuthus, aut legere vult ἀνὰ λόγον. Neutrum probabile. Imo nomen *secundum* sive *ad tempus fictum est*, unde per epexegesin additur ἰόντι δῆθεν ὅτι συνήντετο, i. e. *quod* Xutho *ex templo exeunti obviam ivit*. Dubitare de hoc sensu non sinit v. 661 sq., ubi τῇ τύχῃ πρέπον idem est quod hic ἀνὰ χρόνον. Eodem modo dictum Tro. 546. παρθένοι δ' ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν βοάν ἤμελπον εὔφρονα. Sic enim levissima medela sanandum esse locum vitiosum primus vidit *Matth.* Vulg. βοάν τ' ἤμελπ. Sensus: *virgines ad pedum pulsus*, i. e. pedum pulsibus comitantibus, *canebant*. Ἀνεκρότουν, quod *Bergk.* in ephem. ant. 1836, p. 58 proposuit, nec per se aptum nec propter ἀέριον.

Anastrophen non admittere ἀνά grammaticorum veterum praeceptum est (*Goettl.* l. c. p. 378), scilicet ne cum vocativo vocis ἄναξ et cum ἄνα, quod *age* significet, permisceatur. At pueris haec est regula, non viris. Ἀνά, seu nomen suum plane non habeat seu non habeat adiunctum seu per tmesin a verbo suo avulsum sit, aeque ac reliquae praeter ἀμφί et ἀντί praepositiones necessario sibi poscit anastrophen, id quod enucleate demonstravit gravissimus puerilium ineptiarum exagitator *Hermannus* in epist. ad Spitzn. Op. V, p. 32 et ad Eur. Med. Elmsl. 1143. Cf. *Matth.* gr. §. 32, 7. Alpha vero ubi abiiciatur, non ἄν vel ἄμ, sed ἀν vel ἀμ, ut ἐν — ἐνί, scribendum esse perquam probabilis est sententia *Buttmanni* in gr. ampl. II. p. 296 **). *Const. M.*

ἀναβάτης, *is qui adscendit.* τὸν ἀμβάτην θῆρ' ὡς ἕλωμεν (Pentheum) Bacch. 1105.

ἀναβαίνειν, *adscendere.* πρὸς ἱστὸν ναὸς ἀμβήσει ποδί Hec. 1263. *Conscendere.* μήδ' ἀναβῇς τὸν δίφρον Phaëth. fr. VIII (VI), 2. *Musgr.* μήδ' ἐς δίφρον ἀναβῇς.

ἀναβακχεύειν, *debacchari.* ἐν — χοροῖς θήσω ποτὲ λευκὸν πόδ' ἀναβακχεύουσα Bacch. 862. *Debacchantem facere, in furorem adducere, exagitare, perturbare.* φόνον ἐπὶ φόνῳ βαλὼν ἀναβακχεύσει Καδμείων πόλιν Herc. f. 1086. ματέρος αἷμα σᾶς, ὃ σ' ἀναβακχεύει (Orestem) Or. 338.

ἀναβάλλεσθαι, *reiicere, differre.* μὴ πρόκλαι' ἄκοιτιν· εἰς τόδ' ἀναβαλοῦ Alc. 529.

ἀναβλέπειν, *suspicere, oculos attollere.* οὐ φῶς ἀναβλέψεσθε —; Herc. f. 563. Tralate δόμος οὐκέτι νύκτας δέρκεται, ἀλίου δ' ἀναβλέπει λαμπάσιν Ion. 1467. τοῖς κερτομοῦσι γοργὸν — ἀναβλέπει σὴ πατρίς Suppl. 322. V. *Matth.* ad l. Hinc *oculos attollere* ad aliquem tamquam praesidium vel solatium vel spem, i. e. *confidere* alicui, *niti* aliquo, *spem repositam habere* in aliquo. κατθανόνθ' ὁρῶ, φ̃ δῶμ' ἀνέβλεπεν, ὃς συνεῖχες — τοὐμὸν μέλαθρον Bacch. 1307. De dativo propter *appropinquationis* vim posito v. *Matth.* gr. §. 401, 2. *Circumspicere.* δράκοντ' ἀναβλέποντα φοινίαν φλόγα Ion. 1263, *sanguinolentos flammeosque oculos circumferentem* s. *spargentem.* Vid. *Matth.* gr. §. 409, 2.

ἀναβοᾶν, *exclamare, conclamare,* adsperso significatu soni *per* locum aliquem serpentis. ἦ δ' ἀνεβόησεν Bacch. 730. ἐκ δ' αἰθέρος φωνή τις — Διόνυσος ἀνεβόησεν ib. 1077. ἂν δ' ἐβόασεν λεὼς — ἀπὸ πέτρας σταθείς Tro. 522; vid. *Matth.* ad l. [Ἂν de meis dedi pro vulg. ἀνά. *Const. M.*]. οἰκτρὸν ἀνεβόασεν Hel. 184. κρόταλα Βρόμια — ἔντα κέλαδον ἀνεβόα, *resonabant,* Hel. 1325. Cum accus. rei, *quo* ducit clamor (*Resultat*). τάδ' ἀναβοάσας Bacch. 525. *Dind.* nescio cur numero choriambico invito ἀμβοάσ. Cet. cf. Iph. A. 465. Cum acc. hominis vel rei, *quo* pertinet clamor (*Objekt*). Hominis: *inclamare, invocare.* σὲ — ἀναβοάσω, σὲ τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα — ἀηδόνα Hel. 1114. ἀνεβόησε συμμάχους, *evocavit,* Hel. 1608 [nisi scribendum συμμάχοις, *sociis acclamavit,* ut v. 1611. *Const. M.*]. Rei: *clamorem tollere* ob aliq., *conqueri, lamentari* aliquid. ἀναβοάσωμεν ξυμφορὰν τὰν τοῦ Πενθέως Bacch. 1152. Πανὸς ἀναβοᾷ γάμους Hel. 191. Ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω πατρὶ γέροντι Ταντάλῳ — τὸ πτανὸν μὲν δίωγμα πώλων etc. Or. 984. [Ib. 103 vitiose vulgo: δεινὸν γὰρ Ἄργει τ' ἀναβοᾷ διὰ στόμα. *Cant.* καταβοᾷ. *King. Dind.* δεινὸν

γάρ· Ἄργει τ' ἀναβ. *Matth.* δ. γὰρ Ἄργει γ' —: recte. Sensus: *sane Argis quidem valde diffamaris s. rumoribus differris.* Quod enim in mentem alicui venire posset, ad τὰ νεκρά referre ἀναβοᾷ ac vertere *sane Argis graviter acclamant* i. e. ad ultionem eos provocant, id vetat adiectum διὰ στόμα. *Const. M.*] De V. s. βοᾶν.

ἀναβολή, ἀμβολή, *dilatio.* ἐν ταῖς ἀναβολαῖς τῶν κακῶν ἔνεστ' ἄκη Herc. f. 93, quod quid sibi velit explicatur v. 95 sqq. οὐκ ἐς ἀμβολάς (*sine mora, continuo*) Hel. 1313 et Heracl. 271. Vid. *Pflugk.* ad Hel. 1297 et s. εἰς.

ἀναγγέλλειν, *renuntiare, referre.* λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις Iph. T. 761.

ἀνάγειν, *sursum ducere, educere.* οὐ γὰρ ἀνάξεις ἔνερθεν κλαίων τοὺς φθιμένους ἄνω Alc. 989. Cf. Propert. V, 11, 2 et 6. αὐτὸς ἀνῆκται Νεοπτόλεμος Troad. 1126, ut ap. Lat. *in altum ferri.* Cf. Phaëth. fr. II, 31 et v. s. ἀνά 1. κύνα εἰς φῶς ἀνάξων Herc. f. 25; cf. Pind. Isthm. 6, 91. εἰς Ὄλυμπον βρέφος (Ζεὺς) ἀνήγαγεν νέον Bacch. 289. τόδ' ἱερὸν ἀνάγετε ξόανον διογένει κόρᾳ, *subvehite,* Troad. 525. Hinc de *chorcas ducentibus*, ubi etiam nos *aufführen.* πάλλε πόδ' αἰθέριον, ἄναγε χορόν Troad. 326. Cuius significationis origo elucet ex Tr. 332. χόρευε, ἄναγε πόδα σόν. Hinc *chorcas ducere* in honorem alicuius, i. e. *celebrare, honorare* aliquem. Itaque Herc. f. 1333. θυσίαισι λαΐνοισί τ' ἐξογκώμασιν τίμιον ἀνάξει (Herculem) πᾶσ' Ἀθηναίων πόλις. Ita etiam de *vocem intendentibus*, sicut Latini quoque *tollere clamorem* et nos *erheben.* ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτόν Phoen. 1359. ἔγειρε γόον, ἄναγε πολύδακρυν ἀδονάν El. 126, i. e. *flebili voce querelas tolle* (Lucr. 4, 550), *quae voluptati sunt tibi. Reducere, referre, revocare.* πάλιν μ' ἀνάξουσ' εἰς τὸ σῶφρον αὖθις ἄν Hel. 938; v. s. αὖ, 5. κῆδος εἰς Κρέοντ' ἀνηγμένον Herc. f. 35, quatenus genus a Creonte repetunt. *Dind.* ἀνημμένον. Iph. A. 955, ubi olim erat πικρούς προχύτας χέρνιβάς τ' ἀνάξεται Κάλχας ὁ μάντις, e praeclara nunc legitur *Musgravii* coniectura ἐνάρξεται.

ἀναγιγνώσκειν, *agnoscere, dignoscere.* ἀνεγνώσθημεν ἂν εἰς ξύμβολ' ἐλθόντες Hel. 297.

ἀναγκάζειν, si verbi originem (v. s. ἀνάγκη) spectamus, primitivam habet notionem *adigendi, subigendi, adducendi, impellendi, iubendi*, qua eadem vi nobis inter epulas usitata vox *nöthigen.* Vid. *Herm.* ad Bacch. 462. *Pflugk.* ad Hel. 427. *Wund.* ad Soph. O. C. 588. Ita Hel. 434. τούς γε περιλελειμμένους φίλων φυλάσσειν τἄμ' ἀναγκάσας λέχη Bacch. 469. πότερα νύκτωρ σ' ἢ κατ' ὄμμ' ἠνάγκασεν, *ad-*

duxit, admonuit, adegit ad celebranda sacra, unde *μαντόσυνοι ἀνάγκαι*, Iph. A. 761. Similiter dictum *ἀνίσταται ἀνήρ τις — ἰσχύων θράσει, Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος, ἠναγκασμένος θορύβῳ τε πίσυνος* Or. 902, [peregrinus, qui civitatem adeptus est, quique non sua sponte sententiam suam profert, sed prout tempora *postulant. Aug. M.* Imo ab alio *incitatus, instigatus, subornatus*: nam Tyndareum cum subornasse docet 913 sq. *ὕπο δ' ἔτεινε Τυνδάρεως λόγους — τοιούτους λέγειν*, i. e. *talem ei sententiam ferendam suppeditavit Tyndareus. Const. M.*] *τὸ συνδρῶν σ' ἀναγκάσει* (*te adiget in iudicium*) *χρέος* Andr. 337; v. *Pflugk. εὖ φρονεῖν τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατὸς ἀναγκάσαι, persuadere, adducere*, Hipp. 922; vid. *Valcken. Ἔρως σ' ἠνάγκασε τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας* Med. 530. Hinc est *cogere. τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ δίδωμ' ἑκοῦσα τοῖσδ', ἀναγκασθεῖσα δ' οὔ* Heracl. 552. *κατεῖπ' ἀναγκασθεὶς μόγις τόλμας* Ion. 1215. *ὥστ' ἀναγκάσαι δρᾶν τὰς Ἀθήνας ταῦτα* Suppl. 519. *τρισσαί μ' ἀναγκάζουσι συμφορᾶς ὁδοὶ τοὺς σοὺς μὴ παρώσασθαι ξένους* Heracl. 237. *θητεύειν ἠνάγκασεν* Alc. 7. *κερκίσιν ἐφεστάναι — μ'* (servam) *ἀναγκάσει* Hec. 364. Cf. El. 922. Iph. A. 1183. Cum accus. rei, *quo* pertinet coactus: *exigere, extorquere. πόλις ἀναγκάζει τάδε* Iph. T. 595.

ἀναγκαῖος, propr. *impellens, urgens, cogens*; v. Hom. Il. Θ', 57. Od. ϱ', 399; hinc *quod necesse est, quod non potest quin fiat* (*nothwendig*). *ἀναγκαῖον θανεῖν* Or. 753; cf. Herc. f. 502. *ἀναγκαίως ἔχει βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν* Hypsip. fr. VI (IV), 5. *ἥκομεν εἰς ἀναγκαίας τύχας θυγατρὸς — ἐκπρᾶξαι φόνον* Iph. A. 511. *τί μέλλομεν τὰ δεινὰ κἀναγκαῖα μὴ οὐ πράσσειν κακά* Med. 1243; vulg. *μὴ πράσσειν*, quod servavit *Dind.* Quod cum *Matth.* et *Pflugk.* dedimus *Elmsleii* est. *τῷ ἀναγκαίῳ τρόπῳ* (*fato*) *ὃς ἀντιτείνει σκαιὸν ἡγοῦμαι βροτόν* Herc. f. 282. *θεῶν ἀναγκαῖον τόδε* Hec. 584. Quae separata vulgo leguntur. At loquendi usus postularet *τἀναγκαῖον*; itaque in unum iungas *δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσεν — θεῶν ἀναγκαῖον* (*fatale*) *τόδε*. V. s. *ἀνάγκη. οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων* (*rerum fatalium*) *βροτοῖς* Andr. fr. XVIII (X), 1; cf. Hypsip. fr. VI (IV), 9. *ἐξελογίσω τὰ χρηστὰ τἀναγκαῖά τε* Iph. A. 1410; v. s. *ἐκλογίζειν. φημὶ καὶ νόμον γε μὴ σέβειν ἐν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον* Hippol. fr. I (II), 2. Hinc *τὰ ἀναγκαῖα* sunt *mala, quae fatalia sunt s. divinitus immittuntur, res adversae, angustiae* (*Noth*). *ὡς ῥᾷστα τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν* Hel. 261. Ita *ἀναγκαῖος* ad *servi* sortem refertur necessitate quadam fati impositam; v. s. *ἀνάγκη. ἕψομαι τοῦ ἀναγκαίου χάριν*, quum tibi serva sim, Hec. 346. *καὶ νῦν τὰ προσταχθέντ' ἀναγκαίως ἔχει, σαίρειν — δόμους* Cycl. 32; cf. Herc. f. 859. Similiter *νῦν δ'*

ἀναγκαίως ἔχει δούλοισιν εἶναι τοῖς σοφοῖσι τῆς τύχης Or. 714. De sorte mendici. ἀναγκαίως ἔχει (βίον προσαιτεῖν) Hel. 519; v. sq. vrs. *Quod fieri oportet.* ἀναγκαίως ἔχει πατρίδος ἐρᾶν ἅπαντας Phoen. 361. ἀναγκαίως ἔχει τὰ πρῶτα λέκτρα — τιμᾶν Hel. 1415. Hinc *necessarius* (*nöthig*). λόγους ἀτέρπεις, ἀλλ' ἀναγκαίους κλύειν El. 293; cf. Phoen. 434. Or. 230. εἰς κοινὸν λέγειν χρὴ — τίνος ἀναγκαίου πέρι; Or. 772. Hinc τὰ ἀναγκαῖα sunt *res necessariae.* μόλις ἄν τις αὐτὰ τἀναγκαῖ' ὁρᾶν δύναιτ' ἂν ἐστὼς πολεμίοις ἐναντίος Suppl. 855. De loco Iph. A. 724 v. s. καλῶς. *Necessitudine coniunctus, cognatus.* τοὺς ἀναγκαίους φίλους Andr. 672. In Alc. 536. ὀθνεῖος (γυνὴ), ἄλλως δ' ἦν ἀναγκαία δόμοις, pro ambiguitate orationis (vid. *Herm.* ad v. 547), qua Admetus decipit Herculem, ἀναγκαία et *ad res domesticas gerendas necessaria* et *necessitudine mihi coniuncta* (cf. v. 538) potest intelligi.

ἀνάγκη verisimilius est originem repetere ab ἀνάγειν, quatenus idem significat atque cognatum ἀνιέναι (v. *Damm.* s. v. et nos s. ἶέναι), quam, unde *Doederl.* Synon. 3, 175 cum *Etymol.* M. p. 95, 50 derivandum esse censet, ab ἀγκὰς, ἐπεὶ τὸ ταῖς ἀγκάλαις κρατούμενον κατὰ δύναμιν ἀφυκτότερον κρατεῖται. Nam et ἄγειν iam habet notionem *cogendi s. necessitate subigendi* (vid. s. ἄγειν p. 12) et ἀγκάς (ἀγκάλη, ἀγκών, ἀγκύλη) demum ex ἄγειν eadem ratione factum qua ἀνάγκη ex ἀνάγειν. Itaque ἀνάγκη proprie est *impulsio, coactus*, ut Il. ε', 633. Eur. Iph. A. 761. θεοῦ μαντόσυνοι ἀνάγκαι [i. e. divinus *instinctus*, qui quasi vim affert hominibus, ut vaticinentur. *Aug. M.*]. ἀνάγκη αἰτοποιός Hec. 362, *coactus s. necessitas parandi cibos.* δέμας καταλείβειν δεσποτῶν ἀνάγκαις Andr. 132. Hinc *impressio, violentia, vis*, cui quis cedere coactus est (*Gewalt*). εἶδον ἔλαφον — ἀπ' ἐμῶν γονάτων σπασθεῖσαν ἀνάγκᾳ Hec. 92. σὺ δ' οὐκ ἀνάγκην προσφέρεις πειρωμένη νόσον πυθέσθαι Hipp. 282. δύο δ' ἐκ δισσαῖν θνήσκετ' ἀνάγκαιν Andr. 517. Alia huiusmodi innumera suppeditat Homerus. Praecipue vero ἀνάγκη est *vis*, quam natura omnium rerum mater exercet, i. e. *lex naturae, quae necessitate quadam omnia complectitur*, qua et res in universo gignuntur atque intereunt et sors ipsa humana regitur (*Naturnothwendigkeit*). Vid. *Matth.* ad Hec. 829. p. 97. extr. et ad Cic. in Catil. 4, 4, 7. Sext. 21, 47. ἡ γῆ ἀνάγκῃ, κἂν θέλῃ κἂν μὴ θέλῃ, τίκτουσα ποίαν Cycl. 330. Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος εἴτε νοῦς βροτῶν, Troad. 886. Memorabilis Anaxagorae sententia. Nam praeceptoris ingenium haec verba Euripidis exprimere a nemine observatum esse miror. V. *Barnes.* et *Matth.* ad l. et s. ἀνάκτορον. Hinc ἀνάγκη etiam de iis rebus ac condicionibus dicitur, quae, quum ipsa naturae lege contineantur, ne-

cessariae sunt nec possunt aliter esse. Gravissimus huius generis locus est in Or. v. 488, ubi, quum Menelaus propter familiare cum Oreste matricida colloquium a Tyndareo vituperatus ita se excusasset, ut *Graecum esse* diceret *cognatum colere*, Tyndareus autem contra monuisset *etiam legibus obtemperare Graecum esse*, Menelaus rursus opponit: *πᾶν τοὔξ ἀνάγκης δοῦλόν ἐστ' ἐν τοῖς σοφοῖς*, *quodcumque necessitati adstrictum inferius est inter sapientes*, i. e. cognatum colere necessitas est et necessitati cedunt sapientes. His luminis aliquid affertur loco vexato Hec. 846 sq. *δεινόν γε, θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπίτνει καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν.* Interpretum farraginem congessit *Matth.* ad h. l. Neque *Herm.* quid sibi velit interpretans: *necessitates per legum diversitatem sunt definitae*, assequor. Melius, sed liberius, *Matth.* in notis mss. *leges et instituta hominum aliud alio tempore necessarium habere iubent.* Nec male *Bernhardus* frater *τὰς ἀνάγκας* haec ipsa esse statuit, *ἃ θνητοῖς συμπίτνει* i. e. *fata.* Ego tamen sic sentio. Polymestor ex amico inimicus et Agamemno ex inimico amicus factus est. Id vero mirum. Nam Polymestor Troianorum socius *naturali* quodam vinculo cum Hecuba coniungebatur, Agamemno autem et Hecuba *naturali* quodam odio dissidebant: hae sunt *ἀνάγκαι s. necessitates.* Tamen rationem invertit *τῶν νόμων* h. e. *moralium legum* auctoritas. Polydoro enim necato a Polymestore abhorret, cum Agamemnone in ulciscenda nece conspirat Hecuba. Quod igitur Menelaus Or. 488 enuntiarat *necessitatem legibus superiorem esse*, id ipsum hic esse secus miratur chorus: necessitas enim hic legibus inferior. Quam explicationem mirifice confirmat et ipse Euripides in eiusdem fabulae v. 797 sqq., ubi Hecuba de Polymestore: *ἔκτεινε — ἀφῆκε πόντιον* (Polydorum) —. *ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χὠ κείνων κρατῶν νόμος* (cf. v. 802 sqq.), et imprimis etiam Plato in Protag. p. 337, C, ubi Hippias: *ἡγοῦμαι ἐγὼ ὑμᾶς συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους καὶ πολίτας ἅπαντας εἶναι φύσει, οὐ νόμῳ· τὸ γὰρ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φύσει συγγενές ἐστιν, ὁ δὲ νόμος τύραννος ὢν τῶν ἀνθρώπων πολλὰ παρὰ τὴν φύσιν βιάζεται.* Itaque *ἀνάγκη*, ut ap. Plat. *φύσις*, *necessarius* est *rerum ordo s. natura*, *necessitas*, *διορίζειν* autem ut simplex *ὁρίζειν disiungere*, *dissolvere:* hic enim sensus: *Der Mensch muss auf Alles gefasst sein: selbst den nothwendigen Zusammenhang der Dinge hebt das moralische Gesetz, das den Feind zum Freunde, den Freund zum Feinde macht.* Similiter iam *Pflugk.* Quodsi quis dictum malit: *necessitudines leges constituunt*, nihil impedio. Certe et Graecis *ἀνάγκη* et Latinis *necessitudo* recte dicitur ea *coniunctio*, quae *necessaria* est ex ordine naturae. Plerum-

que vero ἀνάγκη est *necessitas fatalis* res humanas gubernans, *fatum*. ἀνάγκης τὸ χρεών El. 1301, *fati necessitas*: v. *Seidl.* ad l. τὸ τῆς ἀνάγκης δεινόν Troad. 612. κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκας εἶδον Alc. 968. δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύει πλέον Hel. 521, quae festinantius in novissima Hel. ed. correxit *Hermannus* et loci Tr. 612 et *dirae* vel *saevae* ap. Horat. *necessitatis* immemor. Ita etiam στερρὰ γὰρ ἀνάγκη Hec. 1295. μοχθεῖν βροτοῖσιν ἀνάγκη Hipp. 207; cf. Aeol. fr. XX (XVII), 1. εἶκ' ἀνάγκη Teleph. XXV. ὅστις ἀνάγκη συγκεχώρηκεν fr. inc. tr. CXX. ὑπ' ἀνάγκας προπίπτουσα προσαιτοῦσ' ἴμολον Suppl. 65. εἶθε δέ με κοιμίσειε — Ἅιδου μέλαινα νύκτερός τ' ἀνάγκα, *mors fatalis*, Hipp. 1388: ita scripsi ex Flor. 2. Vict. Par. A., ut trimeter prodiret iambicus. Et δέ quidem sententiae ponderi aptissimum. Vulg. εἶθε με. τὸ τῆς ἀνάγκας ζυγον Licymn. fr. V. ἀνάγκης εἰς ζυγὸν καθίσταμεν Or. 1330. εἰς οἵ' ἀνάγκης ζεύγματ' ἐμπεπτάκαμεν Iph. A. 443. Hinc ἀνάγκαι θεῶν sunt *fata a diis constituta*; vid. *Matth.* gr. §. 375. σκαιὸν θεῶν ἀνάγκας ἰᾶσθαι θέλειν Dict. fr. VII. οὐκ εἰς ἀνάγκην δαιμόνων ἀφιγμένοι Phoen. 1007. τὰς ἐκ θεῶν ἀνάγκας — δεῖ φέρειν ib. 1751. Hinc de qualibet *necessitate*, qua quid fieri *necesse* est. ἀνάγκη πείθεσθαι Archel. fr. XXXII (XVII). ἀνάγκην προστίθης ἡμῖν θανεῖν Herc. f. 710; cf. Meleag. fr. XXI (XXII), 2. εἰς ἀνάγκην κείμεθα, *coacti sumus*, sc. θύειν, Iph. T. 620. τὰ πόλλ' ἀνάγκη διαφέρει τολμήματα Aeol. fr. XXIII (VIII), i. e. *plerumque necessitas peragit facinora audacia*; v. s. διαφέρειν. Corruptissimus locus est Iph. A. 1327 sq. Ζεὺς μειλίσσων αὖραν ἄλλοις ἄλλαν λαίφεσι χαίρειν, τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν, τοῖς δ' ἐξορμῶν, τοῖς δὲ στέλλειν, τοῖσι δὲ μέλλειν. Quibus explicandis lapidem verberant interpretes. Neque *Hermanni* correctionibus quidquam profectum. Spuria in his non pauca esse aperte declarat inanis verborum tumor ac strepitus. Neque difficile est perspecta eadem manu, cuius tot in hac fabula vestigia apparent, etiam hic verba λύπαν et ἀνάγκαν ad μέλλειν, ἐξορμᾶν et στέλλειν ad λαίφεσι χαίρειν adscripta esse, nisi totum στέλλειν ex μέλλειν corruptum est. His deletis et numerus optimus, Ζεὺς μειλ. αὖραν ἄλλοις | ἄλλαν θνατῶν, λαίφ. χαίρειν, | τοῖσι δὲ μέλλειν, et, si a μειλίσσων discesseris, etiam sensus: nam vix est quod moneam ad λαίφεσι χαίρειν cogitandum esse τοῖς πέν. Cet. v. s. ἑλίσσειν et μειλίσσειν. Hinc solemne est omisso verbo ἀνάγκη, i. e. *necesse est*, *fieri non potest quin* —. σὴν γ' ἀνάγκη παῖδα θανεῖν Hec. 1275. τολμᾶν ἀνάγκη ib. 751. ἀνάγκη πείθεσθαι Archel. fr. XXXII (XVII); cf. Med. 247. 806. Phoen. 923. Herc. f. 1262. El. 1247. μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν Teleph. fr. XXVII

(XVIII). Frequens etiam fortiore sensu πολλὴ ἀνάγκη, nunc interposito pronomine, nunc ἐστί, nunc γε vel δέ particula. Sed magna in vocabulo inserto librorum inconstantia. V. *Elmsl.* ad Med. 981. Itaque artas ad regulas revocare hanc formulam periclitatus est *Herm.* ad S. Trach. 294. Quibus egomet accedere non possum. Et id quidem recte vidit *Porson.* ad Med. 1008, πολλή μ' (σ') ἀνάγκη et πολλή 'στ' ἀνάγκη nullo sensus discrimine usurpari: perspicuum est enim ad hiatum vitandum vel pronomen vel verbum inseri. Horum igitur utrum sit verum, id totum vertitur in codicum auctoritate. Atque tutum pronomen Med. 1013. τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα καὶ δακρυρροεῖς; — πολλή μ' ἀνάγκη, πρέσβυ. V. *Matth.* ad l. Tutum verbum S. O. C. 293. El. 309. Tr. 294. Sed falsus *Porsonus*, quod ex his arbitrariis ne γε quidem particulam excepit: nam huius peculiaris vis efficit πολλή γ' ἀνάγκη ibi locum habere, ubi quid *valde necesse esse affirmatur: omnino s. sane valde necesse est.* Male igitur Phoen. 1668 et *Herm.* l. c. πολλή σ' ἀν. et *Dind.* πολλή 'στ' ἀν.; imo verissimum quod *Matth.* cum optimis plurimisque codd. dedit post *Barn. Valck. Musgr.* ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτέ; — πολλή γ' ἀνάγκη. Nec minus et sensu necessarium et librorum consensu munitum γε in loco Alc. 378, quem leviter tractarunt *Monk.* et *Elmsl.*, σὺ νῦν γενοῦ τοῖσδ' ἀντ' ἐμοῦ μήτηρ τέκνοις — πολλή γ' ἀνάγκη σοῦ γ' ἀπεστερημένοις. V. *Matth.* ad l. et *Herm.* l. c. Denique illud sponte intelligitur, πολλὴ δ' ἀνάγκη usurpari, ubi quid *valde necesse esse opponitur: at valde necesse est.* Idque peropportune praebet Flor. 21 in loco Hec. 396, ubi nec verbum, quod poscit *Herm.* l. c., nec γε, quod vulgo interponitur, tolerari potest: Ulixi enim Polyxenae mortem sufficere admonenti *opponit* Hecuba: πολλὴ δ' ἀνάγκη θυγατρὶ συνθανεῖν ἐμέ, *at utique necesse est me una mori.* Hinc ἀνάγκη dicitur de qualibet *vi*, quae deprimit aliquem vel frangit et cui cedere *necesse est: necessitas, inopia, angustiae, miseria* (*Noth*). ἀνάγκας ἱκεσίους λύειν Suppl. 39, quae recte contra *Herm.* defendit *Matthias*, nisi quod interpretari malim: *has supplicum aerumnas:* nam ἀνάγκη ἱκέσιος est i. q. ἀνάγκη τῶν ἱκετῶν. ἥκω δ' ἀνάγκης εἰς τόδε Herc. f. 1281. πόνοι γὰρ καὶ πόνων ἀνάγκαι κρείσσονες κυκλοῦνται Hec. 639. ἐν ἀνάγκαις οὐ κάμνει σύντροφος ὢν Iph. T. 1118. ὠδίνων λόχιαι ἀνάγκαι Bacch. 89, *labores s. dolores partus*, ubi nos quoque *Kindesnöthen.* Corrupta, si quid video, sunt τὰ πανύστατα δ' εἰς ἐμὲ — ἦλυθε δόμων πολυπόνοις ἀνάγκαις Or. 1011: nam et subiectum deest et dativus valde incommodus, ne dicam inexplicabilis. Scribo igitur et dispono: τα πανύστατα δ' (am Ende) | εἰς ἐμὲ καὶ γεν. ἐμὸν ἦλυθε | δόμων

πολύπονος ἀνάγκα. Ita etiam de *periculo s. discrimine.* ἐν ἀμίλλαισιν ἀνάγκας Bacch. 552. *Const. M.*

ἄναγνος, *impurus.* ἄναγνον φρένα Hipp. 1448, *pollutam caede.*

ἀνάδελφος, *sine fratre.* μόνη —, ἀνάδελφος, ἀπάτωρ Or. 310. οὐδ' ἐγὼ ἀνάδελφός εἰμι πλὴν ὅσ' οὐχ ὁρῶσά νιν Iph. T. 613. στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν ἀνάδελφος ἔσται ib. 475.

ἀναδέσμη, *redimiculum, vitta,* non ἀνάδεσμος, siquidem *Hesych.* ἀναδέσμη, μίτρα, ἀνάδημα· οἱ δὲ εἶδος κόσμου ἐπὶ κεφαλῆς. Secuti *Porson. Elmsl. Matth. Dind. Pflugk.* Med. 978 edentes δέξεται νύμφα χρυσέων ἀναδεσμῶν δέξεται δύστανος ἄταν (τὸν Ἅιδα κόσμον). Cf. v. 949, 1161 et Hipp. 83.

ἀνάδετος, *redimitus.* πλόκαμον ἀναδέτοις μίτραισιν (*mitra capillos redimiens*) ἐῤῥυθμιζόμαν Hec. 923. Cf. Ovid. Ep. 9, 63.

ἀναδέχεσθαι, *recipere.* λοῦτρ' ἐς Αὐλιν μητρὸς ἀνεδέξω πάρα; Iph. T. 818. V. *Seidl.* ad l.

ἀνάδημα, *redimiculum.* χρυσέας κόμης ἀνάδημα δέξαι, i. e. πλεκτὸν στέφανον (v. 73), Hipp. 83. Adversus metrum El. 882 vulgo legitur δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀναδήματα, quae v. 871 et 873 sunt κόμης ἀγάλματα. Alii aliter coniectarunt; vid. *Matth.* ad l. Et facillimum profecto quod cum *Blomfieldio* ad Aesch. S. c. Th. 740 dedit *Dindorfius* ἀνδήματα, etsi nec *Matthiae* coniecturam βοστρύχῳ 'ναδήματα repudiarim.

ἀναδιδόναι, *edere, efferre, producere.* (οὐρανὸς γαῖά τε) τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος Melan. fr. VI (XXII), 4.

ἀναδρομή. Hypsip. fr. XIV ex *Hesych.* ἀναδρομαί· αὐξήσεις, βλαστήσεις. Εὐριπίδης Ἱκέτισιν, Τυφπύλῃ.

ἀνάθημα, *anathema,* i. e. *donarium diis repositum, statutum, dedicatum. Suidas:* πᾶν τὸ ἀφιερωμένον θεῷ. οἵσω θεῷ ἀνάθημα Ion. 1381. ἀνάθημα δίου παιδὸς, οὗς (πέπλους) Ἡρακλῆς — θεῷ ἤνεγκεν ib. 1144. Ib. 310 Ion. τοῦ θεοῦ — δοῦλος εἰμί. Creus. ἀνάθημα πόλεως ἢ τίνος πραθεὶς ὕπο; Cf. ib. 177. 108. 1165. Tralate Θησέως ἀναθήματα νεκροῖς Suppl. 983. παῖδες χρηστοὶ — τοῖς τεκοῦσι ἀνάθημα βιότου Meleagr. fr. XI (XIII), 5; v. *Iacobs.* ad anthol. Palat. p. 104, nr. 227.

ἀναθρεῖν, *dispicere.* ἰδοῦ με κἀνάθρησον, οἷ' ἔχω κακά Hec. 808.

ἀναθρόισκειν, v. s. ἀνά, 2.

ἀναίδειᾰ, *impudentia* (v. s. αἰδώς). ἡ μεγίστη τῶν — νόσων πασῶν, ἀναίδεια Med. 472. ἣν χρῆν ταπεινὴν — ἐλθεῖν, τὸ σῶφρον τῆς ἀναιδείας πλέον ἔχουσαν ἐπὶ τοῖς πρόσθεν ἡμαρτημένοις Troad. 1027. ἔχει τοὐμὸν οὐκ ἀναίδειαν, ἀλλ' εὐλάβειαν Herc. f. 165. ἄνοικτος καὶ

ἀναιδείᾳ — φίλος Troad. 783. Ita c. *Harl.* favente Havn. *Matth.* et *Dind.* pro ἀναιδείας. De sensu v. *Matth.* τὸ γῆρας ὡς ἀναιδείας πλέον Alc. 730. εἰς ἄντρου κοίτας — με — ἄγες ἀναιδείᾳ Ion. 895, *impudenter*; vid. *Matth.* gr. §. 400. De ultimae syll. correptione v. s. ἀνοία.

ἀναιδής, *impudens*, *inverecundus*. βλέφαρα πρὸς τἀναιδὲς (i. e. ἀναιδείαν) ἀγαγών Iph. A. 379. κακὴ γὰρ αἰδὼς, ἔνθα τἀναιδὲς κρατεῖ, fr. dub. XXII. ἦδ' (Alcestis) οὐκ ἀναιδὴς· τήνδ' ἐφεῦρες ἄφρονα Alc. 731, ut ib. 697. ἀναιδῶς διεμάχου τὸ μὴ θανεῖν. ἐξ ἀναιδοῦς φάρυγος ὠθήσει κρέα Cycl. 588, de Cyclopis homines *sine pudore* comedentis faucibus.

ἀναίθειν, *succendere*, *accendere*. πῦρ ἀναίθων Cycl. 330.

ἀναιθύσσειν i. q. ἀναίθειν. ἀναιθύσσεις φλόγα Troad. 314.

ἀναίμακτος, *incruentatus*. μὴ — οὐ μεθῶ' ἀναίμακτον χρόα Phoen. 271. *incruentus*. οὐδ' ἀναιμάκτῳ χερὶ ἥξω πρὸς οἴκους Rhes. 222.

ἄναιμος, *incruentus*. πολλοὺς — βροντῆς πνεῦμ' ἄναιμον ὤλεσεν Phaëth. fr. VI. p. 270 (fr. inc. CXXXVII). Vid. *Plutarch.* Sympos. p. 666, C, ap. *Matth.* ad h. l. p. 269.

ἀναίνεσθαι *Buttm.* lexil. I. p. 274 et gr. II. p. 76 ducit ab αν — ne et — verborum terminatione — αινω. Quae derivatio, si ἠνηνάμην, ἀνήνηται, ἀνήνασθαι verae ac tutae formae sunt, in controversiam vocari nequit. Ut vero ἀνηνόμην formam omittam, quam a grammaticis excogitatam esse nequaquam contenderim, num quis in tanta fluctuatione scripturae αι et η pro certo affirmare ausit non ἀναίνασθαι, sed ἀνήνασθαι, non ἠναινάμην vel ἠνηνάμην, sed ἀνηνάμην constanter scribendum esse? Accedit quod nemo non valde gravabitur etymologiam egregie probabilem et ultro quasi se offerentem repudiare, qua ἀναίνομαι ex ἀνα (v. s. ἀνά, 3.) et αἰνέω vel αἴνω (v. s. αἶσα) compositum ad amussim respondeat Latinis vocabulis *reprobare*, *renuere*, *negare* (i. e. *ne aiere*). Atque hanc in sententiam et *Matthiam* video inclinantem gr. p. 388 et ipsum *Buttmannum* lex. II. p. 113 et 272. Adhuc igitur res integra, nec nisi omnibus verbi formis religiose exploratis et ad obrussam quasi exactis controversia dirimi poterit. Qua in re utinam facem praeferret *Lobeckii* admiranda diligentia. *Reprobare*, *renuere*, *recusare*. οὐκ ἀναίνομαι ἀδέλφ' ἀδελφῇ χειρὶ θεραπεύειν μέλη Or. 221; cf. Herc. f. 1400. Cum *accus. respuere*, *repudiare*, *denegare*. οὐκ ἀναίνομαι θεράπευμα τέκνων Herc. f. 632. τί μ' ἀναίνῃ; τί με φεύγεις; Bacch. 533. ἀναίνεται λέκτρα κοὐ φαύει γάμων Hipp. 14, ut Med. 237. οὐδ' οἷόν τ' ἀνήνασθαι πόσιν, ubi male quidam interpretantur *abdicare*; nam aliud est quam ἀπάλλαγαί 236. V. *Pflugk.* ad l.

ἀναίνομαι γυναῖκας οὖσα παρθένος, ἀναίνομαι δὲ Κάστορ', ᾧ — ἔμ' ἐμνήστευον El. 311 sq., *aversor coetum mulierum, aversor Castoris coniugium;* vid. *Matth.* ad h. l. meliorem illorum interpretem quam *Seidlerum.* ὅστις εὐγενὴς βροτῶν φέρει τὰ θεῶν γε πτώματ', οὐδ' ἀναίνεται, Herc. f. 1228, *reluctatur.* Hinc omnino *aversum* s. *alienum esse* ab aliqua re, *improbare, moleste ferre, pigere:* v. *Herm.* ad Bacch. 248. Cum *participio*, ut ἄχθεσθαι, ἀγανακτεῖν (*Matth.* gr. §. 555). θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι Iph. A. 1503. εὖ δράσας δ' οὐκ ἀναίνομαι Herc. f. 1235; vid. *Matth.* ad l. In suspicione est locus Bacch. 251. Τειρεσίαν ὁρῶ πατέρα τε μητρὸς τῆς ἐμῆς — νάρθηκι βακχεύοντ'· ἀναίνομαι — τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶν νοῦν οὐκ ἔχον. Quae quamvis cum *Hermanno* defendi possint, tamen ea insigniter languere nemo credo infitiabitur. Quid vero quod in optimis codd. est βακχεύοντας (v. *Matth.*)? Scribo ergo βακχεύοντας· αἰνοῦμαι (gl. ἀναίνομαι), πάτερ, τὸ γῆρας —, id ut sit acerbe dictum et insolentiae Penthei convenienter. [Scilicet αἰνοῦμαι esset plane quod nos *das lobe ich mir.* An mavis αἰνῶ μέν? Vulgatae certe pertaesum est. Languidum etiam ἀναινόμεσθαι Herc. f. 1124. Ubi vide ne sit scribendum ἀνιώμεσθα; nisi supplere vis δεθείς. *Const. M.*]

ἀναίρειν, *attollere. Med.* Ἕως λευκὸν ὄμμ' ἀναίρεται El. 102, *oculum suum attollit*, quatenus adscendit coelum. V. *Matth.* gr. p. 1094 et s. ἀμφιβάλλειν.

ἀναιρεῖν, *sursum tollere, excipere. Med.* ἀδελφὸν οὔτ' ἀνειλόμην χεροῖν etc. Iph. T. 373, *habe ich nicht zu mir auf meine Arme genommen.* Quam *Tyrwhitti* emendationem mirum est a *Seidlero* repudiatam esse, licet recte perspexerit loci sententiam. V. *Matth.* ad l. Ita etiam ἤδη κάμνονθ' ὁρμίαν τείνων μέ τις ἀνεῖλετο Hel. 1632, ut in *act.* Hel. 1233. ναῦταί σφ' ἀνεῖλον. Hinc ii, qui in proelio navali perierunt, dicuntur ἀναιρεῖσθαι, i. e. *excipi* ad sepulturam, unde in universum transfertur ad eos, qui in acie ceciderunt. ἀναιρεῖσθαι νεκρούς Suppl. 471. πατέρων ἀρίστων σώμαθ' ὧν ἀνειλόμην ib. 1166. V. *Stallb.* ad Plat. Rep. X. p. 357. Tralate ταῦτ' ἀφέντες οἱ κακοὶ πολέμους ἀναιρούμεσθα Suppl. 492, *excipimus* s. *suscipimus* bella, i. e. *amplectimur, consectamur;* vid. s. αἴρειν p. 77. *Tollere* sc. e conspectu, i. e. *auferre, extinguere, perdere.* σὲ μὲν ἡμετέρα ψῆφος ἀναιρεῖ Andr. 518. ἐκ βάθρων γὰρ πᾶς ἀνῄρησαι φίλοις El. 608. Denique ἀναιρεῖν solemne est de oraculis, quia ex alto emergebat s. *tollebatur* dei vox. Hinc omnino est *oraculum edere, vaticinari.* Κάλχας ἀνεῖλεν — Ἰφιγένειαν θῦσαι Iph. A. 90. V. *Stallb.* ad Plat. Rep. VII. p. 161.

ἀναίρεσις, *sepultura* (v. s. ἀναιρεῖν). οὐδ' ἀναίρεσιν (τῶν νεκρῶν) δοῦναι θέλουσι Suppl. 18. Hinc φυλάσσειν ὀστέων ἀναίρεσιν, *ossa collecta*, Or. 404.

ἀναΐσσειν, v. s. ἀνάσσειν.

ἀναίσχυντος, *impudens* (*unverschämt*). ὦ — Αἰδὼς, εἶθε — τἀναίσχυντον ἐξήρου φρενῶν Hipp. fr. IV(III), 2. τὸ ἀναίσχυντον τί δεῖ ψευδῆ λέγοντα προσλαβεῖν τῇ συμφορᾷ; Iph. A. 1144. σῆς ἀναισχύντου φρενός ib. 327, ut ib. 329. οὐκ ἀναισχύντου τόδε (sc. τἀμὰ φυλάσσειν); τῆς ἀναισχύντου βορᾶς Cycl. 415; cf. v. 588.

ἀναίτιος, *innocens*, *culpa vacuus* (*unschuldig*). οὐδὲν κακῶσαι τοὺς ἀναιτίους θέλω Herc. f. 1162. ἀναίτιος ἔγωγε πάντων Rhes. 828. *Innocuus*, *innoxius* (*schuldlos*). ἀναίτιος καὶ ξένοις εἶναι θέλω Med. 730.

ἀνακαίειν, *accendere*. ἀνέκαυσε πῦρ Cycl. 382.

ἀνακαλεῖν, *evocare*, *excitare*. τὸν θανόντα γ' ἀνακαλεῖ μάτην πόσιν Herc. f. 717. *Invocare*, *inclamare*, i. e. *vocare intentiore* (ἄνα) *voce*. ἀνακαλεῖς τίνα με τίνα βοάν; Herc. f. 910; v. *Matth.* gr. p. 940, not. 3. πόθεν δ' ὁ κέλαδος ἄνα μ' ἐκάλεσεν Εὐίου; Bacch. 579. ὦ θεοὶ — τί τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖς; Iph. T. 780; cf. Phoen. 611. ὦ κασίγνηται — τί ταύτας ἀνακαλεῖς; ib. 620. ἀνακάλει Λέρνης ὕδωρ ib. 616. ἀνακαλεῖ δεξιὰς, πίστιν μεγίστην, Med. 21, *intenta voce testatur dextras* sibi datas. V. s. δεξιός. ὦ θεοί· κακοὺς μὲν ἀνακαλῶ τοὺς συμμάχους Troad. 469, ubi poeta consulto *activum* usurpasse videtur: nam ἔχει τι σχῆμα κικλήσκειν θεούς, *nomina deorum proloqui*, ib. 470. Sic etiam τί τοὺς θεοὺς καλῶ; καὶ πρὶν γὰρ οὐκ ἤκουσαν ἀνακαλούμενοι ib. 1281; cf. Hel. 972. μυκᾶται Κῆρας ἀνακαλῶν τὰς Ταρτάρου Herc. f. 870. χωρεῖ ἀνακαλοῦσα Βάκχιον Bacch. 1143. At Βρόμιον ἀνακαλούμεναι θεόν ib. 446, *ad se vocantes*. Tenue enim inter activum et medium discrimen illud est, quod activum nil nisi *actum* clamandi denotat, medium vero simul *modum consiliumque* clamandi indicat atque de eo dicitur, qui *sibi* vel in rem *suam* vel ad opem *sibi* ferendam aliquem inclamat. Itaque *medium* est *invocare*, *implorare*, *obtestari*. V. s. ἀφιδρύειν. κεκλημένους μὲν ἀνακαλούμεθ' αὖ θεούς, *subsidium deorum imploramus*, Suppl. 626. *Clamare*, i. e. *intenta voce edere* (*ausstossen*). τίνα — στοναχὰν — ἀνακαλέσωμαι —; Phoen. 1506, *quod suspirium ex pectore meo traham*.

ἀνακαλύπτειν, *revelare*, *retegere*. μῶν τρέσας οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον, tamquam facinoris conscius, Iph. A. 321. τί μου (scelere polluti) κρᾶτ' ἀνεκάλυψας ἡλίῳ; Herc. f. 1231. ἀνακάλυπτ', ὦ κασίγνητον κάρα, ἐκ δακρύων τ' ἄπελθε Or. 294, ubi sumunt pro ἀνακαλύπτου; v. *Matth.* gr. p. 1106, 2. Quod etsi ferri posset, tamen non

placet Orestem *caput* sororis alloqui, quod ipsum iubet detegere. *Reiskius* non male *ἀνακαλύπτου κασίγν. κάρα.* Sed gloss. Aug. 1. *ἀποσκέπασον*, unde legere malim *ἀνακάλυψον κασ. κάρα.* V. Schol. ad h. v. et Herc. f. v. 1198 sqq. 1226. Tralate *ἀνακαλύψω λόγους κούκέτι — χρησόμεσθ' αἰνίγμασιν* Iph. A. 1146, i. e. *aperte loquar.*

ἀνακεῖσθαι, repositum esse (*vorliegen, sich vorfinden — befinden*). *μήθ' (ἔλθοιμι) ὅθι θύρσου μνῆμ' ἀνάκειται*, Bacch. 134, i. q. *ὅθι θύρσου μνημονεύεται* vel *μνῆμά ἐστιν.* Imprimis etiam dicitur de donariis (*ἀναθήμασι*) deo *repositis* et consecratis. Hinc *ἀνακεῖσθαί τινι* est *alicui addictum esse, penes aliquem esse.* Ita Bacch. 932. *σὺ κόσμει· σοὶ γὰρ ἀνακείμεσθα δή.*

ἀνακέλαδος, strepitus. φυλασσομένα στόματος ἀνακέλαδον Or. 185. V. s. *ἀνά*, 2.

ἀνακιρνάναι, commiscere. Med. χρῆν μετρίας εἰς ἀλλήλους φιλίας θνατοὺς ἀνακίρνασθαι Hipp. 254, *mediocres*, i. e. *laxas inter se invicem amicitias commiscere s. contrahere debebant homines.* Plut. T. II. p. 95. E. *χρὴ μετρίαν εἰς ἀλλήλους φιλίαν θνατοὺς ἀντείνασθαι.* Cic. Lael. c. 13. quibusdam, quos audio sapientes habitos in Graecia, placuisse opinor mirabilia quaedam, — fugiendas esse nimias amicitias —; alienis nimis implicari molestum esse; commodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitiae. Cf. *Porson.* ad Med. 138.

ἀνακλάζειν, exclamare. μέγα ἀνέκλαγον Iph. A. 1062.

ἀνακλᾶν, recurvare. ὦμοις — ἀνακλάσας δέρην Or. 1471.

ἀνακομίζειν, reportare. Med. πρόσωθέν ποθεν ἀνακομίζομαι τύχαν δαιμόνων ἀμπλακίαισι τῶν πάροιθέν τινος Hipp. 831, tamquam hereditate relictum accipio.

ἀνακουφίζειν, sublevare, erigere. βούλει θίγω σου κἀνακουφίσω δέμας; Or. 218. *ἐν κακοῖς ὢν ἠσθόμην σου κἀνεκουφίσθην δέμας, levatus s. recreatus sum*, Hipp. 1392.

ἀνακρεμαννύναι, suspendere. πέλταν πρὸς Ἀθάνας περικίοσιν ἀγκρέμασας θαλάμοις Erecht. fr. XIII(VI), 7.

ἀνάκτορον nemo non ducit ab *ἀνάσσειν.* Nec falso. Quum enim *ἀνάκτορον* nil sit nisi *domus ἀνάκτορος*, *ἀνάκτωρ* vero (s. v.) non tantum de *rege*, sed etiam de *deo* dicatur, *ἀνάκτορον* est locus, ubi deus *ἀνάσσει*, i. e. ubi animus divinus, qui regnat in universo, quasi spirat et in animos hominum precantium penetrat. Hinc proprie ut *ἄδυτον interna* templorum *pars* esse videtur, *penetrale*, abs quo profani ac vulgus arcentur. Imprimis huc pertinet *Soph.* fr. inc. XXXVIII, 4. *ἢ τῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἐμβριθέστερον, ὑφ' ἧς τὸ κρυφθὲν ἐκφανεῖς ἀνάκτορον, arcanum.* Apud Euripidem quoque de ea templi parte dicitur,

in qua oracula eduntur. κατὰ σὸν ἐν δάφναις ἀνάκτορον Θυηπολῶ (Cassandra) Troad. 330. Hinc omnino *delubrum, templum* est (*Heiligthum*). ἔρχεται δ' ἀνακτόρων κρηπῖδος ἐντὸς, ὡς πάρος χρηστηρίων εὔξαιτο Φοίβῳ Andr. 1112. σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει ἄῤῥητ' ἔσωθεν τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς Iph. T. 41. ἔκτος θυοδόκων ἀνακτόρων Andr. 1158. Et quidem ad templum universe denotandum pluralem usurpasse videntur Graeci, ut quod e pluribus partibus a deo incultis constaret. Ita δόμων πάροικον Θέτιδος εἰς ἀνάκτορον Andr. 43: nam βωμός intelligitur. At Θέτιδος δάπεδον καὶ ἀνάκτορα θάσσεις ib. 117 et ἐξανίστω τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς ib. 380: intelligitur enim omnino ναός; cf. v. 161 sq. Sic etiam εἴσω δόμων — τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς Iph. T. 66; cf. 635. τῶνδ' ἀνακτόρων ἄπο Suppl. 88. θεῶν ἀνάκτορα Rhes. 516; cf. Troad. 15. 85. Ion. 55. 1224. Iam si ἀνάκτορον vocem maxime in Andromacha, Troadibus et Iph. Taurica fabulis usurpatam esse ab Euripide invenimus, non sine causa concludat aliquis has fabulas eo fere tempore conscriptas esse, quo iuvenilis Euripidis animus novis quibusdam Anaxagorae magistri de dei natura sententiis recens adhuc imbutus fuerit. Iuvenis est enim quod animo arridet quavis occasione in medium proferre. Et quidem placuit Anaxagorae ipsam naturam seu universum deum esse, cuius quum omnia, quae cernerentur, plena essent, tum luci praecipue ac templa. Cf. *Reinhold.* hist. phil. I. p. 46 sq. et 56. Cic. leg. 2, 11. Accedit quod hoc idem Anaxagorae placitum ab Euripide diserte repetitur in iisdem Troadibus v. 886. Obiter autem monemus illam de ipsa dei praesentia opinionem in mysteriis potissimum invaluisse. Hinc Cereris Eleusiniae templum κατ' ἐξοχήν dictum ἀνάκτορον. V. *Markl.* ad Suppl. 88. *Lobeck.* Aglaoph. I. p. 59 sqq. et *Hesych.* s. ἀνακτοτελέσται et ἀνάκτορον.

ἀνάκτωρ, *rector, rex.* ὦ μέγας ἐμοί ποτ' ὢν ἀνάκτωρ πόλεως Troad. 1217. πόντου ἀνάκτωρ Ποσειδῶν Iph. T. 1414. *Hesych.* ἀνάκτωρ· θεός. βασιλεύς.

ἀνακυκλεῖν, *revolvere.* αὖθίς μ' ἐς ὀρθὸν στῆσον (cf. v. 218), ἀνακύκλει δέμας Or. 231. *Schol.* ἀνακίνει, ἀνόρθου, ἐξέγειρε· συμβαίνει γὰρ τὸ κείμενον κυκλοτερῆ τὴν ἀνάπαυσιν ἔχειν. Aug. D. ἀνάστασιν ποιεῖσθαι, quocum consentiens *Hesychius:* ἀνόρθου. Alter *schol.* στρέφε τὸ δέμας. Nihil horum vel verbo vel rei accommodatum. Incommodissima omnino vox hoc ἀνακύκλει, quam si quis interpretandam susceperit ipse credo ἀνακυκληθείς ad finem numquam perveniet. Duo in promptu sunt. Est enim scribere ἀνακύπτει δέμας, i. e. *emergit s. vires recuperat corpus:* quam ad scripturam eximie quadrat Electrae responsio: ἦ κἀπὶ γαίας ἁρμόσαι πόδας θέλεις. Est etiam scribere

ἀνακλινθὲν δέμας: cui scripturae favet v. 227; nec non probabile syllaba θὲν propter sequentis syllabae similitudinem praetermissa κλι pro compendio habitum et in κυκλει dilatatum esse. *Const. M.*

ἀνακύπτειν, *caput excitare, suspicere.* πρὸς αὐτὸν τὸν Δι' ἀνακεκύφαμεν καὶ τἄστρα — δέρκομαι Cycl. 211.

ἀναλαλάζειν, *clamorem extollere (aufjauchzen).* ἐγὼ δ' ἀνηλάλαξα (ob victoriam) κἀνωρχησάμην Suppl. 719. στρατὸς ἀνηλάλαξε Phoen. 1404. V. s. ἀλαλάζειν.

ἀναλαμβάνειν, *recipere, recuperare.* ἀπωλέσας κακὸν λέχος ἀναλαβεῖν θέλεις Iph. A. 390. τὸν ἀρχαῖον φίλον Διόνυσον ἀνάλαβε Cycl. 435. εἰ — ἀναλαβεῖν ἔμελλε φῶς, *reviviscere*, Or. 292. Vulg. ἤμελλε; v. *Brunck.* ad Soph. Phil. 1245. *Excipere.* Μενελέων — ἀναλαβεῖν εἴσω ξίφους Or. 1531 [Schol. Gu. εἴσω ξίφους, ἤγουν πολέμου, τουτέστιν εἰς πόλεμον. Habeat haec sibi scholiasta. Nobis portentum locutionis εἴσω ξίφους. Verum non procul. Vict. Aug. D. ξίφος. Hinc lego: *Μενέλεω — ἀναλαβεῖν εἴσω ξίφος. Const. M.*]. *Suscipere.* ἀναλαβοῦσα τὰς ἐμὰς τύχας Heracl. 1005, quod dictum est plane ut ἀναλαβεῖν πρόσωπον, *partes suscipere.* Magna enim editorum inconsiderantia, qui quod *Reiskius* temere correxerat ἂν λαβοῦσα arriperent ad unum omnes. *Retractare* (*zurücknehmen*), *rescindere, corrigere.* τὰς πρὶν ἀναλαβεῖν ἁμαρτίας Ion. 426. Cf. Soph. Phil. 1249.

ἀνάλγητος, *durus, immisericors, immitis.* Ita Hipp. 1386 vocatur πάθος; vid. *Matth.* et *Monk.* ad l. Simile Homericum λᾶας ἀναιδής et *dolor* ap. Senecam *immitis.*

ἀνᾱλίσκειν, *delere, conficere, interficere.* κἂν ἀναλίσκῃς ξένους τοιούσδε Iph. T. 337. Crebrior apud Euripidem per omnia tempora vetustior forma

ἀνᾱλοῦν, quae utrum in praeteritis augeatur necne, magna est et librorum fluctuatio et grammaticorum dissensio. De origine et sensu liquet. Nempe stirps est ἕλω (v. s. εἶναι), quod ex ἔω factum ut ἄλω, ἄλλομαι ex ἄω. Inde partim ἴλλω, partim εἴλω εἰλέω εἰλύω, partim (ἕλω) εἷλον (ἁλόω) ἁλίσκομαι. Quorum omnium communis notio *agitandi* ac *premendi*, nisi quod aspiratae formae fortiorem, ut solent, vel *comprimendi comprehendendi capiendi* vel *opprimendi perdendi caedendi* vim receperunt (v. nos p. 26. 29. 70). Atqui in ἀν-αλοῦν novum accedit robur particula ἄνα (s. v.), cui in talibus ad amussim respondet nostrum *ver* —. Itaque ἀναλοῦν est *disperdere, delere, extinguere, confiecre, consumere, verderben, vertilgen, verschwenden.* Φρύγας ἀνάλωσαν δορί El. 681. Ita Flor. 1. 2. Brub. Cant. seqq. *Seidl. Matth. Dind.* Vulg. ἀνήλωσαν. Nihil varietatis in his: στρα-

τὸν — ἀναλῶσαι δορί Rhes. 58. πόλις ἀναλώθη Φρύγων Andr. 456. εἰς τοῦθ' ὃ φεύγω νῦν ἀναλωθήσομαι Hipp. 506, *delapsa peribo.* εἰ τοὺς λελειμμένους — δαΐτ' ἀναλώσεις πικράν Cycl. 307. πᾶν ἀνάλωται δέμας τραυμάτων ὑπ' ἀγρίων Andr. 1155. ἀνάλωμ' ἀναλωθέν Suppl. 776; v. s. ἀνάλωμα. ἀναλώσαντες αἰσχύναις δόμον Herc. f. 1423, *domo eversa s. prostrata.* μέγ' ἀναλώσας ψυχῆς μόριον Τροίαν εἷλον Andr. 542, *magna vitae parte consumta.* ἀνάλωται χρόνος οὐν μέσῳ μάτην Phoen. 591. λόγους ἀναλοῖς Med. 325, ubi Latini minus graviter *tempus, verba perdere.* Similiter ἡ θανοῦσ' ἀνάλωσεν γυνὴ λόγων ἐλέγχους Hipp. 1336, *argumenta consumsit (aufwenden).* Haec Euripides. Quem vides auctam formam repudiasse. Nec ea reliquis poetis placuit. Nusquam certe apud Aeschylum obvia. Sophoclis autem unicum in Aiace exemplum 1049 optimo iure prae tot ex Attica poesi contrariis spreverunt *Brunckius Erfurdtius Lobeckius Dindorfius* ἀνάλωσας e duobus codicibus scribentes. Recedit pedetentim soluta oratio. Thucydides quidem, etsi longe praeoptat augmenti omissionem, tamen adiecit 2, 13. 3, 81 (v. *Poppo.* ad Thuc. T. I. p. 226. *Krueger.* ad Dion. p. 446). Saepius, si non semper, apud Xenophontem invenitur aucta forma (v. *Poppo.* ad Cyrop. 1, 4, 5). Quocum fere concordat Plato. Denique in omnibus decem oratoribus vix ullum non auctae formae certum exemplum reperiri, sed plerisque locis vel omnes vel plurimos et optimos libros auctam tueri testis est *Benseler.* ad Isocr. Areop. p. 133 sq. (cf. *Bremi.* ad Dem. Chers. p. 221 et ap. *Schaef.* app. Dem. I. p. 497. *Lobeck.* ad Ai. p. 433). Turpis igitur quum aliorum fuit tum *Valckenarii* error ad Phoen. 591, quum formam non auctam solam ab Atticis ac semper usurpatam esse contenderet (v. *Matth.* gr. §. 166. not. 2. *Goettling.* ad Theod. p. 221). Sed non levius etiamnunc errant qui promiscuum utriusque formae usum fuisse recte quidem statuunt, at omissionem augmenti vulgaris linguae propriam opinantur. Quam *Hermanni* quoque opinionem esse non crederem, nisi claris verbis scriptum legerem ad Soph. Ai. 1028. Id vero falsum esse et usus docet et ratio. Euripides quidem, etsi ad cothurnum Sophocleum non assurgat, humiliora tamen sectatus esse ab eodem *Hermanno* l. c. permire dicitur. Fuit enim poeta, qui id cum aliis poetis commune habuit, ut gravioribus et exquisitioribus verbis formisque uteretur, illud vero e Sophistarum disciplina praecipuum attulerat, ut orationis nitori et elegantiae maximam, quin maiorem fere quam sententiarum ac morum gravitati, operam navaret (cf. *Bernhardy.* Synt. p. 13). An etiam Thucydides, quo nemo post Euripidem magis forma illa non aucta oblectabatur, humiliori sermoni studuit? Accedit quod grandior ac plenior

vocabulorum sonus, qualis eorum imprimis est qui ᾱ habent pro ῆ, non tenui et vulgari sermoni convenit, sed sublimiori orationi, maxime poesi. Neque aliud quidquam spectantes et Euripides et reliqui poetae Attici toties sese in epicam, praesertim Doricam, dialectum insinuarunt, nisi ut vocabula grandisona cothurno suo accommodatiora sibi excerperent (v. p. 55). Quapropter clarum puto formas non auctas ἀνάλωσα ἀναλώθην ἀνάλωκα ἀνάλωμαι utpote gravius ac plenius sonantes sublimioris potius dictionis fuisse, quippe quas ii potissimum frequentarint, qui sublimiore dicendi genere utuntur, Thucydides et tragici, contra auctas formas ἀνήλωσα ἀνήλωκα etc. tum quotidianum ac popularem sermonem, ut oratorum, tum simpliciorem ac subtiliorem orationem, nt Platonis et Xenophontis, deinde omnino seriorem aetatem sibi sumsisse. Idque dudum ostenderat *Matth.* gr. p. 380, quem falli praeceps erat cogitatio *Popponis* ad Thuc. T. VII. p. 540. Quod si causam quaesieris, cur in ἀναλοῦν saepe augmentum omiserint Graeci, recte quidem ad syllabae radicalis productionem quaestionem illam revocavit *Valcken.* ad Phoen. l. c., sed quod augmenti capacem non esse vocalem productam diceret, in eo summum virum peccasse docent ἄθλέω — ἤθλησα, ἄτσσω — ἤιξα, alia (v. *Matth.* gr. l. c.). Imo sic arbitrandum, Graecos, ut in verbis ab ω η ου et nonnullis ab ει ευ οι incipientibus, quum prima iam satis aucta esset, augmentum non desiderarent, sic etiam in ἀνᾱλοῦν propter alpha literae productionem augmento facile caruisse (cf. *Buttm.* lex. II. p. 129, 3) et pro suo quemque dicendi genere vel auctam vel non auctam formam adhibuisse. Et productionis quidem causam hanc esse existimo. Est enim inter praestantissimas linguae Graecae virtutes haec a grammaticis parum adhuc vel cognita vel considerata, ut aucta notione augeatur forma. Quod augendi genus triplex est. Aut enim ipsa vox per se simplicior una pluribusve literis vel a fronte vel in medio vel in fine adiectis dilatatur: quod genus praeclare tetigit primus quod sciam *Thiersch.* gr. §. 123. not., nec dissimilia quae in Exc. ad Soph. O. C. subtiliter disseruit *Wunderus* (v. nos p. 38 et 41): aut spiritus lenis aspiratur: qua de re saepe a nobis dictum, ut p. 26. 29. 75. 144 sq. 146: aut denique syllaba brevis producitur, quod subtilius productionis genus omnes per linguas latissime patere facile observabunt ingeniosiores grammatici, estque haec lex, qua omnis et accentuum et quantitatis seu temporum doctrina nititur: quem locum et nos attigimus p. 45. 63. 149 et *Buttm.* lex. II. p. 165, 4. Huc pertinet etiam ἀνᾱλοῦν. Videlicet ἁλοῦν (ἁλίσκεσθαι), quoad leviorem *comprimendi* et *capiendi* vim haberet, constanter corripiebatur — quod enim vulgo excipiunt ἀψῖσι λί-

νου ἀλόντε Il. ε', 487 dudum scribi debebat ἀψ. λίνοιο ἀλόντε —; ubi vero cum ἄνα compositum graviorem *opprimendi* ac *perdendi* vim receperat, fieri non potuit quin gravius et maiore cum affectu pronuntiatum sponte produceretur: est enim proprium pronuntiationis, ut, quod leniter efferat, corripiat, quod graviter, producat. *Const. M.*

ἀναλύειν, *exsolvere*. ἱκετεύω σε — ἄνα μοι τέκνα λῦσαι φθιμένων νεκύων Suppl. 44. Quae recte explicuit *Matth. Medii* subtilis usus: λύω enim, si quae *solvo alii* ceduntur (*reddo, restituo*); λύομαι, si quae *solvo mihi* ipsi ceduntur seu in *meam* reflectuntur possessionem (*redimo, libero, recipio, potior*). Etiam hic mortuis solutis potiri iubetur Aethra, ut matribus (μοι) eos restituat. V. *A. Matth.* ad l. et gr. p. 1094. *C. Matth.* Qu. Soph. p. 95, et s. ἀφιδρύειν. [Sed metrum laborare nemone vidit? Illico scribe: ἄνα μοι τέκν' ἀναλῦσαι φθιμένων | νεκύων. *Const. M.*]

ἀνάλωμα. σκαιόν γε τἀνάλωμα τῆς γλώσσης (*Schwatzerei*) τόδε, φόβους πονηροὺς καὶ κενοὺς δεδοικέναι Suppl. 547; v. *Matth.* ad l. τοῦτο μόνον βροτοῖς οὐκ ἔστι τἀνάλωμ' ἀναλωθὲν λαβεῖν, ψυχὴν βροτείαν ib. 776, *id unum semel consumtum s. perditum recipere non licet*; v. *Barnes.* ad l.

ἀναμένειν, *restare, manere, exspectare*. ὄλβιον σκῆπτρον ἀναμένει (σε) πατρός Ion. 578. αὐτὸν ἐλπὶς ἀναμένει Andr. 445. ποῦς πρεσβύτου φιλεῖ χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα Phoen. 855. φόνια λουτρά σ' ἀναμένει Hec. 1281. Similiter λύχνα δ' ἀμμένει δάϊα σὺν χρόᾳ Cycl. 512. mel. Sic enim optime pro ἀμμένα rescripserunt *Reisk.* et *Dindorf.* Idque et Vict. habet et corrupte quidem scriptum (ἀμμένει), Par. G. (ἀμμεί) Flor. 1. 2. Ita etiam τοιγάρ σ' ἀγῶνες ἀναμένουσιν Bacch. 962. Dicitur etiam de actionibus, quas *exspectas* (*abwartest*) i. e. *non statim perficis, differs*. ἀνάμεινον φασγάνου τομάς Or. 1101.

ἀναμετρεῖσθαι, *remetiri, repetere*. μνήμην παλαιὰν ἀνεμετρησάμην τινά Ion. 250. τί τἄρρητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ; Or. 14. *Admetiri, emetiri* (Cic. Brut. 4), *tribuere, praestare* (*zumessen*). εἰς θοὐμὸφυλον ἀναμετρουμένη δάκρυ Iph. T. 346. *Permetiri, perpendere, reputare* (*ermessen*). ἀναμετρούμενος τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ Temen. fr. XIII, 4. πονηροῖς κανόσιν ἀναμετρούμενος τὸ σῶφρον El. 52, *ponderans*. ἐν συμμάχοις ἀνεμετρησάμην φρένας τὰς σάς, ὅσον μοι πῆμα δυσμενὴς τ' ἔφυς Ion. 1271.

ἀναμιγνύναι, *permiscere*. Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι (mulieres Thebanae) — ἥνται πέτραις Bacch. 37. σοὶ προστάσσω — ἐμοὶ μὴ 'ναμίγνυσθαι τύχας τὰς σάς Suppl. 591; v. *Markl.* ad l.

ἀναμιμνήσκειν, *in memoriam revocare* aliquid, *admonere* alicuius

rei. τί δ' ἱστορεῖς τόδ'; ὡς μ' ἀνέμνησας τινός Ion. 284. μή μ' ἀναμνήσῃς κακῶν Alc. 1048. Sine *genit.* μῶν τἀμὰ διὰ χρόνου σ' ἀνέμνησαν κακά; El. 504, *te admonuerunt, in memoriam tibi redierunt.* *Med.* vel *pass.* *se admonere* vel *admoneri*, i. e. *recordari, reminisci.* ἐγκάναξον, ὡς ἀναμνησθῶ πιών Cycl. 152, quibus peritum se Bacchi comitem et potatorem gloriatur Silenus. μήθ' ἀναμνησθῇς τέκνων, ὡς φίλταθ', ὡς ἔτικτες, Med. 1246.

ἀναμοχλεύειν, *vectibus refringere.* τί τάσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις πύλας; Med. 1317. Λόγους pro πύλας hic primo scriptum fuisse, quae vana erat suspicio Porsoni, iure suo denegaverunt *Elmsl.* et *Matth.* Scriptores illos, qui induxerant Porsonum, locum aliquem ex deperdita Euripidis fabula respexisse non repugnabimus; certe probabile est, ut Sophocles verbum ἀνασπᾶν et de *foribus* (Ant. 1186) et de *verbis* (Ai. 302) usurpavit, ita Euripidem locutionem κινεῖν κἀναμοχλεύειν a *foribus* desumptam alicubi ad *verba* transtulisse. Hoc vero in loco ineptissime profecto ex Iasone τί τοῦσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους quaerentem fecisset Medeam, cui ille irrumpens adhuc ne verbum quidem fecerat. V. *Matth.* ad l.

ἀνανδρία, *mollitia.* ὦ παγκάκιστε· τοῦτο γάρ σ' εἰπεῖν ἔχω γλώσσῃ μέγιστον εἰς ἀνανδρίαν κακόν Med. 466. Speciosa *Wyttenbachii* coniectura ἀναίδειαν, sed supervacua: apte enim ἀνανδρία tribuitur Iasoni propter libidinem et inconstantiam. V. *Matth.* et *Pflugk.* ὁ ἡδὺς αἰὼν ἡ κἀκή τ' ἀνανδρία Archel. fr. VII(V), 1. μή μοι περιβάλῃς ἀνανδρίαν Or. 1031. οὐ μὴ κακισθεὶς εἰς ἀνανδρίαν πέσῃς El. 982. *Ignavia.* ἀνανδρία, ὅστις τὸ πλέον ἀπολέσας τοὔλασσον ἔλαβε Phoen. 512. ἀνανδρίᾳ χερῶν Suppl. 314. De terminatione v. s. ἀνδρία.

ἄνανδρος, *viri expers, innuptus.* ἄνανδρον τὸ πρὶν καὶ ἄνυμφον Hipp. 547. ἄνανδρος — παρθενεύεται Hel. 290. ἄπαις, ἄνανδρος, ἄπολις Hec. 669. ἄνανδρον — χήραν Andr. 347. τᾶς ἀνάνδρου κοίτας ὀλίσασα λέκτρον (Medea) Med. 436. In quibus prolepsin esse vix est quod moneam. Apposite *Iacobs.* ap. *Pflugk.* comparat Aesch. Pers. 302. Cf. locum Cycl. statim sequ. *Viro orbatus, viduus.* ἀλόχους ἀνάνδρους — ὤλεσεν Cycl. 305. *Virili robore carens, ignavus.* Θήβας ἀνάνδρους ὦδ' ἄγεις; Bacch. 1035. οὐχ ὧδ' ἄνανδρον αὐτὸν (Neoptolemum) ἡ Τροία καλεῖ Andr. 341. Cf. Beller. fr. IV (VIII), 2. *Viro indignus.* ἄνανδρ' ἄρ' εἶπας Ἰλίου τ' οὐκ ἄξια Hel. 814, ubi v. *Herm.* ἄνανδρον ἀκλεῶς κατθανεῖν Or. 784.

ἀνανεοῦν, *renovare. Med. sibi renovare*, i. e. *reminisci.* νῦν ἀνανεοῦμαι τὸν σὸν ὑμέναιον πάλιν Hel. 728.

ἀνανομή Temen. fr. XX(XXI). *Hesych. ἀνανομήν· ἀναδασμόν (partitionem). ἀνανέμειν γὰρ τὸ μερίζειν. Εὐριπίδης Τημένῳ.*

ἄναξ, *caput, princeps, dominus, rex* (*Herr, Herrscher*). Sic dii maxime vocantur. *Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ* Phoen. 634. *ἄνακτα Φοίβον* Andr. 1004. *ὁ θεσπίζων ἄναξ* ib. 1162. *ὦ μαντεῖ' ἄναξ* Troad. 454. *Λοξίας ἄναξ* Ion. 1531. *ὁ Μαίας πομπαῖος ἄναξ* Med. 759. *Διὸς ἄνακτος* Iph. A. 1305, qui vocatur *ἄναξ οὐρανοῦ* Iph. T. 749. *ὁ πόντιος ἄναξ* Hipp. 45. *ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν* Alc. 846. *Κόρης ἄνακτός τ' εἰς δόμους* Alc. 855. *θερμὴ ἄνακτος φλόξ* Phaëth. fr. XI(XIII). *Ἥφαιστ' ἄναξ Αἰτναῖε* Cycl. 595. *ὦναξ Παίαν* Alc. 220. Herc. f. 820. *ὦ Τμέναι' ἄναξ* Troad. 311. 314. Deinde qui *caput s. princeps* terrae est vel civitatis, *rex* (*König, Fürst*). Absolute Ion. 1566. Herc. f. 810. Et in *vocat.* Hec. 759. 828. 1144. Or. 1507. Phoen. 301. 704. Hipp. 88. Cum nomine proprio. *Ἀγαμέμνων ἄναξ* Hec. 553. Or. 21. Iph. A. 431. 950. 961. *Μενέλαος ἄναξ* Or. 349. *Διομήδης ἄναξ* ib. 896. *Ἱπποµέδων ἄναξ* Phoen. 127. 1120. *Ἐτεοκλῆς ἄναξ* ib. 1447. Cum *gen.* gentis vel terrae, cuius quis rex est. *Δελφῶν ἄνακτες* Ion. 1222. *Πανελλήνων ἄναξ* Iph. A. 414. *ἀνάκτων Τρωικῶν* Rhes. 738. *ἄνακτες Ἑλλήνων* Iph. A. 1260. *ἄναξ Φρυγῶν ἁπάντων* Hec. 349. *Θρήκης ἄνακτι* ib. 856. *μέγαν Θρηκῶν ἄνακτα* Rhes. 407. *γῆς ἄναξ Τροιζηνίας* Med. 683. *γῆς Ἀθηναίων ἄναξ* Suppl. 113. *γῆς Κεφαλλήνων ἄναξ* Cycl. 103. *Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ* Phoen. 17; vid. gr. §. 389, 3. *τῆσδ' ἄναξ χθονός* Phoen. 594; cf. 894. 1015. Med. 269. Hinc omnis qui alicui rei *praecst, dominus, princeps, dux* (*Gebieter, Herr, Meister*). *δόμων ἄνακτα* Hel. 512. *Θρακίας πέλτης ἄναξ* Alc. 501; v. *Pflugk. μοναμπύκων ἄναξ* Suppl. 680, *praefectus. λόχων ἄνακτας* Phoen. 746; v. not. *φηλητῶν ἄναξ* Rhes. 217, *princeps s. praeses furum. Ὀρφέα ἄνακτ' ἔχων βάκχευε* Hipp. 953. *ψευδῶν ἄνακτες* Andr. 448. *κώπης ἄνακτας* Cycl. 86, *remi gubernatores*, i. e. *remiges*, ut Aesch. Pers. 370: falsus *Pflugk.* ad Eur. Alc. 498. *Aug. M.* [De crasi *ὦναξ* v. s. *ἀνήρ.* Stirpem esse *ἄνα* (s. v. 1), unde etiam *ἄνω*, in promptu est. Itaque *ἄναξ* proprie dicitur quilibet *ἀνώτερος s. superior* (*der Obere, das Oberhaupt*). En cur nos: *über Einen herrschen.* V. s. *ἀνήρ. Const. M.*]

ἀνάξιος, *indignus. παθοῦσ' ἀνάξια* Iph. A. 852. Ion. 1515. *ἀνάξι' ἠτιμασμένη* Iph. A. 943. *ὡς ἀνάξι' ἠτιμώμεθα* Hel. 462. *δούλειον ἦμαρ ἐσπεσοῦσ' ἀναξίως* Andr. 99. *οἵδε — δυστυχοῦσ' ἀναξίως* Heracl. 236. *(ἐμὲ) θανεῖν ἄμεινον ἢ τούτων τυχεῖν ἀναξίαν* Heracl. 527. Cum *gen. ἀνάξια τῆς Δαρδάνου γονᾶς τάδ' οἷα πάσχομεν δέδορκας;* Troad. 1289: quae tam apte et eleganter dicta sunt, ut nescio quid *Bergkio*

in mentem venerit, quum in ephem. Darmst. 1836. p. 60 ἀναξία scribendum et interpretandum censeret *regnum*.

ἀναξιοῦν, v. s. ἀπαξιοῦν.

ἀναπάλλειν, *excutere, efferre, excitare.* δρόμῳ χοροὺς ἐρεθίζων πλανάτας ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων Bacch. 149. ὁ Βάκχιος κυναγέτας ἀνέπηλεν ἐπὶ θῆρα τόνδε Μαινάδας ib. 1188. *Med. se efferre, efferri, evolare.* μελαγχρῶτες Εὐμενίδες αἵ τε τὸν ταναὸν αἰθέρ' ἀμπάλλεσθε Or. 322. V. *Matth.* gr. §. 409, 4. [Discant ex his *Damm.* et *Passov.* ἠεροφοῖτιν ap. Hom. Ἐριννύν non eam esse, *quae in caligine vadit.* Homerica enim hic expressisse Euripidem apertum est. Sed malim apud hunc αἵ τε τὸν — αἰθέρ' ἄμ πάλλεσθε. *Const. M.*]

ἀναπαύειν, *cessare facere, finem facere* alicuius rei. πηγὰς ἀμπαύει (Ceres) δροσερὰς λευκῶν ἐκβαλεῖν ὑδάτων Hel. 1351; *fontes fecit ut scatere cessarent*, ita ut ne libationes quidem fieri possent; v. s. ἐκβάλλειν. *Remittere, relevare, recreare.* ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω Hipp. 1354. *Med. se recreare, conquiescere.* Γαννυμήδην τόνδ' ἔχων ἀναπαύσομαι κάλλιστα Cycl. 578. ἐν λειμῶνι κλιθεῖσ' ἀναπαυσαίμαν Hipp. 211.

ἀνάπαυλα, *requies.* εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν fr. inc. trag. CLV, 13. Hinc *locus quietis.* ἀστέφανοι κόραι ἀνάπαυλαι Λατοῦς Hipp. 1137, loca Dianae consecrata, ubi requiescere solebat Hippolytus.

ἀνάπαυσις, *requies.* κοὐκ ἀνάπαυσις πόνων Hipp. 190.

ἀναπείθειν, *persuadere.* εἴ πως ἂν ἀναπείσαιμεν ἱκετεύοντέ νιν Hel. 831.

ἀναπείρειν, ἀμπείρειν. ἀμπείρας ῥάχιν θήσω (Ulixem) — γυψὶ θοινατήριον Rhes. 514: sic enim quod praebent Ald. rell. ἐμπείρας e Flor. A. 10. Havn. rectissime mutatum a *Matth.* et *Dind.* atque etiam Hom. Il. β', 426 pro σπλάγχνα δ' ἄρ' ἐμπείραντες e bonis codd. σπλ. δ' ἄρ' ἀμπείραντες correxit *Wolfius.* Recte id factum, non quo ἀνά requireretur, sed quia, Euripidis certe in loco, nec ἐν nec ἀνά tolerari potest: neque enim *infigitur* (ἐμπείρεται) *dorsum* vel *affigitur* (ἀναπείρεται), verum *transfigitur.* Scilicet ἀμπείρειν compositum non est ex ἀνά et πείρειν, sed ex ἀμπ — (ut in ἀμπ — ίσχειν, ἄμπ — ελος, ἄμπ — νξ) et εἴρειν (ἔρειν, ἄρειν). Ἄρειν, εἴρειν, πείρειν vi sua proxime cognata esse haec monstrant: τείχεα σκολόπεσσιν ἀρηρότα Hom. Od. η', 45, cf. Il. λ', 31. ξ', 181; ὅρμος ἠλέκτροισιν ἐρμένος Od. σ', 296; σκῆπτρον ἥλοισι πεπαρμένον Il. α', 246. Nempe omnium communis *figendi* notio. Quod igitur Eurip. in Cycl. 302 est μέλη πηγνύναι ἀμφ' ὀβελοῖσι, idem esset μέλη ἀμπείρειν ὀβελοῖσι, *membra verubus circumfigere* s. *circum verua figere*, i. e. *verubus transfigere.* Nam

ut Latini proprie *figere* aliquid *hastae*, deinde omisso dativo simpliciter *figere* aliquid dicebant, i. e. *transfigere* s. *confodere*, ita ἀμπείρειν paulatim *transfigendi* s. *confodiendi* vim recepit. Eaque vi ἄμπειρ. et. Rhes. 514 et Il. β', 416 iure suo restituerunt. Et ex ἀμπείρειν quidem alpha abiecto μπείρειν (v. p. 168) indeque πείρειν (s. v.) factum, ut ex ἀμπλακεῖν — πλάζειν (p. 152), ex ἀμπέχειν — πηγνύναι et πυκνός (p. 166). Ita vero quum ἀμπί praepositio prorsus evanuisset, non mirum alias vicissim praepositiones verbo πείρειν praefixas esse, quibus universa notio *figendi* (*spiessen, stechen*) accuratius defineretur. Itaque et ἐμπείρειν, i. e. *infigere*, dictum est, quod cur ex Aristoph. Ach. 796 expellatur causam non video, et ἀναπείρειν i. e. *affigere*; cf. Arist. Ach. 1007. Herod. 4, 94. 103.

ἀναπεταννύναι, explicare, expandere, dispandere. ἄφελ' (vittam), ἀμπέτασον βόστρυχον ὤμοις Hipp. 202. an. οὐκ ἐπὶ στεφάνοισι — βόστρυχον ἀμπετάσας — μέλπει μοῦσαν Phoen. 794. ch. Schol. ἀνασείσας τὸν πλόκαμον, ὥσπερ ὁ Διόνυσος καὶ οἱ τούτου χοροί. Recte. Sensus: *non carmen canis sertis impositis passisque cincinnis.* V. s. ἐπί. Tralate λαμπτῆρος φάος ἀμπετάσας δέλτον γράφεις Iph. A. 34. an., *sparsa lucernae luce*, i. e. *lucerna accensa. Aperire, reserare.* ἀναπέτασον πύλας Phoen. 304. δόμον ἀμπετάσας Alc. 600. ch.

ἀναπέτεσθαι, v. s. ἀναπτάσθαι.

ἀναπίπτειν, relabi. πλησθεὶς βορᾶς ἀνέπεσε (Cyclops) Cycl. 409. τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ἀναπίπτοντας, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας fr. inc. tr. CLXXXVII. [Ita *Grotius* pro οἴκων δ' ἐναπίπτοντας, ut sit *evolutos de paternis.* Ἀπ' οἴκων ἀναπίπτειν dubito num Graecus dixerit. Malim certe οἴκων δεινᾶ ἀποπίπτοντας vel ἀπ' οἴκων δεινὰ πεσόντας. Sed lapidem verbero. *Const. M.*]

ἀναπληροῦν, replere. χρὴ δώματ' ἀναπληρουμένους τἀλλότρια μὴ ἔχειν Hel. 913. Medium exstat, quia *suis* replere domum iubetur, non alienis.

ἀναπνεῖν, anhelare, spirare. ὦ μεγάλα δή ποτ' ἀμπνέουσ' ἐν βαρβάροις Τροία Tro. 1277. Ita libri. Tamen c. *Wakefield.* fere omnes ἐμπνέουσα. Triplex horum temeritas. Primum enim librorum auctoritatem negligunt; deinde verbum inferunt, quod sententiam omnem pervertit: nam ἐμπνεῖν nusquam non est *inspirare* vel *adspirare*; denique imaginem elegantissimam exstinguunt: pulcerrime enim Troia superbiens olim viribusque pollens *graviter* dicitur *anhelavisse* s. *altum spiravisse* (*kräftig emporathmen, Kraft athmen*), id quod Homero est μένεα πνείειν et Pindaro Pyth. 10, 69 θρασείᾳ πνεῖν

καρδίᾳ. Et ἀναπνεῖν quidem fere esse *respirare* nemo negabit. At hanc non solam esse verbi potestatem recte monet *Seidler.* ad h. l. Nam saepe etiam *adscensionem* vel *intentionem* significat ἀνά, ad amussim ut respondeat illud Latino *an-helare*, cuius compositi prior pars nil est nisi Graecum ἀνά. V. Pind. Ol. 8, 47. Nem. 7, 7 et s. v. seq.

ἀναπνοή, *anhelitus.* In plurali plerumque apud tragicos obvium. ἀμπνοὰς οὐ σωφρονίζει, *immoderate*, i. e. *ferociter anhelat*, Herc. f. 869. Mirum autem quod, quum aliarum vocum ut ἀναπάλλειν ἀναπαύειν ἀναπετασσύνω contracta forma ἀμπ— in melicis tantum ap. Euripidem inveniatur, sola forma ἄμπνοά et ἀμπνεῖν et in diverbiis et in melicis legitur. Cuius rei causa esse videtur diversa notio. Ubi enim simpliciter *anhelitus* s. *spiritus* significatur, scribendum puto ἄμπνοή, ut ἄμφορεύς: nam praepositio in unam vocem cum verbo coaluit, ut quae non novam atque diversam addat notionem, sed verbi notionem nonnisi expleat et augeat. Ita ἀμπνέουσα Tro. 1277. κἀμπνέοντα S. Phil. 883. ἀμπνοὰς ἔχοντα Ai. 416. Contra ubi *respiratio* s. *recreatio* exprimitur scribendum ἀναπνοή: magni enim hic ponderis praepositio, quippe quae novam plane conficiat notionem. V. S. Oed. T. 1221 et Ai. 274. Quae si vera sunt, Eur. Andr. 1138 ὥς νιν κύκλῳ κατεῖχον οὐ διδόντες ἀμπνοάς aut c. Flor. 2 legenda οὐ διδόντες ἀναπνοάς, i. e. *respirandi facultatem non facientes* (cf Xen. An. 4, 1, 22), aut simpliciter interpretanda *spirandi facultatem non facientes.* Sed Iph. T. 92 utique scribendum ἀναπνοὰς ἔξειν πόνων pro ἀμπνοάς.

ἀνάπτασθαι, *sursum volare*, ab ἀναπέτομαι (v. s. πέτεσθαι). πρὸς αἰθέρα ἀμπτάμενος Iph. T. 843. mel. αἰθὲρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον Hec. 1100. mel. Or. 1376 mel. ἀν' ὑγρὸν ἀμπταίην αἰθέρα Ion. 796. mel.: ita primus *Wakefield.* pro ἂν πταίην. De iis, quae e *conspectu auferuntur, evanescunt, intereunt.* αἰδὼς αἰθερία ἀνέπτα Med. 441. ch. ἀμπταμένα πάντα φροῦδα κεῖται Andr. 1220. mel. καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν θανόντ' ἀνέπτατο Herc. f. 69. *Aug. M.*

ἀνάπτειν (v. s. ἅπτειν), *annectere, religare.* ἀνῆπτομεν πρὸς κίονα Herc. f. 1011, *ad columnam religabamus.* ἀμμάτων ἐρεῖσματα λαΐνοις ἀνημμένʼ ἀμφὶ κίοσιν ib. 1037. ἀνημμένοι κάλῳ πρυμνησίοισι Herc. f. 478. V. *Barn. Med.* de iis, quae quis *sibi* vel *in rem suam* agit. ἐκ τοῦδʼ ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων Med. 770. ναύδετʼ ἀνῆψατο πρυμνᾶν Troad. 811. βρόχον κρεμαστὸν ἀγχόνης ἀνῆψατο Hipp. 802. θανάτου περιβόλαι' ἀνήμμεθα Herc. f. 549, *nobis iniecimus vestimenta mortis*, i. e. *induimus.* At (παῖδες) ἀνάπτονται πέπλων Herc. f. 629, *ita se applicant* s. *inhaerent vestibus, ut ex iis nexi*

esse et pendere videantur; cf. Med. 770. Etiam θύρσους ἀνάπτειν Bacch. 176, quasi partem vestitus: licet *Elmsleio* sensus esse videatur θύρσους ἀνάπτειν κισσῷ, i. e. ἐξαναστέφειν, quo verbo utitur Eur. v. 1053. [Inepta *Elmsleii* ratio. Ἀνάπτειν θύρσους, si verum est, interpretandum *thyrsos induere*, fere ut *arma induere* Latinis dicitur. Attamen insolentius illud. Quare scripserim θύρσου τ' ἀνάσσειν (s. v.) *Const. M.*] Tralate θεοῖσιν κῆδος ἀναψάμενος Troad. 845, *affinitatem cum diis iungens.* ἀμαθεῖς — χάριτας εἷς σ' ἀνήψατο Phoen. 572, *ineptam benevolentiam in te contulit.* αἷμα εἰς θεὸν ἀνάψαι Andr. 1197, *caedem deo iniunxisse*, i. e. *imputasse*, tamquam quae e deo pendeat, nos ubi similiter *aufheften, aufbürden. Admovere, subiicere*, impr. ignem (*anlegen*). μητρὸς τάφῳ πῦρ ἀνῆψα Bacch. 624. Hinc *accendere, incendere* [nos ubi simillime *anstecken*: id enim quum proprie esset *annectere, affigere*, eamdem paulatim *accendendi* vim accepit. *Const. M.*]. πῦρ ἀνῆπτον El. 801. πῦρ ἀνάψουσιν θεοῖς Or. 1137. οὔτε (s. v.) σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς Phoen. 346. μέγαν φάκελον ξύλων ἐπιθεὶς ἀνάψεις Cycl. 242. πυρὶ ἀνάψομεν δόμους Or. 1594, *incendemus.* Et tropice μᾶλλόν μ' ἀνάψεις ἐπὶ σὸν ἐξελθεῖν φόνον Or. 608, *inflammabis, incitabis.* ἀνάψει νέφος οἰμωγῆς Med. 107; vid. *Elmsl.* et gr. p. 1105. [Codd. aliquot in iisque Flor. 2 ἀνάξει, quod unice verum esse *Elmsl.* iam divinavit. V. s. ἀνάσσειν. *Const. M.*] *Aug. M.*

ἀναπτεροῦν, *exciere, commovere.* φόβος μ' ἀναπτεροῖ Suppl. 89, „*animum suspensum et anxium reddit.*" *Matth.* μῶν τι πολεμίων πάρα ἄγγελμ' ἀνεπτέρωκε — πόλιν; Or. 874. γέγηθα, κρατὶ δ' ὀρθίους ἐθείρας ἀνεπτέρωκα Hel. 639, *comas arrectas habeo et horrentes*, i. e. *horret capillus*: nam in ὀρθίους prolepsis.

ἀναπτύσσειν, *expandere, aperire.* θεοῖς εἶπ' ἀναπτύξας χέρας Hipp. 1190, *passis manibus.* ἀναπτύξαντες εὐγόμφους πύλας Iph. T. 1286. πάλαι χρῆν τοῖσδ' ἀνεπτύχθαι πύλας El. 357. ἀναπτύξας κύτος ἑλικτὸν ἀντίπηγος Ion. 39. Tralate πρὸς — πόσιν ἀναπτύξω φρένα Troad. 657, *detegam s. nudabo*, de eo, qui totus est alicuius. Quamquam dubium an hic non aptior sit significatus *applicandi. Evolvere.* δέλτων ἀναπτύσσοιμι γῆρυν Erecht. fr. XIII(VI), 6. *Explicare, demonstrare.* ἀναπτύξω σοι ἀβίωτον ἡμῖν — ὄν Herc. f. 1256; v. *Matth.* gr. p. 1273, 5.

ἀναπτυχή, *explicatio* (*Entfaltung*). ἰὼ ἰὼ λαμπρᾶς αἰθέρος ἀμπτυχαί Ion. 1445. mel. ὦ γαῖα μῆτερ ἠλίου τ' ἀναπτυχαί Hipp. 601. Quibus per se obscurioribus aliquid luminis affundit *Eustathius*, qui ad Il. p. 679, 49: αἱ δὲ πτύχες καὶ τὰς περιπτυχὰς παράγουσιν καὶ τὰς

αὐταῖς ἀντικειμένας ἀναπτυχὰς, ὡς τὸ ἡλίου ἀναπτυχαὶ, τοῦ ἀναπτύσσοντος δηλαδὴ τὰ ἐν σκότῳ. Cui similiter schol. ad Hipp. l. c. ἡλίου ἀναπτυχαὶ αἱ ἀκτῖνες, καθὸ τὸ σκότος ἀναπτύσσουσι καὶ ἡμῖν δηλοῦσι τὰ πάντα διὰ τοῦ φωτός. Nec multum dissentiens *Hesych.* ἀναπτυχαί, ἀνατολαί. Perspicuum ex his, id quod vox ipsa docet, ἀναπτυχὰς αἰθέρος et ἡλίου dici *aëris* et *luminis solaris explicationes s. evolutiones*, i. e. *evagationes, effusiones* (*Ausströmungen, Strömungen*), quas easdem Ion. 1516 περιπτυχάς (s. v.) vocat Euripides et quas Apuleius *flumina* appellat *aëris*. Cic. nat. d. 3, 12. *ignis* et *aër* omni impulsu facillime pellitur naturaque cedens est maxime et *dissipabilis*. Lucr. 5, 468. levis ac *diffusilis aether*. Idem spectantes Lucr. 3, 608 *apertum* (ἀνάπτυχον), Ovid. Met. 1, 12 *circumfusum*, Tibull. 4, 1, 21 *vagum* dicunt *aëra*. Et Anaxagorae quidem doctrinam Euripidea illa redolere dudum significaverat scholiasta ad Hipp. l. c. Tralate ὦ φέγγος, ὦ τέθριππον ἡλίου σέλας, — νῦν ὄμμα τοὐμὸν ἀμπτυχαί τ' ἐλεύθερον El. 868, quae verissime interpretatus est *Heath.* (v. ap. *Seidl.*). In ὄμμα τοὐμὸν ἀμπτυχαί τε tritissima hendiadys est: *libera nunc mihi oculorum est apertio*, i. e. *nunc oculos libere aperire, nunc libere suspicere s. dispicere possum*. Ita nec *Matthiae* explicatione opus nec *Reiskii* coniectura ceteroqui pereleganti ἀμπνοαί: nam longe etiam venustior imago ἐλευθέρως ἀμπτύσσειν ὄμμα (*das Auge frei entfalten*) de iis, qui nihil habent quod metuant. V. impr. Herc. f. 221. *Const. M.*

ἀνάρβυλος, *non calceatus* (v. s. ἀρβύλη). οἱ Θεστίου κόροι τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι ποδὸς, τὸν δ' ἐν πεδίλοις Meleagr. fr. III (VI), 7. V. *Valck.* ad Eur. Phoen. schol. p. 624 et ad Hipp. v. 1188.

ἄναρθρος, *enervatus*. Orestes de se ipse in cognomine fab. 228. ὅταν μ' ἀνῇ νόσος μανίας, ἄναρθρός εἰμι κἀσθενῶ μέλη. Hinc Oedip. fr. XVII ap. *Hesych.* ἄναρθρος· ἄτονος, ἀσθενής. Εὐριπίδης Οἰδίποδι. V. *Valcken.* ad Phoen. 1538.

ἀνάριθμητος, *ignobilis, ignotus*, proprie *qui nullo numero putatur*. Itaque opponitur εὐγενής. τῶν ἀναριθμήτων μᾶλλον (ἢ τῶν εὐγενῶν) εἰσὶν οἱ πόνοι Hel. 1695; v. *Pflugk.* ad l. ἀμήτορ', ἀναρίθμητον, ἐκ δούλης τινὸς γυναικός Ion. 837.

ἀνάριθμος, *innumerus*. ἀναρίθμῳ στρατεύματι Bacch. 1333. Itaque ἀνάριθμος etiam diverbiorum est, quod moneo propter *Ellendtium* in lex. s. v. Ionum s. potius epicorum est ἀνήριθμος, cuius formae analogia exstat in ἀνήνεμος ab ἄνεμος, ἀνήνωρ ab ἀνήρ.

ἁναρπαγή, *raptus*. ὁ — πόσις στράτευμ' ἀθροίσας τὰς ἐμὰς (Helenae) ἀναρπαγὰς θηρᾷ Hel. 53. V. *Matth.* et eiusdem fab. v. 1338.

ἁναρπάζειν, *corripere, rapere, comprehendere.* ἴετ' εὐθὺς λάμπρ ἁναρπάσας ὅπλα Suppl. 698. οὐκ εἶ' ἁναρπάσαντες — ὦμοισι ταῦρειον δέμας εἰς πρῶραν ἐμβαλεῖτε; Hel. 1577. (νεκρὸν) ἁναρπάσαντες — χεροῖν κομίζομεν Andr. 1159. *Arripere.* σκήπτρα χώρας τῆσδ' ἁναρπάσας Λύκος, *occupata regno*, Herc. f. 1167. [Huc refero locum triplici vitio contaminatum Hel. 1390. κάλλιστα δῆτ' ἀνήρπασεν ἐν τύχῃ πόσις. Ita sine sensu libri. Corrupta magis etiam corrupit *Barnesianum* τεύχῃ, quod mirum est quum editoribus plerisque tum etiam *Lobeckio* in prima Aiacis edit. p. 1017 probari potuisse. Ipso sole clarius scribendum esse, quod iam *Musgrav.* ex parte viderat, τίχην ἀνήρπασεν πόσις. Sed δῆτ' quoque corruptum. Nimirum scripserat poeta δ' αὖ, haec ut responderent verbis τὰ μὲν κατ' οἴκους v. 1385. V. s. αὖ. 3, a. Αὖ (*AT*) τύχην a librariis legebatur δυτυχην, unde recentior pronuntiatio fecit δῆτ (*Bast.* ad Greg. Cor. p. 805 sq.) τύχην et inverso ordine δῆτ' ἀνήρπ. τύχην. *Vicissim maritus*, inquit Helena, *egregie arripuit occasionem.* Aesch. Suppl. 375. ἁμηχανῶ τύχην ἕλεῖν, *strenue perficere quod opportunum est.* Hor. Epod. 13, 3. *rapiamus* amici *occasionem*, quod alias est *occasionem* vel *tempus arripere* (v. Cic. fam. 5, 12). Simillime *Hoelty* divinus: *hasch die Minute, eh' sie der Sturm verweht.* Et *Goethius* in Fausto tragoedia: *und keinen Tag soll man verpassen; das Mögliche soll der Entschluss beherzt sogleich beim Schopfe fassen.* Const. M.] *Abripere, rapere, auferre* (v. *Matth.* ad Hel. 50). ἀνήρπασέν ποτε Κέφαλον εἰς θεοὺς Ἕως Hipp. 454. ζῶντ' ἁναρπάσαντες εἰς μυχοὺς χθονός Suppl. 926. (Mercurius) με (Helenam) — ἁναρπάσας δι' αἰθέρος τάνδε γαῖαν εἰς ἄνολβον Hel. 253. ὃν (Tithonum) ἀστέρων τέθριππος ἔλαβε — ὄχος ἁναρπάσας Troad. 856. ληστὰς —, οἳ Βρόμιον ἀνήρπασαν Cycl. 112. Hinc omnino *de medio tollere, exstinguere, delere.* οὐκ ἀνήρπαστας πόλις Phoen. 1086. πόλις ἀνηρπάσθη μάτην Hel. 757. ἁναρπάσουσι καὶ κατασκάψουσι γῆν Iph. A. 535; v. *Matth.* ad l. σὺ τῶν ἀτέκνων δῆτ' ἁναρπάσεις δόμους; Ion. 1303. Ἀχαιοὺς ἁναρπάσαι, *conficere*, Rhes. 121. In his omnibus ἄνα vel *celeritatis* vel *violentiae* vel *aciditatis* notionem adspergens vim verbi intendit.

ἁναρπαστός, *raptus.* μόσχον — χειρὸς ἁναρπαστὰν σᾶς ἄπο, *ereptam*, Hec. 206.

ἁναῤῥηγνύναι, *dirumpere, discindere.* εἶμ' ὀρυκτὸν τῷδ' ἁναῤῥήξων τάφον Troad. 1153, i. e. *discindenda terra sepulcrum fodere.* Cf. Hom. Il. υ', 63. *Diruere.* βάλλων οἴκων τῶνδ' ἁναῤῥήξω μυχούς Hec. 1040.

ἁναρτᾶν, *adiungere, tribuere, addicere.* εἰς θεοὺς χρὴ ταῦτ' ἁναρ-

τήσαντ' ἔχειν Phoen. 712, *diis permittere*. δήμῳ μὴ πᾶν ἀναρτήσῃς κράτος Plisth. II (I), 1.

ἀναρχία, *effrenatio, licentia*. ἔν τοι μυρίῳ στρατεύματι ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀναρχία κρείσσων πυρός Hec. 607. V. voc. seq.

ἄναρχος, *effrenatus*. ναυτικὸν στράτευμ' ἄναρχον κἀπὶ τοῖς κακοῖς θρασύ Iph. A. 914. V. voc. praeced.

ἀνασείειν, *huc illuc quatere, excutere*. παύσω κτυποῦντα θύρσον ἀνασείοντά τε κόμας (Bacchum) Bacch. 240, id quod bacchantium fuisse docet vers. 928, ubi Pentheus furore bacchico impletus de se ipse dicit: ἔνδον προσείων αὐτὸν (πλόκαμον) ἀνασείων τ' (h. e. *retro quatiens*) ἐγὼ καὶ βακχιάζων ἐξ ἕδρας μεθώρμισα. V. schol. ad Phoen. 786. cll. *Matth.* et Quintil. 11, 3, 71.

ἀνασειράζειν. ὅστις σε θεῶν ἀνασειράζει καὶ παρακόπτει φρένας Hipp. 237. *Hesych.* ἀνασειράζει· ἀνακρούειν ποιεῖ, ἀνερεθίζει. Εὐριπίδης Ἱππολύτῳ Στεφανηφόρῳ. Similiter *schol.* ἤτοι τοῦ καλῶς ἔχοντος ἀνθέλκει καὶ ἀνακρούει, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ταῖς σειραῖς παρακρουομένων ἵππων καὶ τοῦ εὐθέος δρόμου παρεκβαλλομένων. Sua haec fecit *Passow*. Quae approbarem, si παρασειράζει scripsisset Euripides. Atqui ἀνασειράζειν non esset *deflectere*, verum *reflectere*, quod prorsus ab hoc loco alienum. Fefellit grammaticos ἄνα particula, cuius eamdem hic atque in ἀνακρούειν vim esse existimarent. Id vero secus. Ἀνασειράζειν proprie dicitur qui insolentius *adhibitis habenis* (σειράζειν) equum *huc illuc* (ἄνα) *rapiens* distorquet et vexat. Unde ducta comparatione *Phaedrae animus* in loco Hipp. *a deo aliquo vexari* (ἀνασειρ.) dicitur et *perturbari* (παρακόπτ.). *Const. M.*

ἀνασκευάζειν. ἢ πάντ' ἀνεσκευάσμεθ', ὥσπερ αἱ τύχαι; El. 602. „Ab argentariis petitum videtur, quorum mensae ἀνασκευάζεσθαι, *amoveri, tolli* e *foro* dicuntur a Demosthene in Apatur. p. 895, 5 et in Timoth. p. 1204, 26. 1205, 2, quum ipsi non sint solvendo et decoxerunt. Quorum quum fortuna eversa sit, ἀνασκευάζεσθαι h. l. est *everti*." *Matth.* Neque aliter Harpocration et Suidas, quorum ille ἀνασατοῦσθαι, hic ἀνάστατον γίγνεσθαι. Cf. Bekk. Anecd. p. 398 extr. [Aeque nos *einpacken*. Et aptissime profecto Orestes: *an fortunis omnino eversi*, i. e. *an omnibus destituti sumus?* Sed quid ὥσπερ αἱ τύχαι? Altum de eo silentium, ut puero planum existimes. At id meum quidem captum superat. *Const. M.*

ἀνασπᾶν, *revellere*. μή τις αὐτοὺς πολεμίων καθυβρίσῃ τύμβους ἀνασπῶν Med. 1381. Cf. Auct. ad Herenn. 4, 8. μοχλοὺς φέρωμεν ἢ χεροῖν ἀνασπάσω (Κιθαιρῶνα), e radicibus *revellam*, Bacch. 947. Ita

πύλας ἀνασπᾶν S. Antig. 1186, *fores effringere s. revellere.* Cf. Cic. Verr. 4, 23. Mur. 15. Suet. Calig. 6 et v. s. ἀναμοχλεύειν.

ἀνασπαράσσειν, *revellere.* ῥίζας (quercus) ἀνεσπάρασσον — μοχλοῖς Bacch. 1102, *eruebant.*

ἄνασσα, *princeps, domina.* De *deabus* maxime dicitur; v. ἀνάσσειν. τὰν ἄνασσαν Ἄρτεμιν Iph. A. 1482. ὦ Διὸς Λητοῦς ἄνασσα παρθένε Iph. T. 1230; cf. Iph. A. 434. 1522. Δαμάτηρ θεὰ ἁπάντων ἄνασσα Phoen. 692. ἄνασσ' Ἀθάνα Iph. T. 1475. Troad. 52. Γῆ ἄνασσα El. 678. μὰ τὰν ἄνασσαν Ἀργείαν θεάν Iph. A. 739, Iunonem, quae cum excellentia dicitur ἄνασσα Andr. 935. Hinc de *regina*, seu ipsa *regnet* seu *regis* sit filia vel soror vel uxor. τὴν τοῦ βασιλέως — Ἰφιγένειαν ἄνασσαν ἐμήν Iph. A. 592, ubi ἐμήν delevit *Herm.* Pariter Phaedram ἐμὰν ἄνασσαν appellat chorus Hipp. 755; cf. ib. 783. μὰ τὴν ἄνασσαν ἱππίαν Ἀμαζόνα Hipp. 307. δόμων ἄνασσαν τήνδε Μενέλεω κόρην (Hermionam) Andr. 898. τὴν ἄνασσαν — οὖσαν Ἰλίου Ἑκάβην Hec. 484, quae ἄνασσα τῶν Φρύγων dicitur ib. 492. Cf. In. fr. XVIII (XVII), 1. Deinde de *hera*, quatenus *famulae* opponitur. ἄγετε — τὴν ὁμόδουλον, Τρωάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ' ἄνασσαν (Hecubam) Hec. 61. ἐμοὶ μὲν — ὡς δούλῳ ψόγος, σοὶ δ' ὡς ἀνάσσῃ (Antigonae) Phoen. 95. σύνδουλος γὰρ εἶ τῇ πρόσθ' ἀνάσσῃ τῇδε (Adromachae) Andr. 65. Denique de *principe, capite, auctore.* ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος Teleph. fr. IV (XV), 1.

ἀνάσσειν, ab ἄναξ, unde imperf. ἤνασσον, proprie est *superiorem esse*, hinc *dominum, regem esse, dominari, regnare.* δῆμος ἀνάσσει διαδοχαῖσιν Suppl. 406. Cum *gen. imperare.* ἀνάσσειν πατρίδος Phoen. 480. μηδέ ποτ' ἄλλος πόλεως ἄνασσοι Ion. 1059; cf. El. 835. ὃς γῆς ἀνάσσει τῆσδε Hel. 793. ἀνάσσειν γῆς Φαρσαλίας Andr. 22. ἀνάσσει γῆς Αἰτωλίας Meleagr. fr. II (I), 3. ἄνασσε Σπαρτιάτιδος χθονός Or. 1661. Θρήκης ἀνάσσων Rhes. 931. ἀνάσσων Κρήτης Cretens. fr. II, 3. Εὔρυτος ἄνασσε τῶνδε Iph. A. 282; cf. ib. 285. Cum *dat. Matth.* gr. §. 360, a. οὗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι — Θόας Iph. T. 31. *Praecesse, praefectum esse.* De dea. Εἰνοδία θύγατερ Δάματρος, ἃ τῶν νυκτιπόλων ἐφόδων ἀνάσσεις καὶ μεθαμερίων Ion. 1049. De homine. δωμάτων ἠνάσσομεν, aedium eram domina, Andr. 941. ὦ τῆσδ' ἀνάσσων — στρατηγίας Iph. T. 17. *Regere, moderari*, ubi etiam nos *regieren.* οἵτινες τετραζύγων ὄχων ἀνάσσουσι Hel. 1046. κώπης ἀνάσσει Teleph. fr. XX (II), 1; v. s. ἄναξ. λόχων ἀνάσσειν ἢ μονοστόλου δορός Phoen. 749; cf. 746, ubi *Matth.* optime reposuit ἄνακτας; idque recepit *Dind.* His adde Θύρσου τ' ἀνάσσειν καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν Bacch. 176, *den Thyrsus regieren:* sic enim scribendum

esse iure meo mihi videor contendisse s. ἀνάπτειν, ubi v. Nec aliter γνώμα παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον σκῆπτρον ἀνάσσεται Soph. Phil. 140, i. e. γνώμα παρὰ τούτῳ, ὅτῳ (i. q. ὑφ' ὅτου) τὸ θ. σκῆπτρον ἀνάσσεται (cf. Hom. Od. δ', 177). Similiter Pind. Ol. 1, 18. σκᾶπτον ἀμφέπειν. *Alius*, inquit Sophocles, *alio prudentior neque prudentior quisquam rege.* Non recte *Herm.* et *Wunder.* Diversi generis

Ἀνάσσειν, ab ἄνα et ἄσσειν (i. e. ἀΐσσειν), unde imperf. ἀνῆσσον. Et Euripides quidem longiore numquam utitur forma ἀναΐσσειν, sed sola breviore. Cuius verbi quod simplex sine iota scribendum esse contendimus p. 78 sq., idem hic nostrum de composito iudicium. Idque ipsi ex parte comprobant libri Euripidei. *Exsilire, exsurgere, prorumpere.* ἀνῆξε ξίφους ἐπ' αὐτόχειρα σφαγάν Phoen. 333: sine iota Flor. 5. 6. 9. 10. Aug. B. ἀνάξας ὁ ξένος πεσήματος Iph. T. 315, *quum a lapsu resurrexisset* (*sich aufgerafft hatte*). Adiunctum plerumque ὀρθός. ἀνῆξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων Phoen. 1469: sine iota Flor. A et Flor. 5. αἳ δ' ἀνῆξαν ὀρθαί (Bacchae) Bacch. 692. ὀρθοὶ δ' ἀνῆξαν πάντες Hel. 1616. ὀρθὸς δ' ἀνάσσω χειρὶ σὺν κενῇ δορός Rhes. 792: libri contra metrum ἀναΐσσω. Tralate νέφος οἰμωγῆς ὡς τάχ' ἀνάξει μεῖζον' ἀθυμῶ Med. 107: sic enim cum libris aliquot emendo mendosum locum (v. s. ἀνάπτειν). Vulg. νέφ. οἰμ. ὡς τάχ' ἀνάψει μείζονι θυμῷ scil. Medea. Quibus nihil ineptius: Medeam enim e v. 98 suppleri durissimum et νέφος ἀνάπτειν, i. e. *nubem incendere*, plane absurdum. Imo *trepido*, inquit nutrix, *ne eiulationis nubes mox gravior exsurgat* (v. s. ἐξαίρειν). Seneca Med. 1 de eadem Medea: *gravior exsurgit dolor.* V. schol. ad l. Nec dispar quod Pindaro Ol. 13, 153 restituit *Herm.* ἀνάσσων βωμός, i. e. *exsurgens ara:* sic enim codd., non ἀνάσσων. V. s. ἄσσειν. *Const. M.*

ἀνάστασις, *eversio, exstinctio, exitium.* οἴκων Ἀτρέως ἀνάστασις Tr. 364. εἰς ἀνάστασιν δόμων περαίνει πολλάκις τὰ τοιάδε Dict. fr. VI, 4.

ἀνάστατος, *eversus, exstinctus.* οὐ γὰρ ὧδ' ἀνάστατον γένος γενέσθαι δεῖ τὸ σὸν κἀμὸν Τροίας τε Andr. 1250.

ἀναστέλλειν, *removere, repellere.* ἀλλ' εἴργον ἡμᾶς τοξόται — ἰοῖς, ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω Iph. T. 1378. Cf. Xen. An. 5, 4, 12. *Admovere, iniicere, induere. Med.* νεβρίδας ἀνεστείλανθ' ὅσαισιν ἀμμάτων σύνδεσμ' ἐλέλυτο Bacch. 695: etsi id etiam *rursus inducbant* interpretari possis, siquidem στέλλειν iam est *induere.*

ἀναστενάζειν, *ingemiscere.* [ἀνεστέναζε καὶ — δάκρυα προῆγεν Iph. A. 1549.] Cum *accus.* rei vel hominis, *quo* pertinet gemitus. τὸν Ἅιδα δόμοις πόσιν ἀναστενάζεις Herc. f. 118. σὲ πάρος ἦ σ' ἀναστενάξω γόοις Iph. T. 657.

ἀναστένειν; *ingemere.* βραχὺ ἀναστένει Or. 156. τί ποτ' ἀναστένεις; Hec. 186. πρὸ τύμβου σ' ὀρῶ' ἀναστένω Or. 1018. Cum *acc.* ἀνέστενε πόσιν Hel. 1544. πάτραν ἀναστένουσα Tro. 1132. τὸν ὄλβον αὐτοῦ τὸν πάροιθ' ἀναστένω Iph. T. 551.

ἀναστέφειν, *redimire.* τὸν σὸν κρᾶτ' ἀναστέφαι θέλω Archel. fr. XVI (III). τί τοῖσδ' ἀνέστεμμαι κάρα — φύλλοις; Hipp. 806. Cf. Erecht. fr. XVII, 48.

ἀναστομοῦν, *aperire* (propr. *oscitare*). εὐρείας φάρυγος ἀναστόμου τὸ χεῖλος Cycl. 356.

ἀναστρέφειν, *vertere, convertere.* ὡς οὐκ ἐτ' — ἀναστρέψει πόδα, *pedem referet*, i. e. *revertetur*, Hipp. 1176. Codd. fluctuant inter ἀναστρέφοι, — ψοι, — ψει. Quorum nos ultimum ut exquisitius praetulimus. *Musgr. Valck. Matth. Dind.* ἀναστρέψοι. προύφαινεν' εἰς τοὔμπροσθεν, ὥστ' ἀναστρέφειν (ὄχον), ταῦρος ib. 1228. Similiter δέσμιος φυγὼν σώσει τόδ', ἤ σοι πάλιν ἀναστρέψω δίκην Bacch. 792, *aut iterum in te convertam poenam*, i. e. *aut iterum tibi poenam infligam s. iterum te castigabo.* Imprimis de fortuna, qua minimis saepe momentis maximae temporum inclinationes fiunt. εὖ δέ πως ἀναστρέφει ἐκεῖσε κἀκεῖθ' ἀναφέρων (deus) Hel. 718. ὁ θεὸς πάντ' ἀναστρέφει πάλιν Suppl. 331. πόλλ' ἀναστρέφει θεός Rhes. 332. τὰ δὴ πρῶτ' ἀνέστραπται πάλιν Hipp. 982. *Huc illuc vertere, versare.* ἐξεβρυχᾶτ' ὄμμ' ἀναστρέφων κύκλῳ (taurus) Hel. 1573, *in orbem torqueus.* Hinc *Med. sese huc illuc vertere, versari, circumagitari*, nos ubi similiter *sich herumdrehen — treiben.* μόνος μόνοισιν ἐν δόμοις ἀναστρέφει Andr. 1222. ἐν Ἄργει μάκρ' ἔχουσ' ἀνεστρέφου Troad. 993.

ἀναστροφή, *conversio.* ἐχθρῶν ἀνδρῶν μοῖραν εἰς ἀναστροφὴν δαίμων δίδωσι Andr. 1008. ὁρᾷς ἀέλπτων μυρίων ἀναστροφάς, *rerum vices*, Beller. fr. XXV (XXI), 1.

ἀναστρωφᾶσθαι, *versari.* ἐν ἀφθόνοισι — ἀναστρωφωμένη βλέπουσά τ' εἰς πᾶν — ἀπήλλακται κακῶν fr. dub. XXIII, 4.

ἀνασχέθειν, *tollere.* ἐγὼ δ' — εἶμι δὴ φυγὰς —, πρὶν — γαμηλίους εὐνὰς ἀγῆλαι λαμπάδας τ' ἀνασχεθεῖν Med. 1027. Aoristum hic esse ἀνασχεθεῖν et sententia loci et aoristorum ὕνασθαι ἐπιδεῖν ἀγῆλαι vicinitas efficit. Sed *authypotactum* ἀνασχέθειν non magis est quam σχέθειν (s. v.). Omnino non temere ac sine causa graviorem formam adhibuit poeta: significat enim Medea faces liberorum nuptiis sublatas praeferre *moralem* quamdam matri *necessitatem esse.* Cf. Phoen. 346. Iph. A. 732 c. not. *Barnesii* et v. s. ἀμυνάθειν p. 171.

ἀνασχετός, *tolerandus.* δρόμους παλαίστρας τ' οὐκ ἀνασχετοὺς (*intolerabiles*) ἐμοί Andr. 600. κεῖνο δ' οὐκ ἀνασχετὸν, εἶμεν —

τοῖς κακίοσιν Ion. 637. οὐκ ἀκουστὸν οὐδ' ἀνασχετὸν σιγᾶν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων Dict. fr. XVI (XIII), 4. γυναῖκες, οὐκ ἀνασχέτ', οὐκ ἀνίξομαι ξῶσα Hipp. 354. Cf. *Goettling.* de acc. p. 313, §. 47, 1.

ἀνᾱτεί, *sine damno, impune.* οὐδ' ἡ τύραννος οὐδὲ — Κρέων (ἔμελλε) ἀνατεὶ τῆσδέ μ' ἐκβαλεῖν χθονός Med. 1357. *Elmsl.* suo more quum alibi tum hic omnes adversus codd. ἀνατί. Secutusque *Dind.* Dictum de his adverbiis s. ἄμοχθεί p. 163 sqq. Et *Elmsleii* quidem ratio tantum abest ut approbari possit, ut vel pauci ubi libri adiuvant pleniorem formam restituendam arbitrer. Causa in promptu est. Saepissime enim terminationem ει recentior pronuntiatio obliteravit, qua ει sonabat ῑ, hanc ut, sicubi in libris antiquis incorrupta remansit, a librariis profectam esse insulse credas. Itaque apud Soph. in Ant. 485 ne optimi quidem libri Laur. a et b me movent ut deseram vulgatum ἀνατεί. Ceterum illud rectissime fecit *Elmsleius*, ut in loco Med. pro οὔθ' — οὔθ' corrigeret οὐδ' — οὐδ'. V. s. οὔτε et *Matth.* gr. p. 1448.

ἀνατείνειν. τιμᾶν τ' ἀντέτασθε, πλούτῳ δ' ἀρετὰν κατεργάσασθαι δοκεῖτε fr. inc. tr. CXVII. „Ἀνατείνεσθαι esse videtur *se erigere, brachia et manus extendere* ad aliquid apprehendendum, hinc adiuncto genitivo *concupiscere* aliquid." *Matth.* Imo ἀνατετάσθαι est i. q. ἀνατατικὸν εἶναι, nos ubi simillime *aufgeblasen sein, sich breit machen: honoribus tumetis s. inflati estis.* Scripserim autem τιμᾶν μὲν ἀντέτ. Aliorum commenta apposuit *Matth.*, quem adi. *Const. M.*

ἀνατιθέναι, *imponere, iniungere, retribuere.* Φοίβῳ τήνδ' ἀναθήσω πρᾶξιν φονίαν El. 1296, ut Hom. Il. χ', 100. ἐλεγχείην ἀναθήσει. *Reponere, consecrare, dedicare;* v. ἀνάθημα. ναοῖς ἀνατίθημι τήνδε σοῖς Ion. 1384, vid. 1380.

ἀνατινάσσειν, *discutere, concutere.* ἀνετίναξε — ὁ Βάκχος δῶμα Bacch. 623. De Bacch. 80. 553 et Or. 341 v. s. ἀνά, 2.

ἀνατλῆναι, *sustinere, tolerare.* ὁ πάντ' ἀνατλὰς Οἰδίπους παθήματα Phoen. 60. „Ne hunc quidem versum, si abesset, desiderarem." *Valck.* Ego vero desiderarem. Nam Oedipi nomen deesset, quod repeti hic necessarium. Nihilominus hunc versum *Brunckii* levitas delevit. V. *Matth.* ad l.

ἀνατολή, v. ἀντολή.

ἀνατρέπειν, *evertere, diruere.* θάκους τούσδε μοχλοῖς τριαίνου κἀνάτρεψον ἔμπαλιν ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ Bacch. 348. δαιμονῶντας κἀνατρέψοντας πόλιν Phoen. 895. Hinc τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθέντ' ἀνέτρεψε βίον Iph. A. 25.

ἀναύδητος, *infandus.* ἄφατον ἄφατον ἀναύδητον λόγον ἐμοὶ θροεῖς Ion. 783. mel. *Herm.* propter metrum puto coniicit οὐδ' ἀνδητόν. *Dind.* asteriscum posuit ante ἀναύδ. In re incerta libris obtemperandum. Cet. v. *Lobeck.* ad Ai. 715. ed. 2.

ἄνανδος, *mutus.* ὃ δ' εἶρπ' ἄνανδος Phoen. 41. τί — ἄνανδος ἕστηκεν γυνή; Alc. 1146. ἄνανδος εἰς πέδον πιτνεῖ Troad. 463. Hinc μύσαν ὄμμα eleganti metaphora dicitur ἄνανδον Med. 1183, quocum *tacita* Virg. Aen. 4, 362 *lumina* apte componit *Pflugk.*

ἄναυλος, *non coniunctus cum tibiarum cantu*, qui festae laetitiae signum erat (cf. Il. κ', 13. σ', 495); hinc *laetitiae expers, lugubris, tristis.* κῶμον (Martis) ἀναυλότατον Phoen 797. V. *Valcken.* ad l. Hinc μανίαι Λύσσας dicuntur ἄναυλοι Herc. f. 879: sic enim optime *Tyrwhitt.* pro libr. lect. ἐναύλοις. V. *Matth.* ad l.

Ἄναυρος, n. pr. τὰν Πηλιάδ' ἀκτὰν Ἀναύρου παρὰ πηγάς Herc. f. 390.

ἀναφαίνειν, *facere* ut quid *conspicuum* vel *clarum* sit, hinc *detegere, aperire.* πῶς σιγάσω; πῶς σκοτίας ἀναφήνω εὐνάς; Ion. 860. *Expromere, declarare.* οἵαν οἵαν ὀργὰν ἀναφαίνει Πενθεύς Bacch. 538; v. s. ὀργή. *Exponere, indicare.* πῶς — ἅταν πατέρος ἀμφαίνεις; Herc. f. 918. mel. *Exhibere, producere.* ἀναφαίνω σε τόδ' (Dithyrambi nomine), ὦ Βάκχιε, Θήβαις ὀνομάζειν Bacch. 528, *sic Thebis te appellandum exhibeo.* Ἀναφαίνω *Herm.* Quo et metri concinnitas lucratur et sententiae gravitas. Vulg. ἀναφανῶ. De τόδε v. *Matth.* [Obscurior locus Iph. T. 466. δέξαι θυσίας, ἃς ὁ παρ' ἡμῖν νόμος οὐχ ὁσίας Ἕλλησι διδοὺς ἀναφαίνει. Quae uti nunc legimus integra esse ac salva nego. Res ipsa loquitur. Δέξαι θυσίας est *victimas excipe;* at quae sequuntur de *victimis* accipere absurdum: de *sacrificiis* enim dicta sunt. Quare, haec ultima si salva sunt, quod non spoponderim, legendum certe puto δέξαι vel δεῖξαι θυσίαις, i. e. *saluta s. excipe* (hospites) *immolationibus, quas, licet Graecis impias, nostra tamen* (Taurorum) *consuetudo largitur et exhibet (heisse sie mit ihrer Opferung willkommen, die zwar den Griechen Sünde, aber hier Gebrauch ist).* Quibus non dispar est celeberrimus iste ex Iphigenia Goethiana locus: *Unglücklicher, ich löse deine Bande zum Zeichen eines schmerzlichern Geschicks* etc. Cf. v. 468. Qui ὁ παρ' ἡμῖν de Graecis a Graecis quippe mulieribus dictum accipiunt quid sibi velint non assequor. *Const. M.*] Quod olim ib. 1255 legebatur ἀναφαίνων dudum pro glossa agnitum vicini verbi νέμων, quod ex ἐμῶν felicissime resarserat *Musgravius.*

ἀναφέρειν, huc illuc *ferre, versare, iactare.* εὖ δέ πως ἀναστρέ-

φει ἐκεῖσε κἀκεῖθ' ἀναφέρων (deus)· ὃ μὲν πονεῖ, ὃ δ' οὐ πονήσας αὖθις ὄλλυται κακῶς Hel. 718 sqq. Tacent interpretes. Etiam *Pflugkius* quae attulit perinde ac nihil est. Ineptissima tamen loci sententia vel potius nulla. Quid enim (θεὸς) εὖ ἀναστρέφει ἀναφέρων sine obiecto? Quid insulsum illud ὃ μὲν πονεῖ? quod ὁ μὲν πονῶν ἀνορθοῦται vel simili modo dicendum fuisse declarant et quae proxime sequuntur et quae 722—725 ad haec illustranda apponuntur. Vitium levissima medela tollitur. Scribas et interpungas: εὖ δέ πως ἀναστρέφει ἐκ. κἀκ. ἀναφέρων ὃς μὲν πονεῖ —, i. e. *facile deus in melius convertit quamvis huc illuc iactans laborantem.* Quibus apte depingitur Helenae et Menelai sors, qui diu iactati adversae fortunae fluctibus in portum iam perventuri erant. V. 722. 725 et s. ὅς. *Referre.* λαιὸν εἰς τοὔπισθεν ἀναφέρει πόδα Phoen. 1419: ita optimis cum libris legendum pro ἀμφέρει (v. s. ἀναπνοή) recteque statuit *Valck.* ἀμφέρειν senario tragico non convenire. Hinc *referre* aliquid ad aliquem, *demandare s. committere* alicui aliquid (*übertragen*). τὸ καλλιστεῖον εἰς ἔμ' ἀναφέρων (sc. illa dicebat) Iph. T. 23. τί δῆτα; ποῖ δίκην ἀνοίσομεν, εἰ τῶν κρατούντων ἀδικίαις ὀλούμεθα; Ion. 253. Ita *Musgr.* Vulg. ἀνήσομεν. Ἀνοίσομεν si scripsit Euripides — et receptum a plerisque editoribus —, vertendum: *ad quem ius referemus*, i. e. cui iuris dicendi munus trademus? Commoda vero sententia. Tamen si quis gravius aliquid desideret, scribere etiam possit vel ποῦ δίκην εὑρήσομεν, vel τί δῆτ' ἔτι δίκην ἀσκήσομεν vel δικάσομεν. Imprimis ἀναφέρειν dicitur qui culpam aliquam vel ad alium *refert* vel in alium *confert* seu *derivat.* τοὺς ἐνθάδ' αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους εἰς τὸν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ Iph. T. 390. εἰς Φοῖβον ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν Or. 76. Σεμέλην — εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους Bacch. 29. Et absolute, ubi nos quoque *es auf Einen schieben.* πῶς ἂν οὖν εἴην σός; — οὐκ οἶδ', ἀναφέρω δ' εἰς τὸν θεόν Ion. 543. ἀλοὺς ἀνέφερ' εἰς τὸν δαίμονα ib. 827. Huc referunt etiam ἦ οὐκ ἀξιόχρεως ὁ θεὸς (Phoebus) ἀναφέροντί μοι (Oresti) μίασμα λῦσαι; Or. 596. At haec inepta sententia. Ἀναφέρων τί μοι legendum esse solum κελεύσας v. 598 ostendere poterat. Hic enim sensus: *an non idoneus deus, qui, si quid demandat mihi, immunem me culpae praestet? Quo quis se vertat, nisi qui mandavit morte me liberabit?* Porro ἀναφ. de oratione vel memoria dicitur, quae ad rem vel hominem *refertur s. revocatur*, ubi nos *die Rede zurückführen — zurückbringen.* ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος fr. inc. tr. CXXV ap. Plut. T. II. p. 390, C. de def. orac. p. 431, A. Quae etsi neque ut vult *Musgravius* ex Iph. A. 865 neque ex alia Euripidis fabula desumta

esse, sed tantum *ἀναφέρειν* vocem crebro a poeta usurpatam significare iure monet *Matthiae* fr. p. 391, tamen valent ad peculiarem verbi rationem illustrandam, quae omisso paulatim accusativo *λόγον* vel *μνήμην* omnino *referri* vel *se referre*, *spectare*, *provocare* ad rem vel hominem significabat, *worauf zurückgehen — zurückkommen*, *sich worauf beziehen — berufen*. Ita *ἐκεῖσ' ἀνοιστέον, ὅτ' ἐξέσωσάς μ' εἰς φάος νεκρῶν πάρα* Herf. f. 1221, *memento temporis illius, ubi —*. Multus in hac neutrali verbi vi usurpanda prae aliis Plato, cuius exempla aliquot collegerunt licet non prorsus intellecta *Heindorf.* ad Plat. Theaet. p. 395 et *Stallb.* ad Remp. VI, p. 14. Paulo melius idem *Stallb.* ad Plat. Lys. p. 135. Denique *ἀναφ.* est *rursus* (*ἄνα*) *afferre* s. *proferre*, *repetere*, *renovare*, ubi nos quoque *wieder bringen*, et de re iniucunda *recoquere*, *refricare*. *Σφιγγὸς ἀναφέρεις ὄνειδος*; Phoen. 1722, *Sphingisne refricas gloriosam memoriam*, i. e. *rursusne gloriae mentionem infers*, *quam Sphinge victa tibi comparasti?* Etiam c. *dat.* *Οἴᾳ* (*με γῆς ἐξαμιλλᾶται*) *τὸ Τρωΐας μῖσος ἀναφέρων πατρί* Or. 432, *odium Troianum* (i. e. ad Troiam conceptum) *patri renovans* s. *refricans*, nos ubi *nachtragen*. Locus a plerisque interpretibus non intellectus, credo quod verbi *ἀναφέρειν* vim *repetendi* lexica neglexerant. De loco Bacch. 1131 v. s. *φέρειν*. Interea v. *Matth.* ad v. 1086. *Const. M.*

ἀναφλέγειν, *accendere*, *ἐγὼ τόδ' ἐπὶ γάμοις ὁμοῖς ἀναφλέγω πυρὸς φῶς* Troad. 320.

ἀναφορά, *relatio*. *ἔστιν ἡμῖν ἀναφορὰ τῆς ξυμφορᾶς*, *est quo malum illud derivare possimus*, Or. 414.

ἀναφύρειν, *maculare*. *ἔσταξε* (membra) — *ἀναπεφυρμέν' αἵματι* Bacch. 741.

ἀναχαιτίζειν „proprie est *restitare*, ut equus facere solet, *erectis iubis*. Sic Rhes. 785. *αἱ δ'* (*ἵπποι*) *ἔρεγκον — θυμὸν πνέουσαι κἀνεχαίτιζον φόβῳ*. Figurate vero significat *restitando repellere*, *excutere*, et est verbum Dio Chrysostomo imprimis familiare." *Barnes.* Insolentior quam *Barnesius* sibi vult figura, indubitata tamen his locis: *μεθίει — βλάστημ' ἄνω ἀτρέμα, φυλάσσων μὴ 'ναχαιτίσειέ νιν* Bacch. 1070, *ne* Pentheum *excuteret*. *ταῦρος — πελάζων ἄντυγι ξυνείπετο εἰς τοῦθ', ἕως ἔσφηλε κἀνεχαίτισεν* Hipp. 1232, *evertit*. Grammaticorum veterum inutilem de hac voce farraginem post *Ellendtium* recoquere nolui. Unum sat est adire *Valckenarium* ad Eur. Hipp. l. c. *Const. M.*

ἀναχορεύειν, *choream ducere*, *saltare*. *Διὸς ἀστεροπὸς ἀνεχόρευσεν αἰθήρ*, *χορεύει δὲ σελάνα* Ion. 1079. Similiter *ἀναχορεύσατ' ἀγυιαῖ* Herc. f. 783. Interdum sensu praegnanti cum accusativo vel hominis

(*chorcis celebrare*) vel rei (*chorcis s. saltando agere*), *quo* pertinet saltatio, iungitur. ἀναχορεύσωμεν Βάκχιον Bacch. 1151. θίασον Σεμέλας ἱερὸν ὄρεσιν ἀνεχόρευσα Phoen. 1744. πᾶς ἀναχορεύει βαρβάρων τάδ' ὄργια Bacch. 482. Activa vi exstat, si vera lectio, Or. 581. οὐκ ἄν με (Orestem pater) μισῶν ἀνεχόρευ' Ἐρινύσιν; *nonne me Furiis saltare fecisset*, quod acerbe dicitur pro *nonne me Furiis exagitasset.*

ἀναχωρεῖν, *recedere.* ἑπτηξάτην τε κἀνεχωρείτην πάλιν, *retrocedebant*, Rhes. 775. βαθύς γέ τοι Διρκαῖος ἀναχωρεῖν πόρος Phoen. 737, *profundus ad recedendum*, i. e. tam profundus, ut qui *se recipiunt* vado transire non possint.

ἀναψυκτήρ, *recreator.* γάλακτος πίσσινον — σκύφος πόνων ἀναψυκτῆρα Androm. fr. XXXIII (XXVII), 3, quod *animum ex aegritudine relevat, curis liberat.*

ἀναψύχειν, propr. *animam* (ψυχήν) alicui *reddere*, i. o. aliquem *recreare.* Ἥρα, δύ' οἰκτρὼ φῶτ' ἀνάψυξον πόνων Hel. 1100. παρὰ κρήνην ἀναψύχουσι (*reficiunt*) θηλύπουν βάσιν Iph. A. 421.

ἀναψυχή, *recreatio.* ἀναψυχῆς πόνων Ion. 1604. κακῶν ἀναψυχάς Suppl. 615. δεῦρ' ἦλθ' Ὀρέστης — πημάτων ἀναψυχάς Iph. T. 1442. Quem versum antehac in editionibus omissum e tribus Parr. et Florr. addiderunt *Musgrav. Matth. Dindorf. Herm.* De *accusativo* v. s. ἄτη.

ἀνδάνειν, *placere, arridere, probatum esse.* δεινὸν ταὐτὸν τοῖς μὲν ἀνδάνειν βροτῶν, τοῖς δ' ἔχθος εἶναι fr. dub. XXXII. τὰς φρένας διέφθορε θνητῶν ὅσοισιν ἀνδάνει μοναρχία Hipp. 1015. οὕτω κρῖνον, ὡς ἅπασιν ἀνδάνῃς Hel. 1005. νικᾶτ', ἐπειδὴ πᾶσιν ἀνδάνει τάδε Rhes. 137. οὐ μὴν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς Alc. 1111. ἀνδάνοντα δεσπόταις ποιεῖν Alcmen. fr. VI (V), 3. In his *dativus* est propter *societatis* notionem: quod enim *placet* homini se quasi socium vel amicum eius animo adiungit. Quatenus vero quod placet homini omnino *ad eum* pertinet, et ἀρέσκειν et ἀνδάνειν et quae sunt eius generis etiam cum *accusativo* iunguntur. Qua de structura eo minus dubitare debebat *Porson.* ad Or. 1623, quod ipsum ἥδω, unde ἀνδάνω factum, *accusativum* olim adsciscebat. V. *Matth.* gr. p. 919, ubi tacite retractat, quae re parum perpensa dixerat ad Or. 1602. Ambiguum quidem δεῖ τοῖσι πολλοῖς τὸν τύραννον ἀνδάνειν Antig. fr. III, quod et *regi placere oportet vulgum* interpretari licet et vero etiam *vulgo placere oportet regem.* Sed recte sine dubio habet οὐ γάρ μ' ἀνδάνουσιν αἱ κακαί (matres) Or. 1607. Sic enim quum alii codd. tum Flor. 83. Aug. D. cum iisque *King.* et *Brunck.* Quod exquisitius est quam pro doctrina librariorum. Insuper plane necessarium pronomen. Vulg. οὐ γὰρ ἀνδ. Etiam Med. 11 ἀνδάνουσα μὲν

φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα, attractionem haberemus minime insolitam, si πολιτῶν non pro πολίταις, sed pro πολίτας dictum acciperetur. Sed de hoc loco v. s. πολίτης. Stirps ἥδω ἅδω, quae ex ἄω facta proprie significant *iucunde afflare, suaviter afficere.* V. s. αὔξειν. Hinc aor. 2. ἆδον, *suaviter affeci*, indeque ἀνδάνω, *placeo.* V. s. βλαστάνειν. *Const. M.*

ἀνδρεία, ἀνδρία. Quarum utra sit verior forma mirabilis est grammaticorum discordia. V. *Ellendt.* ad Arr. I. p. 26 sqq. Solam in — εια desinentem e recentioribus agnoscunt *Elmsl.* in cens. Herc. fur. ed. *Herm.* ad v. 473. Class. iourn. n. 15. p. 199 sq. et *Ellendt.* in lex. S. I. p. 147, solam in — ια desinentem *Buttm.* gr. II. p. 322.* et vir doctus in ephem. lit. Ien. 1810. p. 289. Etiamhic sapientis est auream tenere mediocritatem. Verissime enim post *Schaeferum* Melet. p. 41 et app. Dem. I. p. 539 decrevit *Matthias* ad Eur. Herc. f. 469 formarum illarum sua quamque ratione fictam esse et suo quamque iure a Graecis usurpatam. De significatu liquet: est enim *virtus, virilis animus, fortitudo.* Forma autem legitima est ἀνδρία: v. *Buttm.* l. c. *Matth.* gr. p. 185. *Kuchner.* gr. §. 372. ἀνδρίας ὕπο ἔστησαν ἀντίπρωρα σείοντες βέλη El. 845; *Dind. Elmsleio* male morigeratus ἀνδρείας. (Hercules) μέγα φρονῶν ἐπ' ἀνδρίᾳ Herc. f. 475; *Dind. Elmsleii* dicto audiens εὐανδρίᾳ. Cf. Diod. Sic. T. I. p. 406, 63. Hanc iuxta formam altera exstabat ἀνδρεία, non ex ἀνήρ (ἀνδρ) illa quidem rite formata, sed nata ex feminino adiectivi ἀνδρεῖος, unde etiam alpha productum habet. Cuius formae veritatem praeter ea, quae *Matth.* l. c. gravissima illa quidem attulit, et praeter *Etym.* M. p. 461, 54. *Harpocr.* p. 19, 15 (ed. *Bekk.*) non modo codicum, praecipue Platonicorum, auctoritas (v. *Stallb.* ad Gorg. p. 161. *Schneid.* ad. Civ. I. p. 115 sq.), sed etiam aliorum abstractorum similitudo sancit. Duae scilicet multorum substantivorum formae reperiuntur, quarum alterutra quaeque ex adiectivi feminino orta est. Cuius generis sunt ἔχθος et ἔχθρα, κακία et κάκη, ἀνάγκη et ἀναγκαία, προνομή et προνομαία, alia. Quare ne metrum quidem solum hac in re momentum fecisse, sed liberam Graecis utriusque formae optionem fuisse censeo. Plenioris formae exemplum ap. Eur. in Troad. est v. 669. σὲ, — Ἕκτορ, εἶχον ἄνδρ' ἀρκοῦντά μοι, ξυνέσει, γένει, πλούτῳ τε κἀνδρείᾳ μέγαν.

ἀνδρεῖος, *virilis.* πόσις μὴ παρθενωπὸς, ἀλλὰ τἀνδρείου τρόπου El. 949. μορφῇ οὐκ εὐωπὸς, ἀνδρεῖος δ' ἀνήρ Or. 916. *Fortis.* τοὺς ἀνδρείους φύσιν καὶ τοὺς δικαίους Melan. fr. XI (XIV), 2. χὲρ' ἀνδρείαν Chrys. fr. III, 1. τοῦτό τοι τἀνδρεῖον (*fortitudo*), ἡ προμηθία

Suppl. 510. ἔβησαν εἰς τἀνδρεῖον Andr. 684. Opponuntur τὸ ἀνδρεῖον et τὸ μαλθακὸν βίου Suppl. 885. V. s. πρός.

ἀνδροβρώς, *homines vorans*. Κυκλωπίαν γνάθον τὴν ἀνδροβρῶτα Cycl. 93. Hinc dicuntur ἡδοναὶ ἀνδροβρῶτες Meleagr. fr. XV (XVIII), 1, ut χαρμοναὶ ἀνδροβρῶτες Herc. f. 385 ex *Matth.* gr. p. 1004, c.

ἀνδροκμής, *homines fatigans, profligans*. ἀνδροκμῆτας ἀγωνίας Suppl. 525.

ἀνδροκτόνος, *homicida*. Κύκλωπες ἀνδροκτόνοι Cycl. 22.

ἀνδροῦσθαι, *pubescere*. μή ποθ' οἵδε (παῖδες) ἡνδρωμένοι μήτρωσιν ἐκπράξωσιν αἵματος δίκην Herc. f. 42.

ἀνδροφόνος, *homicida*. τὰς ἀνδροφόνους Ἰλιάδας, αἳ με διώλεσαν Hec. 1061.

ἀνδρών, *cubiculum s. coenaculum virile*. Ita Herc. f. 954 Hercules dicitur μέσον ἐς ἀνδρῶν' ἑσπεσών — κλιθεὶς ἐς οὐδας — σκευάζεσθαι θοίνην. V. *Barnes.* ad l. *Vitruv.* 1, 6, 10. *Sturz.* lex. Xen. s. v.

ἀνεγείρειν, *excitare*. δέσμ' ἀνεγειρόμενος (Hercules) χαλάσας Herc. f. 1055; cf. 1069.

ἀνειλείθυια, *Lucinae non indiga*. σὲ τὰν ὠδίνων λοχιᾶν ἀνειλείθυιαν ἐμὰν Ἀθάναν ἱκετεύω Ion. 453. Quam lectionem editores grammaticis auctoribus restituerunt pro vulg. τὰν ὠδ. λοχίαν εἰλείθυιάν τε ἐμάν. V. praeter eos, quos *Matth.* ad h. l. citavit, *Bachm.* anecd. I. p. 89, 6 (*Bekk.* p. 396, 12). *Eustath.* ad Odyss. τ'. p. 1861. *Etym.* M. p. 298, 41. *Polluc.* III, 15. Et *genitivus* quidem explicandus *quod attinet ad partus dolores*. Quae longe frequentissima genitivi significatio est. Id enim sic intelligebant Graeci: *si a partus doloribus proficisceris*. Multa huius generis illustravit *Matth.* in gr. §. 339.

ἀνειλίσσειν, *removere, revolvere*. οὐκ ἀπ' οἴκων πάλιν ἄνα πόδα σὸν εἰλίξεις; Or. 171. mel. V. s. ἑλίσσειν. *Schol.* σύναπτε τὸ ἄνα πρὸς τὸ ἑλίξεις. ἀναστρέψεις τὸν σὸν πόδα. τὸ πάλιν καὶ τὸ ἄνα ἐκ παραλλήλου. V. s. ἄνα, 3.

ἄνειν. ἀλλ' οὐδὲν ἦνεν, *profecit*, Andr. 1132. Ald. rell. et Codd. ἤνυεν. Correxit cum *Musgravio* ex Flor. 2. Par. D. *Matthias* contemtis *Brunckii* clamoribus ad Arist. Vesp. 369. V. *Mehlhorn.* in ephem. lit. univ. 1835. p. 244. Legitur etiam, si ab Homero et Pindaro discesseris, Aesch. Choëph. 788. Arist. Vesp. 369. Plat. Crat. p. 415, A. Cf. *Blomfield.* gloss. ad Aesch. Choëph. 786. *Stallb.* ad Plat. l. c. Stirpem verbi ἄνα esse recte sensit *Buttm.* lexil. I. p. 271. Quod quum *motionem* declaret (s. v.), ἄνειν proprie est *movere, promovere*,

proficere, ad amussim ut respondeat vernaculo *fördern*, quod cum *fort* i. e. ἄνα, cognatum esse vix est quod moneam. Aperta vis ista Hom. Il. κ', 251, ubi νὺξ ἄνεται est *nox promovetur* (*rückt vor*). Hinc translatum ad opus vel laborem, sicut etiam nos: *die Arbeit geht munter fort*. Quod igitur Ovidius Fast. 4, 820 *opus movetur*, Homerus Il. σ', 473 dixit ἔργον ἄνειν, et quod Terentius 4, 1, 16 nihil *promoveris*, Euripides l. c. οὐδὲν ἦνεν. Commodum inde ad *efficiendi*, *perficiendi*, *conficiendi* vim iter. V. s. ἀνύειν. Errant autem de prosodia vocabuli quum alii tum *Passov.* in lex. et *Rost.* ap. *Damm.* s. v. Ne *Herm.* quidem sibi certus ad Pind. Ol. 8, 10. ed. Heyn. Tom. III. p. 299. Neque legitime neque constanter alpha productum est. Imo legitima primae correptio, ut in ἄνα, ἄνω, ἀνύω, ἀνύτω (v. Hom. Il. σ', 473. Aesch. l. c. Arist. l. c.). Nonnisi metri causa produxit primam Hom. Il. κ', 251. Quam epicam licentiam sibi sumsit Pindarus Ol. 8, 10. Vid. p. 30 et 48, et Qu. Soph. p. 167 sq. *Const. M.*

ἀνειπεῖν, *proclamare*, *pronuntiare*. κήρυξ ἀνεῖπε — εἰς δαῖτα χωρεῖν Ion. 1167. [Ταλθύβιος εὐφημίαν ἀνεῖπε καὶ σιγὴν στρατῷ Iph. A. 1564.]

ἀνεκτός, *ferendus*, *tolerabilis*. δεινὰ τλᾶσα κοὐκ ἀνεκτά Iph. A. 942. ἄῤῥητα —, οὐχ ὅσι', οὐδ' ἀνεκτά Hec. 715. φεύγειν οὐκ ἀνεκτόν Iph. T. 104. οὐκ ἀνεκτὸν δειλίας θανεῖν σ' ὕπο Herc. f. 289. οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν morbosus homo Phil. fr. IV (III).

ἀνελέγχειν, *convincere*. οἷον οἷον ἀνελέγχομαι, *qualis facti convincor* s. *quale f. ut fatear cogor*, Ion. 1470.

ἀνέλκειν. ἀνέλκων κῶλον — δρόμου ταχὺς βαδιστὴς τερμόνων ἀνθήπτετο Med. 1181. In quibus ἄν particulam desiderantes partim ἂν ἕλκων partim ἀνθήπτετ' ἄν scripsere. V. s. ἕλκειν.

ἄνελπις. οὐχ ὅστις Ἅιδην ἐγγὺς ὄντ' οἰκτίζεται σωτηρίας ἄνελπις Iph. T. 487. Mirum quosdam, ne idem bis diceretur, v. 484 κτανεῖν pro θανεῖν cum *Seidlero* corrigere maluisse quam ex optimis codd. reponere οὐχ ὅστις pro vulg. οὔθ' ὅστις. Id igitur optimo iure revocarunt *Matth.* et *Dind.* Sed etiam ἂν ἔλπις pro vulg. ἄνελπις ex Ald. Brub. Herv. 1 et 2 scribendum erat. Hic enim sensus: *non*, *si quis Orcum appropinquantem lamentatur*, *idcirco salutis spes sit*. Prop. 5, 11, 5. te licet orantem fuscae deus audiat aulae, nempe tuas lacrimas littora surda bibent. [Omnino aut hic sensus aut totus versus 486 pro glossa verborum ὃς ἂν μέλλων θανεῖν οἰκτῳ etc. habendus atque delendus est. *Const. M.*]

ἀνέλπιστος, *insperatus*. τί δῆτα φάσμα τῶν ἀνελπίστων ὁρῶ;

Ion. 1395. *Θαῦμ' ἀνέλπιστον τόδε* Alc. 1126. *ἀνελπίστῳ τύχῃ* Hel. 419. *ἀνελπίστοις τύχαις* ib. 1157. *τερπνὴν κἀνέλπιστον φήμην* Iph. T. 1495. *ἀνέλπιστον λόγον* El. 570.

ἀνεμόεις (ᾱ), *ventosus. ἀνεμόεντι γᾶς ἐπ' ὄχθῳ* Heracl. 781. ch. Ita scribendum cum *Bergkio* in ephem. ant. 1836. p. 57 *Hermanno* praeeunte, qui *γᾶς ὄχθῳ* coniecerat. Vulg. *γ' ἐπ' ὄχθῳ*. Primam productam non demirabere post ea, quae nos p. 30 et 48 et *Constantinus* frater Qu. Soph. p. 167 sq. disputavit. Eadem ratio vocabulorum *ἄελλος*, *ἄερος*, *ἄερσις*, *ἄνεται* (v. s. *ἄνειν*) et aliorum innumerabilium, quae natura correpta vel ancipitia numeris suis accommodavit poesis. Ulterius progressi epici, qui etiam sono saepe mutato *ἄελλος* in *ἠέλλος*, *ἄερσις* in *ἠέρσις*, *ἀνεμόεις* in *ἠνεμόεις* producebant. *Ἠνεμόεις* quidem etiam Soph. Ant. 354 e plurimis codd. ediderunt *Wund.* et *Herm.* in ed. tertia. At haec sine dubio metricorum correctio est optimoque iure cum Ald. et Aug. B. communem formam licet productam servarunt *Erf.* et *Dind.*

ἄνεμος, *ventus. εὐαεῖς ἀνέμων πνοάς* Hel. 1520. *μετρίας ἀνέμων ἡδυπνόους αὔρας* Med. 838. *ἀνέμων θύελλαι* Cycl. 109. *ἀπηλιώτης ἄνεμος* ib. 19. *δεινὸς ἐλθὼν ἄνεμος* Iph. T. 1394. *σιγαὶ ἀνέμων* Iph. A. 10. *στέμματ' ἀνέμοις καὶ θυέλλαις μέθες* Bacch. 350. Hinc *Ἀργεῖ' ὀνείδη καὶ Φρύγων ἐπαινέσεις ἀνέμοις φέρεσθαι παραδίδωμι* Troad. 419, *ventis do auferenda*, i. e. *oblivioni do.* Per imaginem de *fortunae procella s. tempestate*, ubi nos quoque *der Sturm des Schicksals. νεύει δὲ τύχα κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων* Andr. fr. XXVI (XIX), 4. *καὶ πνεύματ' ἀνέμων* (adversa fortuna) *οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει* Herc. f. 103. Cf. Hor. Od. 2, 9.

ἀνεμώκης, *velocissimus*, *ventosus*, *windschnell* (equi ventosi Ov. Fast. 4, 392). *ἀνεμώκεος δρόμον νεφέλας* Phoen. 166.

ἀνέορτος, *expers festorum. ἀνέορτος ἱερῶν καὶ χορῶν τετιμένη* El. 310. V. s. *ἀνειλείθυια* et *Matth.* gr. §. 339.

ἀνεπίληπτος, *irreprehensus. ἀνεπίληπτον* (*integrum s. sanctum*) *ἡσκηκὼς βίον* Or. 920. Pars codd. *ἀνεπιπλήκτως*. Quod esset *non coram s. palam obiurgatus.* V. *Musgr.*

ἄνεργος. ἰὼ Τροία τάλαινα, δι' ἔργ' ἄνεργ' ὄλλυσαι Hel. 366: „ob raptum Helenae," inquit *Pflugkius*, „qui quod erat susceptus, *ἔργον*, idem quod non perpetratus, *ἔργον ἄνεργον* dici poterat." Mira observatio. V. s. *ἄχαρις.*

ἀνέρεσθαι, praesens insolitum, cuius aoristum fere solum *ἀνερέσθαι* servavit usus (v. s. *ἔρεσθαι*). *Percontari* (*befragen*, *ausfragen*), *interrogare. κάλλιον εἶπας ἢ σ' ἀνηρόμην ἐγώ* Hel. 778. *Ex-*

quirere (*erfragen*), *quaerere*. Cum dupl. *accus.* et hominis et rei, quia et *ad eum* pertinet quaestio, ex quo quid quaeris, et vero etiam *ad id*, quod quaeris (*Matth.* gr. §. 417). πόλλ' ἀνήρου μ' ἐνὶ λόγῳ Hel. 771. Ἑλληνικῶς ἀνήρεθ' ἡμᾶς τοὺς ἐν Ἰλίῳ πόνους Iph. T. 661.

ἀνερεύνητος, *inexploratus*. τί χρῆμα δ' ἀνερεύνητα (*occulte*) δυσθυμεῖ; Ion. 255.

ἀνέρπειν, *sursum serpere* s. *repere*. ἀνεῖρφ' (*enitebatur clanculum*) ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἱλίξας δέμας, κλίμακος ἀμείβων — βάθρα Phoen. 1185. Aptis haec illustravit exemplis *Valck.*

ἀνέρχεσθαι, *redire*, *reverti*. ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν Ἅιδου Herc. f. 607. Tralate ὁ μέγας ὄλβος — πάλιν ἀνῆλθ' (*reversus est*, *deflexit*, *declinavit*) ἐξ εὐτυχίας Ἀτρείδαις Or. 808, similiter ut nobis dicitur *zurückkommen*, qui in peiorem partem mutatur s. vertitur. Etiam ad orationem transfertur, qua quis degressus ad rem aliquam *redit* sive *revertitur* (*auf etwas zurückkommen*). Cf. Cic. or. 3, 53. Quint. 9, 2, 4. ἄνελθέ μοι πάλιν, τί παῖδ' ἐμὼ δρασείετον Phoen. 1213. τί φῄς; — ἄνελθέ μοι πάλιν Ion. 933. ἐκεῖσε πρῶτ' (priusquam alia roges) ἄνελθε Troad. 61. [Insolentior verbi usus est Hec. 802. ὃς (νόμος) εἰς σ' ἀνελθὼν εἰ διαφθαρήσεται — οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον. Schol. Θαυμαστῶς ἐνταῦθα τὸ ἀνελθὼν κεῖται· διὰ γὰρ τὸ τῆς βασιλείας ὕψος ταύτῃ τῇ λέξει ἐχρήσατο. Quae iure derisit *Markland.* ad Suppl. 562. Sed nec ipse vocem explicuit nec ullus interpretum. Scilicet ἀνέρχεσθαι vel simplex ἔρχεσθαι εἴς τινα in talibus plane nihil differt a vernaculo *auf Einen ankommen*, nisi quod hoc in impersonale verbum male detorsit usus. Itaque sensus: *quae lex si perfringetur, quum ad te redit* s. *ad te refertur* s. *tibi administranda traditur*, i. e. *si in tua manu* s. *voluntate posita perfringetur.* Suppl. 562. εἰς ἔμ' ἐλθὼν — νόμος διεφθάρη. De Phoen. 507 v. s. ἄν p. 196. *Const. M.*]

ἀνερωτᾶν, *exquirere*. ἀνηρώτα με γυναῖκα παῖδάς τε Iph. T. 664. V. s. ἀνέρεσθαι.

ἄνευ, *sine*. *Ellendtius* discrimen statuens inter ἄνευ *praepositionem aequans* et *adverbiascens* (i. e. adverbium cum substantivo iunctum) quid sibi velit nescio. Nam omnes praepositiones quas dicunt, si verum quaeris, adverbia sunt. Neque ἄνευ, ubi cum genitivo substantivi connectitur, vim suam atque naturam vel paululum immutat. Id enim per se usque constat, genitivo autem, plane ut post χωρίς δίχα πλήν ἔξω ἐκτός, propria *separationis* vel *disiunctionis* notio subest. Quum vero ἄνευ a privativo ἀν — (α), unde etiam *in* — et *se* — *sine*, *un* — et *ohn* — *ohne*, recta via descendat (v. s. ἀνά, 3. ἀλλά p. 114. ἄν p. 190), ἀν — autem non, ut οὐ, simpliciter et absolute *tollat* vel *neget*, sed

tollendo vel *negando* novam notionem *efficiat*, necesse est ἄνευ cum substantivo iunctum eamdem vim habeat, quae inest in adiectivo cum ἀν — vel α — privativo copulato. ἄνευ μάχης φεύγειν (i. q. ἀμαχεί) Rhes. 103. πολέμους αὐξάνουσ' ἄνευ δίκης (i. q. ἀδίκως) Suppl. 233; cf. Andr. 551. κατθανεῖν ἄνευ πάλου (i. q. ἀκληρωτεί) Heracl. 547. εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων Andr. fr. XVII (IX). ἔμαρψα τόνδε ἄνευ βρόχων Bacch. 1172. κλῆδες ἀνῆκαν θύρετρ' ἄνευ θνητῆς χερός Bacch. 448. ἐμπέπτωκ' ἔρως Ἑλλάδι οὐκ ἄνευ θεῶν (*nonnisi diis inspirantibus*) Iph. A. 809. Hinc aliud non raro adverbium ἐκ παραλλήλου ponitur. ῥαδίως — ἄνευ πόνου Bacch. 614. φαύλως — ἄνευ πόνου Herc. f. 89. ὀρθῶς — ἄνευ ψόγου In. fr. VII (XV), 1. Interdum ἄνευ condicionalem sententiam negativam involvit. V. s. ἄν p. 196. οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀσύνετος πέφυκ' ἐγώ, ὥστ' — ἄνευ θεῶν του ταῦτ' ἐμηχανησάμην, *nisi deorum me aliquis instigasset*, Phoen. 1608. ἄνευ πατρὸς (*nisi pater est*) τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν Or. 55. ἀργὸς οὐδεὶς βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου El. 81. οὐκ ἔστιν ἵππων δεσπόσαι σ' ἄνευ μάχης Alc. 489. πῶς ἄνευ νεὼς σωθησόμεσθα; Hel. 1065. [Corrupta sunt ἄνευ τύχης πόνος μονωθεὶς ουκέτ' ἀλγύνει βροτούς Stheneb. fr. IX (V). Sententiae quidem perversitatem sensit *Musgr.*, sed quod coniecit ἀλδαίνει Euripidi non convenit. Malim certe πόνος μον. οὐδὲν ἀλφάνει βροτοῖς (*bringt nichts ein*) vel etiam οὐκ ἐπαυξάνει βροτούς (vel βροτῶν sc. πόνος). Sed horum nihil pro ipsa poetae manu vendito. *Const. M.*]

ἀνεύρεσις, *repertus* (Apul.), *inventio*. εἰς σὴν ἀνεύρεσιν ὀρθῶς θεὸς ἔκρανε Ion. 569.

ἀνευρίσκειν, *reperire* (*auffinden*), *invenire*. πατέρα σ' ἀνευρών Ion. 588. *Excogitare* (*erfinden*, *ausfindig machen*), *invenire*. χρεών τι δύσποτμον ἀνδράσιν ἀνευρεῖν Iph. A. 1333; v. s. δύσποτμος. δεινὴ πόλις νοσοῦσ' ἀνευρίσκειν κακά fr. inc. tr. XXXVIII. τόδε σὸν, ὦ μελέα ψυχά, χρέος, ἀνευρίσκειν, πότερον — Iph. T. 883.

ἀνευφημεῖν, *infaustum clamorem tollere*, *eiulare*. V. *Ellendt.* in lex. s. v. ἐπ' ἀξίοισι τἄρ' ἀνευφημεῖ δόμος Or. 1335; v. 1324 sq. ἅπας δ' ἀνευφήμησεν οἰμωγῇ λεώς S. Trach. 783. Recte igitur *Herm.* ad Soph. l. c. monet nullam hac in voce ἀντίφρασιν esse, quam scholiastarum insulsitas comminiscitur; sed non magis vera quam ipse profert significatio.

ἀνέχειν, *sursum tenere*, *attollere*, *arrigere*; vid. *Valck.* ad Hipp. 1288. τίς ἀνασχήσει φλόγα (quod matris est in nuptiarum solemnitate); Iph. A. 732, pro quo v. sq. est παρέχειν φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει. Cf. Phoen. 346. Huc pertinet formula ἄνεχε πάρεχε, quae plena et propria

vi exstat in Troad. 309. ἄνεχε πάρεχε φῶς, *Licht her.* Nempe propria fuit in nuptiis; deinde vero usurpatur ubi quis maleficio vel insaniis vel nugis supervenit, quas ad lumen quasi contemplaturus est, ut eas puniat, ubi nos *ei seht doch, was soll das heissen.* Sic posita Cycl. 202. Arist. Vesp. 1326. Porro huc pertinent ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας Ion. 716. μητρὶ ὀρείᾳ δᾷδας ἀνασχών Cretens. fr. XI, 14. ἀνέχειν χεῖρας (de precante) Iph. T. 269. El. 592, ubi additur ἄνεχε λόγον. Figurate dictum ἀνέσχον σοι φάος σωτήριον Med. 482, ubi v. *Pflugk.* Venusta etiam imago δάφνα ἱεροὺς ἀνέσχε (*porrexit*) πτόρθους Λατοῖ Hec. 459. Ab hac significatione ducta etiam videtur *honorandi, colendi* [quam vim contumacius quam consideratius negatam ab *Hermanno* ad Soph. O. C. 680 iam satis superque comprobavit *Wunder*, ad Soph. l. c. 673. Cf. *Pflugk.* ad Hec. 123. *Const. M.*]. τῆς μαντιπόλου Βάκχης ἀνέχων λέκτρ' Ἀγαμέμνων Hec. 123. *Sustinere, suscipere, perferre, tolerare.* [Qua vi de oneribus proprie humeris impositis dictum deinde ad curarum ac malorum, omnino rerum adversarum, molem translatum est. Huc pertinet οὔτε τόκοισιν καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες Soph. O. T. 174, quod perabsurde interpretantur *e partus doloribus non emergunt.* Sensum esse *partus dolores non perferunt* i. e. *non pariunt Matth.* evicit ad h. l. et v. 26 in ed. Weig. Vid. impr. eius Encycl. Philol. p. 101. De *genit.* v. infr. Sed quum malorum toleratio ad ipsum maxime *subiectum* redundet, unde etiam nos *auf sich nehmen* et Latini *in se suscipere s. recipere*, hinc longe crebrius hoc sensu *medium* ἀνέχεσθαι. *Const. M.*] πολύπονα πάθεα ἀνασχόμενος Or. 1501. τούτους ἀνάσχου δεσπότας Alc. 305. πῶς δόμων τῶνδ' εἰσόδους ἀνέξομαι; ib. 944, *quomodo sustinebo hanc in domum intrare? τοῦτό γ' οὐκ ἠνεσχόμην* El. 508, *animum coercere non potui, quominus fierem.* μήτηρ ταῦτ' ἠνέσχετο, *fieri passa est*, ib. 264. σὸς δὲ πῶς πατὴρ ἀνέσχετ' ἂν ταῦτα; ib. 1044. Cum *partic. accus.* (gr. §. 550, b) *pati, facile ferre.* Andr. 712 sq. οὐκ ἀνέξεται τίκτοντας ἄλλους. ib. 934. σὺ — δούλην ἀνέξει σοι λέχους κοινουμένην; Bacch. 789. Βρόμιος οὐκ ἀνέξεται κινοῦντα Βάκχας. Ion. 1069 sqq. οὐ γὰρ δόμων γ' ἑτέρους ἄρχοντας ἀνέχοιτ' ἄν. Hel. 1051. οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο — μέλλοντα σύγγονον κατακτανεῖν [v. s. ἄν, VII]. Pro partic. est etiam *infin.* (gr. p. 1283. not. 2). Herc. f. 1254. οὐκ ἄν σ' ἀνάσχοιθ' Ἑλλὰς ἀμαθίᾳ θανεῖν. Nam οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο idem valet quod οὐκ ἂν ἐάσειε. Cet. v. not. ad h. l. Cum *nominat.* partic., quum idem subiectum est verbi fin. et partic. Or. 1599. ἀνέχου ἐνδίκως πράσσων κακῶς. Phoen. 550. σὺ δ' οὐκ ἀνέξει δωμάτων ἔχων ἴσον; Med. 38. οὐδ' ἀνέξεται κακῶς πάσχουσα. Hipp. 354. οὐκ ἀνέξομαι ζῶσα. Heracl. 353. νικωμένη Παλ-

λὰς οὐκ ἀνέξεται. ib. 687. οὐδεὶς ἔμ' ἐχθρῶν προσβλέπων ἀνέξεται. Ion. 947. ἀνάσχου ταῦτ' ἐμοῦ κλύων. Herc. f. 222. οὐδ' ἀνέξομαί ποτε σιγῶν, *facere non potero ut taceam* vel *quin eloquar*, ut Hipp. 687. σὺ δ' οὐκ ἀνέσχου scil. σιγῶσα. ib. 1319. ἠνέσχοντο ἡμαρτηκότες, *non indigne tulerunt se peccasse*; fr. inc. CII. πάσχων ἀνάσχου, *mala fer patienter*. fr. CLII, 5. σοὶ δ' ἔγωγε καὶ νοσοῦντι συννοσοῦσ' ἀνέξομαι, *libenter tecum aegrotabo*. Etiam cum *genit.* (gr. §. 859. not. §. 550, b). Troad. 101. μεταβαλλομένου δαίμονος ἀνέχου. Andr. 340. πῶς πατὴρ τέκνου θανόντος ῥαδίως ἀνέξεται; [„At in his," inquit *Hermannus* ad Soph. O. T. 173 (ed. 3), „genitivus cum ἀνέχεσθαι non est constructus." Ergo absoluti genitivi sunt. De quibus *Hermannum* cogitare posse non exspectassem. Fracta tandem decennio nostro absolutorum casuum caeca tyrannis. Vera docuisse *Matthiam* abunde comprobat et Homeri locus Od. χ', 423, quem cave ne cum *Herm.* corrigas, et Plat. Rep. 8. p. 564, E. Prot. p. 323, A. Axioch. p. 369, E (c. 9 extr.). Cf. Gorg. p. 491, A. Apol. S. p. 31, B. Phileb. p. 13, B. C. *Schneid.* ad Plat. Civ. T. III. p. 89. Neque vero est cur genitivum in his positum mirere. Indicat enim id, *propter quod* vel *quod spectans* se aliquis sustentat vel non sustentat. V. s. ἀνειλείθυια et *Kuehner.* gr. §. 539, β. *Const. M.*]. Absolute Med. 1156. οὐκ ἠνέσχετο, *non se continuit, negare non sustinuit:* cf. Thes. fr. VIII (IX), 2. Hipp. 458. σὺ δ' οὐκ ἀνέξει; *non tua condicione acquiesces*, quod antea erat στέργειν; nos *etwas aushalten, sich gefallen lassen.* Andr. 980. ἠνειχόμην, *ich duldete* [v. s. ἀλγεῖν p. 106]. Heracl. 381. ἀνάσχου. El. 1320. ἀλλ' ἀνέχου. *Retinere.* (πῶς οὐ) πήματος ἔξω πόδα τοῦδ' ἀνέχεις; Hipp. 1293; v. *Barnes.* ad Heracl. 110. *Aug. M.*

ἀνεψιός, *frater amitinus.* ἀνεψιός γε (Iphigeniae Pylades) Iph. T. 919.

ἀνηβᾶν, *repubescere, repuerascere.* ἀνηβᾷ δ' Ἐρεχθεύς (Ione reperto) Ion. 1465. [In Heracl. 173 κακῶς γὰρ Ἀργείοισιν οἶδ' (παῖδες Herculis) ὡπλισμένοι μάχοιντ' ἂν ἡβήσαντες nunc legitur pro ἀνηβήσαντες.] Praeterea est *adolescere, pubescere, aufwachsen.* Hinc

ἀνηβητήριος, *adolescenti proprius, iuvenilis.* οὐ σχολῆς τόδ' ἔργον, ἀλλ' ἀνηβητηρίαν ῥώμην μ' ἐπαινῶ λαμβάνειν Andr. 553.

ἀνήκεστος, *insanabilis.* ἀνήκεστον κακόν Med. 283. Hipp. 722.

ἀνήκουστος, *non audiendus, inauditus.* ἕκλυες ὦ ἀνήκουστα τᾶς τυράννου πάθεα μέλεα θρεομένας Hipp. 362. *Schol.* τὰ ἄῤῥητα.

ἀνήλιος, *sole non collustratus, solis luce carens, caliginosus.* χαίρουσά μοι εἰν Ἅιδα δόμοισι τὸν ἀνάλιον οἶκον οἰκητεύοις Alc. 436. ch. Κόρης — εἰς ἀνηλίους δόμους ib. 855, ut ἐξ ἀνηλίων μυχῶν Herc. f.

607. *λείβομαι δακρύοις —, στάζω λίσσαδος ὡς πέτρας λιβὰς ἀνάλιος ἀ τάλαινα* Andr. 535. mel. Sic nostro Marte scripsimus pro *ἀνήλιος*. Cet. cf. Andr. 116. Cum fontis gutta, *quam sol non fovet*, sese comparat Andromacha, ut acrius depingat sortis suae miseriam.

ἀνήμερος, *immanis*. *ἀνήμερον οὐρείαν ἐκβολάν* (*τέκνων*) Hec. 1078.

ἀνήνυτος, *quod perfici s. fieri non potest* (*unmöglich*). *μὴ 'πὶ τοῖς ἀνηνύτοις τρύχου σὺ σαυτήν* Hel. 1301, *propter ea, quae perfici non possunt*, sc. in vitam revocare Menelaum. Est igitur i. q. *ἀμήχανος*. Cet. v. s. *τρυχοῦν*.

ἀνήρ stirpem habet infinitorum vocabulorum parentem *ἄω* (v. Praef.), unde etiam *animus* et *anima*. Quod quum omnino *vigorem* seu *vim vitalem* exprimat, *ἀνήρ* proprie nil est nisi *qui vim vitalem habet*, i. e. *vigens*, *vivens*, *animatus*, *ὁ ζῶν* (*ζάων*), *ὁ ὤν* (*ἔων ἄων*). Aliam sibi ex India et Persia petierunt radicem *Reimnitz*. de syst. Gr. declin. p. 142 sq. et *Kuehner*. gr. §. 281. not. 2. Nosmet pertaesum est de Graecis consulere barbaros. Omnino *νερ ner nri* illud scire perinde est ac nihil scire. Sed habeant haec sibi qui crepundiis delectantur. Nostram etymologiam mirifice confirmat et vocabulorum *βίος* ac *vita* similitudo, quae utpote ex *βία* (*ἴα ἴς*) et *vi-s* formata proprie vitalem *vim* significant, et imprimis vocabulum *vir*, quod ut *vi-vo vi-geo vi-reo* ab eadem *vi* deductum, si verum quaeris, nil est nisi *qui vim vitalem habet* seu *viget*. V. s. *ἄνθρωπος*. Ut vero homines, quamvis etiam reliquis animalibus moriundum sit, tamen *κατ' ἐξοχήν βροτοί* vel *θνητοί*, i. e. *mortales*, nominantur, ita etiam prae reliquis animalibus dicuntur *ἄνδρες*, i. e. *viventes*, *animati*. Itaque *ἀνήρ*

I. communiter de uno quolibet ex genere humano sive de *homine* usurpatur. Quam vim etiam *Mann* nostrum principio habuisse declarant *Niemand Jemand Jedermann* et praecipue pronomen *man*; v. *Herm.* ad Vig. p. 722. ed. 4. Nam ex *Mann* demum factum *männisch* indeque *Mensch*. Et *homo* quidem

1. simpliciter dicitur qui *animatus* est *et ratione praeditus* (Eur. Med. 230). *πελαγίων θ' ὅσα τε γᾶ τρέφει — ἄνδρας τε* Hipp. 1280. *Ἔρωτα τὸν τύραννον ἀνδρῶν* ib. 538; cf. 896. *ἄνδρας ἁρταμοῦσι* (Diomedis equi) Alc. 497; v. s. *ἀνδροβρώς*. *πᾶς ἀνὴρ — ἥδεται τὸ φῶς ὁρῶν* Or. 1523. Ita etiam *ἀνδρὸς απλάγχνον ἐκμαθεῖν* Med. 220; cf. ib. 675 cum not. *Elmsl*. *κατ' ἀνδρὸς βίοτον* Hipp. 938, ubi v. *Matth*. *δουλοῖ ἄνδρα, ὅταν ξυνειδῇ — κακά* ib. 424. *ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν ἐλθόντες οὐκ εὐδοξίαν — παρέδωκαν ἀνδράσιν* Med. 630. *ἐκμαρτυρεῖν ἄνδρα τὰς αὐτοῦ τύχας εἰς πάντας ἀμαθές* Oed. fr. XIV (XIII),

ubi nos: *wenn man.* διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν El. 376; cf. 369. οὔτινά φημι ἄτερ θεῶν ὄλβιον — ἄνδρα γενέσθαι Heracl. 609. εἰ θεῶν ἦν ξύνεσις, κατ' ἄνδρας δίδυμον ἂν ἦβαν ἔφερον Herc. f. 655. βραχὺ σθένος ἀνέρος Aeol. fr. XXIV (IX), 1. πολλάκις σοφωτέρους πένητας ἄνδρας εἰσορῶ τῶν πλουσίων Dan. fr. XII, 5. Porro huc pertinent ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ Med. 294; cf. Polyid. fr. XI (Glauc. I), 3. εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ Hipp. 1031. 1075. 1191; cf. Herc. f. 106. κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ Iph. T. 395. ὃ μὲν δίκαιος — πέφυκ' ἀνὴρ Heracl. 2; cf. Dan. fr. VI (III), 1. ὅστις ἔστ' ἀνὴρ γνάθου τε δοῦλος — Autol. fr. I (III), 4. ὅστις ἔστ' ἀνὴρ σοφός Phoen. fr. IV (IX), 4. 7; cf. Aeol. fr. XX (XVII), 2. Antiop. fr. XXIII (XXIX), 1. Sthenob. fr. I, 1. Thes. fr. X (IX), 1. fr. inc. tr. XLII, 1. LXXV, 3. τίς ἀνδρῶν Or. 493. Herc. f. 1195. οὔτις ἀνδρῶν Alex. fr. III (XVI). ἀνδρῶν ὅς Iph. A. 17. μετ' ἀνδρῶν Andr. 590; cf. El. 628. Beller. fr. XX (XVI), 20. ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν Bacch. 1315. Hel. 631. Herc. f. 531; cf. Hipp. 1332. ἐχθρῶν ἀνδρῶν μοῖραν εἰς ἀναστροφὴν δείμων δίδωσι Andr. 1007; cf. ib. 975. ἰὼ τυραννί, βαρβάρων ἀνδρῶν φίλη fr. dub. VIII. ἀνδρὸς ὑπ' ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν Aeg. fr. IV (VI); cf. Cycl. 600. Beller. fr. XXVI (VI), 1. τί γὰρ πατρώας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός; Aeg. fr. III (IV). Cf. Bacch. 383. Heracl. 202. Iph. A. 1332. Hipp. 1109. 1294. Andr. 591. Oen. fr. VII (VI). Praeterea cf. Iph. T. 729. Hipp. 994. 1100. Med. 518. Iph. A. 1338. Suppl. 493. Hel. 508. 1642. Herc. f. 105. El. 396. Aeol. fr. XIV (IV), 2. XVII (V), 1. Alcm. fr. VII (VIII), 2. Arch. fr. XXII (VI). Beller. fr. IX (XII), 1. Alop. fr. VI (IV), 1. Hyps. fr. VIII (VII). Meleag. fr. XIX (XV), 1. Melan. fr. XXIX (XX), 1. Phoen. fr. X (III), 2. fr. inc. XXXVII. In his igitur *hominis* universa notio obtinet. Quamquam fatendum est horum non pauca etiam specialiter de *viris* accipi posse, sicut Latinis quoque centies *vir* ita dicitur, ut et communiter de *hominibus* et separatim de *viris* queat intelligi.

2. *Homo* etiam cum emphasi dicitur qui, quae est hominum natura, *imbecillus fragilisque* est *et animo et corpore.* V. Quint. 8, 3, 86. Luculentum huiusmodi exemplum est apud Soph. in O. C. 566. ἕξοιδ' ἀνὴρ ὤν. Nec aliter dictum quod non recte intellexit *Wunder.* πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν; Soph. Ai. 77; v. schol. Abundant talibus Latini. Quint. 10, 1, 25. summi sunt, homines tamen. Cf. Terent. Ad. 4, 2, 40. Hinc ἀνήρ opponitur *deo.* θεῶν αἵματι πιτνεῖν φόβος ὑπ' ἀνέρων Med. 1257. Cf. ib. 411. πρὸς θεὸν ὢν ἀνὴρ εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμησε Bacch. 635. Cf. ib. 54. Rhes. 200. Ita Petron. 75. homines sumus, non dei. [Huc traxerim etiam ἀνδρὸς ἀδικίαν αἰσχύνεται Ion. 341, i. e.

pudet eum (nim. Phoebum) *humani sceleris.* Sic iam *Barnes.* V. 367. Aliter *Matthiae*, sed dubito an recte. *Const. M.*]

II. Deinde ἀνήρ separatim de eo hominum genere usurpatur, in quo *vigor* ille *s. vis vitalis* praecipue conspicua est. Cuius generis quatuor species, non iusto quidem ordine, sed recte tamen enumerat *Eustathius* p. 1381, 5. ὁ ἤδη τέλειος τὴν ἡλικίαν καὶ ὁ συζευχθεὶς γυναικὶ καὶ ὁ ἀνδρεῖος καὶ ὁ φύσει. Enimvero

1. ad *sexum* (φύσιν) refertur. Nam quum e duobus *hominum* sexibus virile et corporis et animi viribus muliebri antecellat, hinc ἀνήρ et Lat. *vir* κατ' ἐξοχήν de *maribus* dicitur. Et *femina* quidem saepe expresse opponitur. ἀνδρῶν γὰρ ἀλκὴ, σοὶ δὲ (Alcmenae) χρὴ τούτων (τέκνων) μέλειν Heracl. 711; cf. Hom. ζ', 490 sqq. οὐ καλὸν δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἓν' ἡνίας ἔχειν Andr. 178, quod v. 910 est ἄνδρα δίσσ' ἔχειν λέχη. ἴσον γ' ἀνήρ τε καὶ γυνὴ σθένει ib. 673; cf. 674. εἷς γ' ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾶν φάος Iph. A. 1394. ἀνὴρ μὲν ἐκ δόμων θανὼν ποθεινὸς, τὰ δὲ γυναικὸς ἀσθενῆ Iph. T. 1005. αἰεὶ γυναῖκες ἐμποδὼν ταῖς ξυμφοραῖς ἔφυσαν ἀνδρῶν Or. 605. ἄνδρας οὐ χρὴ γυναιξὶν ἐξομοιοῦσθαι φύσιν Andr. 354. γυναῖκες ἀνδρῶν, οὐ παίδων φίλαι El. 265. νόμος γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον Hec. 975. ἡ πάντα νικῶσ' ἄνδρα καὶ θῆλυν σπορὰν κακοῖσιν (Hecuba) ib. 659. τὸ μῶρον ἀνδράσι μὲν οὐκ ἔνι, γυναιξὶ δ' ἐμπέφυκεν Hipp. 966. ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν, εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν ib. 480 sq. ἐπενώτιζον φυγῇ γυναῖκες ἄνδρας Bacch. 763. Cf. ib. 820. Or. 566. Med. 244. 430. Iph. A. 570. 826. Tro. 892. Bacch. 821. Ion. 1087. Herc. f. 294. El. 537. 1081. [Dan. prol. 24.] Dan. fr. X (VIII), 4. Hipp. fr. XVIII (XV), 1. In. fr. VIII, 2. Meleagr. fr. X (XI), 1. fr. inc. tr. LVIII, 6. fr. dub. XV. Sed longe saepius feminae nomen non additur, quia non feminam dici, sed *marem* s. *virum* sponte apparet. σπάνιον θήρευμ' ἀνδρὶ τοιαύτην (ἄμεμπτον) λαβεῖν δάμαρτα Iph. A. 1162; cf. Phoen. fr. I (IV), 1. οὐδὲν οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ ἔφυ Phil. fr. I, 4; cf. ib. 6. Rhes. 276. Bacch. 960. Herc. f. 1416. ἄνδρα χρεὼν οὐκ ἀγγέλοισι τοὺς ἐναντίους ὁρᾶν Heracl. 390; cf. Rhes. 581. 626. Tro. 865. οὐδεὶς ἀνήρ Rhes. 510. πᾶς ἀνὴρ Hipp. 1185. Iph. T. 309. A. 375. Heracl. 340. Suppl. 912. Antig. fr. VI, 3. εἷς ἀνὴρ Heracl. 8. Suppl. 405. Phoen. 752. Herc. f. 825. El. 337. In. fr. II (VI), 3. τίς ἀνήρ Rhes. 11. 676. Herc. f. 183. El. 554. ἄνδρα τόνδε Heracl. 982. 1019. 1047; cf. Alc. 176. Phoen. 1650. Hipp. 312. Hel. 558. Herc. f. 255. 835. Andr. 967. Nonnumquam ὅδ' ἀνὴρ pro ἐγώ ponitur, ita quidem, ut quis se ipsum monstret digito. μὴ θνῆσχ' ὑπὲρ τοῦδ' ἀνδρὸς οὐδ' ἐγὼ πρὸ σοῦ Alc. 693. Cf. ib. 331. 722. 1087. 1097. Med. 1337.

El. 43. [Etiam ὁ ἀνήρ ponitur pro ipso nomine Hipp. 491. οὐ λόγων εὐσχημόνων δεῖ σ',| ἀλλὰ τἀνδρός, i. e. Hippolyto. *Aug. M.*] ἀνὴρ κεῖνος Eurysth. fr. VIII, 3. τοῖος ἀνήρ Alc. 65; cf. Iph. A. 711. Herc. f. 1404. οἷον — ἀνδρός Hipp. 1461. ἐμοὶ μίμημ' ἀνδρὸς οὐκ ἀπωστέον Herc. f. 294; cf. ib. 162. 1350. Tro. 606. Heracl. 924. Hel. 787. Alc. 548. Iph. T. 1460. Phoen. fr. IV (IX), 5. φονίους ἀνδρῶν ἀμίλλας Andr. 1020; cf. Med. 229. 488. Rhes. 931. Alc. 1054. τίς ἀνδρῶν Rhes. 692. 726. ἐμοί γ' εἴη τέκνα, ἃ — μετ' ἀνδράσιν πρέποι Erechth. fr. XVII (I), 26. Cum *adiectivis.* φίλος Alc. 43. 565. 1011. Hec. 43. Iph. T. 314. Cycl. 478. 498. Herc. f. 512. El. 362. Archel. fr. XXVII, 3. φίλιος Rhes. 687. 639. Heracl. 450. 940. Herc. f. 299. ἐσθλός Andr. 872. Hec. 307. 844. Herc. f. 1335. Antiop. fr. XVII (XVIII), 2. fr. inc. tr. LXXV, 2. ὁσίος Alc. 10. ἀνοσίος Bacch. 613. Herc. f. 853. γενναῖος Med. 762. El. 262. ἄριστος Med. 953. Hipp. 1242. Tro. 395. El. 1066. Oen. fr. III. ἀγαθὸς πιστός τε Iph. A. 45. 345. πιστὸς ἐν κακοῖς Or. 725. οὐ κακός Iph. A. 502; cf. 944. Med. 618. Antiop. fr. XL (X), 1. Melan. fr. XXI (IV). fr. inc. tr. XLII, 4. σοφός Iph. A. 749; cf. Iph. T. 907. Rhes. 206. Bacch. 179. 260. 641. El. 524. Hel. 817. Autol. fr. I (III), 23. Erecht. fr. XX (II), 34. fr. inc. tr. X. XI, 4. χρηστός Iph. A. 985. Beller. fr. VIII, 1. fr. inc. tr. XLIII, 2. δυστυχής Hipp. 1047. Herc. f. 559. δυσσεβής Hipp. 1050. Iph. T. 1426. Herc. f. 760. εὐσεβέστατος Iph. A. 926. El. 886. μέγας Rhes. 650. Οἰδίπους μέγιστος ἦν ἀνήρ Phoen. 1747. ἀνδρὸς ὀλβίου τινός Hel. 438. El. 45. ὑψηλός Hel. 424. εὐγενής ib. 956. Phoen. 445. El. 528. Archel. fr. XV (XI), 2. ib. XVIII (XXII). In. fr. XXIII (XI). σκαιός Beller. fr. X, 1. Melan. fr. XXII (V); cf. Herc. f. 299. ἀνδρὶ τῷ πρώτῳ στρατοῦ Hec. 304. Herc. f. 1306. εὐτυχής Antig. fr. I. δίκαιος Autol. fr. I (III), 25. Thes. fr. IX (VIII), 2. Suppl. 1034. ἀνδρῶν — ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν fr. inc. XIV. θνητῷ παρ' ἀνδρί Alc. 7. ἡβῶντ' ἄνδρα καὶ πρέσβυν ib. 714. ἀνδρὸς φιλοξένου ib. 833. ἄνδρας Ἀργείων ἄκρους Suppl. 118. Teleph. fr. VII (XI), 1. πολιός ib. 166. γηπόνος ib. 420. πένης ib. 863. αἰσχρός Iph. A. 380. μυρίοι ἄνδρες ib. 1387. θρασύς Rhes. 500. Bacch. 270. ἄμικτος Cycl. 429. περισσός Hipp. 948. εὔψυχος Hel. 858. εὔβουλος Rhes. 105. μονόκωπος Hel. 1138. μάργος Herc. f. 1084. ἀξίωμ' ἔχων ἀνήρ El. 40. πλούσιος ib. 373. δοριπόνων ἀνδρῶν ib. 480. νέων — ἀνδρῶν Suppl. 160. σπαρτῶν ἀνδρῶν ib. 712. ἄνδρας βιαίους ib. 308. θυραίους Hipp. 408. ἀνὴρ ὁμογενής Or. 244. μακάριος ib. 539. ἀθυρόγλωσσος ib. 901. ἰσάδελφος ib. 1015. ὠκύπους Autol. fr. I (III), 16. δειλοὶ — ἄνδρες Meleagr. fr. VI (VII). ἄνδρα δήμῳ πίστον Plisth. fr. II (I), 3; cf. 6. πλουτῶν ἀνὴρ fr.

dub. XVI. Cum *substantivis*, quae *adiectivorum* vicem gerunt. V. *Matth.* gr. p. 967. *Kuehner.* gr. §. 477, 1. *ἀνδρὶ Θρηκί* Hec. 19; cf. 682. 873. 1036. *Κρήτας ἀνήρ* Hipp. 156. *ἀνδρὸς Φρυγός* Andr. 592. *Δελφῶν — ἀνδρῶν* ib. 1075. 1151. *Ἕλληνας ἄνδρας* Iph. T. 347. *Λυκίων ἀνδρῶν* Rhes. 29. *ἀνδρῶν Φεραίων* Alc. 609. *νεανίου ἀνδρός* Andr. 604. Iph. A. 933. El. 344. Antig. fr. VI, 1. Archel. VIII (VII), 1. *ἀνὴρ βούτας* Hec. 646. *ἄνδρα ξένον* ib. 1244. Heracl. 245. *τυράννους ἄνδρας* Med. 308. 700. *κλῶπες ἄνδρες* Rhes. 645. *ἄνδρες ξύμμαχοι* Or. 687. Rhes. 598. *κακομήτας ἀνήρ* Or. 1403. *ἄνδρ' ἑταῖρον δεσπότου* Alc. 779. *πάντ' ἄνδρ' ὁπλίτην* Suppl. 585. *γέροντος ἀνδρός* Heracl. 467. *ἀνδρὸς ἀριστέως* Iph. A. 28. *ἀνδρὸς — βαρβάρου* Hel. 302. 1620. fr. dub. VIII. *πρεσβύτης ἀνήρ* Dan. fr. II (VI), 4. *ἄνδρα ξεναπάτην* Stheneb. fr. VII (IX). *ναυβάτης ἀνήρ* Hipp. 1221. *μάντις — ἀνὴρ* Iph. A. 956. Notabiles praeterea formulae sunt *κατ' ἄνδρ' ἑκάστη*, *singulae singulis viris*, Tr. 243. *ἀνὴρ ἐπ' ἀνδρὶ στάς* Heracl. 837. *ἀνὴρ παρ' ἄνδρα* Hel. 1078. 1590.

2. E *viri* s. *maris* notione sponte consequitur *maris cum femina coniugati*, i. e. *coniugis* sive *mariti* significatio. Quare Latini *maritum* ex ipso *mare* finxerunt et nos Germani maritum fere simpliciter vocamus *Mann*. *λέκτρων ἀνδρὸς ἐστερημένη* Med. 286; cf. ib. 15. Andr. 373. *εἷς τιν' ἀνδρὸς εὐνάν* Suppl. 823. *εἰς ἀνδρὸς λέχος* Tr. 661. *ἵν' ἀνδρὶ ταμὰ διασώσῃ λέχη* Hel. 65 [cf. Dan. prol. 60]. *οὐχὶ τἀνδρὸς ἡ γυνή* El. 931; cf. 927. 933. 937. 1040. *ἀνδρῶν εὐνίδας λωβώμενοι* Or. 927; cf. 1528. 1563. *κακῆς γυναικὸς ἄνδρα γίγνεσθαι κακόν* ib. 735. *τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον ἁμαρτεῖν — ἀλόχου*; Alc. 882. *μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή* Oed. fr. VII (IX), 1. *εἰ — τύραννον ἔσχες ἄνδρα* Andr. 216. *ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν* Med. 11. *ἄνδρα τὸν ἐμόν* Hipp. 420. *τῷ σῷ ἀνδρί* Andr. 228. *τὸν ἄνδρα τὸν σόν* Hel. 1410. Cf. Med. 33. 498. 1157. Alc. 774. 1005. Iph. A. 101. 1224. Suppl. 1056. Tr. 662. 668. 695. Hel. 58. 571. 1413. Ion. 299. 300. 395. El. 29. 916. 1038. 1070. Chresph. fr. X (VII), 2. Cress. fr. II (XI). Melan. fr. XVI (IX), 4. XVIII (XXVI), 5. Oed. fr. IV (I), 1. ib. V (II), 1. Pel. fr. VI, 4. 6. Phoen. fr. II (V). fr. inc. tr. XLVIII, 1. [Mire hoc sensu usurpatum *ἀνήρ* Andr. 470. *τὴν μίαν μοι στεργέτω πόσις γάμοις ἀκοινώνητον ἀνδρὸς εὐνάν*. Quae, si sana sunt, hanc solam admittunt interpretationem: *unum mihi amet maritus cum connubio minus legitimo* (v. s. *γάμος*) *non consociatum s. communicatum viri torum*. Aliena certe quam sequitur *Matth.* scholiastae explicatio. Sed *ἀνδρός*, si non spurium, otiosum tamen esse ac molestum facile concedo *Bruncklo*. Quam igitur vellem vel *ἄλλοις* vel simile quid pro *ἀνδρός* scribi

posse. *Const. M.*] In malam partem dicitur ἀνήρ (*concubinus*), ubi opponitur πόσις. Recte igitur *Ellendt.* in lex. S. s. v. „ἀνήρ est quo uxor fruitur, πόσις, qui honorificum gerit nomen coniugis.“ Cf. *Herm.* ad S. Trach. 547. Huc videtur pertinere ἰδίοισιν ὑμεναίοισι κούχὶ σώφροσιν εἰς ἀνδρὸς ἦει λέκτρα (Clytaemnestra) Or. 558; cf. Hipp. 491.

3. Deinde ad *aetatem* (ἡλικίαν) refertur ἀνήρ opponiturque *puero* vel *adolescenti*. Quum enim inter quatuor hominum aetates ea, quam mediam vocant quaeque ab anno vicesimo usque ad quadragesimum vel quinquagesimum pertinet, et robustissima sit et florentissima, hinc *vir*, qui illa aetate erat, prae ceteris dicebatur ἀνήρ. Cuius aetatis virum etiam nos κατ' ἐξοχήν vocamus *Mann* et Latini *virum*. V. Ov. Met. 13, 397. Virg. Buc. 4, 37. Quamquam his vi ista solemnior vox *iuvenis*. εἰς ἄνδρ' ἀφικέσθαι Ion. 322. Ὀρέστην ἕκτορ' ἄνδρα τόνδε μοι Iph. A. 1451. Hinc

4. sponte sua fluxit ea significatio, qua ἀνήρ cum emphasi dicitur *vir fortis*, *gravis*, *animosus*, unde etiam ἡνορέη ἀνδρία ἀνδρεῖος alia. [V. Quint. 8, 3, 86. Scilicet ἀνήρ in his proprie per breviloquentiam quamdam rhetoricam dicitur pro ἶσανδρος, i. e. *instar s. exemplar viri, qui corroborata aetate est.* Cuius generis exempla aliquot rariora posuimus Quaest. Soph. p. 136. *Const. M.*] Ἀχιλλεὺς θανὼν — ἀνήρ Hec. 310. εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλ' ἐτητύμως ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα Heracl. 998. πρὸς τάδ' ἄνδρα γίγνεσθαί σε χρή El. 693. ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσει Cycl. 591. ἄνδρας, οὐ Φρύγας κακοὺς εὑρών Or. 1351. ἐν ἀνδράσιν εἶναι ib. 1528; cf. Alc. 726. 735. Iph. A. 945. αἳ γὰρ πόλεις εἶσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία Phrix. fr. XII (IX). ἀνὴρ δ' ὃς εἶναι φῂς, ἀνέρος οὐκ ἄξιον δειλὸν κεκλῆσθαι ib. fr. XIII (VIII); cf. Rhes. 946. Temen. fr. XIV. V. *Wund.* ad Soph. Ai. 1335. Etiam Latinis solemne hoc sensu nudum *vir*. Cic. Cat. 3, 5, 12. *cura ut vir sis*, quod nos quoque *sorge dass du ein Mann bist.*

[Forma vocis primitiva ἀνέρος ἀνέρι etc., unde per syncopen demum ἀν-δ-ρός ἀν-δ-ρί etc. (v. s. ἀμπλακεῖν p. 168), in melicis tantum obvia. ἀνέρος Aeol. fr. XXIV (IX), 1. ἀνέρι Rhes. 229. ἀνέρων Med. 1257. Semel tantum in senario legitur ἀνέρος Phrix. fr. XIII (VIII), 1. Id vero a *Matthia* quoque ut insolentius notatum recte videtur *Dind.* ex Paris. A. Trincav. scripsisse ἀνδρός. Et alpha quidem alias breve in tribus illis locis productum est. Eaque prosodia Homero in trisyllabis formis solemnis et constans. Quin etiam primae in dissyllabo ἀνήρ productio tragicis, imprimis Aeschylo, usitata, Homero usitatissima. ἐχθρὸς γὰρ ἀνὴρ ἀνδρὶ τῷ ξυστήσεται Aesch. Sept. c. Theb. 491, ubi perabsurdum esset ἀνήρ. ὅ με βροτὸς οἴτασεν ἀνήρ Il. ε', 361.

τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ ib. β', 701. ἔρειδε κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ ib. ν', 131. Haec quatuor ante oculos proposui ex larga copia, tum *Porsoni* gratia ad Phoen. 1670, tum quia ad hunc usque diem sunt qui productionem illam, qua nihil et usu certius et naturae vocabuli convenientius, propter pervicaciam nescias an propter ignorantiam negent. Saepe iam monitum a nobis verbum ἄειν, unde etiam ἀνήρ formatum, cum derivatis suis primam ancipitem habere. Ut igitur Ἀΐδης (p. 30) ἀεί (p. 37 sq.) ἀείδειν (p. 42) ἀέλιος (p. 44) ἀήρ (p. 46) ἀΐσσειν (p. 79), ita ἀνήρ quoque pro numerorum necessitate tum corripitur tum etiam producitur. Quod etsi dudum docuerant *Valck.* ad Phoen. 1650, *Wellauer.* ad Aesch. Sept. c. Theb. 491 et Eumen. 727, *Lobeck.* ad Ai. 1194, tamen post ea, quae *Hermannus* ad Soph. Phil. 40 re parum examinata promulgarat, tragicorum editores invasit mos, percommodus ille quidem ac delicatus, ubicumque ἀνήρ prima producta occurreret vel omnes contra libros articulo assuto scribendi ἀνήρ. At haec non est doctrina, verum indocta petulantia. Euripidei loci, ubi longum est alpha neque codices variant, hi sunt. σοφὸς γὰρ ἀνὴρ (Pittheus) καὶ τρίβων τὰ τοιάδε Med. 685. αἴθων γὰρ ἀνὴρ (Achilles) καὶ πεπύργωται θράσει Rhes. 122. σκαιὸς γὰρ ἀνήρ (Eurystheus) Heracl. 459 et de eodem Eurystheo ἐχθρὸς μὲν ἀνήρ ib. 1049. De ignoti nominis viro ὡς σκαιὸς ἀνὴρ καὶ ξένοισιν ἄξενος fr. inc. tr. LXXXV. σοφὸς γὰρ ἀνήρ fr. dub. I. Et in his quidem, in quibus ἀνήρ non subiectum, sed *praedicatum* est (*er ist ein weiser Mann* etc.), articulum inde a Porsono quod sciam omnes inculcavisse mera est temeritas. Cf. *Stallb.* ad Plat. Phaedr. p. 196. Neque id maiore iure factum, ubi item pro praedicato ἀνήρ, El. 364. ὅδ' ἀνὴρ, ὃς συνεκκλέπτει γάμους τοὺς σούς; i. e. *hiccine est qui* —, et Bacch. 644. ὅδ' ἐστὶν ἀνήρ, *en ille, da ist er.* Cf. Soph. O. C. 32 cum nota *Reisigii.* In ceteris ἀνήρ *subiectum.* Quorum ea primum ponam, in quibus adiunctum est pronomen. οὗτος γὰρ ἀνήρ (Aegeus) Med. 758. οὗτος γὰρ ἀνήρ (Orestes) El. 380. ὅδ' ἀνήρ (Polynices) Phoen. 1650. Etiam ubi quis se ipsum digito monstrat. ἦν οὔποτ' ἀνὴρ (sic libri, non οὔποθ') ὧδε — ἦσχυνεν εὐνῇ El. 43. Atque in his quoque tanta editorum fuit incuria, omnes ut partim ne monito quidem lectore adversus librorum consensum articulum infercirent. Quamquam hunc recte abesse perdiscere poterant ex iis locis, ubi pro nominativo casus obliquus est. ἐκ τοῦδ' ἀνδρός Alc. 176. τοῦδ' ἀνδρὸς πέρι Hipp. 312. τοῦδ' ἀνδρός Herc. f. 255. σὺν τῷδε — ἀνδρί Andr. 967. πρὸς ἄνδρα τόνδε Heracl. 982. πρὸς ἀνδρὸς τοῦδε Hel. 558. ἐπ' ἀνδρὶ τῷδε Herc. f. 835. Cf. *Ellendt.* in lex. s. v. His adde locos s. II, 1 citatos, ubi ὅδ' ἀνήρ est pro ἐγώ. Quin ipsum οὗτος ἀνήρ

etiam aliis, ut Platoni, consuetum: cuius generis exempla aliquot suppeditat *Stallb.* ad Gorg. p. 90 sq., non recte quidem et hic et ad Phaedr. p. 198 propter contemtionis vim articulum omissum ratus. Denique ipse Euripides ἀνὴρ κεῖνος habet Eurysth. fr. VIII, 3. Supersunt ἔνδον μὲν ἀνήρ (Cyclops) Cycl. 587. ἀνὴρ (Pentheus) εἰς βόλον καθίσταται Bacch. 844. ἀνὴρ (Orestes) ἔστι καὶ λεύσσει φάος; El. 349. Quae ludus quidem esset cum editoribus exarare ἀνήρ. At critici non est veteres scriptores ludere. Ἀνήρ quidem illud, quod codices tuentur, non temere mutandum esse clarissime demonstrat Ἀργεῖος ἀνήρ, i. e. Orestes, Aesch. Eum. 727, quod ne tiro quidem scribere auderet ἀνήρ. Demonstrant etiam γενοῦ σωτήριος ἀνέρι (Doloni) Rhes. 229. ὦ πολύξενος — ἀνδρὸς (Admeti) ἀεί ποτ' οἶκος Alc. 572. ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα (Aiacem) μανιάσιν νόσοις ὤτρυνον Soph. Ai. 59. οἷαν ἔφηνας ἀνέρος (Aiacis) ἀγγελίαν ib. 221. ἀπάταισιν αἰσχραῖς ἄνδρα (Philoctetam) καὶ δόλοις ἑλών Phil. 1228 (v. *Herm.* ad O. C. 32). ἄλαστον ἄνδρ' (Oedipum) ἰδών O. C. 1482. Porro φεύγουσιν ἄνδρες (Graeci) Rhes. 93. οἶσθ' ὅποι βεβᾶσιν ἄνδρες (Ulixes et Diomedes); ib. 689. Cf. Aristoph. Lysistr. 152. Rectior enim de his postremis librorum consensu tutis in gramm. p. 705 quam in notis Euripideis sententia est *Matthiae.* Atque haec sat esse puto, quae, nisi eximiam librorum concordiam non prorsus flocci facias, ἀνήρ vocabulum etiam ad certum ubi virum referatur apud poetas articulo persaepe carere comprobent. Quod si verum est, etiam illud sponte consequitur, ἀνήρ a tragicis persaepe productum esse. Et articuli quidem omissionem istam quum alia vocabula ἄναρθρα, ut ἄνθρωπος θεός πατήρ μήτηρ παῖς γυνή (*Herm.* ad S. O. C. 32), imprimis βασιλεύς illud de rege Persico dictum, egregie confirment, tum etiam ipsa ratio ac natura ἀνήρ vocabuli convincit. Probe enim tenendum est ἀνήρ a Graecis, praecipue poetis, per omnes saepe casus ita usurpari, ut a simplici demonstrativo (*der dem den — er ihm ihn*) nihil plane nisi graviore quodam sono poetarum auribus iucundo differat: quod demonstrativum ubi insuper accedit meram induit vim δεικτικήν (*der da, dem da, den da*). Clarum est autem, qua lege pronomen pro ipso nomine, eadem etiam ἀνήρ pro pronomine poni, ut, quo de *viro* agatur, etiam non diserte indicato nomine ex orationis cursu perspicuum sit omnibus ac notum. Atque ut numquam Graeci dicunt ὁ οὗτος vel ὁ ἐκεῖνος vel, nisi si *idem* significare volunt, τοῦ αὐτοῦ τῷ αὐτῷ τὸν αὐτόν, ita etiam ad ἀνήρ tantum abest ut articulum in talibus adiungant, ut, quod summi hac in quaestione momenti est, vicissim eadem vocabula, quae alias sine articulo efferunt, vel saepe, ut ἄνθρωπος πατήρ μήτηρ ἀνήρ γυνή παῖς, vel etiam constanter, ut υἱός

et θυγάτηρ, tota omittant solo articulo contenti. Est hoc tritissimum loquendi genus, quod nemo accuratius tractavit *Rostio* gr. §. 98, 5. Itaque ἀνήρ etiam de certo viro dictum articulo carere posse prudenter iudicarunt *Reisig.* ad O. C. 32 et *Wex.* ad Ant. 762, prudentius etiam ut solet vera rei causa investigata *Rost.* gr. §. 98, 6, itemque *Bremi.* ap. *Schaef.* app. Dem. I. p. 328 sq. Hinc Sophoclis quoque editores vereor ne multa praepropere correxerint. Utique certe, ut pauca tangam, cum libris servandum ἀνήρ Phil. 40. Ai. 9. 979. 991 (cf. Eur. Eurysth. fr. VIII, 3). O. C. 1486. 1633. Ant. 766, imprimis Ai. 224, ubi de eodem Aiace paulo ante erat ἀνέρος, et ib. 1355, ubi ἀνήρ pro praedicato est. Neque solis poetis hunc usum esse, sed etiam ad prosam pertinere existimo. Multa id genus a grammaticis collecta; multa etiam delitescere puto librariorum ignorantia obliterata: ab his enim probabile est, ubi inter ἀνήρ et ἀνήρ vel ὁ ἀνήρ libri fluctuant, articulum fere agglutinatum esse. Cf. *Wyttenbach.* ad Plat. Phaed. p. 258. *Krueger.* ad Dionys. p. 110 et impr. *Bernhardy.* Synt. p. 317 sq. not. 80. Qua in re cautiora nostra aetate et sapientiora fuerunt praeterita tempora. Dudum enim ἀνήρ articulo non indigere eiusque omissionem etiam libros veteres probare monuerat philologiae parens *Wolfius* in Anal. liter. II. p. 458 (cuius verba praeter *Bremium* l. c. exscripsit *Stallb.* ad Protag. p. 41), et *Heindorfius* quae ad Plat. Phaed. p. 182 annotaverat complecti potius ac diligenter persequi debebant recentiores Platonis editores quam quod ille profecerat inepta religione rursus infringere. Nunc et *Bekkerus* saepe peccavit et *Schaeferus* app. Dem. I. p. 329 *Bremii* praescripta non rationibus, sed verbis inanibus impugnavit et *Schneiderus* ad Civ. I. p. 18 ita disputavit, ut quid sibi velit nescias, et *Stallbaumius* talem de ἀνήρ ἀνάρθρῳ Excursum scripsit ad Phaedr. p. 196 sqq., ut quae disseruit paucis exceptis falsa sint. Quod si cui mirum videatur ἀνήρ apud poetas, ubi ad certum virum pertineat, fere productum esse, ubi correptum sit, fere ad incertum virum pertinere, ne haec quidem res iusta ratione caret. Nempe egregius Graecorum mos est notioni formam, formae notionem accommodandi. V. s. ἀναλοῦν extr. Iam quum ἀνήρ primam ancipitem haberet, consentaneum est poetas illud, ubi ad incertum virum referebatur, lenius pronuntiavisse atque corripuisse, ubi ad certum virum, gravius pronuntiavisse atque produxisse. Cavendum autem, ne quod de ἀνήρ contendimus continuo etiam ad alia vocabula pertinere credas. Ἀγαθοί certe, i. e. οἱ ἀγαθοί, scribendum esse Hec. 1226. Iph. A. 979. Herc. f. 236. Iph. T. 114 plus una causa vincit: primum enim ἀγαθός numquam primam producit, deinde necessarius articulus propter vim sub-

stantivi; denique vel multi in illis vel certe aliquot libri veteres articulum suppeditant. Hinc ἀγαθός etiam contra libros exarare consultum Suppl. 852 et El. 378. Ἀλήθεια quoque scribi Phoen. 929 et Soph. Ant. 1195 et ipsi iubent libri et prima numquam producta. Nec minus indubitatum ἀρετή Suppl. 596. Ἀγών quidem num recte scribas Heracl. 722. Suppl. 754. Herc. f. 1189 dubitari potest: libri enim in ἀγών perseverant neque articulum desiderares: tamen quum ne hoc quidem umquam productum inveniatur, perlevem istam medelam non spreverim. De vera crasi nunc inter omnes constat. *Const. M.*]

ἀνήφαιστος. (Electra) ὑφῆψε δῶμ' ἀνηφαίστῳ πυρί Or. 620. Mirabiles de hisce nugas garrit scholiasta, quas cui cordi sunt talia inspiciat. Ἀνήφαιστον πῦρ nil est nisi ἄπυρον πῦρ, i. e. *ignis, qui malus est ignis, infaustus, funestus ignis.* V. s. ἄχαρις.

ἀνθαιρεῖσθαι, *capere s. sibi parere* aliquid *prae* (ἀντί) aliquo, *praeripere* alicui aliquid (τί τινος). οὐδεὶς στέφανον ἀνθαιρήσεται (Ἑκάβης νικώσης πάντας κακοῖσιν) Hec. 660. *Capere s. eligere* aliquid *prae* (ἀντί) aliqua re, *praeferre, praeponere* aliquid alicui rei (τί τινος). τὸ εὐσεβὲς τῆς δυσσεβείας ἀνθελοῦ Cycl. 310. παραινῶ μήτ' ἀποκτεῖναι τέκνον μήτ' ἀνθελέσθαι τοὐμόν (*meum commodum*) Iph. A. 482. τὰν εὔδοξον ἀνθαιρουμένα φάμαν (Phaedra) Hipp. 773.

ἀνθάμιλλος, *aemulus.* οἳ τὰς πόλεις ἔχουσι — τοῖς ἀνθαμίλλοις εἰσὶ πολεμιώτατοι Ion. 606. Praepositio *certaminis* notionem ipsi iam nomini insitam nonnisi intendit et auget.

ἀνθάπτεσθαι, *vicissim tangere s. apprehendere.* ἥψω τῆς ἐμῆς χερὸς καὶ — παρηίδος· ἀνθάπτομαι σοῦ τῶνδε τῶν αὐτῶν ἐγώ Hec. 275. Tralate τῆς σῆς γὰρ καρδίας — ἀνθηψάμην Med. 1360, *vicissim momordi. Attingere* (*be-rühren*, v. s. ἀντέχειν). δρόμου ταχὺς βαδιστὴς τερμόνων ἀνθήπτετο Med. 1182. Tralate ἃ — σῆς καρδίας ἀνθάψεται Hel. 966, *attinget, commovebit.* Sic etiam χρηστοῖσι δούλοις — τὰ δεσποτῶν κακῶς πίπτοντα — φρενῶν ἀνθάπτεται Med. 55.

ἀνθεῖν, *florere, vigere, valere.* Tralate ὄλβος — σμικρὸν ἀνθήσας χρόνον El. 944. ὅτ' ἔζη Πρίαμος Ἕκτορός τ' ἤνθει δόρυ Hec. 1210.

ἀνθεμόῤῥυτος, *e floribus profluens.* ἀνθεμόῤῥυτον γάνος μελίσσης Iph. T. 633, „*apis delicias e florum liquore collectas*" *Barnes.* Quem v. ad h. l.

ἀνθεμώδης, *floreus.* τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον Bacch. 462.

ἀνθεσφόρος, *florifer.* μίλακος ἀνθεσφόρου Bacch. 702. [λείμακας ἀνθεσφόρους Iph. A. 1544.]

ἀνθήλιος, v. ἀντήλιος.

ἀνθηρός, *floridus.* λαχνῶδες οὖδας ἀνθηρᾶς χλόης, *graminis*

floribus consiti, Cycl. 539. Tralate ἀνθηρὸς (*florens*) εἱμάτων στολῇ χρυσῷ τε λαμπρός Iph. A. 73.

ἀνθίζειν, *floribus ornare*. κρόκεα πέπλα φάρεσιν ἔδρεπον ἀνθίζειν χρυσαντανυγῇ Ion. 890. Eleganter *Musgrav.* coniecit ἀνθισμόν χρυσαντανυγῆ. Quod quamvis non necessarium tamen non ideo damnare debebat *Herm.*, „quia folia dicantur χρυσαντανυγῆ πρὸς τὸ ἀνθίζειν.“ Id enim plane alienum. Lectio si vera est, ἀνθίζειν cum ἔδρεπον iungendum et explicandum: *flores vestibus carpebam croceos auricolores, his ut ornarem eas* (vestes). Neque aliud quidquam diceretur Musgraviana coniectura recepta.

ἀνθόκροκος. ἐν δαιδαλέαισι ποικίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις. Hec. 471. V. s. ἐν et πήνη.

ἀνθοπλίζειν, *ex adverso armare*. ἵππευσι θ' ἱππεῖς ἦσαν ἀνθωπλισμένοι Suppl. 666, *equites contra equites armati stabant*.

ἄνθος, *flos*. ὅθι — λειμὼν ἄνθεσι θάλλων χλοεροῖς καὶ ῥοδόεντ' ἄνθεά θ' ὑακίνθινά τε Iph. A. 1296 sq. ῥοδέων πλόκον ἀνθέων Med. 842. ἔδρεπεν — αἰρόμενος ἄγρευμ' ἀνθέων Hypsip. fr. V, 3. Tralate Ἑλλάδος — πρῶτον ἄνθος, *flos roburque Graeciae*, Tr. 808. ch. ἀποκτίρεται σὸν ἄνθος, πόλις, ὁ Διὸς ἔκγονος Herc. f. 875. [Non mala *Buttmanni* lexil. I. p. 291 ex obsoleto verbo ἄνθειν (ἄνα) derivatio. Simplicius tamen videtur ἄνθος pariter atque ἀνήρ (s. v.) et ἄνθρωπος ex ipso ἄω deducere, ut proprie sit quodlibet *vigens, virens, florens*, deinde *flos, robur*, denique *summum, optimum, praestantissimum* quodque. *Const. M.*]

ἀνθρακιά, *prunae*. ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ καὶ ἀνθρακιᾶς ἄπο χνανέιν Cycl. 357. Ita legitur cum *Toup.* ad Suid. II. p. 269 pro vulg. ἀνθρακ. ἀποχνανέιν. [Sed quum duo tantum ciborum genera, *cocta* et *assa*, commemorari et per se sit probabile et ex eiusdem fabulae v. 243, ubi opponuntur θερμὴ ἀπ' ἄνθρακος δαῖς et τὰ ἐκ λέβητος ἑφθὰ καὶ τετηκότα, legendum puto κατ' ἀνθρακιὰς ἀποχνανέιν vel quo quod Vict. habet ἀνθρακίας videtur ducere κατ' ἀνθρακίδας. *Const. M.*]

ἀνθρακοῦν, *amburere*.. ἤδη δαλὸς ἠνθρακωμένος Cycl. 609.

ἄνθραξ, *carbo, pruna*. θέρμ' ἀπ' ἀνθράκων κρέα Cycl. 373. ἀπ' ἄνθρακος (ἐπ' Ald. rell.) θέρμην ἔδοντος δαῖτα ib. 243, i. q. ἀπανθράκισμα. μεθύων κατέπεσες εἰς μέσους τοὺς ἄνθρακας Cycl. 667. [Ἄνθραξ compositum esse ex ἄνω τρέχειν ut ἄνθος ex ἄνω θέειν scurrile *Dammii* commentum est. Stirpe cognata esse ἄνθραξ et ἄνθος-probe sensit Vir bonus; at stirps illa simpliciter est ἄω. Itaque ἄνθραξ proprie dicitur quidquid *viget vivit floret*. Qua vi non solum de igne *vivente*, sed

omnino de rebus *ardentibus*, *calentibus*, *candentibus*, imprimis de *carbone candente*, usurpabatur. *Const. M.*]

ἀνθρώπειος, *humanus*. γίγνωσκε τἀνθρώπεια (*sortem humanam*), μήδ' ὑπερμέτρως ἄλγει In. fr. XXI, 1. De acc. v. *Goettl.* p. 298.

ἀνθρώπιον, *homullus*. Μενέλεων ἀνθρώπιον λῷστον λιποῦσα (Helena) Cycl. 184.

ἀνθρώπισκος, *homunculus*. Cyclops v. 315 Ulixem compellans: ὁ πλοῦτος, ἀνθρώπισκε, τοῖς σοφοῖς θεός.

ἀνθρωποδαίμων, *homo divina natura indutus*. Ita vocatur Rhesus in cognom. fab. 971.

ἀνθρωποκτονεῖν, v. ἀνθρωποσφαγεῖν.

ἀνθρωποκτόνος, *homicida*. τοὺς ἐνθάδ' ὄντας ἀνθρωποκτόνους (Tauros) Iph. T. 389. βορᾷ χαίρουσιν ἀνθρωποκτόνῳ Cycl. 127, i. e. ἀνθρώπων κταθέντων.

ἄνθρωπος ut pro composito haberent plerosque doctos externa verbi species induxit. Alii enim cum *Etym. M.* s. v. παρὰ τὸ ἀνθηρὰν ὄπα ἔχειν dictum existimarunt; alii cum *Dammio* ex ἄνω ἀθρεῖν ὠπί compositum putarunt; quin idem *Dammius* eo processit insulsitatis et ignorantiae, ut, quae Plato in Cratylo dialogo irrisionis causa ac per ludibrium tamquam absurdae etymologiae specimina exhibuit, ea pro veris philosophi decretis venditans ἄνθρωπον ex ἀναθρεῖ ἃ ὄπωπε consarcinatum opinaretur eamque „ingeniosam" scilicet derivationem deperiret. Hoc satis lepidum. Sed ne de composito quidem ullo pacto cogitandum. Ἄνθρωπος (ἀνερ-ωπος) pariter atque ἀνήρ ex ἄω factum proprie denotat *vigentem*, *viventem*, *animatum*. Quo nomine Graeci κατ' ἐξοχήν signarunt *hominem* (v. s. ἀνήρ). *Const. M.* Et quidem

I. in *plurali* omnino de *genere humano* usurpatur. Quo sensu *diis* saepe opponitur. θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει Med. 467 et 1324. αἰθὴρ ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ Chrys. fr. VI (VII), 2. ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως Andr. fr. XI (VII), 1. ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει Hipp. 104. κακοβουλευθεῖσ' ἔκ τ' ἀνθρώπων ἔκ τ' ἀθανάτων Ion. 878. τοῖς τε νεωτέροις καὶ τοῖς ἄνωθεν πᾶσιν ἀνθρώποις Hel. 1020. Porro τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι Cress. fr. VIII (VI). *Genit.* ἀνθρώπων θερμὰ κρέα Cycl. 373; cf. 249. ἀνθρώπων φρένες Polyid. fr. V. πᾶς ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων Hipp. 189. βίοτος ἀνθρώπων πλανή Rhadam. fr. I (II), 8. (legislatores) ποικίλλοντες ἀνθρώπων βίον Cycl. 339. Ἓν δ' ἂν εὐτυχὲς μόλις ποτ' ἐξεύροι τις ἀνθρώπων βίῳ Ion. 383, v. s.

εἷς. ἀνθρώπων κακότητας Beller. fr. XXVI (VI), 5. ἀνθρώπων λόγους Suppl. 565. ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει Iph. A. 72. πόλλοις ἐστὶν ἀνθρώπων κακά In. fr. XVIII. (XVII), 1. πάντα τἀνθρώπων κακά Iph. T. 1193. πάντα τἀνθρώπων ἴσα Herc. f. 633. ἀνθρώπων πόλεις Suppl. 312. ἐν νέοισι ἀνθρώπων ib. 250. οἱ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων Hipp. fr. VI (V), 1. σὲ πρῶτον ἀνθρώπων — πιστὸν νομίζω El. 82. ἐπ' ἀνθρώπων φίλους Herc. f. 846. τις ἀνθρώπων El. 516. Ion. 1210. Beller. fr. XXI (XXV), 2. ὅστις ἀνθρώπων Andr. 185. πᾶς τις ἀνθρώπων fr. inc. tr. LXXVIII, 2. οὐδεὶς ἀνθρώπων fr. inc. tr. LXXXIV. χωρὶς ἀνθρώπων Andr. 18. δόξα πρὸς ἀνθρώπων Heracl. 624. *Dativ.* ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι Palam. fr. II, 3. εἰ δ' ἦσαν ἀνθρώποισιν ὠνητοὶ λόγοι — fr. inc. tr. CXXXII; cf. Iph. T. 415. Melan. fr. XXV (XV). In. fr. XVIII, 1. ὀργαὶ — ἀνθρώποισι συμφορᾶς ὕπο δειναί fr. inc. tr. CCXXIX. καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι — ἰσότης ἔταξε Phoen. 544. Cf. Hippol. fr. X (XI). Exquisitior dativi usus ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτὲ τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον Hec. 1187. τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν φωνήν Hipp. fr. XII (IX). Talia vero si consideraris, aegre credas *Hermannum* eiusdem rationis dativum in loco Hec. 595 ἀνθρώποις δ' ἀεὶ ὁ μὲν πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός — ne ferendum quidem existimantem scripsisse ἄνθρωποι. Hunc tu ne audias. Pariter Homerus iam millies τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε — τοῖσι δὲ καὶ μετέειπε — τοῖς — μετέφη. Pariter Eurip. μὴ τὸ κράτος αὔχει δύναμιν ἀνθρώποις ἔχειν Bacch. 310 et οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι τοιοῦτο σκότος —, ἔνθα τὴν φύσιν ὁ δυσγενὴς κρύψειεν ἄν Pelei fr. III, 1 sq. Pariter dicta etiam eorum, quae deinceps enumerabimus, permulta. Cf. *Matth.* et *Pflugk.* ad l. Hec. Est ille, quem nemo grammaticorum recte tractavit, consuetus dativus *societatis*, unde et nobis commode redditur *bei* — *unter* et Graecis saepe vel μετά additur vel ἐν. ὦ φύσις, ἐν ἀνθρώποισιν ὡς μέγ' εἶ κακόν Or. 126. ἐν ἀνθρώποισι κακοῖς νοσοῦντα σύγχυσιν πολλὴν ἔχει Peliad. fr. III; cf. Bacch. 275. Med. 494. 948. οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον Hec. 805; cf. Phoen. 443. fr. inc. tr. V. XXXIX. fr. dub. XXXVI, 1. τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων In. fr. X (V). Med. 471. Saepe de toto hominum genere sermonem esse πᾶς insuper addito significatur. πᾶσιν ἀνθρώποισι φιλότεκνος βίος Phoen. 972; cf. Andr. 419. πᾶσιν ἀνθρώποισι — δαίμων βίον ἔσφηλε Aug. fr. IX (VI), 1. ἔμφυτος πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη Beller. fr. III (IX), 1. πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἥδε — ψῆφος (τοῦ κατθανεῖν) Andr. 1271. ἀνθρώποισιν πᾶσιν αἱ τύχαι μορφὴν ἔχουσι Palam. fr. I (III), 1. τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει Temen. fr. XV. Cf. Andr. 331. 1162.

Hipp. 928. Cress. fr. VIII (VI). Multa praeterea *dativi* exempla. οὐδὲν ἀνθρώποισι τῶν θεῶν σαφές Herc. f. 62. οὐκ ἔστιν οὐδὲν χωρὶς ἀνθρώποις θεοῦ fr. inc. tr. CIV. πολλὰ κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἀνθρώποις πέλει Alcmen. fr. XII (XI). ταύτας — ἀνθρώποισιν θεοὶ τίσεις διδοῦσιν — Melan. fr. XII (III), 9. Ion. 445. τόδε — θεῖον ἀνθρώποις κακόν Chrys. fr. II, 1. πόλλ' ἔστιν ἀνθρώποισιν κακά Antiop. fr. XLII (XXII); cf. Med. 575. οἴνου μηκέτ' ὄντος τερπνὸν οὐδὲν ἀνθρώποις ἔτι Bacch. 773. τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν (ἔρωτα) Aug. fr. III, 4. (πιεῖν καὶ φαγεῖν) Ζεὺς οὗτος ἀνθρώποισι τοῖσι σώφροσιν Cycl. 337. ἐσμὲν (γυναῖκες) ἀνθρώποις κακόν Andr. 273. ἡ δόκησις ἀνθρώποις κακόν Aug. fr. V, 1. διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακόν Alex. fr. XIII (III). κακόν τι βούλευμ' εἰς εὐανδρίαν ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν ib. XV, 2. τί δ' αἰσχρὸν ἀνθρώποισι τἀλλήλων κακά; Suppl. 768; cf. Palam. fr. II, 8. τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν Iph. A. 1250. μέγιστος (Βάκχιος) ἀνθρώποισιν εἰς τέρψιν βίου Cycl. 520; cf. Hel. 1113. τέκνων φίλτρον ἔθηκε θεὸς ἀνθρώποις Alcmen. fr. VII (VI), 2; cf. ib. XVIII (X), 1. Dan. fr. XIII. Dict. fr. IV (VIII), 1 sq. Protes. fr. X. τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν ἡδονὰς ἔχει Polyid. fr. IX (IV); cf. Phoen. 442. Plisth. fr. III. τὸ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ Phoen. 541. θάνατος ἀνθρώποισι νεικέων τέλος Antig. fr. XVII (XVI), 1. νεῖκος ἀνθρώποις μέγα γλῶσσ' ἐκπορίζει Andr. 643. (πειθὼ) τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην Hec. 816. λύπαι — ἀνθρώποισι τίκτουσιν νόσους fr. inc. tr. LXVI. παῖδας φυτεύειν οὔποτ' ἀνθρώπους ἐχρῆν fr. inc. tr. CXLIX. φιλεῖ θοὐμόφυλον ἀνθρώπους ἄγειν Beller. fr. VIII, 3. τὸ ζηλωτὸν ἀνθρώποις fr. dub. VI. Med. 1035. εὐκτὸν ἀνθρώποισι Ion. 642. Praeterea cf. Hec. 488. Med. 517. Bacch. 256. Ion. 449. Sisyph. fr. I, 5. 28. 37. *Accus.* μῦθοι τάδ' ἐς ἀνθρώπους ἤνεγκαν Iph. A. 799. Cf. Meleag. fr. XIII (XVII), 2. Archel. fr. XXIV (XXXI), 1.

II. In singulari vel omnino de uno ex genere humano usurpatur, ut in sol Ζῆν' ἐς εὐνὴν ὥσπερ ἄνθρωπον μολεῖν Antiop. fr. VI (XXX), 3. φθέγμα ἀνθρώπου λαβεῖν Iph. T. 52. ἀνθρώπου φύσις Hec. 296. Or. 3. Antig. fr. II, 2. Phrix. fr. X (XVI), 1; cf. Ion. 239. οἴησις ἀνθρώπου κακοῦ Polyid. fr. XI. ὡς ἄνθρωπος κακός Andr. 1164. ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος Tro. 1206. εὕρηκας ἐπιτυχόντος ἀνθρώπου λόγους Herc. f. 1248: vel cum emphasi dicitur de *homine*, quatenus infirmus est natura et imbecillus (v. s. ἀνήρ I. 2); cuius generis sunt θεοῦ βίον ζῆν ἀξιοῖς ἄνθρωπος ὤν; fr. inc. tr. LXX; cf. Or. 8; et in femin. ἄνθρωπος οὖσα Hipp. 474. οὐδεὶς οἶδεν ἄνθρωπος γεγὼς οὔτ' εὐτυχοῦς ἀριθμὸν οὔτε δυστυχοῦς Chrys. fr. IV; cf. In.

fr. XIV (XX), 2. Alcmen. fr. IV, 1. ὦ δυστυχεῖν φὺς καὶ κακῶς πεπραγέναι, ἄνθρωπος ἐγένου fr. inc. tr. CL.

ἀνθρωποσφαγεῖν, *homines mactare.* πότερα τὸ χρῆν σφ' ἐπήγαγ' ἀνθρωποσφαγεῖν πρὸς τύμβον; Hec. 260. Ita cum plurimis libris, *Thoma Mag. s.* χρῆν et *Eustathio* editores omnes pro vulg. ἀνθρωποκτονεῖν. Librorum consensui quantumvis cedam, non levis tamen relicta dubitatio est. Certe vulgatae ἀνθρωποκτονεῖν et scholiasta favet et versus 262, ubi eadem de re est ἀνταποκτεῖναι, et ipse denique poetae usus, qui nusquam praeterea ἀνθρωποσφαγεῖν vel aliam huius compositi formam, sed bis usurpat ἀνθρωποκτόνος (s. v.). Quare nonnihil suspicor librarios ἀνθρωποσφαγεῖν scribentes *Thomae* et *Eustathio* morem gessisse. V. *Eust.* ad Il. τ'. p. 1179, 38.

ἀνθυβρίζειν, *vicissim iniuria lacessere.* ὅδε γὰρ εἰς ἡμᾶς ὑβρίζει — καὶ γὰρ ἀνθυβρίζομαι Phoen. 623.

ἀνθυπουργεῖν, *mutua officia praestare.* ἀνθυπουργεῖν αἰσχρὰ τοῖσι χρωμένοις Hipp. 999. V. s. χρῆσθαι.

ἀνία, v. ἀνοία.

ἀνῐᾱρός (ἀνία) derivandum ex ἄν priv. et ἰαίνειν (ἰᾶσθαι); quod quum sit *suaviter* s. *iucunde afficere, delectare*, ἀνιαρός est *iniucundus, incommodus, importunus, molestus* (*unbehaglich, lästig, leidig, widrig*), quod Galli dicunt *ennuyant.* Infelicissima, ut solet, derivatio *Dammii* s. ἀνία. τοὔνομα λαβὼν γενναῖον, ἀνιαρὸν δ' ἐμοί Phoen. 1324. λύπην ἀνιαροτάτην Med. 1113. εἴτ' ἠδὺ βροτοῖς εἴτ' ἀνιαρὸν παῖδες τελέθουσι ib. 1095. φίλον τοι τῷ νοσοῦντι δέμνιον, ἀνιαρὸν ὂν τὸ κτῆμ', ἀναγκαῖον δ' ὅμως Or. 230. Iota apud Euripidem quidem semper corripitur, ut in trim. iamb. Or. l. c. Phoen. l. c., in anap. Med. ll. cc. (v. *Davis.* ad Max. Tyr. III. §. 10. *Porson.* ad Phoen. 1334) — estque haec legitima vocis prosodia (v. s. ἰέναι) —; sed reliquis poetis usitatior productio (cf. Soph. Ant. 316 et *Ellendt.* s. v.); quin ea Homero sola consueta et in ἀνιᾶν et in ἀνιηρός. Eamdem prosodiae varietatem in ἀνῐάζειν ῎ἰᾶσθαι ῎ἰαίνειν observare licet. Nec mirum: nam ῑ illud praepositivum sua natura anceps. Alpha vero quum pariter atque in φλύᾱρος sine exceptione longum sit, ἀνι-ηρός et φλύ-ηρος pro primitivis formis habuerim, hae ut fictae sint ad similitudinem adiectivorum λυπ-ηρός νοση-ρός καματ-ηρός πον-ηρός ὀχλ-ηρός. De forma compar. v. *Ellendt.* s. v. *Const. M.*

ἀνίδρυτος, *instabilis, vagus*, (*un-stät*). δρόμοις ἀνιδρύτοισιν ἡλάστρουν μ' ἀεί. (Furiae) Iph. T. 971.

ἀνιέναι (ἄνειμι), *adscendere.* πρόσθε κάτω γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ

δ' ἄνεισ' (*sursum feretur*) εἰς αἰθέρα, πρίν etc. Syl. fr. I (II), 4. *Redire.* πάλιν τῶνδ' ἄνειμί σοι γένος, *ab ultima origine repeto horumce genus*, Heracl. 210. Ineptit hoc loco bene ceteroqui de Herculis genealogia disputans *Barnes.* V. s. ἀνέρχεσθαι et *Pflugk.* ad l.

Ἀνιέναι (ἀνίημι) 1) est *sursum emittere* s. simpliciter *emittere*, ut Bacch. 765. κρήνας ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός. Rhes. 965 Proserpinam rogat Musa ψυχὴν ἀνεῖναι τοῦδε, *ad superas auras remittere.* Dict. fr. I (XVI). δοκεῖς τὸν Αἴδην παῖδ' ἀνήσειν τὸν σόν; Hinc terra στάχυν Σπαρτῶν ἀνῆκεν Phoen. 947. *Exhalare.* Or. 277. πνεῦμ' ἀνεὶς ἐκ πνευμόνων. Phoen. 1447. φύσημ' ἀνεὶς δύστλητον. 2) *Remittere*, quod antea intentum vel constrictum fuerat, *dimittere, relaxare, solvere.* Or. 699. ὅταν ἀνῇ πνοάς, *si ventus s. flatum remiserit, lenius spiret.* Suppl. 1042. φυλακὰς ἀνῆκα. Herc. f. 122. ὥστε πρὸς πετραῖον λέπας πῶλον ἀνέντες, minus intento gressu agentes. Phoen. 1498. στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα, *demittens vestem* antea sublatam et compositam. Sic etiam Andr. 599. πέπλοις ἀνειμένοις. ib. 579. χεῖρας διπτύχους ἀνιέναι, *a vinculis liberare.* Iph. A. 325. σήμαντρ' ἀνεὶς epistolae. Bacch. 448. κλῆδες ἀνῆκαν θύρετρα, *claves* detractae *laxarunt fores.* Hinc etiam Hel. 449. ἄνες λόγον, *remissius loquere.* [Perperam *Pflugk. sermonis copiam fac.* V. s. λόγος. *Const. M.*] ἄνες θάνατόν μοι Andr. 532. *remitte* (erlass) s. *condona mihi mortem.* ὁ νόμος ἀνεῖται Or. 939, *lex vim amisit, soluta est.* ἀνεῖσαν ἡδονήν Ion. 1170, *appetitum* edendi *sedaverunt*, quod est Homericum πόσιος καὶ βρώσιος ἐξ ἔρον ἔντο. 3) *Permittere* (überlassen), *dedere, dedicare, consecrare, devovere*, unde ἄνετος, *consecratus.* V. *Valck.* ad Herod. 2, 65. Huc pertinet Phoen. 954. οὗτος πῶλος τῇδ' ἀνειμένος πόλει, *urbi devotus*; v. *Valck.* ad h. l. 4) *Intrans. remittere, desinere, desistere* (nachlassen). Bacch. 661. χίονος ἀνεῖσαν βολαί, *remiserant, finitae erant.* Cum *genit.* (de al. re) Med. 457. σὺ δ' οὐκ ἀνίης μωρίας. Hipp. 285. οὐ μὴν ἀνήσω γ οὐδὲ νῦν προθυμίας. Cum *part.* (gr. §. 551) Iph. T. 318. οὐκ ἀνέμεν πέτρους βάλλοντες, i. e. οὐκ ἐπανόμεθα. De loco mendoso ὅταν ἀνῇ νόσος Or. 227 v. s. νόσος. *Med.* ἀνίεσθαι, *sese effundere, efferri, exsultare* (sich auslassen, ausschweifen). Hinc part. ἀνειμένος, *effrenatus, insolens, ferox*, nos ubi similiter *ausgelassen.* Andr. 728. ἀνειμένον τι χρῆμα πρεσβυτῶν ἔφυ καὶ δυσφύλακτον. Heracl. 3. ὁ εἰς τὸ κέρδος λῆμ' ἔχων ἀνειμένον, *qui animum habet lucro immodice addictum s. indulgentem, qui ad lucrum faciendum ita fertur, ut coerceri nequeat*; vid. *Elmsl.* ad l. Singularis verbi usus est El. 826. κἀνεῖτο (non plusquamp. sed aorist. 2 med. vid. gr. p. 497) λάγονας, solutis corporis compagibus s. secando *ilia aperie-*

bat. Aug. M. [Hunc ultimum locum suspectum haberem, non propter ipsam verbi notionem, quae est consueta *relaxandi, solvendi (aufmachen;* v. s. 2), sed propter *medii* vim, de qua mihi quidem non liquet, nisi et Homerus Od. β', 300 diceret αἶγας ἀνίεσθαι, i. e. *capras* secando *aperire, excoriare*, et *Hesychius*, licet non accurate, notasset: ἀνιέναι· δέρειν. Forsan Homericum locum ante oculos habens medium ponebat Euripides. Quamquam proci quidem recte dicuntur *capras sibi excoriasse*, at Orestes non sibi, verum Aegistho *ilia solvebat. Const. M.*]

ἀνίερος, *impius.* ἀμφίπολος Ἄρεος ἀνιέρου fr. inc. tr. CXII. *Reisk.* ἀνιαροῦ. Quae fuerit poetae mens, pro certo affirmari nequit. Fortasse *impium* Martem significare voluit, fortasse etiam *expertem sacrorum*, similiter ut in ἀνίερος ἀθύτων πελάνων Hipp. 147 [ubi ἀνίερος activa vi accipiendum μὴ ἱερεύσασα, *quia liba non obtulit.* V. not. ad l. et gr. §. 344, 1. *Aug. M.*].

ἀνικέτευτος, *non supplex.* πάντως μ' ἱκετεύοντες ἥξετ' εἰς ἴσον ἦν τ' ἀνικέτευτος ἦς (i. e. μὴ ἱκετεύσῃς) Iph. A. 1003. Ita rectissime cum *Vossio* et *Matthia Dind.* pro soloeco quod vulgo legitur ε ἴ τ' — ἦς. V. s. εἰ. Activam vero verbalium vim in dubium ne voces, v. *Matth.* ad h. l. ad Hec. 680 et gr. p. 511. V. etiam s. ἄκλαυστος extr.

ἀνίκητος, *invictus.* τὸν ἀνίκατον (Bacchum) ὡς κρατήσων βίᾳ Bacch. 999. ch. V. s. κρατεῖν.

ἀνιστάναι, *extollere, erigere, statuere.* πᾶς ἀνίστησιν πόδα Herc. f. 78, *omnes surgunt.* δμαθέντας ἀνέστη Alc. 125, *resuscitabat*, ut εἴγε μή τις θεῶν ἀναστήσειέ νιν Herc. f. 719. ἀμφήρεις σκηνὰς ἀνίστη Ion. 1129. ἀνίστη τύμβον, *excita tumulum*, Hel. 1260. *Restituere, erigere.* θεῶν ἀνέστησεν μόνος τιμάς Herc. f. 852. ἀναστήσασα ἡμᾶς πιτνόντας Alc. 628. *Intrans. exsurgere, surgere.* κήρυξ ἀναστὰς εἶπεν Or. 883. 915, quod v. 885. 900 est ἀνίσταται. ἀναστᾶσ' ἐκ θρόνων Med. 1163. 1190. πύργος ἀνέστα Phoen. 831, *turris erecta, exstructa est.* ἀνίστασο, *surge*, Hec. 499. ἀνίστασθαί σε χρὴ εἰς Ἄργος Heracl. 59 [v. *Pflugk.* ad l.]. Hinc *tolli, everti* (v. s. ἀνάστασις). πόλις πᾶσ' ἀνέστηκεν δορί Hec. 494, *e sedibus suis convulsa, eversa est.* ἀναστήσεις τρόπαια erat Phoen. 575; sed nunc legitur ἆρα στήσεις. *Aug. M.*

ἀνιστορεῖν, *percontari, sciscitari.* σὲ — ἀνιστορῶ· λέγε — Suppl. 110. ὡς πάνθ' ἅπαξ με συλλαβοῦσ' ἀνιστορεῖς Iph. T. 528. δεσπότης ἀνιστορεῖ, τί χρῆμ' ἀθυμεῖς El. 830. Cf. Rhes. 297. Hipp. 92. Ion. 362.

ἀνίσχειν, *attollere.* Neutralem vim *attolli, assurgere, oriri* habet in ἥλιος ἀνίσχων Phaëth. fr. I, 3.

ἄνοδος. *βάρβαρα φῦλα καὶ δι' ὁδοὺς ἀνόδους στείχων* Iph. T. 888, *vias infelices* (v. gr. p. 1006 et ad Hec. 608) vel *invias*. *Aug. M. V. s.* ἄχαρις.

ἀνόητος, *ratione carens, brutus.* *θηρῶν ἀνόητα γένη* fr. dub. XXXIV, 8.

ἀνοία. Producitur ultima Andr. 521 in anapaesticis. Nec rara ea productio. Vid. *Matth.* gr. p. 184. not. *Goettling.* p. 132. not. 2. Cuius mensurae causa ex ictu quem vocant repetenda est. Videntur enim ἄγνοια ἄνοια alia ictum in prima habere (v. gramm. ap. *Goettl.* l. c. et *Matth.* l. c.), unde sponte consequitur deinceps rursus ultimam ictu notari seu graviore voce pronuntiari. Vicissim quadrisyllaba ut *ἀλήθεια ἀναίδεια ἀσέβεια ἱέρεια συνήθεια ὑγίεια βασίλεια* (*regina*) alia quum ictum in eadem prima habeant, efficitur deinceps penultimam ictu notari, ultimam vero demissiore voce pronuntiari (v. s. *ἀλήθεια*). Iam quum substantiva ex adiectivis in — ης et — ους desinentibus formata ultimam natura brevem habeant (Drac. de metr. 20, 17. 57, 16. Etym. M. 111, 2. 462, 4. Arcad. de acc. 195, 18. Reg. Pros. 77), sic statuo, quadrisyllaba ista et quae sunt eiusdem rationis quinquesyllaba ut *φιλοκέρδεια περιπέτεια* per se constanter brevem habuisse ultimam nec nisi propter positionem quam dicunt metrici vel si ᾱ in ῆ epicorum more dilataretur producta esse, trisyllaborum vero ultimam tum primitivam mensuram retinuisse (*ἄνοιᾰ*) tum propter ictum, quem etiam *arsin* vocant, productam esse (*ἀνοίᾱ*). *Amentia, imprudentia, stultitia.* *κοινὸν ἐξ ἰδίας ἀνοίας κακόν* Hec. 640. *τῆς σῆς ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον* Bacch. 345. *ἀνοία μεγάλη λείπειν ἐχθροὺς ἐχθρῶν* Andr. 521. De incesto amore dicitur *τὴν ἀνοίαν εὖ φέρειν τῷ σωφρονεῖν νικῶσα προὐνοησάμην* Hipp. 398. Sic etiam Oed. fr. IV (I), 2. *ἡ μὴ σώφρων (γυνὴ) ἀνοίᾳ τὸν ξυνόντ' ὑπερφρονεῖ.* De insania dicitur, si vera lectio, Iph. T. 1031. *ταῖς σαῖς* (Orestis) *ἀνοίαις χρήσομαι σοφίσμασιν.* Sed Par. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *ἀνίαις*, quod cum *Markl.* et *Dind.* recepit *Hermannus*, quia „*ἀνίαι* dolores quivis et quaevis mala" sint. Id quidem falsum: nam *ἀνία* nil est nisi *incommodum, molestia, cura, sollicitudo* (v. s. *ἀνιαρός*). Quare, si verum illud, sic interpretandum: *curis, quae te sollicitant* (i. e. culpa parricidii, quae cura te afficit), *ad fallendum utar.* Cf. Pind. Nem. 1, 81.

ἀνοίγειν, ἀνοιγνύναι, *aperire.* *ἀνοιγέτω τις δῶμα* Or. 1561; cf. Phoen. 1075. Tr. 304. *δόμους ἀνοίξας* Herc. f. 330. *πύλας ἀνοίξας* Med. 1313. Iph. T. 100. *δόμος πύλας ἀνοίξας* Hipp. 793. *ἀνεῳγμένας πύλας Ἅιδου* Hipp. 56. *ἀνοῖξαι σιρούς* Phrix. fr. IV. Tralate *ἀνοίξας*

ἃ σὺ κἀκ' εἰργάσω λάθρα Iph. A. 326. ἀνοικτέον τάδε (σύμβολα) ἐστὶ καὶ τολμητέον Ion. 1387. καθαρὰν ἀνοίξαντα κλῆδα φρενῶν Med. 660. μέγας θησαυρὸς ἀνοίγνυται κακῶν Ion. 923. ἐπεὶ δ' ἀνεῴχθη πρᾶγμα μηνυθὲν τόδε Ion. 1563. Ita *Matth.* pro vulg. ἀνῴχθη. De duplicato augmento vid. *Buttm.* gr. §. 84. not. 11. *Matth.* p. 382. not. 1 et p. 533. De stirpe v. s. ἀνώγειν.

ἀνοιδεῖν, *intumescere.* (κῦμα) ἀνοιδῆσάν τε καὶ πέριξ ἀφρὸν πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι Hipp. 1210.

ἄνοικτος, *immisericors.* ἄνοικτος καὶ ἀναιδείᾳ (s. v.) — φίλος Troad. 782. ἄνοικτος ὃς τεκών σε — μεθῆκεν Αἵδᾳ Andr. fr. IV. λυγρὸν πήδημ' εἰς τράχηλον — πεσὼν ἀνοίκτως Troad. 751.

ἀνοιστέος, v. s. ἀναφέρειν.

ἀνοιστρεῖν, *instimulare.* ἀνοιστρήσατε (Λύσσης κύνες) νιν (Bacchas) ἐπὶ τὸν — κατάσκοπον λυσσώδη Bacch. 977.

ἀνόλβιος, *infelix, miser.* ὅστις — εὐλόγως φέρει τὸν δαίμον', οὗτος ἦσσόν ἐστ' ἀνόλβιος Antig. fr. XV. Ita *Scalig.* pro ἔστιν ὄλβιος. De sententia v. *Wyttenb.* ad Plutarch. p. 774.

ἄνολβος, *infelix, infortunatus, miser.* τάνδε γαῖαν εἰς ἄνολβον (Aegyptum) Hel. 254. ἐν ἐσθλοῖς καθήσεσθ' ἄνολβοι fr. inc. tr. CXVII, 2. ὡς ἄνολβον εἶχες ὄμμα — (Menelaus inquit ad Agamemnonem) μὴ νεῶν χιλίων ἄρχων Πριάμου τε πεδίον ἐμπλήσας δορός Iph. A. 354. [In suspicionem venerunt καὶ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς (τοῖς δυσγενέσιν) ἔχει ἄνολβά τ' εἰπεῖν, τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν ἅπαντα ταῦτα· προστάτην γε etc. Iph. A. 447 sqq. Quae si sana, ἅπαντα ταῦτα aut ad sequentia referenda hoc sensu: *aber das ist Alles, was der Grosse hat, dass wir* — (v. *Matth.* ad l.) aut interrogative sumenda sunt: *at nobili num haec sunt omnia? imo* etc. Fatendum tamen et ἄνολβα εἰπεῖν et ἅπαντα ταῦτα nonnihil incommodi habere, ut laeto animo amplectar, quod *Musgr.* verbis ἄνολβα et ἅπαντα transpositis coniecit: ἅπαντά τ' εἰπεῖν — ἄνολβα ταῦτα. Idque ab *Hermanno* quoque receptum. Egregia nunc sententia, in qua δακρῦσαι et προστ. γε τοῦ βίου τὸν ὄγκον (s. v.) ἔχομεν, ἅπαντα εἰπεῖν et τῷ ὄχλῳ δουλεύομεν aptissime opponuntur. *Const. M.*]

ἀνολολύζειν, *exululare,* i. e. *magnum clamorem tollere.* Flebilem s. moestum: *ululare, eiulare.* ποίαν βοὴν ἀνωλόλυξας (auxilium implorans) Troad. 1000. V. *Matth.* gr. p. 408, b. καί τις γεραιὰ — ἀνωλόλυξε Med. 1173; v. s. ὀλολυγή. Laetum s. festum: *ululare, iubilare, exsultare.* ἀνωλόλυξε καὶ κατῆδε βάρβαρα μέλη Iph. T. 1337.

V. *Damm.* et nos s. ὀλολύζειν. [Laetus etiam clamor significatur in πρώτας Θήβας — ἀνωλόλυξα Bacch. 24. Sed ἄνα particulae hic non *intensiva*, verum *localis* notio: *Thebas perululavi*, i. e. *Thebas ululatibus implevi* (*durchjauchzte*, *durchlärmte*). Simillime Statio dicuntur *iuga* et *antra ululata* (*durchheult*). *Const. M.*]

ἄνομβρος, *sine imbre.* ἂν — ποταμοῦ ῥοαὶ καρπίζουσιν ἄνομβρον Bacch. 406. Sic recte *Matth.* pro ἄνομβροι.

ἀνομία, *legum violatio, licentia, effrenatio.* ἀνομία νόμων κρατεῖ, *opprimit leges s. legum pestis est*, Iph. A. 1095. τὴν ἀνομίαν τοῖς νόμοις κατέσβεσε Sisyph. fr. I, 40. νόμον παρέμενος, ἀνομίᾳ χάριν διδούς, *licentiae indulgens*, Herc. f. 779. Sic, ut iam *Scal.* et *Canter.* legendum viderant, nunc etiam *Matth.* e Par. E. G. Flor. 1. 2 rescripsit pro vulg. εὐνομίᾳ. Similiter ἀνομίαν ὀφλισκάνειν Ion. 443; vid. *Herm.* ad l. ἀνομίᾳ θρασύς, *vir effrenatae licentiae*, Iph. T. 275, ut ὁ θεοὺς ἀνομίᾳ χραίνων Herc. f. 757.

ἄνομος, de homine: *leges violans, effrenatus, dissolutus, nefarius.* τὸν ἄθεον ἄνομον ἄδικον Ἐχίονος γόνον Bacch. 993. 1013. De re: *legibus repugnans, illicitus, nefarius.* ἄθεος ἄνομος ἄχαρις ὁ φόνος Andr. 492. ἀνόμων κακῶν Or. 1455. ἀνόμου ἀφροσύνας Bacch. 386, quae v. 374 dicebatur οὐχ ὁσία ὕβρις. ἄνομα πάθεα Androm. fr. VIII. ἄνομα δρῶντα κοὐ δίκαια παῖδας Iph. A. 399. (λέχεα) προλιπὼν ἀνόμως (*contra ius fasque*) πόσις Med. 1000. Similiter ἄνομα τεκεῖν ἐμέ (Iocastam) Phoen. 383.

ἀνόνητος, *inutilis.* ἀνόνητον ἄγαλμ' οἴκοισι τεκών Thes. fr. III. IV (II. III). ἀνόνητον ἔλαβε τὸν Ἑλένας γάμον (Menelaus) Or. 1501. πλοῦτος ἐπακτὸς ἐκ γυναικείων γάμων ἀνόνητος Melan. fr. XVI (IX), 6. *Adv. sine utilitate, frustra.* ἀνόνητά γε — τόνδε (ἔτεκον) Hec. 766; v. *Pflugk.* ad l. ἔτεκες ἀνόνατα Hipp. 1145. ἀνόνατ' ἀνόνατ' ἐνύμφευσας Alc. 414. ὃν ἀνόνητ' ἔθρεψας σοί (Agamemnonem) El. 507. 508. ἀνόνητά γ' ἱκετεύουσαν ἐκσῶσαι βίον Herc. f. 716.

ἀνορθοῦν, *erigere, sublevare, iuvare, restituere.* πειρῶ ἀνορθοῦν (*sustentare*) σῶμ' ἐμὸν κἀγὼ τὸ σόν Bacch. 364. Tralate σὺ γάρ μ' ἀνορθοῖς, ὥστε μὴ ξαμαρτάνειν Suppl. 1227; v. *Matth.* ad l. Ambiguum est quod legitur Archel. fr. VII (V), 2. κακὴ ἀνανδρία οὔτ' οἶκον οὔτε πόλιν ἀνορθώσειεν ἄν, ubi licet *restituere* (*aufhelfen*) interpretari, licet etiam, idque potius videtur, *evehere*, *florentem reddere* (*emporbringen*).

ἀνόροφος, *intectus.* χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις ἀνορόφοις ἧνται πέτραις Bacch. 38. Tacent interpretes. Quamquam ἀνορόφοις vocabulo nihil

umquam corruptius exstitit. Ἐπηρεφέας πέτρας qui ex Homeri Odyssea κ', 131. μ', 59 novit, aegre se continebit quin etiam hoc illas loco commemorari arbitretur. Neque ego ita scribere dubitarem, si quomodo ex ἐπηρεφέας absurdum illud ἀνορόφοις nasci potuerit dispicerem. V. s. ἧσθαι. *Const. M.*

ἀνορχεῖσθαι, *exsultare.* ἀνηλάλαξα κἀνωρχησάμην Suppl. 719.

ἀνόσιος, *impius, nefarius.* De hominibus. ἀνόσιον ξένον Hec. 852. ἀνοσιωτάτου ξένου ib. 790. ἀνόσιός εἰμι μητέρα κτανών Or. 545; cf. 481. 594. 765. Hel. 1060. ἀνόσιος πέφυκας Phoen. 612. ἀνοσίου πατρός Or. 1213. Iph. A. 1319. ἀνδρὸς ἀνοσίου Bacch. 613. Cycl. 347. Κύκλωπος ἀνοσίου Cycl. 261; cf. 377. ἀνοσίων ἀνδρῶν ὕπο Herc. f. 853. ἀνοσίους μιάστορας El. 683. ἀνόσιος γυνή El. 645; cf. Or. 517. μητρὸς ἀνοσιωτάτης Or. 24. De rebus. ποδὶ στείβων ἀνοσίῳ Hel. 875. κρᾶτα ἀνόσιον τεμών Herc. f. 567, ut ἀνόσιον κάρα Or. 481. Cycl. 437. Herc. f. 255. βίον ἀνόσιον ib. 1302. ἀνόσιον φόνον Or. 374. Med. 1305. σφαγαῖσιν ἀνοσίαισιν Iph. A. 1318. ἀνοσίαις σφαγαῖς Troad. 1315. ἀνοσίων προσφαγμάτων ib. 624. ὄλεθρον ἀνόσιον Iph. T. 872. ἀνόσιον γάμον El. 926. γάμους ἀνοσίους Ion. 1093. El. 600. ἀνοσίων νυμφευμάτων ib. 1261. ἀνόσιον μίασμα Herc. f. 1233. ἀνοσίου δαιτός Cycl. 689. δείπνων ἀνοσίων ib. 31. ἀρὰς ἀνοσίους Med. 607. ἀρ. ἀνοσιωτάτας Phoen. 67. ἀνοσίῳ συμφορᾷ Hipp. 814. ἀνόσιον θέαν Herc. f. 323. βρόμον ἀνόσιον ib. 1212. ἔργον ἀνοσιώτατον Hec. 792. Or. 286. Med. 795. ἀνόσια δρῶν Or. 562. ἀν. πράσσων Iph. A. 1105. ἀνόσια εἰργάσω El. 1170. ἀποστεροῦμαι πατρίδος ἀνοσιώτατα Phoen. 496. ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν El. 677. *Aug. M.*

ἄνοσος, *sine morbo;* hinc 1. *non aeger.* ἄνοσον (*sine doloribus*) λοχεύει σ', ὥστε μὴ γνῶναι φίλους Ion. 1596. σὺ δ' ἄνοσος κακῶν ἐμῶν, *non particeps malorum meorum*, Iph. A. 982. 2. *Innoxius.* ταῖς μὲν ἄλλαις ἄνοσος ἦν λοιβὴ θεοῦ (vinum) Ion. 1201.

ἀνόστιμος i. q. ἄνοστος. τὰν ἀνόστιμον τέκνων βίου κέλευθον Herc. f. 431: „*e qua via negant redire quemquam*, i. e. *mortem.*" *Matth.* Imo *liberorum e vita iter, ex quo non est reditio* (*die Reise aus der Welt ohne Heimkehr*). Ut hic βίου κέλευθος, ita Iph. T. 1384 Palladium dicitur τὸ οὐράνου πέσημα. V. *Matth.* gr. p. 832, ξ. *Const. M.*

ἄνοστος, *sine reditu.* Iph. εἰ δ' ἐκλιπὼν τὸν ὅρκον ἀδικοίης ἐμέ; Pyl. ἄνοστος εἴην Iph. T. 751.

ἀνοτοτύζειν, *eiulare.* βοὰν δ' Ἑλλὰς κελάδησε κἀνοτότυξεν Hel. 376. Ita Ald. Brub. Herv. 1, et ita pater in ed. ad usum quotidianum comparata correxit. *Pflugk. Dind. c. Barnes.* ἀνωτότυξεν.

ἄντα, *ex adverso*, *coram*. *εἰσιδεῖν — ἀλόχου πρόσωπον ἄντα* Alc. 880. V. s. *ἀντί*.

ἀνταγωνιστής, *adversarius*. *ἔρωτος ἀνταγωνιστὴν* (*aemulum*) *μέγαν* Troad. 1006.

ἀνταῖος, *adversus*. *ἀνταίαν πνεῦσαι πομπάν* (s. v.) Iph. A. 1324. *ἀπόδος* (*ξίφος*), *ἵν' ἀνταίαν ἐρείσω πλαγάν* Andr. 844. Interpretantur *letale vulnus*; vid. *Valck.* ad Phoen. 1440. Imo plane est quod Latini dicunt *adversum vulnus* (Cic. de harusp. resp. 19. Sall. Cat. extr. Val. Flacc. 4, 184; cf. Curt. 3, 11, 9), i. e. plaga, quae ipsi cordi infligitur (*Bruststich*). Quam *letalem* s. *mortiferam* esse sponte intelligitur. Cf. Soph. Ant. 1308. El. 195. Aesch. Cho. 631. Sept. c. Th. 876. *Const. M.*

ἀντακούειν, *vicissim audire*. *ἅγ' εἶπας ἀντήκουσας* Heracl. 1014; vid. *Matth.* *τάδ' ἀντάκουέ μου* (respondentis) Hec. 321. *κἀμοῦ νυν ἀντάκουσον — πάλιν* Suppl. 569.

ἀντάλλαγμα, *commutatio*. *ἀλόγιστον δέ τι τὸ πλῆθος ἀντάλλαγμα γενναίου φίλου* Or. 1157, *vulgus*, *quatenus commutatur cum honesto amico* i. e. *cum hon. am. comparatum* s. *prae honesto amico*.

ἀνταλλάσσειν, *commutare*. C. *gen.* rei, *unde* commutando *discedis* (v. s. *ἀμείβειν*). *πέπλων λευκῶν μέλανας ἀνταλλάξομαι* Hel. 1094. C. *dat.* rei, *quacum* al. commutas. *δάκρυα ἀνταλλάσσετε τοῖς τῆσδε* (Cassandras) *μέλεσι γαμηλίοις* Troad. 351. *Vicissim permutare* (*dafür eintauschen*). *ὃς νεκρὸν τόνδ' — ἁλῷ γῇ καλύπτων, θάνατον ἀνταλλάξεται* Phoen. 1627, *mercedis loco mortem sibi permutabit*, i. e. *mortem mutuo sibi contrahet*. V. s. *ἀλλάσσειν* p. 132 sq.

ἀνταμείβεσθαι, *respondere*. *ὑμᾶς τοῖσδ' ἀνταμείβομαι λόγοις* Andr. 154. *σὺ δ' ἀντάμειψαί μ', ὅστις ὢν ἐλήλυθας* Phoen. 293. *ἴσως με, κἂν εὖ κἂν κακῶς δόξω λέγειν, οὐκ ἀνταμείψει* Tro. 915. V. s. *ἀμείβειν* p. 153.

ἀντᾶν, *occurrere*. *Ἴων', ἐπείπερ πρῶτος ἤντησεν πατρί* Ion. 802. Corrupta sunt *ἢν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσῃς* Iph. A. 150. De quibus nunc id tantum moneo, vitium in *νιν* latere: hoc enim nec per se aptum nec propter *πομπαῖς* nec propter *ἀντήσῃς*. *Νῦν* vero, quod corrigi facile posset, non minus ineptum. V. s. *ἐξορμᾶν* et *πομπή*. *Obvenire*, *obtingere*. *ἔνθ' ἀντάσω Μενέλᾳ δούλα* Tr. 212. Quae significatio non erat cur addubitaretur a *Matthia*. Primum enim eadem plane ratio est Latini *obvenire* et vernacularum vocum *begegnen* (*gegen*, ob, *ἀντί*), *zustossen*, *zufallen*: quae omnia ut vi sua ad amussim respondent Graeco *ἀντᾶν*, sic etiam usu: omnia enim de locali proprie *occursu* dicta ad ea paulatim transferebantur, quae alicui in vitae cursu *occur-*

runt i. e. *obtingunt.* Deinde *ἀντᾶν* cum genitivo constructum non raro est *participem esse* vel *fieri* (v. *Ellendt.* s. v.). Ut vero *ἀντῶ τινός* est *ich werde einer Sache theilhaftig*, eodem iure *ἀντᾷ μοί τι mir wird eine Sache zu Theil:* eadem enim significatio; persona tantum diversa. *Const. M.*

ἀνταναλοῦν, vicissim perdere. ἵν' ἀνταναλώσωμεν οἵ με προὔδοσαν Or. 1165.

ἀντάποινος, v. s. *ἀντίποινος.*

ἀνταποκτείνειν, vicissim interficere. τοὺς κτανόντας ἀνταποκτεῖναι Hec. 262. Ita etiam Or. 508. 514.

ἀνταπολλύναι, vicissim perdere. τοὺς κτείνοντας ἀνταπολλύναι Ion. 1328. *Pass.* et *med. vicissim perire. ὕβριζ' ὑβρίζων τ' αὖθις ἀντ-απώλετο* Suppl. 743. *μητέρα κατακτὰς αὐτὸς ἀνταπόλλυμαι* Iph. T. 715. *ξύν γε πέρσας αὐτὸς ἀνταπωλόμην* Hel. 105.

ἀνταυγεῖν, relucere facere. [*ὥς τις ἶρις ἀνταυγεῖ σέλας, fulgorem regerit*, fr. dub. XVII.] Tralate *ἄπεχε φάσγανον· πέλας γὰρ δεινὸν ἀνταυγεῖ φόνον, strahlt Mord aus*, Or. 1519.

ἀνταφιέναι, vicissim emittere. σ' ἐκβαλόντ' ἰδὼν δάκρυ — αὐτὸς ἀνταφῆκά σοι πάλιν Iph. A. 478.

ἀντειπεῖν, contra dicere. οὐδὲ — σιγήσομαι δίκαιά γ' ἀντειπεῖν ἔχων Teleph. fr. V (XVI), 1. *οὐδεὶς πρὸς τάδ' ἀντείποι βροτῶν* Iph. A. 1210. *ἆρ' ἔχοιμεν ἀντειπεῖν ἔπος;* ib. 1391. V. s. *ἄν* II, 2. *μηδὲν ἀντείπητε* El. 361, *ne repugnetis.* V. s. *ἀντερεῖν.*

ἀντεμμάσσασθαι Peliad. fr. XII. V. *Matth.* p. 255.

ἀντερᾶν, vicissim appetere. ἐρῶντί γ' ἀντερᾷς ἵππων ἐμοί, una cum me, Rhes. 184.

ἀντερείδειν, obiicere (*entgegenstrecken — stämmen*). *καὶ παρηγγύων* (Thebani) *κελευσμὸν —: θεῖν', ἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ* Suppl. 702. V. s. *ἐρείδειν.*

ἀντερεῖν, contra dicere. οὐδεὶς ἀντερεῖ (*obloquetur*) *βουλεύμασι* Hipp. 402. Notandae praeterea formulae: *τίς ἀντερεῖ, οὐδεὶς ἀντερεῖ*, quas commode plerumque verteris *sine controversia, sine dubio, omnino. κακῶς πέπρακται πανταχῇ· τίς ἀντερεῖ;* Med. 364. *γυναικὸς ἐσθλῆς ἥμπλακες· τίς ἀντερεῖ;* Alc. 1086, ut ib. 618. *ἐσθλῆς γὰρ — οὐδεὶς ἀντερεῖ — καὶ σώφρονος γυναικὸς ἡμάρτηκας.*

ἄντεσθαι (*ἄντα*) proprie est *obviam ire, occurrere, obsistere*, hinc alicui *obsistere* vel *sese obiicere* (*den Weg vertreten*) ad preces faciendas, i. e. alicui *supplicare*, aliquem *orare, obsecrare. Hesych. ἄντομαι· ἄντα ἱκετεύω.* Sic enim optime *Heinsius* pro vulg. *πάντα. ἱκετεύω.* Plerumque adnectitur id, *per* (*πρός*) *quod* quis aliquem obsecrat. *ἄντο-*

μαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος γονάτων τε τῶν σῶν ἱκεσία τε γίγνομαι Med. 709. ἀλλ' ἄντομαί σε — χεροῖν καὶ πρὸς γενείου Heracl. 227. V. *Pflugk.* ad l. Sic etiam Suppl. 278. Iph. A. 1247. Hinc πρός σε τοῦ σπείραντος ἄντομαι Διός Alc. 1101. ἄντομαί σε Δία καλοῦσ' ὁμόγνιον Andr. 922.

ἀντέχειν, *occupare* (obcapere Ov. Met. 3, 48), *tenere* s. *prehendere* aliquid *ob*iectis (ἀντί) manibus, i. e. *apprehendere*, *comprehendere*, omnino *tenere*. Scilicet ἀντί in talibus compositis ut πρός et ἐπί accurate respondet vernaculis particulis *be* — (*berühren*) *an* — (*anfassen*) *er* — (*ergreifen*) *zu* — (*zugreifen*). Haec omnia enim quum indicent eum, qui rem aliquam agat vel tractet, illi *obverti* s. *adverti* (v. s. ἀντί), *incumbere*, *operam dare*, *studere*, hinc verbis, quibuscum consociantur, *studii* et *intentionis* notionem addunt eorumque vim augent atque intendunt. A manibus autem ad animum translatum ἀντέχειν est *perstare* s. *persevcrare* in aliqua re et intransitivo sensu *permanere*, *perdurare*, *obdurare*, nos ubi prorsus ita *anhalten*. V. *Stallb.* ad Plat. Rep. VI, p. 35. ἕστ' ἂν αἰῶν οὐμὸς ἀντέχῃ Alc. 338. *Med. sese tenere* s. *sustinere* re aliqua *apprehensa*, i. e. *sese applicare* ad aliquid, *adhaerere*, *inniti* al. rei, plane quod nos *sich an etwas anhalten — anklammern*. τί — ἀντέχει πέπλων νεοσσὸς ὡσεὶ πτέρυγας εἰσπιτνῶν ἐμάς; Tr. 745; cf. ib. 722. Ion. 1404. Similiter ἀντέχου θυγατρός Iph. A. 1367, *tene* s. *retine filiam*. Tralate ἀλάτας καὶ ἐμᾶς χθονὸς ἀντεχομένους (*terrae meae in sinum confugientes* vel *in fidem se conferentes*) βιαίως ἕλκεις Heracl. 366. *Dind.* et *Herm.*, ut duo evadant choriambi, ἀντισχομένους et in str. μεγαληφορίαισιν. Non opus. Metrum idem quod vv. 360. 361. 369. 370, nisi quod bis pro una longa duae sunt breves. Similiter μὴ νῦν ἔτ' οἴκτων ἀντεχώμεθα Ion. 970, *iam ne lamentis indulgeamus*. τοῦ κέρδους ἀντέχεσθαι Soph. Creus. fr. IV, 1. Simillime et nos *an etwas hängen*, *es mit etwas halten*, et Latini *adhaerescere* (cf. Cic. Acad. 4, 3. Off. 1, 25). De genitivo falso a grammaticis explicato v. s. ἐκ et ἔχειν. *Const. M.*

ἀντήλιος. Meleag. fr. XXII (XXI) apud *Matth.* p. 232. τίς — ἀντήλιον πρόσωπον ἐκφαίνει θεῶν; Ion. 1550. Sic recte *Dind.* cum Vict. pro vulg. ἀνθήλιον. Male enim quidam existimarunt Euripidem in hoc vocabulo a reliquis poetis recessisse non reputantes antiquiorem verbi ἥλιος formam leni spiritu pronuntiatam et ab Atticis demum deflexam et aspiratam esse (v. s. ἥλιος). Cf. *Lobeck.* ad Soph. Ai. 805. *Blomf.* gl. Aesch. Ag. 502. *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 399. Nec necessarium ἀντήλιος in loco Ionis cum Hesychio interpretari ὁ ἴσος καὶ ὅμοιος ἡλίῳ φαινόμενος, i. e. *solis instar splendens*. Nam ex propria verbi notione *soli oppositus* s. *expo-*

situs sponte manat significatio *sole collustratus, solari luce perfusus* (*lichtumflossen*). Aptissime vero Minerva dicitur aetherea luce circumfusa in conspectum venire. V. Hom. Od. τ', 37—44.

ἀντήρης stirpem ducit ab ἄρω (*apto, iungo*) ut ἀμφήρης (s. v.) ἀγχήρης εὐήρης, alia; cf. *Goettling.* l. c. p. 325. Est igitur proprie *ex adverso aptus s. iunctus* diciturque de partibus quae ex adverso sibi mutuo respondent et vel conveniunt (*konvergiren*) vel in contrarium discedunt (*divergiren*). Hinc omnino *oppositus, adversus, contrarius*, ut de pugnantibus. *Hesych.* ἀντήρη· τὸν ἐξ ἐναντίας ἀντιπαρατεττόμενον. γένοιτ' ἀδελφὸν ἀντήρη λαβεῖν καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης ἑλεῖν Phoen. 761. δός μοι κτανεῖν ἀδελφὸν ἀντήρη, δ' ἐμὴν καθαιματῶσαι δεξιὰν νικηφόρον ib. 1376. *E regione situs, contrarius.* τὰν Αἰτναίαν Ἡφαίστου Φοινίκας ἀντήρη χώραν Tr. 221. De Iph. A. 224 v. s. καμπή. De dorismo recte iudicat *Ellendt.* in lex.

ἀντηρίς proprie est *id quod ex adverso iungitur* (v. s. ἀντήρης) sive *opponitur*, ne quid ruat, ἀντέρεισμα, imprimis *fulcrum, columen. Hesych.* ἀντηρίδες· τὰ ἀντερείδοντα ξύλα ἢ λίθινα κατασκευάσματα. Huc pertinere videntur obscura ceteroquin et corrupta verba κρήμνη σεαυτὴν ἐκ μέσης ἀντηρίδος fr. inc. tr. CCXII, *de medio columine.* Deinde ἀντηρίς est *quidquid reprimit s. inhibet s. sustinet* impetum ac vim vel rei vel bestiae vel hominis. Hinc de *frenis* dicitur, qui equi vim coërcent. αἱ ἵπποι ἔρεγκον ἐξ ἀντηρίδων Rhes. 785, *e frenis* i. e. ex ore frenis compresso. Ita non opus Musgravii coniectura quamvis speciosa ἐξ ἀρτηριῶν. *Const. M.*

ἀντηχεῖν, *occinere.* ἀντάχησ' ἂν ὕμνον ἀρσένων γέννᾳ Med. 426. ἀντηχήσατε παιᾶνα τῷ κάτωθεν — θεῷ Alc. 425.

ἀντί (ἄντα, ἄντην) pariter atque ἀμφί ex ἄνα ortum inserto ι dativi (ἀν-τ-ι), quam adverbiorum terminationem tractavimus s. ἀμοιχθεί p. 164. Et ἀντί quidem eam sibi sumsisse primitivi vim, qua *recessum* s. *reversionem* indicat (v. s. ἀνά, 3), facile cognoscitur e compositis ἀντιστρέφειν i. e. *revertere*, ἀντίτυπος i. e. *reciprocus*, ἀντίπαλος i. e. *reluctans*, ἀντιλέγειν i. e. *reclamare.* Sed novos flores misit novus surculus. Quum enim qui recedit s. revertitur iis iam *advertatur*, abs quibus procedens aversus erat, hinc ἀντί significare coepit *adversus, ex adverso, e regione, contra* (*entgegen*); v. *Matth.* gr. p. 1327. Qui usus originem dedit Latino *ante:* quod enim Graecis ἀντὶ ὀφθαλμοῖν, id Latinis est *ante oculos.* Inde transfertur ad *comparationem* diciturque de rebus, quae sibi invicem *ex adverso* tenentur s. ponuntur (*gegen einander gehalten werden*) i. e. *conferuntur, com-*

ponuntur, comparantur (prae). Huc pertinet θεοῖσι ἄντα ἐφῶκει Hom. Il. ω', 630, i. e. *diis ex adverso s. contra deos positus (den Göttern gegenüber) par erat.* Huc etiam trahenda formula ἓν ἀνθ' ἑνός, pro quo dicitur etiam ἓν πρὸς ἕν, ἓν παρ' ἕν (v. Interprr. ad Greg. Cor. p. 264. *Ast.* ad Plat. Leg. p. 81). Quod proprie est: *si alterum cum altero compararis, singulis inter se comparatis, Eins gegen das Andere gehalten.* Parum perspecte de his *Stallb.* ad Plat. Phil. p. 216. Rep. I. p. 20. Atqui *comparari* non possunt nisi quae tamquam *aequa* quodammodo seu *paria* cogitantur. Itaque frequens ἀντί in *aequiparatione*, quum alterum *aeque atque* alterum s. *instar locove* alterius s. *pro* altero esse dicitur (*so gut wie*), ut in ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνος τέτυκται Hom. Od. Θ', 546 (cf. Il. ι', 116) et in compositis ἀντιάνειρα ἀντίθεος ἀντιτάλαντος. Atque hinc facile reliquae notiones profluunt, *permutationis, pretii, remunerationis,* quin etiam *causae.* Omnino mirifice respondet Latino *ob*, in compositis praecipue vocabulis. Id enim, quod eiusdem originis est atque ὕπερ, *super, über, ob, up, auf*, plane ut ἀντί proprie *superum* vel *adversum situm (gegen über, gerade über)* indicans etiam *causae* deinceps indicandae potestatem suscepit. Et cum *genitivo* quidem ἀντί eadem de causa qua aliae voces vel regionem vel rationem indicantes iungitur. Scite enim Graeci in talibus alterum *ex* altero metiuntur, ut, si dicunt ἀντὶ — πρὸ — ὑπὲρ (ἄνω) — ἐγγὺς (πέλας, πλησίον) τῆς πόλεως, sic illa cogitant: *ex urbe* si regionem metiris vel *ab urbe* si proficisceris *(von der Stadt ausgegangen) contra — ante — supra — prope.* Huc omnia pertinent, de quibus egit *Matth.* in gr. §. 337—342. *Const. M.*] 1) Quum alterum in alterius locum succedit: *pro, loco, anstatt, für.* ἦδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή Hec. 280. τάδ' ἀντὶ παίδων καὶ γαμηλίου λέχους προσφθέγματα — πάρα Or. 1050; v. s. ἀμφί p. 177. ἀντὶ νικητηρίων πικρῶς ἐδούλευσα Tr. 963, i. e. *tantum abfuit ut victoria potirer, ut acerbam servitutem subirem.* Omnino in permutatione. Ἑλλάδ' ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς κατοικεῖς, *relicta barbaria Graeciam habitas*, Med. 536. δέσποινα, ἣν ἀντὶ σοῦ θαυμάζομεν ib. 1144. οὔποτε κεκλήσει δυσσεβὴς ἀντ' εὐσεβοῦς Hel. 1035. δύο ἀντὶ μιᾶς Αἴδης ψυχὰς σύνεσχεν ὁμοῦ Alc. 903. ἀντὶ τῶν πρὶν ὀλβίων φρονημάτων πτῆξαι ταπεινὴν Andr. 164. μνημεῖά γε (κόμας) ἀντὶ σώματος τοὐμοῦ Iph. T. 821. γενοίμαν ἀντὶ σοῦ νεκρός Hipp. 1410. σὺ νῦν γενοῦ τοῖσδ' ἀντ' ἐμοῦ μήτηρ τέκνοις Alc. 378. οὐ σὺ νεκρὸν ἀντὶ σοῦ τόνδ' ἐκφέρεις; ib. 719. Porro πέπλους ἀμείψας' ἀντὶ ναυφθόρου στολῆς Hel. 1398. ἀντὶ κέδρου περιβόλων τε λαΐνων ἐν τῇδε (ἀσπίδι) θάψαι παῖδα Tr. 1141, i. e. ἀντὶ τοῦ ἐν κέδρῳ — θάψαι. ἀντὶ εὐίων βακχευμάτων ποίμνας Κύ-

κλωπος ποιμαίνομεν Cycl. 25. ὃς (Hector) σε πολλάκις δορὶ ναύτην ἔθηκεν ἀντὶ χερσαίου κακόν, e terra in naves te fugavit, Andr. 467; v. *Pflugk.* ad l. οἶκον κατασχεῖν τὸν σὸν ἀντὶ σοῦ θέλω Andr. 198; cf. 199. El. 1091. 92. Interdum nomen cum ἀντί iunctum designat id quod fieri debuit, sed factum non est. εὐψυχίαν ἔσπευσας ἀντ' εὐβουλίας Suppl. 161. εἰς ξυμφορὰν γὰρ ἀντὶ τἀγαθοῦ φέρει Hel. 318, i. e. ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ ἀγαθὸν φέρεσθαι, qua de brachylogia v. *Fritzsch.* Qu. Luc. p. 108. Ponitur etiam post ἄλλος; vid. gr. §. 366. not. 1. *Pflugk.* ad Eur. Hel. 574. οὐκ ἐσθ' ὅδ' ἄλλος ἀντὶ σοῦ παιδός Herc. f. 519. ἄλλην τιν' εὐνὴν ἀντὶ σοῦ στέργει πόσις Andr. 908; cui simile est κοὔτις ἀντὶ σοῦ ποτὲ τόνδ' ἄνδρα νύμφη Θεσσαλὶς προσφθέγξεται, *pro te s. praeter te*, Alc. 331. οὐκ ἔστιν ἄλλη σή τις ἀντ' ἐμοῦ γυνή Hel. 580. Cf. Hipp. 382. Et post comparativum. ὁ γὰρ χρόνος μισθησιν ἀντὶ τοῦ τάχους κρείσσω δίδωσι Suppl. 419. V. gr. §. 450. not. 1. *Stallb.* ad Plat. Gorg. p. 114. Utrumque iunctum in ἀντὶ πυρὸς πῦρ ἄλλο μεῖζον — αἱ γυναῖκες Hipp. fr. VII, 1. 2) Saepe pretio indicando inservit: *pro, für, gegen, um den Preis von.* σὺ τὸν αὑτᾶς ἔτλας πόσιν ἀντὶ σᾶς ἀμεῖψαι ψυχᾶς (*um den Preis deines Lebens*) ἐξ Ἅιδα Alc. 463. Sic etiam ib. 283. Erechth. fr. XVII (I), 51. Hinc 3) in remuneratione, quum aliud pro alio datur praemii vel poenae loco. ἀντιτείνειν νήπι' ἀντὶ νηπίου Med. 891. λαβεῖν χρή μ' ἀντὶ τοῦδε τοῦ κακοῦ ἄδικόν τι παρὰ σοῦ Or. 645; cf. ib. 650. Cycl. 699. τοιγάρ με πολλαῖς μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα ἔθηκας ἀντὶ τῶνδε, *pro his beneficiis*, Med. 510. ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομεν ἀντὶ τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου ib. 1383. ἀντὶ τῶνδε τῶν κακῶν τιμὰς μεγίστας δώσω Hipp. 1423. πόσιν τρέμουσα, μὴ 'ντὶ τῶν δεδραμένων ἐκ τῶνδε — δωμάτων ἀποσταλῇ Andr. 809; cf. 1059. χάρις ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω Hel. 1250. χθὼν ἀντὶ καρποῦ καρπὸν ἀντὶ θ' αἵματος αἷμ' ἣν λάβῃ βρότειον, ἕξετ' εὐμενῆ γῆν Phoen. 944. ὡς σφαγαῖσι Διονύσου πέτρας δεύσειε διοσὰς παιδὸς ἀντ' ὀπτηρίων Ion. 1127. ἐγὼ δὲ δράσω σ' ἀντὶ τῶν λόγων κακῶς Herc. f. 239. ἀντὶ χρηστῶν λόγων ξενίων κυρήσετε El. 358. Similiter ἀλλ' ἀντὶ τῶν σῶν καὶ πόλεως μοχθημάτων πρῶτον λάβ' ὅρκον Suppl. 1187. ἐγὼ τάσδε — ἀντὶ παιδὸς ἣν ἀπώλεσα (*als Ersatz für*) σμικρὸν γέρας κέκτημαι El. 1002. Hinc 4) *causam* significat. Huc pertinet ἀνθ' ὅτου, propr. *cuius rei rependendae causa*, i. e. *cur*; v. gr. p. 1327. Pariter nos: *für was.* Hec. 1131. ἀνθ' ὅτου πάσχεις τάδε; Et, ubi simpliciter causa indicatur, ἡ δ' αἰτία τίς; ἀνθ' ὅτου κτείνει πόσιν; Iph. T. 926. τί καίνεις μ'; ἀντὶ τοῦ; Andr. 388. ἀνθ' ὅτου δ' ἔκτεινά νιν ἄκουσον Hec. 1136, propr. *cuius rei consequendae causa* vel *quod praemium mihi propo-*

nens. σὲ κἀμὲ — οὐδὲν θεοὺς δράσαντας, ἀνθ' ὅτου θανεῖ, *cuius in poenam*, Alc. 247. *Aug. M.* [Ἀντί cum ἀμφί (s. v. p. 180) anastrophen non pati grammaticorum omnium praeceptum est: verum an falsum, in medio relinquimus.]

ἀντιάζειν, *orare, obsecrare.* ἀντιάζω σ' ἱκέτις ἐξειπεῖν τάδε Ion. 1119; cf. Andr. 573. Alc. 402. ἀντίασον γονάτων ἔπι χεῖρα βαλοῦσα Suppl. 272. ἀντίαζε καὶ λόγους πειστηρίους εὕρισκε Iph. T. 1053. V. s. ἄντεσθαι.

ἀντιβαίνειν, *pedem opponere* (*den Fuss gegen etwas setzen — stemmen*), obniti. πλευραῖσιν ἀντιβᾶσα τοῦ δυσδαίμονος Bacch. 1124. Tralate *obniti, reluctari.* ἣν ἀντιβαίνῃ — Iph. A. 1016.

Ἀντιγόνη, n. pr. τὴν μὲν Ἰσμήνην πατὴρ ὠνόμασε, τὴν δὲ πρόσθεν Ἀντιγόνην ἐγώ Phoen. 58. Cf. ib. 764. 1582. Compellatur ib. 1270. 1333. 1474. 1485. 1630.

ἀντιδέρκεσθαι, *obtueri, ex adverso intueri, exspectare.* ὃς μένων βλέπει τε κἀντιδέρκεται δορὸς ταχεῖαν ἄλοκα Herc. f. 163, *hastae velocem sulcum*, h. e. *hastam aëra velociter sulcantem s. secantem:* inepta enim *Barnesii* explicatio a fratre s. ἄλοξ apposita. Ceterum ἀντιδέρκεται in medio positum: nam *accus.* pendet e βλέπει. *Const. M.*

ἀντιδέχεσθαι, *vicissim accipere.* φίλας χάριτας ἔδωκα κἀντεδεξάμην Iph. A. 1222.

ἀντιδιδόναι, *vicissim dare.* Iph. T. 737. ἦ κἀντιδώσεις τῷδε τοὺς αὐτοὺς λόγους; Herc. f. 481. νύμφας ὑμῖν Κῆρας ἀντέδωκ' ἔχειν. Impr. ad referendam gratiam. Hec. 272. ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ' ἀπαιτούσης ἐμοῦ, ἄκουσον. ἀντιδοῦναι χάριν Heracl. 221. 1337. δεινὰ δ' ἀντέδωκέ σοι El. 957. *In locum* alicuius s. *pro* al. *dare.* ἀντιδοῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα ψυχῆς Alc. 341; cf. 959. ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου Iph. T. 28. 783. ἀντέδωκ' εἴδωλον Hel. 689. In permutandis mercibus. Cycl. 138. σὺ δ' ἀντιδώσεις χρυσὸν πόσον; cf. 164. 191. *Aug. M.*

ἀντιδουλεύειν, *vicissim servire.* τοῖς τεκοῦσι δύστηνος ὅστις μὴ ἀντιδουλεύει τέκνων Suppl. 362.

ἀντιδρᾶν, *rependere.* γενναῖα παθόντες ὑμᾶς ἀντιδρᾶν ὀφείλομεν Suppl. 1178.

ἀντιδωρεῖσθαι, *vicissim donare, reddere.* θεοί σοι ἐσθλῶν ἀμοιβὰς ἀντιδωρησαίατο Hel. 158.

ἀντικηδεύειν. ἐγὼ δέ σ', ὥσπερ καὶ σὺ πατέρ' ἐμόν ποτε, — ἀντικηδεύω πατρός Ion. 734, i. e. *aeque ac patrem te colo.* Genitivi eadem atque post simplex ἀντί ratio. V. s. ἀντί in.

ἀντικηρύσσειν, *vicissim renuntiare.* οὐδὲν τοῖσδ' ἀντεκήρυξεν λόγοις, *respondit*, Suppl. 673.

ἀντικλάζειν, *per vices cantare.* αἳ δὲ — Βακχεῖον ἀντέκλαζον ἀλλήλαις μέλος Bacch. 1055, *Bacchicum cantum canentes sibi invicem respondebant.* Intrans. *resonare.* κραυγὴ — πέτραισιν ἀντέκλαγξεν Andr. 1146.

ἀντιλάζεσθαι (in tertia praes. med. in infinit. et imperf. etiam ἀντιλάζυται etc.), *apprehendere, capessere,* id quod ἀντιλαμβάνεσθαι. Et ἀντί quidem hic vim videtur habere adverbii ἄντα, ut proprie sit *prehendere* quod *oppositum* vel *coram positum* est. [Eadem praepositionis ratio ac vis quae in verbo ἀντέχειν, ubi vide. Cf. etiam ἀνθάπτεσθαι. *Const. M.*] οὗ νῦν ἀντιλάζομαι χερί Iph. A. 1227. ἥ δ' ἀντιλάζυτο (τοῦ πατρός) Med. 1216. Similiter Iph. A. 1109 οὗ σοι καιρὸς ἀντιλάζυται est *quod praesens rerum status faciendum monet*: nam καιρός *prehendit* id, quod ipsi accommodatum est et ab eo postulatur. Hinc ad labores et opera translatum est *aggredi, capessere, suscipere, attingere.* Unde, quum duo eumdem suscipiunt laborem, sponte redundat *una suscipiendi, una subeundi, iuvandi* notio. V. *Damm.* s. v. ἀντιλάζου πόνων Or. 452. Cf. 751. *Vicissim accipere.* Suppl. 363. ἀντιλάζυται παίδων παρ' αὐτοῦ τοιάδε. *Aug. M.*

ἀντιλαμβάνειν, *loco* alicuius *accipere.* χρυσοῦ δώματα πλήρη τᾶς ἥβας ἀντιλαβεῖν Herc. f. 646. *Vicissim accipere.* σώφρον' ἀντιλήψεται Andr. 742, *responsum moderationis plenum vicissim accipiet.* ἔργοισι δ' ἔργα διάδοχ' ἀντιλήψεται ib. 744. [*Capere s. prehendere obiectis* (ἀντί) manibus, i. e. *occupare, apprehendere, comprehendere, arripere* (v. s. ἀντέχειν). Qua vi usitatius *medium,* quatenus actio *capiendi* in *capientis s. subiecti* commodum redundat (*sibi capere s. prehendere*). *Const. M.*] οὐκ ἀντιλήψεσθε; Troad. 464, *nonne manum iniicietis* (*zugreifen*), *nonne prehendetis* et prehensam sustentabitis, ne cadat? *Aug. M.*

ἀντιλέγειν, *contra dicere.* φιλῶ πόλιν τήνδ'· οὐδὲν ἀντιλεκτέον Heracl. 975. ἄρξομαι λέγειν, ὅθεν μ' ὑπῆλθες — ὡς διαφθερῶν κούκ ἀντιλέξοντα Hipp. 993. Recte *schol.* ὡς ἀπολογίαν μὴ ἔχοντα πρὸς τὰ ἐγκληθέντα. V. *Matth.* ad l.

ἀντίλογος, *contrarius.* τὰ θεῶν — αὖθις ἐκεῖσε καὶ πάλιν ἀντιλόγοις πηδῶντ' ἀνελπίστοις τύχαις Hel. 1156. V. *Matth.* ad l.

ἀντιμηχανᾶσθαι, *contra moliri.* Ζεὺς ἀντεμηχανήσαθ' οἷα δὴ θεός, occurrens Iunonis consilio, Bacch. 291.

ἀντίμολπος. καί τις — ἀνωλόλυξε —· εἶτ' ἀντίμολπον ἦκεν ὀλολυγῆς μέγαν κωκυτόν Med. 1176. V. s. ὀλολυγή.

ἀντίος, *adversus.* ἀντί' ἅρμαθ' ἅρμασιν Suppl. 667. ναῦς ἀντίας Ἕλλησίν Ion. 1160. C. *genitivo* [de cuius ratione v. s. ἀντί; neque alia genitivi natura, ubi cum ἐναντίος ἀντίστροφος (*Matth.* gr. §. 366.

not. 2) αντίπαλος (s. v.) coniungitur. *Const. M.*]. ὡς κάπροι — γυναικὸς ἀντίοι σταθέντες Or. 1461. *Contrarius.* τούτοις ἀντίαν γνώμην ἔχω Suppl. 198. Hinc *Herm.* Suppl. 466 σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δ' ἐναντία optime correxit ἐμοὶ δὲ τἀντία. Vid. eumdem Praef. ad Suppl. p. XIV et *Matth.* ad l. Recēpit *Dind.*

ἀντίπαλος, *adversarius, infestus.* γίγαντ' ἀντίπαλον θεοῖσιν Bacch. 544; cf. Phoen. 803. *Contrarius.* ὑμεναίων γόος ἀντίπαλος Alc. 925. De genitivo v. s. ἀντίος. πάντα τἀκεῖθεν ἐνθάδ' ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖσε διπτύχῳ γλώσσᾳ — τιθέμενος Troad. 285. Hinc *id quod par est s. ex altera parte respondet,* ἀντίστροφος. ὃ δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον (Cereri) ὁ Σεμέλης γόνος Bacch. 278; v. *Matth.* ad l. et Nonnum XLV, 101. Similiter ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους (Helena) Iph. T. 446, *poenas dans* delicto s. culpae *respondentes, pares* (Ov. Trist. 2, 578. Cic. Leg. 3, 30): „iustum nempe esset Helenam, cuius causa Iphigenia ad aram ducta est, ab eadem immolari." *Barnes. Aequiparans,* ἰσόῤῥοπος. βάρος ἀντίπαλον δακρύοις συναμιλλᾶται Herc. f. 1205. Quo de loco v. s. βάρος.

ἀντίπηξ, *arca.* [Nominativus non nisi in grammaticorum scriptis invenitur. V. *Valck.* ad Adoniaz. p. 334. *Aug. M.*] *Hesych.* ἀντίπηγα· κίστην· Εὐριπίδης Ἴωνι· ἤγουν ἀγγεῖον. Dicitur de arca, in qua expositus erat Ion infans. ὁρῶ παλαιὰν ἀντίπηγα — ἐν τῇδέ σ' ἔλαβον (Pythia) νεόγονον βρέφος ποτέ Ion. 1338; cf. 1380. *Arca* nempe fuit seu *cista* corbi similis et e virgis ita composita, ut virga virgam, pars partem *fulciret* ac *sustineret* (ἀντί). V. s. ἀντηρίς. E virgis autem contextam fuisse haec declarant: κύτος εἰλικτὸν ἀντίπηγος ib. 40. περίπτυγμ' ἀντίπηγος εὐκύκλου ib. 1391, cuius sunt πλέγματα Ib. 1393. Cf. ib. v. 19.

ἀντίποινος. Dicitur plerumque in neutr. plur. estque i. q. ποινή, *remuneratio, talio, poena:* nam ἀντί nonnisi auget *vicissitudinis* notionem ipsi iam voci subiectam: nisi ex ἀντὶ ποινῆς conflatum mavis, quod minime spernendum (v. *Buttm.* lexil. I. p. 175, 3). θοίναν — θηρῶν τιθέμενος ἀρνύμενος λώβαν, λύμας ἀντίποιν' ἐμᾶς Hec. 1074, *haec ut sit poena mutilationis meae.* V. *Pflugk.* ad l. ἀντίποινα δ' ἐκτίνων τόλμα διδούς γε τῶν δεδραμένων δίκην Herc. f. 755.

ἀντιπορθεῖν, *vicissim vastare.* ἀντιπορθήσω δόμους ποινὰς — λαβοῦσα Troad. 359.

ἀντίπορθμος, *e regione freti* i. e. *in contraria freti parte s. trans fretum situs.* Καλυδὼν ἥδε γαῖα Πελοπίας χθονὸς ἐν ἀντιπόρθμοις πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα Meleag. fr. II (I), 2. ἀντίπορθμα

δ' ἠπείροιν δυοῖν πεδία κατοικήσουσιν, Ἀσιάδος τε γῆς Εὐρωπίας τε, Ion. 1585.

ἀντίπορος i. q. ἀντίπορθμος. ἅ νιν ἔβασεν Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον (Ἀσίας) Med. 210. Iph. A. 1493 Ἄρτεμις dicitur Χαλκίδος ἀντίπορος, *Chalcidis e regione habitans, littora Chalcidi opposita* i. e. Aulidis vel Boeotiae *frequentans*. V. *Barnes.* ad l. et *Spanhem.* ad Callim. Dian. 188.

ἀντίπρωρος, prop. *id cuius prora s. antica pars adversa s. contraria est*, hinc omnino id *quod ex adverso est, adversus, contrarius.* δαΐοις πυρὰ κατ' ἀντίπρωρα ναυστάθμων δαίεται Rhes. 136, *ante navium stationes.* V. s. ἀντί in. ἀντίπρωρα (*adversa*) σείοντες βέλη El. 846. Cf. Virg. Aen. II, 162. Metaphoram a nave sumtam infesto rostro incurrente monet *Ellendt.* in lex. De scriptura ἀντίπρῳρος v. s. πρῶρα.

αντίπυργος. χερμάδας ἔῤῥιπτον ἀντίπυργον ἐπιβᾶσαι πέτραν Bacch. 1095, „*turri altitudine parem.*" *Aug. M.* Aliter cum *Brodaeo Barnes.*, quem vide.

αντισηκοῦν, alterum *contra* alterum s. *ad* alterum *librare, pensare*, i. e. alterum alteri *exaequare.* ἀντισηκώσας δέ σε φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας Hec. 57, i. e. σηκώσας σε ἀντὶ τῆς πάροιθ' εὐπραξίας φθ. θεῶν τις, quod ante simpliciter dixerat poeta: πράσσεις κακῶς ὅσονπερ εὖ ποτέ, *ein Gott legt nun dein Unglück gegen dein früheres Glück in die Wagschale.* Ἀντισηκοῦν docte explicuit *Coraës* ad Is. p. 37. V. *Matth.* ad l. De genit. v. s. ἀντί.

ἀντίστοιχος, *oppositus.* σκιὰ γὰρ ἀντίστοιχος ὣς φωνὴν ἔχεις Andr. 746. V. s. σκιά.

ἀντιτάσσειν, *opponere.* Plerumque de pugnantibus in acie sibi recta oppositis dicitur. ἀλλήλοισιν ὁπλίτην στρατὸν — ἀντετάξαμεν Heracl. 801. *Med.* ἀντιτάξομαι κτενῶν σε Phoen. 625. Impeditior locus est Suppl. 1143, sic ille quidem perscriptus in libris omnibus: ἆρ' ἀσπιδοῦχος ἔτι ποτ' ἀντιτάσσομαι σὸν φόνον; Quem locum, nisi cum *Marklando* aliisque *Canteri* facillimam pariter atque aptissimam emendationem ἀντιτίσομαι recipere malis, ea tantum per linguae legis ratione explicare licet, qua explicuit *Matthias*, quem adi. V. etiam s. φόνος.

ἀντιτείνειν, *tendere contra s. adversus* al., *obsistere, obniti.* τῷ ἀναγκαίῳ τρόπῳ — ἀντιτείνει Herc. f. 283. ὁ μὴ 'ντιτείνων τοῖς λόγοις (*qui non obloquitur*) σοφώτερος Protes. fr. II, 2. *Vicissim tendere s. moliri, rependere, reddere.* ἀντιτείνειν νήπι' ἀντὶ νηπίων Med. 891.

ἀντιτέμνειν. φάρμακα ἀντιτεμὼν βρότοισι Alc. 975, i. e. ἀντιφάρμακα τέμων, *medicamina auxiliantia hominibus praeparata.* V.

Monk. ad h. l. *Blomf.* gl. ad Aesch. Ag. 16. *Ast.* ad Plat. Leg. p. 406. *Pflugk.* ad Eur. Andr. 120.

ἀντιτιθέναι, *opponere*, impr. in acie. *ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς* Phoen. 757. *ἢν δ' εἰς — ἀλκὴν μὴ πόδ' ἀντιθῇ ποδί*, *si non congrediatur mecum*, Hel. 986. In contradicendo ac refutando. *ἀντιθεῖσ' ἀμείψομαι τοῖς σοῖσι τἀμὰ καὶ τά σ' αἰτιάματα* Troad. 917. Hinc solemnis imperativus. *λέγε — κἀντίθες παῤῥησίᾳ* (*libere*), *ὅπως τέθνηκε σὸς πατὴρ οὐκ ἐνδίκως* El. 1049. *φέρ' — ἀντίθες γὰρ — τί κερδανεῖς;* Heracl. 154. *δύο ἀντίθες δυοῖν* Or. 550. *Ponere s. praebere* al. *pro* al. re s. *mercedis loco* (*dafür geben*), *reddere*. *χρῆν ἀντιθέντας βροτοὺς ἢ χάλκον ἢ σίδηρον — παίδων πρίασθαι σπέρμα* Hipp. 620. *ἀλλ' οὔτι πνεῦμα ἦλθε, οὐ πορθμὶς, ἥτις — Ἑλένην ἀπήγαγ' ἐνθάδε — Μενέλεών θ', ἵν' αὐτοὺς ἀντετιμωρησάμην τὴν ἐνθάδ' Αὖλιν ἀντιθεῖσα τῆς ἐκεῖ* Iph. T. 358, *hanc Aulidem pro illa reddens*, i. e. hic ipsos mactans, ut illic me mactarunt.

ἀντιτιμωρεῖσθαι, *ulcisci*. *φονέα πατρὸς ἀντετιμωρησάμην Ὀρέστης* El. 849. *ἵν' αὐτοὺς ἀντετιμωρησάμην* Iph. T. 357. Et in hac et in sequenti voce praepositio nonnisi ad *vicissitudinis* notionem ipsis iam verbis subiectam augendam et intendendam valet.

ἀντιτίνειν, al. *luere*, al. rei *poenas luere* s. *solvere;* hinc *med.* *ἀντιτίνομαι*, *curo ut* quis *mihi luat* aliquid s. *poenas* al. rei *solvat*, i. e. *ulciscor*, *punio*. *πόσιν δίκην τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν* Med. 261. Ita rectissime *Matth. Dind.* cum Rom. D. Flor. 15 pro vulg. *δίκῃ*. V. s. *ἀποτίνειν*. De Suppl. 1143 v. s. *ἀντιτάσσειν*.

ἀντιφεύγειν, *exsulare pro* aliquo. *οὔτ' ἀντιφεύγει παιδὸς ἀντὶ σοῦ* (Orestis) *πόσις* (Aegisthus) *οὔτε* — El. 1091.

ἀντιφθέγγεσθαι, *resonare*. *οὗ πᾶσα μὲν χθὼν φθέγματος πληρουμένη φρικῶδες ἀντεφθέγγετο* Hipp. 1216.

ἀντίφωνος, *vicissim respondens*. *στεναγμὸν — ἀπύσατ' ἀντίφων' ἐμῶν στεναγμάτων κλύουσαι* Suppl. 800. mel.

ἀντίψαλμος i. q. *ἀντίφωνος*. *ἀντιψάλμους ᾠδὰς — δεσποίνᾳ γ' ἐξαυδάσω* Iph. T. 178. mel. *Hesych.* *ἀντιψάλμους· ἀντιστρόφους. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις.*

ἀντλεῖν (*ἄντλος*) propr. est *sentina occupatum esse*, *sentinare*, i. e. *sentinam exhaurire* (cf. Cic. sen. 6. Catil. I, 5), deinde in universum *exhaurire*. Hinc duae fluxere significationes Graeci pariter ac Latini verbi. Altera eaque rarior est *exhauriendi* id, cui parcendum erat, i. e. *consumendi*, *profundendi* (*verschwenden*). Huc pertinet, si vera lectio, Rhes. 431. *αἱματηρὸς πέλανος εἰς γαῖαν Σκύθης ἠντλεῖτο λόγχῃ*. Cui loco simillimus est Aeschyli in Persis 802 sqq. Crebrior altera

significatio. Quum enim in *ἀντλεῖν* generalis inesset *laborandi* ac *desudandi* notio, factum est ut aeque ac *πονεῖν ἐκπονεῖν ἐκμοχθεῖν* praeguanti sensu dictum cum accusativo cognati nominis coniungeretur. Solemne igitur *πόνον — τύχην ἀντλεῖν, laborem — infortunium desudantem s. laborantem* pati, i. e. *lab. s. inf. perpeti, subire, sustinere, exantlare* (*bestehen, ausstehen*). *λυπρὸν ἀντλήσει βίον* Hipp. 898. 1049. *δέκα ἀντλήσας ἔτη* Tr. 433. Etiam Cic. div. 2, 30. tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos. *Const. M.*

ἄντλος unde originem ducat, eiusdem stirpis vocabulum *τέλμα* docet. Ut enim *τέλμα* ex *τέλλω* factum proprie *aquas, quae ortae sunt s. exstiterunt*, hinc *stagnum, lacunam, lacum* denotat, ita *ἄντλος* ex *ἀνατέλλω* (*ἀντολή*) conflatum proprie *aquas, quae exortae sunt, accreverunt*, hinc item *stagnum, lacunam* (*Pfütze*), imprimis eam, quae in fundo navis exsistere solet, i. e. *sentinam*, denique omnino *aquas, undas* significat. V. *Dissen.* ad Pind. Ol. 9, 53. p. 116. Ut igitur Pindarus Ol. 9, 79. *λέγοντι Ζηνὸς τέχναις ἀνάπωτιν ἄντλον ἑλεῖν, aquas*, quae accreverant, *refluxisse*, sic Eurip. Hec. 1025. *ἁλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν* (*in undas collapsus*) *λέχριος ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας.* V. s. *ἀμέρδειν* p. 156. Tr. 686. *ἄντλον εἴργων ναός, aquas* urgentes *navi arcens*; v. s. *εἴργειν.* Similiter Aesch. Sept. c. Th. 778. *πόλις ἄντλον οὐκ ἐδέξατο.* Cf. Virg. Aen. 126. Saepe proverbio inservit *ἄντλος.* Sicut enim nos Germani: *zu Wasser werden — in den Brunnen fallen — zu Wasser machen — zu Grunde richten*, ita Pind. Pyth. 8, 14. *τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλῳ*, i. e. *submergis, ad irritum revolvis, profligas superbiam*; v. *Dissen.* ad l. Eur. Heracl. 169. *ἢ κακὸν λόγον κτήσει πρὸς ἀστῶν, εἰ γέροντος οὕνεκα — εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα, te praecipitabis, perdes, profligabis.* Indocte *Barnes.* aliique: *in sentinam impones pedem*, hoc ut sit, *molestum negotium aggredieris.* Nec magis perspecte, ut de hoc loco, ita de toto verbo disputat ad h. l. *Elmsleius.* Subtilior de talibus *Lobeck.* ad Ai. v. 804. Obiter autem monendum *ἄντλος* aeque ac Lat. *sentina* proprie quidem *aquas, quae in cavo navis colliguntur*, deinde vero ipsum etiam navis *locum, ubi colligi solent aquae* (*Schiffsboden*), significare. Qua vi Homero praecipue usitatum. *Const. M.*

ἀντοικτείρειν, vicissim miserari. *ἡμεῖς σ' ἄρ' αὖθις ἀντοικτείρομεν* Ion. 312.

ἀντολή, ortus. *ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς* Melan. fr. III (XXVII), 2. *ἄστρων — αἰθέρος πρὸς ἀντολάς* Phoen. 507, i. e. *πρὸς ἄστρων ἐν αἰθέρι ἀντολάς.* Recte enim *Pors. Valck. Matth. Dind. αἰθέρος e*

Stobaeo reposuere pro vulg. ἥλιον, quod patet a grammatico profectum esse, qui genitivo ἄστρων neglecto αἰθέρος ἀντολὰς coniunxit nec intellexit. Utram lectionem praeferret nesciisse videtur *Herm.* ad Soph. El. 19. Vid. *Valck.* ad l., qui apte contulit Οὐρανὸς ἀθροίζων ἄστρ' ἐν αἰθέρος κύκλῳ Ion. 1147 et λαμπρούς δυνάστας ἐμπρέποντας αἰθέρι Aesch. Ag. 6. Ipsas ἀντολὰς ἄστρων Aeschylus habet in Prom. 455. Ad formam ἀντολάς cf. quae dicta sunt s. ἀμπνοή.

ἀντραῖος Aeg. fr. p. 7. ed. *Matth.* *Stephanus* Byz. s. ἄντρον: εὕρηται δὲ ἀντραῖος, ὡς Εὐριπίδης ἐν Αἰξὶ, καὶ ἀντραία. Corrigunt ἐν Αἰγεῖ. *Valck.* tribuit Eupolidi; cf. *Meineck.* quaest. scen. I. p. 41. *Runkel.* fr. Eupol. p. 89.

ἄντρον, *antrum*, *caverna*, ex ἀνατράω (ἀντρ-αω) ortum videtur, ut proprie sit *foramen* quodlibet s. *cavum* (*Höhlung*), ἀνάτρησις. Quamquam etiam cum ἐντός cognatum esse existimare possis. ἐν ἄντρου μυχοῖς Hel. 431. Saepe *singularis* et *pluralis* ap. Eur. variant, etiamsi de *uno* diserte antro sermo est. V. s. γύαλον. Ita Cyclopis antrum dicitur plurali ἐμῶν ἄντρων Cycl. 224. σῶν ἄντρων ib. 254. ὡς — Κύκλωπα καθαροῖσιν ἄντροις μῆλά τ' εἰσδεχώμεθα ib. 35. ἄντρα εἰς πετρηρεφῆ ib. 82. δροσερῶν ἔσωθεν ἄντρων ib. 513; cf. 100. 191. 208. 288. At singulari ib. 425. ἐπηχεῖ ἄντρον. ib. 478. ἐκβέβηκ' ἄντρου μυχῶν, et ib. 87. στείχοντας εἰς τόδ' ἄντρον. In Ionis fabula antrum, ubi Creusa Ionem clam genuit, ἄντρον plerumque dicitur. εἰς ἄντρου κοίτας Ion. 892. κατ' ἄντρον, οὗπερ ἐξεύχθην γάμοις ib. 949. ἄντρον, οὗπερ εὐνάσθη θεῷ ib. 17; cf. 958. 1494. Κεκροπίας πέτρας πρόσβρῶρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν ib. 937. V. *Barnes.* ad vv. 1400 et 13. At eodem de antro Κέκροπος ἄντρα καὶ Μακρὰς πετρηρεφεῖς ib. 1400; cf. 288. ὦ Πὰν, τοῖσι σοῖς ἄντροις ib. 501. V. *Barnes.* ad v. 492. De *pluribus* antris Κύκλωπες ἄντρ' ἔχοντες Cycl. 118; cf. ib. 22. ὦ κατ' ἄντρα νύχια Νηρέως κόρη Andr. 1225. ἐν ἄντροις τῆς ὑπαργύρου χθονὸς κείσεται Rhes. 970. Similiter ζάθεα ἄντρα δρἀκοντος Phoen. 239. κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος Io. fr. XVI (XXII). κρύψωμεν δέμας κατ' ἄντρα Iph. T. 107. πετραίων ἀπ' ἄντρων Iph. A. 1082; cf. Bacch. 123. Hel. 482. De Hypsip. fr. X (IX) v. *Matth.* p. 194 et s. δωδεκαμήχανος.

ἄντυξ ab ἀντέχειν ut ἄμπυξ ab ἀμπέχειν profectum esse tam clarum est, id ut vel *Dammius* viderit. Itaque proprie est *quidquid* alicui rei extrinsecus *adhaeret* seu *applicatum*, *affixum*, *agglutinatum est*, i. e. *margo*, *limbus*, *ora*, nos ubi simillime *Ein(ânt)fassung* (ἴχειν). Qua vi l. de *margine* dicitur, qua vehiculi parietes circumclusae erant et ad quam freni illigari solebant (*Wagenkranz*), vel etiam de

totis vehiculi *parietibus* (*Wagenstuhl*). V. Hom. Il. ε', 728. *Hemsterhus.* ad Luc. dial. deor. 25. *Hesych.* ἄντυγας· περιφερείας τοῦ ἅρματος. μάρπτει χερσίν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος Hipp. 1188. Cf. Hom. Il. ε', 262. 322. δίφρου εἰσέβαινεν ἄντυγα Herc. f. 948. παρ' ἄντυγα καὶ σύριγγας ἁρματείους Iph. A. 229. Hinc de toto *vehiculo*. ἐπ' ἄντυγα βαίη Rhes. 238. σχιστὰν παρ' ἄντυγα ib. 373. ταῦρος ἄντυγι ξυνείπετο Hipp. 1231. In plurali. ἐξέπιπτον ἀντύγων ἄπο Phoen. 1200. Porro 2. de *margine* s. *orbe* rotae (*Felge*) usurpatur ac deinde de tota *rota*. *Hesych.* ἀντύγων χνόαι· αἱ περιφέρειαι τοῦ ἅρματος, οἱ τροχοί. θραύσαντες ἀντύγων χνόας Rhes. 118, *axes rotae*; quamquam etiam *axes vehiculi* intelligi possent. Denique 3. de lyrae *margine* in usu est, quae etiam πῆχυς dicitur, h. e. de *manubriis* s. *brachiis* s. *cornibus* lyrae, quae iugo continebantur et inter quae nervi intenti erant. ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν Hipp. 1135. Citat hunc locum *Eust.* ad Il. p. 456, 18, cuius tamen verba a *Valck.* ad h. l. adscripta ex parte tantum vera sunt. Falsissimum est enim, quod etiam *Passov.* aliique opinantur, ἄντυγα de *iugo* quoque lyrae (ἐπὶ ζυγοῦ) dici. Obscura sunt δεσμὰ πωλικῶν ἐξ ἀντύγων κλάζει σιδήρου Rhes. 567, pro quibus 569 simpliciter est ἡσθόμην δεσμῶν ἁραγμὸν ἱππικῶν. Forsan haec δεσμά sunt *capistra ferrea*, quibus equi *ad margines curruum* (ἐξ ἀντύγων πωλ.) alligati erant. V. s. δεσμός. Cet. cf. *Monk.* ad Hipp. 1131. *Const. M.*

ἀντωπός, *ex adverso* s. *rectis oculis intuens*. τᾶς Ἑλένας ἐν ἀντωποις βλεφάροισιν ἔρωτα δέδωκας Iph. A. 584. Quod elegantissime dicitur de Paride, quem Helena advenientem hiantibus oculis intuebatur.

ἄνυδρος, *siccus*. τὰς ἀνύδρους Ἀμμωνίδας ἕδρας Alc. 113. V. s. Ἀμμωνίς. σμύρνης ἀνύδρου καπνός Ion. 89. σὺ μὲν φθίμενος ἀλαίνεις ἄθαπτος, ἄνυδρος, *aqua lustrali non conspersus*, Tr. 1085.

ἀνύειν, ἀνύτειν. Utraque forma promiscue utitur Euripides; sed prior frequentior. *Proficere* (v. s. ἄνειν). οὐδὲν ἤνυον Hec. 1167; cf. Andr. 1132. *Intrans.* σεμνὰν προσίζουσ' οὐκ ἤνυσ' Ἄρτεμιν Hec. 936, *non profeci*. οὐκ ἤνυτον Bacch. 1098. Respondet in talibus Gallico *reussir*. V. *Matth.* ad Hec. 917. *Perficere*, *conficere*, *peragere*, *perfungi*. μάτην αὐτοὺς (πόνους) ἤνυσα Herc. f. 576. βραδεῖς μῦθοι πλεῖστον ἀνύουσιν σοφόν Phoen. 456. Quum vero ὁδὸν ἀνύειν εἰς vel πρὸς τόπον, *iter* in locum *conficere*, idem sit quod aliquo *venire*, hinc ἀνύειν omisso accusativo ὁδόν *perveniendi* s. *deveniendi* vim recepit (*gelangen*). V. *Herm.* ad Soph. El. 1443. *Lobeck.* ad Ai. 296. ἤνυσαν τὸν Ἅιδαν Suppl. 1141, i. q. ἦλθον τὸν Ἅιδαν. Ἑσπερίδων

μηλόσπορον ἀκτὰν ἀνύσαιμι Hipp. 743. Hinc denique *consequendi, nanciscendi, reperiendi* significatio fluxit (*erlangen*). ξυγὰ δ' ἤννσε δούλια Τροία Tr. 595, *servitutem nacta est, ist in die Sklaverei gerathen.* Qua vi quum sit i. q. τυγχάνειν, λαγχάνειν, κυρεῖν, etiam cum *genitivo* iungitur. τίνος χρείας ἀνύσαι; Soph. O. C. 1755, *quidnam ut assequare.* φίλας προξένου κατήννσαν Soph. El. 1451, *hospitam amicam nacti sunt*: quem locum quod a priore diversum esse censet *Hermannus*, fallitur; prioris autem infelix interpres *Wunder.* Atque haec omnia exhibui, uti exhibita sunt in libris omnibus. Tamen grammaticorum quorumdam observatio ἀνύειν δασύνουσιν οἱ Ἀττικοί (v. ap. *Ellendt.* in lex. et *Schaef.* ad Greg. p. 71) *Porsonum* commovit ut ἀνύτειν formam, quippe quam Atticam opinaretur, in poesin Atticam induceret, τ illud de suo credo superaddens. V. eius notam ad Phoen. 463 et ad Arist. Plut. 607. Quod male factum dicerem, etiamsi apud pedestris orationis scriptores Atticos ἀνύτειν solum in usu fuisse certum esset: nam constat tragicos epicorum consuetudinem sectatos esse. Atqui haec forma aspirata neque Platoni (v. *Schneid.* ad Civ. T. II. p. 148) neque Xenophonti (v. *Poppo.* ad Cyrop. 1, 6, 5) neque Thucydidi (v. *Poppo.* Proleg. ad Thuc. p. 214) neque reliquis quod sciam usitata fuit, ut iure demireris et *Porsoni* incredibilem temeritatem et *Elmsleii* inconsiderantiam, qui in Bacch. l. c. *Porsono* morem gessit. Habeant suam sibi doctrinam Atticistae: non horum in Attica poesi, sed codicum auctoritas regina est. Cf. *Herm.* ad Eur. Bacch. 1092. Soph. El. 1443. *Ellendt.* in lex. s. v. *Const. M.*

ἀννμέναιος, *innuptus.* ἄννμφος ἀννμέναιος, ὧν με (Polyxenam) ἐχρῆν τυχεῖν Hec. 416. Νυκτὸς κελαινῆς ἀννμέναις παρθένε (Lyssa Furia) Herc. f. 834. V. *Barnes.* ad l. ἀννμέναιος Ἀχιλλέως εἰς κλισίαν λέκτρων δολίαν ἀγόμαν Iph. T. 856. V. s. λέκτρον. ἀννμέναια Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου χλιδᾶς Phoen. 349. V. s. χλιδή.

ἀννμνεῖν, *canendo s. cantu edicere.* ἰὼ Φοῖβ' ἀνύμνησας δίκαν El. 1190, quatenus Phoebus ὑμνῳδεῖ βροτοῖς: *qui vindictam vaticinio iussisti.*

ἄννμφος, *innuptus.* ἄννμφος ἀννμέναιος Hec. 416. ἄζυγα ἄνανδρον καὶ ἄννμφον Hipp. 548. Aliter dictum (Polyxenam) νύμφην ἄννμφον παρθένον τ' ἀπάρθενον Hec. 612; v. s. ἄχαρις. *Sponsis orbatus, sine sponsis.* ἄννμφα μέλαθρα κεῖται Hel. 1135.

ἀνυστός, *quod perfectum s. factum est*, hinc *quod perfici s. fieri potest* (*thunlich*). V. s. ἄκλαυστος p. 90. οὐκ ἔστ' ἀνυστὸν τόνδε σοι κατακτανεῖν, *non licet*, Heracl. 961.

ἄνω, *sursum.* V. s. ἀνά 1. βλέπετ' ἄνω καὶ μὴ κάτω Cycl. 210.

πτανὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον Hipp. 1292. πέλεκυν ἐξάραῦ' ἄνω Hec. 1279. ἄξειν ἄνω Ἄλκηστιν, ex inferis *ad superos*, Alc. 856. οὐκ ἀνάξεις τοὺς φθιμένους ἄνω ib. 991. ὀρθὸν μεθίει διὰ χερῶν βλάστημ' ἄνω Bacch. 1069. ἄνω ἐπ' ὄχθον εἶμι Cycl. 702. λαὸν ἐκτείνοντ' ἄνω Ἰσμήνιον πρὸς ὄχθον Suppl. 654. Hinc ἐς ὄγκον οὐκ ἄνω βλέπειν (χρὴ) τύχης Alcmaeon. fr. IX (II), 2. ἄνω βλέφαρα πρὸς ταναιδὲς ἀγαγών Iph. A. 378. μί' ἡμέρα τὸν μὲν καθεῖλεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω In. fr. XXII (XVI), 3. τὰ μὲν πυργοῦσ' (θεοὶ) ἄνω τὸ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν Troad. 608. ἔρως καὶ θεῶν ἄνω ψυχὰς ταράσσει Hipp. fr. XVIII (XV), i. q. ἀναταράσσει, *bringt in Aufruhr*. Peculiares sunt formulae ἄνω ἂν ῥέοι τὰ πράγμαθ' οὕτως Suppl. 520; v. *Markl.* ad l. ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαὶ καὶ πάντα πάλιν στρέφεται Med. 410; v. *Barnes.* et *Pflugk.* ad h. l. et Cic. Att. 15, 4. Ovid. Her. 5, 30 c. notis interpretum. Cum *genitivo* [de cuius ratione v. s. ἀντί. *Const. M.*]. σὲ γῆς ἡκόντ' ἄνω Herc. f. 616, *die Erde herauf*. θοάζων αἰθέρος ἄνω καπνός Or. 1542, *den Aether empor*. σύριγγες ἄνω τροχῶν ἐπήδων Hipp. 1234. Hinc ὁ θυμὸς αὐτὸν τῶν φρενῶν ἐξῆρ' ἄνω fr. dub. XXVIII, et ib. XXX. πηδῶν ὁ θυμὸς τῶν φρενῶν ἀνωτέρω. Similiter nos *oben hinaus sein*. Genitivus idem atque in ποῖ φρενῶν. *Supra, superne.* πέτρα γῆς ὑπερτέλλουσ' ἄνω Hec. 1010. Θάσσων ἄνω Bacch. 1074. κύκλος πανσέληνος ἡκόντιζ' ἄνω Ion. 1155. Hinc οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν οὔτε τοὺς ἄνω (*deos superos*) δείσας Hec. 791. Frequens est formula ἄνω τε καὶ κάτω s. ἄνω κάτω de iis, quae *sursum deorsum* s. huc illuc feruntur. πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω διέφερον Bacch. 752. ῥιπτούμεν' ἄνω τε καὶ κάτω Bacch. 740. τοὺς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους Suppl. 689. πᾶν σῶμ' ἄνω κάτω ἤσπειρεν El. 842. κάρα διετίναξ' ἄνω κάτω Iph. T. 282. προσβάσεις τεκμαίρεται — ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν Phoen. 188. „Virgilius in re simillima Aen. 8, 229. *accessum lustrans huc ora ferebat et illuc.*“ *Valck.* Cf. Stat. Theb. 10, 834. εἶρπ' ἄνω τε καὶ κάτω κατὰ στέγας (Hercules furens) Herc. f. 953, ut ib. 1307. ἄνδρα — ἄνω κάτω στρέψασα (Iuno). ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ Bacch. 349. ἄνω κάτω τιθεὶς ἔπεισι μέλαθρα τάδε ib. 602. Hinc τὸν δὲ (νόμον) ἄνω τε καὶ κάτω λόγοις ταράσσων, *invertens*, Pirith. fr. VII, 3, ubi simillime Latini *sursum deorsum versare*.

ἄνωγα, ἀνωγέναι, ἀνώγειν obsoletae stirpis ἀνήγειν (ἄγγειν) reliquum et verbi ἀγγέλλειν consanguineum esse *Buttmanni* commentum est in lexil. I. p. 293 et 299. Probabilior *Matthiae* ab ἀνάσσειν derivatio in gr. p. 534. Quamquam ne haec quidem propriae verbi potestati convenit. Imo ἀν-άγειν stirps est. Cuius verbi perf. 2

vel simpliciter fuit (ἀν-ἔογα) ἄνωγα vel exuta compositi natura primum ἦνογα, deinde ut in ἠόργειν-ἐώργειν, ἤορτο-ἄωρτο (*Buttm.* lex. I. p. 294), ἀπερείσια — ἀπειρέσια (v. nos s. ἀήρ et *Buttm.* lex. II. p. 201) permutatis quippe intervallis ἄνωγα. Et soni quidem in ō mutationem quum omnino perfectis (*Buttm.* lex. I. p. 296 sq.) tum verbo ἄγειν familiarem fuisse et alia docent eiusdem originis vocabula, ut ὄγμος ὄχθη, et imprimis verbum οἴγω, quod etsi e sono fictum esse et cardinum crepitum (οἴ) significare non male crederetur, tamen ex ἄγειν (ὄγειν οἴγειν) potius factum dixerim et proprie *movendi* s. *pellendi* vim habere. Ut igitur ἀνοίγειν, si verum quaeris, *removere*, *repellere* (*auftreiben*, *aufmachen*), *recludere*, *aperire*, ita ἀνωγέναι proprie est *permovere*, *impellere* (*antreiben*), *iubere* (v. s. ἀνάγκη): mox enim praesentis vim receperat perfectum: v. *Kuchner.* gr. §. 439. not. 2. κλαίειν σ' ἄνωγα Cycl. 697, *abi in malam rem*, *der Henker soll dich holen.* Sic etiam οἳ τοὺς νόμους ἔθεντο κλαίειν ἄνωγα ib. 339. Similiter in contrariam partem dicitur χαίρειν ἐᾶν vel κελεύειν. *Imperat.* γυναῖκα δ' ἄλλον τινὰ σώζειν ἄνωχθι Alc. 1047. Cf. Phaëth. fr. IV, 34. χωρεῖτε συμμάχους θ' ὁπλίζεσθαι τάχος ἄνωχθε Rhes. 987. τέμνειν ἄνωχθ' ὑλουργοὺς δρυὸς κόρμους Herc. f. 241. V. de his formis *Matth.* gr. p. 445, b. *Kuchner.* gr. §. 237 et 238. Nec mirum perfectum, ubi notionem praesentis assumserat, etiam formae praesentis novae originem dedisse. V. *Matth.* gr. p. 533 sq. *Buttm.* lexil. I. p. 268, 4 et 293, 26. εὐμενῆ δ' ἄνωγέ νιν ἐμοί τε καὶ σοὶ — γνώμην ἔχειν Or. 119. *Const. M.*

ἄνωθεν, *deorsum*, *desuper*. ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέῃ (Ζεύς) Cycl. 322. θεὸς ἔστρεψ' ἄνωθεν περιβαλὼν κάτω χθονός Tr. 1243. Peculiaris verbi ratio Hel. 1020. καὶ γὰρ τίσις τῶνδ' ἐστὶ τοῖς τε νερτέροις καὶ τοῖς ἄνωθεν πᾶσιν ἀνθρώποις, i. e. *apud omnes homines et eos qui infra sunt et eos qui* supra *sunt* et posthac aliquando *desuper* descendent, i. e. *apud omnes et inferos et superos homines.* Cuius generis aliqua praegnanti quippe sensu dicta attulit *Matth.* gr. p. 1413, c. V. etiam *Ellendt.* s. ἄνωθεν.

ἀνώμαλος, *impar*, *dispar*. τῶν βροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι Scyr. fr. II, 1.

ἀνώμοτος, *iniuratus*. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος Hipp. 612, *iureiurando non obstricta*. λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἀνώμοτος Med. 737, quatenus θεοὺς ὀμνύναι dicitur. [V. s. ἐνώμοτος.]

ἀνωνόμαστος, *infandus*. ἄῤῥητ' ἀνωνόμαστα θαυμάτων πέρα Hec. 714.

ἀνώνυμος, *ignobilis*, *inglorius*. ἀκλεὴς, ἀνώνυμος Hipp. 1028.

πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος θεὰ κέκλημαι Κύπρις Hipp. 1. ἀνώνυμος — εἶχον οἰκέτην βίον Ion. 1372. ἡμῖν γῆ πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος Hel. 16. τάχ' εἰς φίλαν γᾶν πεσεῖσθ' ἀνώνυμοι Troad. 1319. ἀνώνυμοι θανόντες Iph. T. 502. οὐκ ἀνώνυμος πεσὼν ἔρως ὁ Φαίδρας εἰς σὲ σιγηθήσεται Hipp. 1429. *Non nominandus.* ταῖς ἀνωνύμοις θεαῖς Iph. T. 944, i. e. Furiis, quas Graeci vel omnino nominare perhorruerunt vel auspicatiore certe σεμνᾶν θεᾶν vel Εὐμενίδων nomine appellarunt. Hinc οἶδ' ἃς ἔλεξας· ὀνομάσαι δ' οὐ βούλομαι Or. 409. Cf. Soph. Oed. C. 40 sqq. et 128.

ἀνωφελής, *inutilis, futilis, vilis, nichtsnützig, nichtswürdig.* οὐκ ἔστι — κτῆσις κακίων οὐδ' ἀνωφελεστέρα (δούλου φρονοῦντος μᾶλλον ἢ χρεών) Alex. fr. VI, 4. χρηστὰ λέκτρα, πενθεροὺς δ' ἀνωφελεῖς λαβών Hipp. 636. οἱ μὲν ὄλβιοι ἀνωφελεῖς τε πλειόνων τ' ἐρῶσ' ἀεί Suppl. 239. ῥᾷστον, ὅτῳ — ἀνωφελὴς εὐηθία κατ' οἶκον ἵδρυται γυνή Hipp. 638. Hinc Or. 1616 Menelao exclamanti πέπονθα δεινά acerbe respondet Orestes τότε γὰρ ἦσθ' ἀνωφελής.

ἄξενος, *inhospitalis.* ἀξείνου πόντου ξείνα δυσχόρτους οἴκους (Tauricam) ναίω Iph. T. 218. mel. ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἀξένου πόρου ib. 253. Cf. ib. 341. „*Axenus* hic *Pontus* olim vocabatur ob immanitatem in hospites, *Εὔξεινος* postea per scomma dicitur, unde Ovid. [Trist. 5, 10, 13] *quem tenet Euxini mendax cognomine Pontus.*" *Barnes.* Ov. Trist. 4, 4, 55. *frigida me cohibent Euxini litora Ponti: dictus ab antiquis Axenus ille fuit.* Hinc etiam de Taurica ib. 94. ἄγνωστον εἰς γῆν ἄξενον. De Symplegadibus ἄξεινον — ἐκπερᾶσαι — Ξυμπληγάδα Andr. 795. ch. Συμπληγάδων πετρᾶν ἀξενωτάταν εἰσβολάν Med. 1264. ch. Praeterea Λιβύης ἀξένους ἐπιδρομάς Hel. 411. ἄξενον στέγην (Cyclopis) Cycl. 91. De homine. ἀνὴρ ξένοισιν ἄξενος fr. inc. tr. LXXXV, 1. ἀξενώτερος ἐγώ Alc. 559. De forma ἄξεινος v. s. ξένος.

ἀξία, *meritum.* αἰσχρῶν μὴ κατ' ἀξίαν τυχεῖν Hec. 374. ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τὸ πένθος αἴρεσθε Herc. f. 146. *Pretium.* πρίασθαι σπέρμα τοῦ τιμήματος τῆς ἀξίας Hipp. 623.

ἀξιόθρηνος, *lamentatione dignus.* ἀξιόθρηνος κόρος Alc. 907.

ἀξιοπενθής, *luctu dignus.* ἀξιοπενθεῖς φῆμαι Hipp. 1465.

Ἄξιός, n. pr. τὸν ὠκυρόαν — Ἄξιόν Bacch. 579. Pal. vulgari regulae convenienter Ἄξιον. V. *Göttling.* l. c. p. 173. not. et *Herm.* ad Bacch. 1141. *Arcad.* p. 103. 9. Ἀγανή ὀξύνεται ἐπιθετικὸν ὄν, et, Θοή τὸ ἐπίθετον, Θόη δὲ τὸ κύριον. Unde patet diversitatem accentus ad solam nominum propriorum et adiectivorum differentiam revocari. At his argutiis nihil tribuo. Itaque et Ἄξιος et vero etiam

Ἀγαύη (s. v.) scribendum censeo. [Utrumque sic scripsit *Dind.* Et Ἄξιον scripturam etiam Thucydidei libri (2, 99) confirmant. *Const. M.*]

ἄξιος. Cum *gen.* ἄξιος τιμῆς Hec. 309; cf. Alc. 435. ἄξι' ἡμῖν τυγχάνει στεναγμάτων Or. 1326. Κάστορος ἄξι' ἐνθυμήσεως Archel. fr. XX (XIV), 2. τί δ' ἄξιόν μοι τῆσδε τυγχάνει φυγῆς; Med. 1124. μεγάλων ἄξι' ὀδυρμῶν ib. 112. μερίμνης ἄξιον λόγον Hipp. 1157. μαντείας ἄξια πολλῆς ib. 236. μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον ib. 906. ἀγῶνα ἄξιον πόνου Alc. 1030. τάδε μοναρχίας οὐκ ἄξια τῆς ἐμῆς, οὐδ' Ἑλλάδος Andr. 367. ἄξι' ἀξίων γεννητόρων ἤθη φυλάσσεις Ion. 735. Πλούτου οἶκος ἄξιος προσεικάσαι Hel. 69. ἀξίαν (γυναῖκα) τοῦ μηδενός Meleag. fr. IX (XII), 2. πέπονθας ἄξι' αἰαγμάτων Alc. 876. ἄξια σφαγᾶς τάδε Alc. 228. κώμου καὶ γέλωτος ἄξια ib. 807; cf. Heracl. 508. ἔλεξας σοῦ τ' ἄξια καὶ τῆς ἐναλίας δαίμονος Iph. A. 975. φροιμίου ἄξιον φόβου Troad. 895. πτωμάτων ἄξια πάσχω ib. 467. δεινῆς ἀγχόνης ἄξια Bacch. 246. ἄξια πατρός Heracl. 626; cf. 627. Ἰλίου οὐκ ἄξια Hel. 814; cf. 965. χρῆμα ἄξιον τῆς συμφορᾶς ib. 788. ἄξια Πελοπιδῶν ib. 1280. ἄξιος δόμων El. 252. οὐκ ἄξια ἀνδρὸς σοφοῦ λέγεις ib. 524. Ἀγαμέμνονος ἀξιώτατα Or. 1061. ἀνέρος οὐκ ἄξιον δειλὸν κεκλῆσθαι Phrix. fr. XIII (VIII). ἀξίους τυραννίδος Aeol. fr. III (XX), 9. τοὐλεύθερον ὄνομα παντὸς ἄξιον Aug. fr. X (VII). Cum *infin.* οὐκ ἄξιος κακῶς ἀκούειν Iph. A. 1031. θανεῖν ἀξία Or. 614. ἀξία ζῆν μᾶλλον ἢ θανεῖν ἔφυς ib. 1206. ἀξία στυγεῖν ib. 1153. ἀξία μοι σέβειν Alc. 1063. ἄξια σέβεσθαι Suppl. 1232. ἀξία ἀπαιδίαν νοσεῖν Ion. 619. γαμεῖν οὐκ ἄξιον Alc. 631. ἄξι' εἰδέναι Bacch. 474. *Infinit.* e proximis supplendus. ἄξιος καὶ σὺ καὶ πόλις σέθεν (χαίρειν) Suppl. 1180. ὡς ἀξία (προτίθεσθαι) Hec. 613. καὶ γὰρ ἀξία (πένθος αὐτῆς φέρειν) Alc. 370. ὥσπερ ἀξία (θανεῖν) κακῶς θανεῖται Tr. 1055; cf. Teleph. fr. XIII (VII). ἀξιώτερος γὰρ εἶ (ἀμύνειν) Or. 1511. ἐπ' ἀξίοισιν (ἀνευφημεῖν) ἀνευφημεῖ δόμος Or. 1335. σώματα σφαγέντα οὐκ ἄξι' οὐδ' ὑπ' ἀξίων (σφάζειν) Suppl. 813. χρὴ ἐπ' ἀξίοις πονεῖν, *in iis, quae digna sunt in quibus elaboretur*, Rhes. 182. κακοὺς ἀποπτύωμεν, ὥσπερ ἄξιοι (ἀποπτύεσθαι) In. fr. XXIII (XI). πονοῦντα ἄξιον (τοῦ πονεῖν) μισθὸν φέρεσθαι Rhes. 161. *Absolute.* οὐ γὰρ ἄξιον, *non decet*, Hec. 408, ut οὐ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος Beller. fr. VII (XXIII). αἶνον ἄξιον φέρει, *laudem ipsis dignam, accommodatam*, El. 1062. ἀξίαν τίσει δίκην Rhes. 894. δίκην ἀξίαν ἐλάμβανεν Bacch. 1311. 1327. αἰτήσομαι γάρ σ' ἀξίαν (χάριν) μὲν οὔποτε Alc. 301; cf. fr. inc. tr. CCXXXIII. ὡς ἄξιον τόδ' εἶπας, *te dignum*, Hipp. 1045. ἀξία γ' ἡμῶν ὀδουρός Ion. 1617. ἄξιον τὸ κτῆμά μοι, *praeclarum*, ib. 1618. ἄξιος ἐμὸς γαμβρὸς κέκλησαι Protes. fr. VIII; v. not.

οἱ μὲν ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίων Ion. 1621. ἐπὶ μεῖζον ἔρρεται τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις Hec. 381. ἀξίων ἅπτομαι, quae me digna, mihi accommodata sunt, Bacch. 968. ἀξίων οὐ τυγχάνει Herc. f. 265. *Aug. M.* [*Adv.* ὡς εὖ κἀξίως σέθεν λέγεις Hec. 990; cf. Iph. A. 1408. ταῦτα δ' ἀξίως σαυτῆς τε ποιεῖς καὶ τέκνων Andr. 1275. παῖδας θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν Med. 562; cf. Phoen. 760. fr. dub. XVI. θάλλουσαν ἀξίως ἐμοῦ Iph. A. 1225. ἀξίως τήνδε κτανὼν σαυτοῦ Troad. 1030. προγόνων ἀξίως δόμων τε σῶν ib. 1033. ὀρθῶς σοῦ τ' ἀξίως Iph. A. 507. ἀγεννῶς Ἀτρέως τ' οὐκ ἀξίως ib. 1458. *Absol.* ἀξίως μισεῖν El. 1016. (λιποῦσα μητέρ') ὡς ὀρᾷς γ' οὐκ ἀξίως, *indigne*, Iph. A. 1466. *Herm. Bremium* sequutus εὖ κἀξίως. V. s. οὐ.]

ἀξιοῦν, 1. *dignum habere, dignari.* Cum *genit.* εἴπερ ἡμᾶς ἀξιοῖ λόγου τινὸς γυνή (i. e. ἀξιολόγους ἡγεῖται) Med. 962. οὐκ ἀξιῶ οὔτ' οὖν σὲ Τροίας οὔτε σοῦ Τροίαν ἔτι Andr. 328. τύμβου οὐκ ἠξίωσεν Hec. 797. τυράννων πρόσθεν ἠξιωμένα (λέχη) ib. 366. οἵων ὑφ' ἡμῶν στείχετ' ἠξιωμένοι Suppl. 1174. Cum *infinit.* οὐκ ἀξιοῖ με δόμος εὐφρόνως προσεννέπειν Hipp. 792, *quem alloquatur.* σέ τοι καὶ ὁ Πύθιος ἠξίωσε ναίειν Alc. 575. καὶ κατ' οἶκον ἠξίουν τὸν σόν (σε καλεῖν δέσποιναν) Andr. 57. ἠξίουν ἐγὼ γῆμαί σε Med. 1340. τοὺς ὑπὸ ψευδῶν (εὔκλειαν ἔχοντας) ἔχειν (εὔκλειάν) οὐκ ἀξιώσω Andr. 323. οὐκ ἀξιοῦμαι τοῦδε πρὸς θεῶν τυχεῖν Hel. 410. Interdum absolute dicitur, ubi ex orationis serie genitivum vel infinitivum facile suppleas. Ἑλλάδος ἦρξ' ἀξιωθείς (sc. ἀρχῆς), eo honore *dignus habitus*, Or. 1168. Omnino saepius est honore *dignum habere* indeque *honorandi* significatio fluxit. V. *Porson.* et *Pflugk.* ad Eur. Hec. 319. ὦ Τμέναιε, δίσσους παῖδας Διὸς ἠξίωσας Heracl. 918, propr. honore nuptiarum *dignos iudicasti*, i. e. *honorasti, ornasti.* Cf. *Elmsl.* ad h. l. τύμβον βουλοίμην ἂν ἀξιούμενον τὸν ἐμὸν ὁρᾶσθαι Hec. 319. Cf. *Herm.* ad h. l. Hinc iungitur etiam cum *dativo* rei, *qua* quis *honoratur* s. *ornatur.* ὑμεναίοισιν ἀξιουμένη Or. 1210. Est etiam fide *dignum habere* indeque *fidem habere, credere.* δεσμὰ (θεοὺς) ἐξάπτειν χεροῖν οὔτ' ἠξίωσα πώποτ' οὔτε πείσομαι Herc. f. 1342. Cf. Soph. O. C. 579. 2. *Rectum, aequum, accommodatum, opportunum putare* s. *censere*, qua vi Latini quoque *dignandi* vocabulum usurpant. λέχους σφε κηξίωσας οὕνεκα κτανεῖν; Med. 1367. οὐδεὶς ἀνὴρ εὐψυχος ἀξιοῖ λάθρα κτεῖναι τὸν ἐχθρόν Rhes. 510. διὰ τὴν ἐμὴν οὐκ ἀξιώσω κατθανεῖν δάμαρτ' ἐγώ; Hel. 856. οὐκ ἠξίωσε τοῦ θεοῦ προλαμβάνειν μαντεύματα Ion. 407. ἐγὼ σοῖς κακοῖσιν ἠξίουν ἐγγὺς παρεστὼς ἐξετάζεσθαι φίλος Alc. 1013, *aequum censebam* s. *meum esse putabam me tuis in malis amicum spectari.* Non recte *Monk. me dignum putabam.* Hinc *non indignari, non gra-*

vari, velle. ξυντράπεξον ἀξιοῖς (cum barbara muliere) ἔχειν βίον Andr. 659, *non indignaris.* πόλις ἀξιοῖ κίνδυνον αἱρεῖσθαι Heracl. 504, *non gravatur.* πατέρα — οὐκ ἀξιώσει (*non volet*) — κακῶς ἀκοῦσαι Hel. 973. Θεοῦ βίον ζῆν ἀξιοῖς fr. inc. tr. LXX, 2. Θησεὺς ἀξιῶν τυχεῖν (νεκρῶν) Suppl. 386. Si vero maius quid vel vetitum vel illicitum *volumus, audemus.* Hinc etiam *ausum* indicat ἀξιοῦν. ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτά Hipp. 75. εἴπερ γυναικὸς ἡξίους ἐμῆς Θιγεῖν ib. 1044. ὕβρισμ' ἐς ἡμᾶς ἠξίωσεν ὑβρίσαι Heracl. 18; cf. 947. εἰς ὄψιν σφῶν μολεῖν οὐκ ἠξίου Ion. 1557. γονέας ὑβρίζειν τοὺς ἐμοὺς οὐκ ἠξίου El. 257. Cf. Phrix. fr. IV. Plat. Menex. p. 239. E. Thuc. 7, 63. Aesch. Pers. 327. V. *Abresch.* diluc. Thuc. p. 713.

ἀξιόχρεως, propr. aliqua *re dignus, idoneus* (ἄξιος) ad *rem* (χρέος), hinc omnino *dignus, idoneus* (*kompetent*). ἦ οὐκ ἀξιόχρεως ὁ Θεὸς (Apollo) μίασμα λῦσαι; Or. 596.

ἀξίωμα, *dignitas, gravitas, auctoritas, honor.* τῶν ἐν λόγῳ τε χρωμένων τε τῇ πόλει εἰς ἀξίωμα βάς Ion. 603. οἳ τὰς πόλεις ἔχουσι κἀξιώματα ib. 605. τὸ ἀξίωμα τἀνδρὸς ἐκγαυρούμενος Iph. A. 101. ἀξίωμ' ἔχων ἀνήρ El. 40. ὅταν πονηρὸς ἀξίωμ' ἀνὴρ ἔχῃ Suppl. 424. τὸ δ' ἀξίωμα — τὸ σὸν (*tua auctoritas*) πείσει Hec. 293. τὸ ἀξίωμα (*honores*) μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα (πολλοὶ τιμῶσι) In. fr. VI (XIII), 3. Ironice dictum ἀξίωμ' ἐμῶν τόκων El. 658; v. *Seidl.* τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο ἔχει — ἀξίωμα Temen. fr. XIII, 2. Θεοῖς — κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον (Tantalus) Or. 9, ubi genitivus appositionis et explicationis loco est: *pari cum diis honore fruens: communi* enim *mensa* fruebatur. Hinc *honor, decus, ornamentum*, ut ἄγαλμα. εἰς ἀξίωμα νυμφίων ἐξαίρετον Tr. 485. γάμων Κρεούσης ἀξίωμ' ἐδέξατο Ion. 62.

ἀξίωσις, *dignatio, aestimatio;* deinde i. q. ἀξίωμα. πλείστη γὰρ ἀρετὴ — τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ' ἔχειν Aeol. fr. III (XX), 4, quae obscurissime vertit *Grotius: spondens honesta corporis pulchri fides.* Dicere poetam puto: *summum est bonum corpus honestorum s. virtutum dignitatem s. gravitatem prae se ferens. Const. M.*

ἀξυνεσία, ἀξύνετος, vid. ἀσυνεσία, ἀσύνετος.

ἄξων, *axis.* τροχοὶ ἐπήδων ἄξονές τ' ἐπ' ἄξοσι Phoen. 1201. ἄνω — ἐπήδων ἀξόνων ἐνήλατα Hipp. 1235.

ἀοιδή, *cantus, cantilena, carmen. Sing.* οὐ λύρας ὤπασε Θέσπιν ἀοιδὰν Φοῖβος Med. 425. mel. Cf. Hom. Od. Θ', 498. παλίμφαμος ἀοιδά Ion. 1096. mel. *Plur.* μοῦσαι παλαιγενέων λήξουσ' ἀοιδᾶν Med. 422. νέων τ' ἀοιδαὶ χορῶν τε μολπαί Heracl. 780. καλλιχόρους ἀοιδὰς φιλοστεφάνους τε κώμους Cresph. fr. XV (IV), 7. ἀοιδαί, τὰς

Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται, *carmina lugubria*, Suppl. 975. θεσφάτων ἀοιδαῖς (Phoebi) Iph. T. 1283. μακαρίαις ἀοιδαῖς ἰαχαῖς τε Tr. 336. ἀοιδὰς εὐδαιμονίας (s. v.) Suppl. 997. ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι Cycl. 40. κεχαρμένοι ἀοιδαῖς Tr. 529. ἀοιδὰς δόντες ὑστέροις βροτῶν Tr. 1245. μεταλλαγαὶ συντυχίας ἔτεκον ἀοιδάς Herc. f. 767. In Antiop. fr. XXV (XXXIII), 2 παῦσαι δ' ἀοιδῶν est a *Grotio* pro παῦσαι δ' ἐλέγχων. Hel. 362 pro ἀοιδαί ex emendatione *Matthiae* nunc legitur ἀν' Ἴδᾳ, quod omnium editorum solus *Hermannus* sprevit. Etiam quae El. 143 legebantur, ἰαχὰν ἀοιδὰν, μέλος Ἄϊδα — ἐνέπω γόους, corrupta erant. *Herm.* per se non male: ἰαχ. Ἄϊδα, μέλος Ἄϊδα — ἐνέπω γ. Probabilius tamen quod ἀοιδάν deleto dedit *Matth.* ἰαχὰν μέλος Ἄϊδα Ἄϊδα — ἐνέπω γόους (v. not. ad l.). Idque recepit *Dindorf.* Ceterum notabile est vocabulum ἀοιδή ap. Eurip. in melicis plerumque legi; bis tantum, Tr. 1245 et Cycl. 40, in diverbiis.

ἀοίδιμος. Σφίγγες ὄνυξιν ἀοίδιμον ἄγραν φέρουσαι El. 471, quod *Seidler.* cum *Barnes.* explicat *celebrem*, i. e. de qua poëtae canunt, *praedam.* Imo ἀοίδιμος ἄγρα est i. q. ἀοιδῆς ἄγρα, h. e. *praeda carmine s. cantu parta*, ut recte explicat *Musgravius.* Hinc ipsa Sphinx Phoen. 1511 et Soph. O. T. 36 vocatur ἀγρία — σκληρὰ — ἀοιδός. V. *Wunder.* ad Soph. l. Non male *Bothius: den liederbethörten Raub.*

ἀοιδός, *qui s. quae canit, cantor, cantrix.* Herc. f. 692 de se ipse chorus: παιᾶνας — κύκνος ὣς γέρων ἀοιδὸς κελαδήσω, cf. 678, et 110. ἑστάλην ἰηλέμων γόων ἀοιδὸς ὥστε πολιὸς ὄρνις. De Musa. μήδε Μοῦσά μοι γένοιτ' ἀοιδὸς, ἥτις ὑμνήσει κακά Tr. 385. πῶλος ἀοιδοῦ Μούσης Rhes. 386. De Sphinge. δυσξύνετον μέλος (aenigma) Σφίγγος ἀοιδοῦ Phoen. 1512. Cf. Soph. Oed. T. 36. Tralate κερκίδος ἀοιδοῦ (*stridentis*) μελέτας Meleag. fr. XVII (III). *Superl.* τὸν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα — ἀηδόνα Hel. 1115. In plurali fere est *vates, poëta.* ἀοιδῶν εἴπερ οὐ ψευδεῖς λόγοι Herc. f. 1315. ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι ib. 1346. χρησμῶν ἀοιδούς i. e. χρησμῳδούς Heracl. 404.

ἄοικος, *domo carens.* ἄπολις ἄοικος Hipp. 1029 et fr. dub. XXXVIII.

Ἄονες, *Aones.* πεδία — πυροφόρ' Ἀόνων Phoen. 647, e coni. *Valcken.* pro πυροφόρα δόμων. V. *Valck.* p. 280.

ἀπαγγέλλειν, *denuntiare, nuntiare.* Semel dictum volumus in verbis motionem indicantibus ἀπό saepissime nonnisi vim *motionis* ipsis iam verbis insitam intendere et amplificare. Quod Latinis imitari non ubique licet. ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι Med. 287. ἀπάγγειλον τάδε El. 332. σαφῶς ἀπήγγειλ' ὅστις ἐστὶν ἀγαθός Suppl. 852. τοὐσὸν ἀπαγγελῶ λόγους γέροντι El. 420. λεχώ μ' ἀπάγγελ' οὖσαν ib. 652. *Pass.* ἀπηγ-

γίλθη τάφος (Polyxenae) Ἀχαιῶν διὰ χερὸς σπουδὴν ἔχειν Hec. 672. De re: δέλτος πίστως ἡδονὰς ἀπαγγελεῖ Iph. T. 641. ὡς ἀπαγγέλλῃ τάφος φόνον βίαιον τῆς Ὀρεστείας χερός Andr. 1242. Pro corruptis a quibusdam habita sunt τάδ' εἶδον αὐτὴ καὶ κλύουσ' ἀπαγγελῶ Iph. T. 901. *Hermannus* certe vanam in his loquacitatem reperiens correxit κοὐ κλύουσ' ἀπ' ἀγγέλων. At id ipsum vereor ne longe vanissimum sit. Primum enim hoc quidem in loco ineptissime chorus adiiceret *se non a nuntiis illud audivisse*, siquidem quod modo viderat ipse secum in animo volutat neque quisquam est, cui pro certo asseveret. Deinde, si etiam adiecisset, quod non adiecit, tamen ἀπ' ἄλλων dixisset ut Heracl. 847. Hel. 739, non ab ἀγγέλων. Sana vulgata; quam interpretare: *aurita testis referam* s. *denuntiabo*. Id ipsum enim Iphigeniam et Orestem timuisse, ne chorus quae praesens viderat Thoanti denuntiaret, ostendunt vv. 1052 sqq. *Enuntiare*, *deferre*, *prodere* (*ausplaudern*, *klatschen*). μήθ' ἀπαγγείλῃ θεοῦ χοροὺς κρυφαίους Bacch. 1106. Huc locum traho pessime ab interpretibus tractatum Hipp. 998. οἷσιν αἰδὼς μήτ' ἀπαγγέλλειν κακὰ μήτ' ἀνθυπουργεῖν αἰσχρά. Certatim docti ἐπαγγέλλειν vel coniecerunt vel etiam perscripserunt. Quod male invectum etiam peius interpretantur: nam *petendi*, *incitandi*, *spondendi* notiones, quarum alii aliam verbo illato tribuerunt, prorsus et ab hoc loco et ab ipso verbo alienae. Optima vulgata quae est in libris omnibus. Ἀπαγγέλλειν κακά proprie est *mala* de aliquo *enuntiare* s. *deferre*, i. e. *calumniari*, nos ubi similiter *Böses nachsagen*. Duplex enim perfidiae genus ponit Hippolytus, *calumniam* (*Verleumdung*), quae est in verbis, et *fallaciam* (*Intrigue*), quae cernitur in factis: prioris est ἀπαγγέλλειν κακά, alterius ὑπουργεῖν αἰσχρά. Ab utroque autem genere suos dicit amicos abhorrere. *Enuntiandi* vi obvium ἀπαγγέλλειν etiam Hom. Od. δ', 775. μή πού τις ἀπαγγείλῃσι καὶ εἴσω. Sic enim scribendum pro ἐπαγγείλῃσι. *Const. M.*]

ἀπάγειν, *abducere*. γελῶν καὶ δεῖν κἀπάγειν ἐφίετο Bacch. 439. ὡς τήνδ' ἀπάξεις οὔποτ' ἐξ ἐμῆς χερός Andr. 588. ἐκεῖσ' ἀπάξει — παρθένον; Iph. A. 714. κεῖθεν ἀπάξει σ' ἄλλος Bacch. 964. πώλους ἀπάξω κοιράνῳ Τιρυνθίῳ Alc. 494. *Reducere*. ἄπαγ' οἴκαδε στρατόν Iph. A. 817. ἂν (*Helenam*) μήτε πέλαγος ἀπαγάγοι πάλιν μήτε — Hec. 951. *Deducere*, *deferre*. οὐ πορθμὶς (ἦλθεν), ἥτις Ἑλένην ἀπήγαγ' ἐνθάδε Iph. T. 356: nam recte hunc locum *Herm.* tuitus est contra *Matthiam*, qui *Dindorfiis* celerius sequentibus scripsit ἂν ἤγαγε. *Ducere*, *agere*, *ferre*. V. s. ἀπαγγέλλειν in. et cf. Hom. Od. σ', 278. π', 370. Tr. 1184. πρὸς τάφον ὁμηλίκων κώμους ἀπάξω, i. e. *pompam tibi ducam*. *Med. secum abducere*. fr. inc. tr. CCLXIV ap. *Bekk.* anecd. gr. p. 414,

15. ἀπάγου, ἀντὶ τοῦ πρὸς σαυτὸν ἄπαγε. Εὐριπίδης. ἐγώ σφ' ἀπάξομαι, εἰ μὴ πρὸς οἴκους—, ἀλλὰ πρὸς νεκρούς Hel. 995. ἀπάξομαί γε νερτέραν ὑπὸ χθόνα, inquit Mors Alc. 48. *Intrans.* ἄπαγε τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν Phoen. 1723, *apage te narrans*, i. e. *desine narrare.* Itaque *Hesych.* ἄπαγε· παῦσαι — πέπαυσο. V. *Valck.* ad l. Sisyph. fr. I, 10 pro ἀπῆγον ex *Normanni* ad Aristid. p. 484 coniectura legendum ἀπεῖργον. Etiam Soph. Ai. 448 ἀπῆξαν et ἀπεῖρξαν a librariis confusa.

ἀπαείρειν i. q. ἀπαίρειν. ἐκτόπιοι δόμων ἀπαείρατε Phaëth. fr. III, 27.

[ἀπαθής olim in adverbio legebatur Hel. 1169. ἄφρονες, ὅσοι τὰς ἀρετὰς πολέμῳ κτᾶσθε — λόγχαισιν καταπαυόμενοι πόνους θνατῶν ἀπαθῶς. Ubi recte nunc legitur e *Musgravii* emendatione ἀμαθῶς, i. e. *imperite, incpte, insulse.*]

ἀπαίδευτος, ut ἀμαθής (s. v.), *incruditus, indoctus, rudis, imperitus, imprudens.* φέρε νιν κώμοις παιδεύσωμεν τὸν ἀπαίδευτον (Cyclopem) Cycl. 491. πόλλ' ἔστιν ὀργῆς τῆς ἀπαιδεύτου κακά fr. inc. tr. CCXXX et Archel. fr. XXII (VI), ubi *ira* significatur caeca et immoderata, qua qui abripitur *agrestem* se praebet *barbarumque* (ἀπαίδευτον) hominem. τὸ μὲν σὸν οὐκ ἀπαιδεύτως ἔχει εἰς θαύματ' ἐλθεῖν δακρύων ἐμῶν πέρι Ion. 247, *tu quidem non imprudenter s. temere fecisti ut lacrimas meas mirarere.* Etiam Or. 410 vulgo legebatur ἀπαίδευτα δ' ἀποτρέπου λέγειν. Sed v. s. εὐπαίδευτος.

ἀπαιδία, *orbitas.* Ξοῦθος — ἱστορῶν ἀπαιδίαν Ion. 513. εἰ παρ' εὐγενοῦς μητρὸς — σὴν λέγων ἀπαιδίαν ἐσῴκισ' οἴκους (Ionem) ib. 840.

ἀπαιολᾶν, *agitare, vexare, conturbare.* τοῦτο κἄμ' ἀπαιολᾷ, *animum meum distendit*, Ion. 549.

ἀπαίρειν, *e medio* (ἀπό) *tollere* (αἴρειν), hinc *amovere, auferre, abducere.* σὲ Μαιάδος τόκος Σπάρτης ἀπάρας Hel. 1687. τίς νιν ναυκληρία ἐκ τῆσδ' ἀπῆρε χθονός; ib. 1536. ἐπεὶ μελάθρων τῶνδ' ἀπήραμεν (*extuleramus*) πόδα El. 774. ἄπαιρε (*amove*) θυγατρὸς φάσγανον Or. 1608. *Intrans. se auferre, abire, discedere.* ἄπαιρε, *apage te*, Heracl. 67. Simillime nos: *hebe dich weg.* μακρὰν ἀπαίρεις λιπὼν ἐμέ Iph. A. 664. νικῶν ἀπῆρα φόνια πειρατήρια Iph. T. 967, *reliqui.* Nave *abire, solvere.* ὡς ἀπαίρωμεν χθονός Cycl. 138. Σπάρτης ἀπῆρας νηῒ Κρησίαν χθόνα Tr. 944. Fugaciter *abire.* φυγὰς ἀπῆρας πατρίδος; Iph. T. 511. ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν φυγῇ Med. 938. ἐὰν δ' ἀπαίρω' εἰς φυγὴν ὁρμώμενοι Rhes. 143.

ἄπαις, 1. *sine prole, sine liberis.* De viro. παύσω σ' ὄντ' ἄπαιδα καὶ παίδων γονὰς σπεῖραί σε θήσω Med. 717. οὐκ ἄπαιδά με πρὸς οἶκον ἥξειν Ion. 408. χρόνον Στρόφιος ἦν ἄπαις τινά Iph. T. 921; cf. Med. 490. Phoen. 13. ἄπαις δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον Med. 670. Hinc ἄπαις dicitur βίος Ion. 488 et Oenom. fr. II, 3. De femina. ὁ παῖς δὲ ποῦ 'στιν, ἵνα σὺ μηκέτ' ἦς ἄπαις; Ion. 950; cf. 1302. ἄπαις καὶ λελειμμένη τέκνων ib. 680, ubi opponitur εὐπαιδία. λέγει ὡς νιν φαρμάκοις τίθημ' ἄπαιδα Andr. 33. ἄπαιδα γηράσκουσαν Ion. 619. οὐδ' ἄπαις δόμος πατρῶος οὐμὸς ἐξαλειφθείη ποτ' ἄν Iph. T. 697, quae bene contra *Marklandum* defendit *Seidler.*: ἄπαις, ad quod ὤν subaudias, causam declarat: *quod sine prole est.* ἄπαιδες οὐκέτ' ἐσμὲν οὐδ' ἄτεκνοι Ion. 1463. ἄπαιδές ἐσμεν χρόνι' ἔχοντ' εὐνήματα ib. 304. ἄπαιδές ἐσμεν δαίμονός τινος τύχῃ Med. 671. οἱ ἄπαιδες ἐν δόμοις ἄλλοις τέκν' ἐκθρέψαντες Tr. 380. οἷ ἔχοντες εὐνίδας ἄπαιδες, *liberos non gignunt*, Iph. A. 808. Temere *Musgr.* καὶ παῖδας. Sed nec vulgatam recte explicuit *Matthiae.* οὐδὲν οὕτω — καλὸν, ὡς τοῖς ἄπαισι — παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν φάος Dan. fr. III (X), 6. Contra Rhes. 982. ὦ παιδοποιοὶ συμφοραὶ, ὡς ὅστις ὑμᾶς μὴ κακῶς λογίζεται ἄπαις διοίσει κοὐ τεκὼν θάψει τέκνα. 2. *Orbus.* ἄπαις ἄνανδρος ἄπολις Hec. 669. γραῦς ἄπαις θ' ἅμα ib. 810; cf. 495. ἀλόχους ἀνάνδρους γραῦς τ' ἄπαιδας Cycl. 305. εἰ τὸ κείνης δυστυχεῖ παίδων πέρι, ἄπαιδας ἡμᾶς δεῖ καταστῆναι τέκνων; Andr. 715. παίδων ἄπαιδας γραῦς ἔθηκας Andr. 613. ὅς μ' ἄπαιδα γέννας ἔθηκεν Rhes. 908; cf. Alc. 624. κἄμ' ἄπαιδ' ἀπώλεσας Med. 1326, ubi causam indicat ἄπαιδα, ut in loco Iph. T. 697. δόμον ἔλιπες γέροντ' ἄπαιδα νοσφίσας Andr. 1208; cf. Alcmaeon. fr. X (IX), 1. μὴ λίπῃς μ' ἄπαιδα Hec. 440. Ita Supplicum chorus in cognom. fab. 966. καὶ νῦν ἄπαις ἄτεκνος γηράσκω, quia quos liberos genuerant bellum consumserat. Cf. ib. 170. 13. 35. 810.

ἀπαιτεῖν, *deposcere, expetere, exigere, postulare,* (*abfordern, sich ausbitten*). Non male *schol.* ad Or. 667. ed. *Matth.* ἀπῄτηκα· ὡς χρέος ᾔτησα. V. s. αἰτεῖν. ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ' ἀπαιτούσης ἐμοῦ ἄκουσον Hec. 272. χάριν ἀπαιτῶ τὴν τότε Hec. 276. πατρῷ' ἀπαιτεῖ σκῆπτρα καὶ μέρη χθονός Phoen. 80. 604. ἀπαιτήσων νεκρούς Suppl. 725. ἀπῄτηκα τὴν σωτηρίαν Or. 677. Quum vero Graeci non solum ἀπαιτεῖν τι, *aliquid poscere s. postulare* (*etwas abfordern*), sed etiam αἰτεῖν et ἀπαιτεῖν τινά dicant, ubi Latini quoque *poscere s. postulare aliquem* (*Einen mahnen*), hinc et simplex et compositum cum duplici iungitur accusativo (*Matth.* gr. §. 417. d). ἀπόδος, ἀπαιτῶ τὴν ἐμὴν δάμαρτά σε Hel. 969. ἀποδώσομεν ζῶντες (ὅπλα)· θανόντας δ'

οὐκ ἀπαιτήσει θεός Heracl. 697. Cf. Xen. Anab. 2, 5, 38. extr. θεοὺς ἀπαίτει (νέκυν) Or. 1586. Hinc, ubi *passivum* est pro *activo*, *accusativum* personae iam *nominativum* fieri apparet. οὐκ ἀπαιτούμεσθα (σκῆπτρα καὶ μέρη χθονός) Phoen. 605, *ich lass es mir nicht abfordern, es wird mir nicht abgefordert, eitle Forderung.* Pariter Latini *poscor s. postulor.* Cum *infin.* ὧν ἀντιδοῦναί σ' οἷδ' ἀπαιτοῦσιν χάριν Heracl. 221. Θησεύς σ' ἀπαιτεῖ πρὸς χάριν θάψαι νεκρούς Suppl. 385. κτεῖν', οὗ σ' ἀπαιτῶ Μενέλεω σχέσθαι χέρας Rhes. 174.

[ἀπαιώνιστος. fr. inc. tr. CCLV. ap. *Hesych.* ἀπαιώνιστον, δύσφημον. Εὐριπίδης ἄλλαχοῦ καὶ ἐν Μηδείᾳ Κόρινθον ἀπαιώσιον, δύσφημον. Nobis quid hic lateat incertum. Certum vero *Hesychii* verba corrupta ab editoribus non recte correcta esse. Nam in Medeae quae exstat fabula vox illa non invenitur. V. *Matth.* ad l. p. 428.]

ἀπάλαμνος. Cycl. 593. πρίν τι τὸν πατέρα παθεῖν ἀπαλλαγμὸν ex *Canteri* emendatione nunc legitur ἀπάλαμνον, hoc ut sit i. q. ἀμήχανον. Nobis in mentem venit quod et metro et sensui opportunissimum neque ἅπαξ εἰρημένον est: ἄλαστον. Fons puto corruptelae fuit librariorum de prima dubitatio, quae utrum αλ an απ esset nescirent. V. *Bast.* ad Greg. Cor. p. 730. Itaque altero alteri superscripto utrumque deinde in unum consutum est.

ἀπαλλαγή, *abitus, discessus, decessio.* καὶ μὴν ἐγὼ σὴν (βάξιν ἐχθαίρω)· ῥᾴδιοι δ' ἀπαλλαγαί Med. 1375, et, οὐ γὰρ εὐκλεεῖς ἀπαλλαγαὶ γυναιξίν, οὐδ' οἷόν τ' ἀνήνασθαι πόσιν Med. 236, *Scheidung.* ὃ δ' ἐσφάδαζεν οὐκ ἔχων ἀπαλλαγάς, *excessum*, inc. fr. tr. CCII. ἀπαλλαγὴ πόνων Heracl. 586. 811, et, οὐδ' ἔστι μοίρας τοῦ χρεών τ' ἀπαλλαγή Hipp. 1256, *effugium.*

ἀπαλλάσσειν, proprie *demutare* s. *mutare* (ἀλλάσσειν) de (ἀπό) loco vel statu, i. e. *demovere, avertere.* μύθοις ἔργ' ἀπαλλάσσειν κακά Autolyc. fr. I (III), 26. ὀμμάτων βλέφαρον ἀκέσαιο τυφλὸν φέγγος (i. e. τὴν τυφλότητα) ἀπαλλάξας Hec. 1068. τἀρρήτ' ἀπαλλάξαι σέθεν *a te propulsare* refutando, Herc. f. 176. ἀπαλλάξαι χερὸς (χρυσόν), *dimittere*, Hec. 1222. ταύτην (δέλτον) σῶν ἀπάλλαξον χερῶν Iph. A. 323. ἐνταῦθα μέντοι τόνδ' ἀπαλλάσσω λόγον, *relinquo, finio*, Med. 793. ἀπαλλάσσουσα γῆς πρόσωπον ib. 27. πόνον ἀπαλλάσσων διπλοῦν Hec. 1197. ἀπαλλάσσουσα ἀλγεινὸν φρενῶν ἔρωτα Hipp. 774. Hinc ἀπαλλάττειν τινά τινος, *liberare*, ut κακῶν Or. 1522. Andr. 1256. Hel. 285. νόσου Phoen. 1021. φόβου ib. 1034. πόνων Med. 333. Suppl. 367. ἑνὸς μόχθου σ' ἀπαλλάξας ἔχω Tr. 1150. πῶς ἀπαλλάξω βιοτὰν τοῦδε πάθους; Hipp. 1385. σφαγῆς σῆς χεῖρ' ἀπαλλάξαιμεν ἄν Iph. T. 994. Omnino *facere ut* quis *relinquat, omittat, deponat* aliquid. ἀπαλλάξα

(ἑαυτὸν) *βίου* Hel. 309 [at v. s. ἄρτι]. *κώμου αὐτὸν τοῦδ' ἀπαλλάξαι* Cycl. 450. *ἀπαλλάττειν* explicatur *διατρίβειν* fr. inc. tr. CCXLII. *Passiv.* et *med. removeri* vel *se removere, abire, discedere*, qua vi omisso accusativo *ἑαυτόν activum* quoque in usu est. *ἀπαλλάσσου γῆς* Phoen. 606; cf. 979. Med. 339. Iph. T. 44. Heracl. 12. Hel. 786. Ion. 372. El. 32. *ἐκ τῆσδε γῆς ἀπαλλάσσου πόδα* Med. 729 [v. s. *πούς*]. *οἴκων τῶνδ' ἀπηλλάχθαι* Andr. 964. *οὐκ ἀπαλλάξει δόμων;* Hel. 444. *ναοῦ ἀπαλλαχθέντε* Iph. T. 106. *Σπάρτης ἀπαλλαχθεῖσα* Tr. 994; cf. Phoen. 979. Et sine casu Ion. 524. *οὐκ ἀπαλλάξει;* Heracl. 1000. *κείνου ἀπαλλαχθέντος, mortuo*, qua vi etiam *οἴχομαι* usurpatur. Plene *ἀπαλλαχθήσομαι βίου* Hippol. 356; cf. Hel. 101. Ion. 847; vel *ψυχῆς ἀπαλλαχθεῖσα* ib. 726. Hinc etiam *discedere* ab aliqua re, *omittere* vel *dimittere* aliquid, indeque tum *liberari*, ut Phoen. 595. *τῶν μακρῶν ἀπαλλαγεῖσα νουθετημάτων μ' ἔα.* Hipp. 1181. *ἀπαλλαχθεὶς γόων.* Phoen. 1672. *τῶνδ' ἀπηλλάχθαι γάμων*, tum *privari*, ut Andr. 593. *ἀπηλλάγης λέχους, spoliatus es connubio s. uxore.* Similiter Med. 878. *οὐκ ἀπαλλαχθήσομαι θυμοῦ; nonne iram deponam?* Heracl. 347. *ὅταν ἀγῶνος τοῦδ' ἀπαλλαχθῇς καλῶς, quum perfunctus eris.* El. 1137. *θυσίας τῆσδ' ἀπηλλάχθαι, fertig sein.* Hipp. 629. *ἀπαλλαχθῆναι κακοῦ*; cf. Rhes. 474. Cycl. 596, ubi vid. not. *ἀπαλλαχθῆναι πόνων* Andr. 425. Tr. 270. El. 1291. *ἀπήλλακται κακῶν* fr. dub. XXIII, 6, *libera est a culpa. Aug. M.* [In his postremis probe distinguenda medium et passivum. Idem enim inter medium et passivum verbi *ἀπαλλάττειν* interest, quod inter easdem formas verbi *ἀφορμᾶν*, ubi vid. Quin ipsum medium varie usurpatur. Nempe de eo proprie dicitur, qui a se ipso, non ab alio (*passiv.*), ad *remotionem* impellitur. Unde duplex manavit usus: alter, quo est *sua sponte removere* aliquid, quae vis clarissima est in *ἐκ τῆσδ' αὐτὴ γῆς ἀπαλλάσσου πόδα* Med. 729, alter, quo est *se ipse removere*, hinc *discedere, abire.* V. s. *ἀφιδρύειν. Const. M.*]

ἀπαλόθριξ, molli crine comatus, mollicomus. κόρυθ' (s. v.) *ἀπαλότριχα κατάκομον* Bacch. 1184.

ἀπαλός, mollis, tener. βρέφος ἀπαλόν Iph. A. 1286. *βλέφαρον ἀπαλόν* El. 1339. De stirpe v. s. *μαλακός.*

ἀπαλόχροος, tenui membrana obductus, tener. ἀπαλόχροα γέννν Hel. 378.

ἀπανδροῦσθαι, pubescere. ὡς ἀπηνδρώθη δέμας Ion. 53. Praepositio in talibus plane ut nostrum *ab* in *abthun, abmachen, abschliessen, abrunden* perfectionem vel absolutionem (*Völligkeit, Vollständigkeit*) exprimit. Cuius potestatis cum propria cognatio facile intelligitur ex *absolvendi* vocabulo. *Const. M.*

ἀπαντᾶν, *obviam ire, occurrere.* αἴρω χεῖρ' ἀπαντήσας νεκροῖς Suppl. 772; v. not. ὅπλοις (*cum armis*) ἀπαντῶν Herc. f. 542. ἀπήντησεν δορί, *irruens percussit*, Phoen. 1401. At Bacch. 781 ἀπαντᾶν dicuntur ii, qui ad imperium ducis *comparent* s. *praesto sunt*, nos ubi simillime *zu Einem stossen*. *Adversari* est Hipp. 1329. οὐδεὶς ἀπαντᾶν βούλεται προθυμίᾳ τῇ του θέλοντος. Tralate Syl. fr. I (II), 5. πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον, *priusquam obtigerit* [v. s. ἀντᾶν]. Ion. 940. ἀπαντᾷ δάκρυά μοι, *oboriuntur*. ἀπαντᾷ legendum censet *Musgr.* Erechth. XVII (I), 41 pro ἅπαντα. *Aug. M.* [Subtilior in hoc verbo praepositionis vis. Quam ita explicandam arbitror, ut ἀπαντῶ proprie sit *proficiscor* s. *prodeo* (ἀπο) *ut obvius sim* (ἀντᾶν). Hinc sponte sequitur ἀπαντᾶν a simplici ἀντᾶν ita differre, ut hoc fortuitum sit (*occurrere, obvenire, begegnen, in den Weg kommen*), illud consulto fiat (*obviam proficisci* s. *prodire* s. *ire, entgegengehn — kommen*). *Const. M.*]

ἀπανταχῇ, *in omnibus rebus, per omnia, ubique.* Antiop. fr. XII (XVI). τὸ δοῦλον ὡς ἀπανταχῇ γένος πρὸς τὴν ἐλάσσω μοῖραν ὥρισεν θεός. τὸ σῶφρον ὡς ἀπανταχῇ καλόν Hipp. 431. Ita ex optimis codd. rescripsit *Matth.* pro vulg. ἀπανταχοῦ. Cf. gr. p. 684 et nos s. ἀμοχθεί p. 164.

ἀπανταχοῦ, *in omnibus rebus, ubique.* ἧς (Τροίας) ἀπανταχοῦ λόγος Iph. T. 517. τὸ νικᾶν τὰ μὴ δίκαια ὡς ἀπανταχοῦ κακόν fr. inc. tr. XVII, 2, ut Dan. fr. V (II), 1. τοῖσι γενναίοισι ὡς ἀπανταχοῦ πρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

ἀπάντεσθαι, *precari* (ἄντεσθαι) ut quis *desistat de* (ἄπο) al. re, *deprecari, verbitten*. ἄπο δ' ἀντομένου πατρός Rhes. 901. Hoc verbum levissime tractavit *Passov.*

ἀπάντημα, *occursatio.* περᾶν — εἰς ἀπάντημα Or. 513, i. q. ἀπαντᾶν.

ἀπαντλᾶν, *haurire* liquorem aliquempiam *ab* vel *ex* al. re, *deplere* (*abschöpfen*); unde ad alias res translatum est *demere, adimere, auferre, tollere* aliquid vel rei vel homini, impr. *levare* aliquem aliqua re (*abnehmen*). θανάτους ἔθηκαν (θεοί), ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς ὄβριμα θνητῶν ἀφθόνου πληρώματος Or. 1641, *ut e terra multitudinem haurirent* i. e. *ut terram multitudine levarent*. De re v. *Barnes.* et *schol.*, de structura s. πλήρωμα. Similiter βάρος ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν Alc. 355, ubi genitivum ut in priore loco cum verbo iunxerim: *onere* i. e. sollicitudine *animum levem*. Eadem vi dictum, sed aliter constructum ἀπαντλεῖν in Aesch. Prom. 84. τί σοι οἷοί τε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων; Non male igitur *Hesych.* Alcestis locum respiciens: ἀπαντλοίην ἄν· ἐπικουφίσαιμι ἄν. *Const. M.*

ἅπαξ ex ἅπας factum est ideoque proprie significat *omnino, cunctim, simul* (*alle zusammen, zugleich, auf einmal*). πάνθ' ἅπαξ συλλαβοῦσα Iph. T. 528. Deinde est *omnino, semel* (*für allemal, ein für allemal*). γείτονος κακοῦ ἀπαλλάχθηθ' ἅπαξ Cycl. 596. Quum vero quod omnes *simul* faciunt non diversis temporibus, sed uno tempore seu *semel* fiat, hinc eam, qua maxime solemne est, notionem recepit ἅπαξ, *semel*. Ita etiam Latinis eiusdem originis sunt *simul* et *semel*. τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ Med. 251. χρῆν οὐχ ἅπαξ θνήσκειν σε πολλὰ πήματ' ἐξειργασμένον Heracl. 959. ἔπεμψ' ἐπ' αὐτὸν οὐχ ἅπαξ μόνον Andr. 81. Cum *praepos.* πάσας γε (τραπoῦ ὁδούς), πρὶν κίνδυνον εἰς ἅπαξ μολεῖν Phoen. 730, nos ubi similiter *für einmal*. Vides ex his quam primam vulgo opinantur significationem vocabuli postremam esse. Tales iam saepe fructus tulit etymologiae mala contemtio. De acc. v. *Goettling*. p. 347, 12.

ἀπαξιοῦν, *dedignari*. ἄγνευμ' ἔχων τι θεῖον (οὐκ ἔτλη θιγεῖν εὐνῆς) ἥ σ' ἀπαξιῶν; El. 256. Vulg. ἀναξιῶν. Correxit *Schaefer*. in praef. ad Anacr. p. VIII. V. *Seidl*. ad l.

ἀπαράμυθος, *monentem s. hortantem non audiens* (*der sich nicht zureden lässt*), *implacabilis, ferus*. φοβερὸν ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν Iph. A. 620, *terribilis adspectus equi ferocitate exsultantis*.

ἀπαρέσκειν. ἀλλὰ μὴ 'πάρεσκέ πω vulgo legitur Ion. 745. At v. s. κόπος.

ἀπαρθένευτος, *virgini non decens*. βούλει νιν ἱκέτιν σὸν περιπτύξαι γόνυ; ἀπαρθένευτα μὲν τάδε Iph. A. 993. ἀπαρθένευτ' ἁλωμένα Phoen. 1729.

ἀπάρθενος. νύμφην ἄνυμφον παρθένον τ' ἀπάρθενον, *infaustam*, Hec. 612. V. s. ἄχαρις.

ἀπαρκεῖν, *sufficere*. ὧν (ἀκτῆς πώματός τε) οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονή fr. inc. tr. XIV, 3. Praepositionis vis eadem atque in ἀπανδροῦσθαι.

ἀπαρνεῖσθαι, *denegare*. καὶ νῦν γέ φημι κούκ ἀπαρνοῦμαι El. 1057. ἕτοιμοι κούκ ἀπαρνούμεσθα ib. 796. οὐδ' ἀπαρνοῦσθαι χρεών ib. 789. τὸν τἄρ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη Hipp. 1266.

ἀπαρτᾶν, *suspendere*. ἥδε χειρία σφάζειν, φονεύειν, δεῖν, ἀπαρτῆσαι δέρην Andr. 413. De praepos. v. s. ἐξαρτᾶν.

ἀπάρχεσθαι, *primitias* vel *tamquam primitias* (ἀπαρχάς) *afferre*. πρὸς τάφον μολὼν δάκρυά τ' ἔδωκα καὶ κόμης ἀπηρξάμην El. 91. Vid. Or. 96 et s. v. seq.

ἀπαρχή ap. Eurip. in plurali tantum legitur significatque *primitias*. V. *Buttm*. lexil. I. p. 102, 4. *Rost*. ap. *Damm*. s. ἐπάρ-

χεσθαι. *Nitzsch.* ad Hom. Od. γ', 338. p. 210. θύων ἀπαρχάς Meleagr. fr. II (I), 7; quem locum citat *Eustathius* p. 770. 21. ἀπαρχὰς πολεμίων σκυλευμάτων Phoen. 864. κόμης ἀπαρχάς Or. 96. V. *Barnes.* ad El. 91. τίν' ἐπὶ πρῶτον ἀπὸ χαίτας σπαραγμοῖσιν ἀπαρχὰς βαλῶ; ib. 1524. Hinc, ut ἀκροθίνιον (s. v.), *primum s. optimum* quidque, quod pio animo offertur, ut Andr. 150. οὐ τῶν Ἀχιλλέως — ἀπὸ δόμων ἀπαρχὰς ἔχουσ', ἀλλ' — ἡμῖν ταῦτα δωρεῖται πατήρ. Tralate τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων λαβὼν ἀπαρχάς Ion. 402, ubi Latini quoque *primitias.*

ἅπας ex πᾶς et alpha *intensivo* seu potius *extensivo* natum est (v. p. 52. 146 et s. ἀνά). Recte igitur *Doederl.* Synon. IV. p. 359 πᾶς esse monet *omnis*, ἅπας *cunctus*, σύμπας *universus*: nam ἅπας nil est nisi auctum et intentum πᾶς. Quamquam vocabula ista religiose usquequaque discernere perabsurde elaborares. Primum enim omnium communis *toti* significatio, deinde est ubi et ἅπας *omnis* vel *universus* et σύμπας *omnis* vel *cunctus* recte vertas, praesertim quum *universus* et *cunctus* eiusdem sint stirpis ideoque nihil propemodum differant. Nam et *universum*, si verum quaeris, est *in unum versum* i. e. *iunctum*, et *cunctum* ex *iungo* factum atque idem esse quod *iunctum* sponte intelligitur. *Iungendi* autem vocabulum ab *uno* descendit, sicut etiam Germani ex *ein* fecere *einen — vereinigen.* Neque ἅπας *cunctus* est nisi ubi de toto aliquo corpore vel genere sermo est (*gesammt*), de singulis ex illo corpore vel genere est *unusquisque* (*jedweder*). *Unusquisque.* ἁπάσης δεξιᾶς προσθιγγάνων Iph. A. 339. τὸ δ' ἄκαιρον ἅπαν μὴ προσείμαν fr. inc. tr. CLXIII, 2. *Cunctus*, *totus.* θεῶν συντιθεὶς ἅπαν γένος Med. 747. ἅπαντ' ἐρευνῶν τοῖχον Hec. 1173. ἅπασαν Ἑλλάδα Or. 565. 1134. 1363. Heracl. 954. ἅπαν πεδίον ἀστράπτει Phoen. 110. στρατὸς ἅπας Phoen. 1404. Iph. A. 1584. Tr. 901. Rhes. 58. οὐχ ἅπασα πέφευγεν ἐλπίς Heracl. 452. ἅπασα — εὐτυχεῖ πόλις Temen. fr. XVII. ἅπας ἀὴρ αὐτῷ περάσιμος, ἅπασα χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς fr. inc. tr. XXXVII, 1 et 2. οὐχ ἅπαντα — κακά Phoen. 531. οὐχ ἅπαντα — τὰ δρώμενα ib. 1367. βροτοῖς ἅπασι Alc. 785. Andr. 422. Heracl. 864. Cresph. fr. IX (VI). τὰ δ' ἄλλ' ἅπαντα — συμβαίη καλῶς Iph. T. 1055. ἅπαντα ταῦτα συντεμών Hec. 1180. Iph. T. 1015. εἰς ἦν ἁπάντων τῶνδε μηχανορράφος Andr. 1116. τῶνδ' ἁπάντων ἔσχατον — κακόν Ion. 836. ἅπαντ' ἐλάσσω κεῖνα — κακά Herc. f. 1411. Cf. Or. 123. Med. 1179. Iph. A. 1601. Tr. 1326. Heracl. 158. Ion. 315. Aeol. fr. II (VI), 1. Erecht. fr. XVII (I), 16 et 21. εἰμὶ παρὰ σοὶ νῦν ἅπας Iph. A. 647, *tuus iam totus sum, ich bin nun bei Dir mit Leib und Seele.* Cum articulo. τὸν ἅπαντα χρόνον Med. 1100. τῶν ἁπάντων δαιμόνων

Aug. fr. III, 2. *Substantive: unusquisque.* καθαρὸς ἅπας τοι — ὅς — Ion. 1334; cf. ib. 427. ἅπας ὁσιούσθω Bacch. 70; cf. 626. τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἅπαν καλόν fr. inc. tr. CXIX. ἅπαν κάκιον Phoen. 738. *Cunctus, omnis.* ἅπαντες Hec. 303. Or. 30. 1245. Alc. 767. Iph. T. 953. 1208. Andr. 436. Bacch. 208. Hel. 1003. Cycl. 179. Alex. fr. XVI (XII), 6. Polyid. fr. VIII (III), 3. fr. inc. VII (v. 96. XXXIII), 1. ἅπαντας ἑνὶ λόγῳ πενθήσατε Herc. f. 1391. ἅπαντα Phoen. 277. Hec. 846. Ion. 1368. Aeol. fr. XXV, 1. Erecht. fr. XVII (I), 41. Oed. fr. XVI, 2. σύμφυτα ἦν ἅπαντα Hipp. 1234. εἰς ἅπαντα δυστυχής Phoen. 1636; cf. Alex. fr. III (XVI). ἅπασι γὰρ πρώτοισι χρήσασθαι πάρα κἂν ὑστάτοισι κἂν μέσοισι Iph. A. 1125. [Singularis rationis est γαστὴρ ἅπαντα Alex. fr. X (VIII), 2, quod neque cum *Grotio* vertendum *ventres meri* neque cum talibus confundendum, quale est ἅπαντα δυσχέρεια Soph. Phil. 902 (*Matth.* gr. §. 437. not. 3. p. 985): illic enim subiectum est ἅπαντα, hic praedicatum. Imo hoc nostrum ex eorum est genere, de quibus monuit *Matth.* gr. §. 438: nam sensus: *venter unica voluptas, der Magen ist ihr Alles.* De re cf. Cycl. 335 sq. *Const. M.*] *Adverb.* πῶς ἅπαντα (*plane, penitus*) καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι πολυέλικτον ἀδονὰν ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο περιχορεύουσα τέρψιν — λάβω; Phoen. 317.

ἀπασπαίρειν, *palpitare.* θνήσκει ἀπασπαίρουσα Ion. 1207. Prae positionis vis eadem atque in ἀποθνήσκειν, ubi vid.

ἀπατᾶν, *fraudare, fallere.* δόλῳ μ' ὑπῆλθες, ἠπατήμεθα Andr. 436. οὐκ ἂν ἠπατώμεθα Hipp. 931. πρὸς θεῶν ἡμεν ἠπατημένοι Hel. 711. ὃ δ' ἠπάτα σε πλεῖστον οὐκ ἐγνωκότα El. 938. V. *Seidl.* ad l. [*Buttmanno* auctore lex. I. p. 274 cum ἀπαφεῖν cognatum putant, quod addita reduplicatione ab ἀφή — ἅπτεσθαι descendat. Cf. *Matth.* gr. p. 534. Non refragor. Tamen simplicius videtur et ipsi verbi significationi accommodatius ex ἄπο et ἀτᾶν (v. s. ἄτη) compositum putare, ita ut accurate respondeat Latinis vocibus *defraudare, deludere, decipere.* V. s. ἀποιμώξειν. *Const. M.*]

ἀπάτη, *fraus.* Ap. Eurip. pluralis tantum in usu est: *fallaciae.* ἀπάτας δόλιά τ' ἐξευρήματα ἀσκοῦσα Hel. 1109. ἡδὺ κἀπάται φίλων Phrix. fr. VI (XI), 4. σκολιὰς ἀπάτας fr. inc. tr. CLVIII, 3.

ἀπάτωρ, *patre orbus.* ἀμήτωρ ἀπάτωρ τε γεγώς Ion. 110. ἀνάδελφος ἀπάτωρ Or. 310. τέκεα πατρὸς ἀπάτορα Herc. f. 115. Hinc ἀπάτορ' ἀπάτορα πότμον ἔλαχον Iph. T. 863.

ἀπαυδᾶν, *recusare.* ἀπαυδᾶν πόνους Suppl. 342. *Vetare.* ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ — Ἄδραστον — μὴ παριέναι Suppl. 467. χαλᾶν κελεύω δεσμά — · ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ Andr. 580. Τροίας ἀπηύδων ἄστυ μὴ κέλσαι ποτέ Rhes. 934. *Renuntiare.* ἀπαυδᾷς ἐν κακοῖς φίλοισι σοῖς Andr. 87, quibus

similima sunt πᾶσιν μνηστήρεσσιν ἀπειπέμεν Hom. Od. α', 91. Plura id genus citavit *Pflugkius*, qui tamen in ipsa verborum explicatione aberravit. Etiam Germani: *Einem aufsagen — aufkündigen.*

ἀπαυρᾶν, *tollere, auferre, eripere, davontragen, nehmen, rauben.* Prima haec verbi significatio eaque Homero sola consueta. Dehinc est *auferre, referre, reportare, davontragen, davonhaben.* Huc pertinet Andr. 1028. αὐτά τ' ἐναλλάξασα φόνον θανάτῳ πρὸς τέκνων ἀπηύρα, i. e. *caedem liberorum cum caede permutatam abstulit* Clytaemnestra. V. *Buttm.* lex. I. p. 83, 12. Simillime Aesch. Prom. 28. τοιαῦτ' (labores aerumnasque) ἀπηύρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου, *das hast du gehabt von —.* Inepta igitur *Hesychii* glossa: ἀπηύρα· ἀφῆκεν, ἀφεῖλεν· Εὐριπίδης Ἀνδρομάχῃ, cui temere parens *Boissonadius* distinxit: ἀπηύρα θεοῦ θεοῦ νιν κέλευσμα. V. s. ἐπαύρειν. *Const. M.*

ἄπαυστος, *non cessans.* ἄπαυστος αἰεὶ γόων Suppl. 82.

ἀπειθεῖν, *non obedire.* οὐκ ἀπειθήσας θεῷ Or. 31. Quod verbum bene contra criticum istum in *Quarterly review* n. 18. p. 363 defendit *Matth.* ad h. l. et *Ellendt.* in lex. s. v.

ἀπεικάζειν, *exaequare, similem effingere* (*gleich machen*). ἀλάστωρ ἀπεικασθεὶς θεῷ El. 979. *Assimilare, comparare* (*vergleichen*). μάχην γε δισσοῖν κνωδάλοιν ἀπεικάσας (Tydei et Polynicis) Suppl. 146. *Effingere, colligere, coniicere.* Ἑλένης τὸ κώκυμ' ἐστὶν, ὡς ἀπεικάσαι Or. 1298. Praepositio indicat in talibus aliquid subesse, *ex* quo quid vel re vel cogitatione *fingas.* Unde et nos *etwas abbilden — an sich abnehmen* et Latini *effingere — de se facere coniecturam.*

ἀπειλεῖν, *minitari.* δεινὰ ἀπειλήσων ἔπη Suppl. 542. τί τοῖσδ' ἀπειλεῖς —; Rhes. 833. κλύω δ' ἀπειλεῖν σε — τὸν δόντα — δράσειν τι Med. 287. ἐφ' οἷς ἀπειλεῖς (vid. s. ἐπί), ὡς πετρωθῆναι με δεῖ, ἄκουσον Or. 563. [De origine vocis v. s. ἀπειλή.]

ἀπειλή. Plurali tantum utitur cum Homero et Latinis consentiens Euripides. *Minae.* δοκεῖς ἀπειλῶν σῶν μέλειν τι δαίμοσιν; Herc. f. 1242. ἐκ τῶν ἀπειλῶν τῶν πρὶν, αἷσι δεινὸς ἦν Bacch. 854. δειναὶ ἀπειλαὶ καὶ κατ' ἀλλήλων φόνος Iph. A. 53; v. s. ἀλλήλοιν p. 134. [Derivatio non mala est, qua ex ἄπο et εἴλειν compositum putatur, ut proprie sit *urgere* (*zusetzen*). Ingeniosior tamen *Buttmanni* ratio lex. I. p. 274, qua eiusdem originis est atque ὄψ ἔπος ἠπύειν ἀπελλαί ἀπελλάζειν et *clamandi s. increpandi* proprie vim habet. Cui rationi eximie favet *clamandi iactandi gloriandi* notio, qua legitur Hom. Il. Θ', 150. υ', 83, et vero etiam Latinum *appellare. Const. M.*]

ἀπεῖναι, *absentem esse.* μένων τοὺς ἀπόντας Andr. 378. ὃδ' οὐ μακρὰν ἄπεστι, πλήσιον δέ σου Phoen. 913. πρὶν ἐκ δόμων μακρὰν ἀπεῖναι πατέρα

Med. 1158; cf. Or. 572. Suppl. 91. *ποῦ νῦν ἄπεστι;* Heracl. 662. *ἄπεστιν — ἐν φοναῖς θηροκτόνοις* Hel. 172. *ἐν Θρήκης ὅροις ἀπών* Hec. 964. *ὡς πολὺν ἀπῆσθα χρόνον ἐν Αὐλίδος μυχοῖς* Iph. A. 660. *ἀπὼν Δελφῶν κατ' αἶαν* Andr. 50. *ποῦ πατὴρ ἄπεστι γῆς;* Herc. f. 74. *χρόνιον ἀπόντα κἀκλελοιπότα στέγας* Iph. A. 1099; cf. El. 1072. Andr. 634. *ἀπόντες ἐσπανίζομεν φίλων;* Herc. f. 558. *τίς ἔστ' ἀπόντων τύμβος;* Hel. 1256, *absentes qui sepeliri possunt?* cf. ib. 1562. *πρόσω σφ' ἀπόντα δακρύοις ἂν ἡγάπων* ib. 943. Similiter *εἰ τὸ σῶμά μοι ἄπεστιν αὐτῆς, τοὔνομ' οὐκ ἄπεστί πω* Ion. 1278. Opponitur *παρών. ἀπὼν ἐκεῖνος, οὐ παρών, ἡμῖν φίλος* El. 245; v. *Matth.* ad l. *ἀποῦσά σε καὶ παροῦσ' ἀφιγμένον δεῦρ' οἶδεν* Hel. 867. *ἀδελφῷ βούλομαι δοῦναι χοὰς παροῦσ' ἀπόντι* Iph. T. 62. *δειλοὶ ἄνδρες — ἐν μάχῃ — ἄπεισι κἂν παρῶσ' ὅμως* Meleag. fr. VI (VII), 2. Ita etiam *λέξον· παρὼν γὰρ τοὺς ἀπόντας εὐφρανεῖς* Suppl. 649. Sic Ald. rell. Quae tam exquisita lectio est, hic ut vel codd. bonorum auctoritatem spernam, ut sprevit *Dindorf.* Quod enim tres Parr. item Flor. 1. 2. et Vict. habent *τοὺς παρόντας* inanis vide ne sit verborum strepitus, quem *Marklandi* et *Hermanni* ingenio arrisisse miror. Etiam *Matthiam τοὺς ἀπόντας* primum propter praeteriti vim aspernatum posthac probasse video: nam commode ad marginem editionis in usum quotidianum adhibitae praeter Hel. 1453. Tr. 1213. 1217 et Andr. 967 adscripsit Hel. 1215. *φησὶν ὁ παρὼν ὅτ' ὤλλυτο.* Quibus adde Aesch. Pers. 258. *καὶ μὴν παρών γε κοὐ λόγους ἄλλων κλύων φράσαιμ' ἄν.* Soph. Ant. *παρὼν ἐρῶ*, quod falso ab *Hermanno* explicitum *quum adsim Boeckhius* tandem perspexit significare *als Augenzeuge.* Eaque quum alias tum in Aeschyli et in nostro loco participii sententia est: *dic: nam testis oculatus nos, qui testes non erant, exhilarabis.* Scilicet participium in talibus non perfecti est, sed imperfecti. V. s. *παρεῖναι.* Omnino gaudet Euripides his vocibus inter se opponendis. *πράσσειν τε γὰρ πάρεστι κἀνδυνός τ' ἀπὼν κρείσσω δίδωσι — χάριν* Hipp. 1019. Sic etiam Ion. 385. *οὐ δίκαιος εἶ εἰς τὴν ἀποῦσαν, ἧς πάρεισιν οἱ λόγοι.* Similiter Suppl. 152. *ἀλλ' οἱ μένοντες τοὺς ἀπόντας ἠδίκουν. Abesse, remotum s. disiunctum esse. ἴσον ἄπεσμεν τῷ πρίν* Hipp. 302 [i. e. *a proposito assequendo absumus. Aug. M.*]. De re. *κἂν ἀληθείας (τὸ δοκεῖν) ἀπῇ* Or. 236. *εὐρὼς ἄπεστι πλεγμάτων* Ion. 1393. [Forsan etiam Ion. 1062 scribendum *εἰ — ὁ καιρὸς ἄπεστι τόλμας* pro *ἄπεισι. Const. M.*] *οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν (quod non possides) φίλτερον ἠγῇ* Hipp. 184. *τί; τῶν ἀπόντων ἤ τι τῶν ὄντων πέρι;* El. 564 (v. s. *τίς*). Unde formula *τά τ' ἀπόντα τά τ' ὄντα, omnia, quotquot sunt.* Vid. *Ellendt.* in lex. s. v. *Deesse. μή τοι τό γ' ἐμὸν πρόθυμον φίλοισιν ἀπέστω* Med. 179.

εἰ ἀπῆν δορὸς τοῖς Σπαρτιάταις δόξα Andr. 725. Ἀχαιοῖς ὧν (δαμεὶς τῶν καὶ τέκνων) ἀπῆσαν ἡδοναί Tr. 393. τί ἄπεστί σοι κακῶν; Hel. 219. ἓν τῆς τύχης ἄπεστί μοι Ion. 668.

ἀπειπεῖν, *negare* (*ne aiere*), *renuere*, *recusare* (*absagen*, *abschlagen*). (μυρίων πόνων) ἀπεῖπον οὐδέν Herc. f. 1354. *Vetare*, *interdicere* (*untersagen*, *verbieten*). εἰ δ' ἀπειπεῖν χρῆν με κηρύκων ὕπο τὴν σὴν πατρῴαν ἑστίαν, ἀπεῖπον ἄν Alc. 740, ubi v. *Pflugk*. *Renuntiare* (*entsagen*, *sich lossagen*, *aufgeben*, *sich entziehen*). Homini: κἀκ τῶνδ' οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις ἥκω Med. 459, officium *amicis non renuntians*. V. s. ἀπαυδᾶν. Rei: huc pertinet, si verum suppeditant Par. B. Flor. A. 10. 15. Havn., ἀλλ' οὐδ' ἀπειπεῖν τοῖς πόνοις οἷόν τέ μοι Alc. 490, i. e. *at neque renuntiare laboribus s. detrectare labores possum*. [At quum rarissimus sit dativus *rei*, quum Suppl. 342 expresse legatur ἀπαυδᾶν πόνους, quum etiam hoc in loco Lasc. Ald. rell. habeant πόνους, consultius videtur scribere ἀπειπεῖν τοὺς πόνους. Et sic ediderunt *Monk. Herm. Dind. Const. M.*] Denique causa pro effectu posita est *viribus defici*, *defatigari*, nos ubi simillime: *die Kräfte versagen mir*. Additur plerumque *dativus* causae. ἀπεῖπον ἄλγει Hec. 942, *dolore tabesco*. Dativo adiectum ἐν. ἓως' ἀπείρηκ' ἐν κακοῖς Or. 91; vid. *Matth.* ad l. Absolute Hipp. 1354. ἀπειρηκός (*defatigatum*) σῶμ' ἀναπαύσω.

ἀπείργειν, *excludere*, *arcere*, *prohibere*. ἦν τις ἅψηται φόνου —, βωμῶν ἀπείργει (ἡ θεός) Iph. T. 383. ὧν (θεῶν πατρῴων) ἀπειργμένοι Heracl. 877. Cum *infin.* μὴ θιγγάνειν ἀπεῖργεν Hel. 1575. μ' ἀπεῖργε συμφορὰ πέδον Τροίας ἱκέσθαι Rhes. 432. ὁ φόβος — τὸν νοῦν ἀπείργει μὴ λέγειν ἃ βούλεται Alcmen. fr. XIV, 4. πάλαι δέ σ' ἐξερωτῆσαι θέλων σχολή μ' ἀπεῖργε Palam. fr. IV (VIII). Αἵμονος γάμοι σφαγὰς ἀπείργουσι Phoen. 952. νόσους ἀπείργει (σταλαγμός) Ion. 1013. *Discludere*, *disiungere*. πόσον ἀπείργει μῆκος ἐκ γαίας δόρυ; Hel. 1284, ubi tamen malim ἀπείργειν, id ut ex δεῖ aptum sit.

[ἀπειρέσιος. οἴκων ξεύξασ' ἀπειρεσίαν olim erat Hipp. 548, ubi nunc ex emendatione *Matthiae* gr. p. 1399 legitur ἄπ' εἰρεσίᾳ (s. v.).]

ἀπειρία, *imperitia*. ἐμπειρίᾳ τῆς ἀπειρίας κρατεῖ Pel. fr. V, 3. τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν' τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ (*mortis ignarus*) πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν Phoen. fr. IX (inc. LXXXI), 10. σκαιόν τι χρῆμα πλοῦτος ἢ τ' ἀπειρία Alcmen. fr. IX (VIII), quae quam vim habeant simillima declarat sententia Antig. fr. XII, 1.

ἀπειρόδροσος, *roris expers*. ξηραὶ Ἀμμωνίδες ἕδραι — ἀπειρόδροσοι, *non irroratae*, El. 735. Ita *Herm.* pro ἄπειροι δρόσου.

ἀπειρόκακος, *malorum inexpertus.* παρ' εὐτυχῆ σοι πότμον ἦλθεν ἀπειροκάκῳ τόδ' ἄλγος Alc. 930.

ἄπειρος, (πεῖρα) 1. *inexpertus, imperitus, ignarus.* καλῶν ἄπειρος ὤν Aug. fr. III, 3. ἄπειρος τῆς νόσου fr. inc. tr. LXV, 4. ἄπειρος (eorum quae facienda sunt) εὐτυχοῦσα πρίν Hel. 1265. πεδίων ἄπειροι βαρβάρου τ' ὄντες χθονός ib. 1048. μῶν ἄπειρος εἶ ξένου; Alc. 487; cf. v. seq. μὴ θίγῃς ἡνιῶν ἄπειρος ὤν Phaëth. fr. VIII (VI), 1. λέχους ἄπειρος ὤν, *expers*, Med. 672. Sic etiam πάμπαν ἄπειροι ib. 1091 et ἄπειρος ὤν Andr. 420. 2. (πεῖρας, πέρας) *infinitus, immensus.* τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα fr. inc. tr. I, 1. ἤπειρον (s. v.) εἰς ἄπειρον ib. CCX. Hinc ἄπειρος dicitur omnis vel locus vel res, *unde exitum non habes, unde te expedire nequis* (*Labyrinth*): *infinitus, inexplicabilis, inextricabilis.* Itaque Or. 25 ὕφασμα, quo circumdatum Agamemnonem occidit Clytaemnestra, graviter et eleganter dicitur ἄπειρον, quod scholiasta fragmentum Aeschyli in eadem re versans ἀμήχανον τεύχημα καὶ δυσέκλυτον opportune apponens non male explicat: μὴ διεξόδους ἔχον κεφαλῆς καὶ χειρῶν. Similiter Homerus ἀπείρονα vocat *somnum, unde te expedire s. quem excutere nequeas. Const. M.*

ἀπειροσύνη i. q. ἀπειρία. οἳ μὲν ἄτεκνοι δι' ἀπειροσύνην (sic optimus Rom. A) — πολλῶν μόχθων ἀπέχονται Med. 1094. an. δυσέρωτες — τοῦδε — δι' ἀπειροσύνην (sic optimus Havn.) ἄλλου βιότου Hipp. 195. an. Vid. Phoen. fr. IX, 10 s. ἀπειρία.

ἀπείρων, *immensus.* δι' ἀπείρονα γαῖαν Phaëth. fr. IV, 30.

ἀπελαύνειν, *abigere, depellere, expellere.* ὅς μ' εἰς δόμους ἐδέξατ' οὐδ' ἀπήλασε Alc. 858. οὐκ ἐξέδωκαν οὐδ' ἀπήλασαν χθονός Heracl. 320. 189. δόμων σφε καὶ πόλεως ἀπήλασα ξένον μόλοντα Alc. 556. πόλεως ἀπελαυνομένη τῆς Ἰλιάδος Hec. 103. ὧν (Thebarum) οὐ δικαίως ἀπελαθεὶς ξένην πόλιν ναίω Phoen. 372. ὡς προσώταθ' Ἑλλάδος ἀπήλασεν Iph. T. 713. Absolute Med. 1405. ὡς ἀπελαυνόμεθα, quod quid sibi velit ostendunt vv. 1411. 12. [Manifesto corrupta sunt ἐγὼ γὰρ οὔτ' εἰς πατέρ' ἀπηλάθην τύχης Herc. f. 63: durissima enim constructio, ineptissima sententia. Lege: ἐγὼ γὰρ οὖν τῆς πατρὸς ἀπηλάθην τύχης, *ego patris fortuna eiecta sum*, quod deinde repetitur verbis: νῦν ἐκεῖνα μὲν θανόντ' ἀνέπτατο. *Const. M.*]

ἀπεμπολᾶν, *vendere*, i. e. dare, tradere seu data pecunia seu permutatione vel pactione facta. τοὺς ἄρνας ἡμῖν οὗτος ἀντ' οἴνου — ἀπημπόλα κἀδίδου — ἑκὼν ἑκοῦσι Cycl. 256. ἦ μὲν (Ἥρα) Ἄργος βαρβάροις ἀπημπόλα Tr. 973. τίνος τίς ὢν σὺ τήνδ' ἀπεμπολᾷς χθονός; Iph. T. 1360: quae praeguanter dicta sunt pro ὡς ἐμπολήσων ἀπά-

γεις χθονός. Venalia vero quum nobis ea fere sint, quae parvi aestimamus neque servare dignamur, hinc de pretiosis rebus, quas retinere debebas, est *missum facere*, *profundere*, *prodere*, *abiicere* (*weggeben*, *wegwerfen*). ἡ τεκοῦσά με (Ionem) κρυφαῖα νυμφευθεῖσ' ἀπημπόλα λάθρα Ion. 1371. Ita etiam Phoen. 1234. μήτε Πολυνείκους χάριν ψυχὰς ἀπεμπολᾶτε μήθ' ἡμῶν ὕπερ.

ἀπεννέπειν, ἀπενέπειν, *vetare* (v. s. ἐνέπειν). κἂν ἀπεννέπῃ πόλις Phoen. 1651. οὐ μὴ κελεύω γ' οὐδ' ἀπεννέπω θνήσκειν σε Heracl. 556. δρᾶν σ' ἀπεννέπω τάδε Med. 813. ἀπεννέπω σε μὴ κατακτείνειν ἐμέ Ion. 1282. χθὼν ἀπεννέπουσά με μὴ θιγγάνειν γῆς καὶ θάλασσα μὴ περᾶν Herc. f. 1295. Praegnanter dictum ἀπενέπω νιν (τόξον Ἔρωτος) ἀμετέρων θαλάμων Iph. A. 552, i. e. ἐνέπω νιν ἀμ. θαλάμων ἀπεῖναι.

ἄπεπλος, *non vestitus*. ἄπεπλος (*non indutus*) φαρέων λευκῶν Phoen. 328. mel.

ἀπέραντος, *immensus*. ἐφ' ἁλμυρὰν πόντου κλῆδ' ἀπέραντον Med. 213.

ἀπεργάζεσθαι, *conficere*, *perficere*. τά τοι μέγιστα πάντ' ἀπείργασται βροτοῖς τόλμ' ὥστε νικᾶν Ixion. fr. II (III), 1. De praepos. v. s. ἀπανδροῦσθαι. Similiter nos *abmachen* et Latini *exsequi*.

ἀπέρρειν, *abire*. ἀπέρρων (*te auferens*) ἔνθεν ἦλθες ἐνθάδε ὕβριζε Herc. f. 260.

ἀπέρχεσθαι, *abscedere*, *abire*. ἄπελθε δεξιάν τ' ἐμὴν μέθες Hipp. 333. ἄπελθε, μὴ ψαῦε El. 223; cf. Alc. 732. Iph. A. 304. Hel. 450. Hipp. 708. ἡ γυνὴ ἀπελθέτω (ex meo conspectu) Alc. 1107. ἀπέλθεθ' ὑμεῖς καὶ παρευτρεπίζετε Iph. T. 725. οὔκουν ἀπελθὼν δάκρυα σοῖς δώσεις φίλοις; Hel. 465. φίλος γὰρ ἐλθὼν δυστυχῶς ἀπέρχεται, e vita *discedit*, Rhes. 961. Similiter ἀπέρχομαι κάτω Alc. 380. τί μ' οὐκ εἴασας ἐξ (*post*) εὐαγγέλου φήμης ἀπελθεῖν Phoen. 1224; vid. v 1215. ἀπελθέτω νυν θεσφάτων ἐμῶν ἑκάς Phoen. 914 [*abeat, ubi vaticinia mea exaudire non poterit. Aug. M.*]. Tralate τί — εἰς φροντίδας ἀπῆλθες (ἐκ χαρμονᾶς), *sollicitudini te das*, Ion. 583. ἄπελθε τοῦ λόγου τούτου, *mitte hunc sermonem*, Iph. T. 546. ἐκ δακρύων ἄπελθε Or. 295. ἀπελθέτω δὴ τοῖς λόγοισιν ἐκποδὼν (s. v.) τὸ γῆρας ἡμῖν τὸ σόν Or. 547; v. *Matth.* ad l. *Recedere*, *redire*. ὅθεν ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο, ἐνταῦθ' ἀπῆλθε Suppl. 533; v. *Barnes.* εὖδον ἀπελθὰν εἰς κοίτην Rhes. 779.

ἀπευθύνειν, *in rectam viam* (εὐθύνειν) *reducere* (ἀπό), *restituere*, *erigere*. Ita Oedipus ἀπευθύνει πόλιν S. Oed. T. 104, quatenus rem publicam calamitate fluctuantem *in bonum statum restituit*. Hinc

de improbis vel impiis est *ad officium* vel *sanitatem reducere* s. *revocare, corrigere.* Bacch. 882. ch. ἀπευθύνει (τὸ θεῖον σθένος) βροτῶν τοὺς ἀγνωμοσύναν τιμῶντας. Similiter nos: *Einem die Wege weisen.*

ἀπεύχεσθαι, *deprecari.* ἀπεύχου ταῦτα πρὸς θεῶν πάλιν Hipp. 890. De praepos. v. s. ἀπάντεσθαι.

ἀπέχειν, *avertere, amovere.* ἄπεχε φάσγανον. *Retinere, abstinere,* σοφὰν ἀπέχειν πραπίδα φρένα τε (τοῦ εὐαίωνα διαζῆν) Bacch. 427; v. s. σοφός et παρά. *Med. se abstinere, abstinere.* [γάμων ἀπείχετο Dan. prol. 18.] οἱ ἄτεκνοι — πολλῶν μόχθων ἀπέχονται, *multis laboribus supersedent*, Med. 1097.

ἀπεχθάνεσθαι, v. s. v. seq.

ἀπέχθεσθαι non praesens, sed aoristum esse et scribendum ἀπεχθέσθαι, quia praesens sit ἀπεχθάνομαι, *Elmsleius* contendit ad Med. 285, eadem videlicet ἀοριστομανίᾳ correptus, qua etiam verba in αθειν εθειν νθειν desinentia authypotacta esse opinabatur. Magnam in utraque re levitatem expromsit eruditissimus Brittannus (v. p. 171 sqq.). Praesens ἔχθειν claris literis perscriptum exstat Soph. Ai. 459. ἔχθει με Τροία πᾶσα significatque *odisse* s. *odio habere* (*hassen*). Hinc *pass.* ἔχθεσθαι est *odio haberi* s. *in odio esse* (*gehasst werden — gehasst sein*). Quod praesens exstitisse convincere debebant quum ii loci, ubi ἠχθόμην quidem scriptum, sed de re perdurante dictum et imperfectum est, ut Hom. Od. δ', 756. ξ', 366. τ', 338, tum vero maxime Od. δ', 502. καὶ νύ κεν ἔκφυγε Κῆρα καὶ ἐχθόμενός περ Ἀθήνῃ, et Aesch. fr. ap. Plut. consol. p. 106, C. οὐ δικαίως θάνατον ἔχθονται βροτοί (*machen sich zum Gegenstand des Hasses*). Porro ut *odii* notionem augerent, ad simplex ἔχθειν Graeci ἀπό praepositionem adiiciebant, quae respondet vernaculo *ver* (v. s. ἀπό). Itaque ἀπέχθεσθαι est *invisum esse* (*verhasst sein*). Et hoc quidem praesens satis superque munitur uno Homeri loco Il. φ', 83. μέλλω που ἀπέχθεσθαι Διΐ πατρί. Cui adde praeter Euripidis exemplum infra allatum Plat. rep. I. p. 343, E. Thuc. I, 136. Lys. c. Andoc. p. 108, 3. Isocr. ep. 9. §. 14. Atqui multorum verborum stirps syllaba αν inserta amplificata est, ut vel notio verbi augeretur vel notioni per se iam auctae forma quoque aucta congrueret. Hinc duae illorum in praesenti et imperfecto formae erant, una pura, altera amplificata. Quarum prior etsi in multis exolevit, tamen in multis etiamnunc superest. Ut igitur αὔξω et αὐξάνω, ἐρύκω et ἐρυκάνω, ἕζω et ἱζάνω, ἵκω et ἱκάνω, λήθω et λανθάνω, τεύχω et τυγχάνω, φεύγω et φυγγάνω, sic etiam geminas formas ἀπέχθομαι et ἀπεχθάνομαι (ἔχθω et ἐχθάνω) servavit et sanxit consuetudo. Itaque optimo iure praesens ἀπέχθομαι agnoscunt *Buttm.* gr. ampl. II. p. 141.

Matth. gr. p. 534 et ad Med. 293. Poppo comment. ad Thuc. I. p. 657. *Stallb.* ad Plat. l. c. Quin huius quidem verbi aoristum ne in usu quidem fuisse contenderim propterea, quod *odii* vis stabilitatis usque notionem adiunctam habet. Neque *Matthias* in gr. l. c. perperam aliquot in locis de aoristo cogitasset, si reputasset activum ἔχθω non esse *in odium voco* (*mache verhasst*), sed *odio habeo* (*hasse*), igiturque *odio habeor* s. *invisus sum* (*bin verhasst*) non aoristi, sed ipsius praesentis passivi significationem esse. Ad usum Euripideum venio. Ex quo prae omnibus repellendus locus Hipp. 1260, ubi Lasc. Ald. rell. sine sensu οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ' οὔτ' ἀπέχθομαι κακοῖς. Callide iam *Pierson.* Veris. p. 69 correxerat, quod optimi postea codd. Par. A. B. D. Flor. 2. 10. Havn. confirmarunt, ἐπάχθομαι. Cui cave ne praeferas quod unius codicis lectioni ἀπάχθομαι nimium tribuens *Elmsleius* proposuit ἆρ' ἄχθομαι. Sententiam docte illustravit *Valck.* Recte vero habent ἀπεχθήσει δ' ἐμοί Alc. 72 et κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπέχθεσθαι Med. 290: inepte certe hoc ultimo in loco *Dind.* cum *Elmsl.* ἀπεχθέσθαι, inepta enim odii *absoluti* sententia. *Const. M.*

ἀπέχθημα, *odium.* ἓν ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς (κήρυκες) Tr. 425.

ἀπηλιώτης, *subsolanus.* ἀπηλιώτης ἄνεμος (*Eurus*) ἐμπνεύσας δορί Cycl. 19. V. s. ἀντήλιος.

ἀπήμων, *mali s. infortunii expers.* πλοῦν νεῶν ἀπήμονα, *secundum,* Iph. A. 1575.

ἀπήνη, *vehiculum.* ἔκβητ' ἀπήνης El. 998. θάκους ἀπήνης Iph. A. 618. ποῖ ποτ' ἀπήνας νώτοισι φέρει; Tr. 571. τροχάλοισιν ὄχοις παραμειψαμένη παῖδα κομίζουσ' ἀπήνη Iph. A. 147. Omnino *quidquid vehitur* (*Fuhrwerk, Fahrzeug*). Navigium: ναΐαν ἀπήνην Med. 1123, cui opponitur ὄχος πεδοστιβής. Equus Troianus: τετραβάμονος ὑπ' ἀπήνας Ἀργείων ὁλόμαν Tr. 516. Deinde est *quod vehiculo iungitur, iugum* (*Gespann*). Tralate ἀπήνα ὁμόπτερος, *par fratrum* (Eteocles et Polynices), Phoen. 331. Ita Antonium et Dolabellam *iugum impiorum* appellat Cicero Philipp. 11, 6. Difficilis locus Phoen. 854. ὡς πᾶσ' ἀπήνη πούς τε πρεσβύτου φιλεῖ χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κομφίσματα. De his v. s. πᾶς. Interim consule *Matthiam* ad h. l. [De origine vocis nondum liquet. Possis quidem simpliciter ex ἀπό derivare, ut respondeat vernaculo *Wagen*, quod ex *weg* (*hinweg*) profectum suspicor, et Latino *curru*: certe — ηνη consueta substantivorum terminatio est. Possis etiam Ionicum vocabulum dicere et ex ἀπό et ἠνία compositum, ut significet proprie id, quod *habenarum ope* mo-

vetur s. regitur. Sed neutrum satisfacit: etymologiam enim desidero, ex qua qui factum sit aliquo modo appareat, ut ἀπήνην, quae propria vi dicitur, et mulieres potissimum adhiberent et muli plerumque traherent vel boves. V. *Valck.* ad Phoen. v. 854. *Const. M.*]

Ἀπιδανός, n. pr. Ἀπιδανὸν ἀμφὶ ποταμὸν ἐν Φθίας ὅροις Iph. A. 713. Φθιάδος, ἔνθα καλλίστων ὑδάτων πατέρα φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν Hec. 454.

ἀπιέναι, *abire.* ἄπειμι, χαίρετε Phoen. 900; cf. Alc. 733. ἄπεισιν, εἰ χρή ib. 1108. ἄπειμι δὴ κάτω Hec. 414. ἐκποδὼν ἄπειμι κἀποστήσομαι Θρηκί ib. 1054. οὐδ' ἐγὼ μὴν τήνδ' ἄπειμ' αὐτοῦ λιπών ib. 401; cf. Phoen. 1727. ἔξω χθονὸς ἄπειμι Phoen. 1012. ἐκ δόμων — ἄπειμι Hipp. 660. πατέρ' ἐς οὐρανὸν ἄπειμι Hel. 620. οὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν Med. 275. οὐκ ἄρ' ἐς Ἄργος ῥᾳδίως ἄπει πάλιν Heracl. 269. Tralate εἰ — ὁ καιρὸς ἄπεισι τόλμας, *destituit*, Ion. 1062 [sed v. s. ἀπεῖναι]. οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει Alc. 683, ubi similiter et nos *du wirst nicht so wegkommen — es wird nicht so hingehen* et Latini *non hoc tibi sic abibit.* Cf. *Pflugk.* ad Heracl. 375.

ἀπιστεῖν (πιστός), *fidem non habere, diffidere.* ἀπιστῶ Hec. 429. ἀπιστεῖν οὔ σε θαυμάζω τύχῃ Alc. 1133. [Sic recte cum *Reiskio Monk.* et *Matth.* pro vulg. τύχην, quod cum *Hermanno* tuetur *Pflugkius*, quia ἀπιστεῖν τύχην dicatur de eo, qui *non credat verum esse quod accidit*, ἀπιστεῖν τύχῃ de eo, qui *instabilem futuram putet sortem.* Imo, ut ἀπιστεῖν θεόν est *deum non credere* (*nicht an Gott glauben*), ἀπιστεῖν θεῷ *deo*, qui est, *non confidere* (*Gott nicht vertrauen*), sic ἀπ. τύχην est *fortunam non credere* h. e. non credere fortunam sibi aliquam obtigisse (*an einen Glücksfall nicht glauben*), ἀπ. τύχῃ *fortunae non confidere* h. e. non credere fortunam, quae domina mundi est, sibi favere (*dem Glück nicht trauen*). Illud si poeta voluisset, vel τάδε scripsisset pro τύχην vel τήνδε addidisset. Hoc igitur voluit: *non miror te diffidere fortunae* i. e. non miror te fortuna toties delusum non credere eam tibi iam subito favere. *Const. M.*] *Non obedire*, quatenus ei, qui fide vel auctoritate caret, neque in iis, quae dicit vel iubet, obtemperamus. V. *Valck.* ad Herod. VI, 108. p. 489. *Heind.* ad Plat. Theaet. p. 296. *Stallb.* ad Apol. S. p. 54. *Elmsl.* et *Pflugk.* ad Heracl. 968 et *Ellendt.* in lex. Ita Ion. 557. τῷ θεῷ οὐκ ἀπιστεῖν εἰκός. Hinc αἰνεῖν (*assentire*) opponitur Suppl. 389. κἂν μὲν θέλωσιν αἰνέσαι — · ἢν δ' ἀπιστῶσι — · Porro ἥκομεν ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν Iph. A. 634. θράσω τάδ' · οὔτι σοῖς ἀπιστήσω λόγοις Med. 927. χρῆν αὐτὸν τῇδ' ἀπιστῆσαι χθονί

Heracl. 968. Cum *accus.* τὸ σῶμ' οὐκ ἀπιστήσω χθονί ib. 1024, quod dictum esse ut πείθομαί τινί τι recte monuit *Matthias*: *quod ad corpus obtemperabo terrae*; χθονί est i. q. χώρᾳ vel πόλει. Cf. 968 et 964.

ἀπιστία, *incredulitas*. οὐκ ἀπιστίᾳ (*incredulo animo*) σοὺς λόγους ἐνδεξόμεσθα Ion. 1605. *Diffidentia*. σώφρονος ἀπιστίας οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς Hel. 1634.

ἄπιστος. De rebus: passive *incredibilis*. ἦν ἄπιστον Iph. T. 328; cf. Ion. 1608. ἄπιστα λέγεις Hel. 1536. φασὶ δ' οὐκ ἄπιστ' ἐμοί El. 350. ἄπιστ' ἄπιστα καινὰ δέρκομαι Hec. 687. ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνειν βροτοῖς Thyest. fr. III, 3. ap. *Matth.* p. 133. ἐρωτῶν δ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι Iph. T. 782. ἄπιστον εἶπας μῦθον ib. 1293. τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα ἄπιστα κρίνω ib. 388. Active *incredulus*. Per elegantissimam enallagen hoc sensu dictum ἐκπεπληγμένος ὅμως δ' ἀπίστῳ περιβαλὼν βραχίονι εἰς τέρψιν εἶμι ib. 796, *mit ungläubigem Arm*. De hominibus: active *non obediens*. τοῖσι τῶν θεῶν λόγοις ἄπιστος ib. 1476. Passive *infidus*. πολλοὶ παρῆσαν, ἀλλ' ἄπιστοι Θεσσαλοί fr. inc. tr. CXCIV. ἄπιστον γυναικεῖον γένος Iph. T. 1298. ἄδικος, προδότις, ἄπιστος (Helena) Hel. 1162. οὐκ εἰς ἀπίστους δεσπότας βαλεῖς χαράν Ion. 751: „οὐκ ἀπίστους videtur dicere respiciens δούλευμα πιστόν (v. 748): ut vos mihi fideles estis, ita heram non habebitis infidelem, quod est, memorem, si accepta nuntiaveritis." *Herm.* Etiam de rebus. ἄπιστον ἔστ' ἔρως Andr. fr. XV (XIII), 2.

ἀπιστοσύνη, *infidelitas*. τὰν ἐμὰν (γυναικῶν) ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύναν Med. 423.

ἄπλᾶτος proprie dicitur quidquid est tale, ut *accedere* (πελᾶν) *non liceat*, unde primum *horrendi* ac deinde *immensi* significatio fluxit. Accurate igitur respondet Latino *immanis* et Germanico *ungeheuer*, quae de iis proprie usurpata, abs quibus non es *tutus* (*geheuer*), *ingentis* deinceps et *immensi* vim acceperunt. Priore sensu Soph. Trach. 1093 leo Nemeus dicitur ἄπλατον θρέμμα πάπροσήγορον, altero Thracum Troianis opitulantium πλῆθος ἄπλατον ἰδεῖν Eur. Rhes. 310. Utraque vis mixta in ἄπλατον ἀμφελικτὸς ἕλικα (δράκων) Herc. f. 399; v. s. ἕλιξ. Cet. cf. *Piers.* ad Moer. p. 25.

ἄπληκτος, *non vulneratus*. φροῦδοι δ' ἄπληκτοι (πολέμιοι) Rhes. 814.

ἀπληστία, *insatiabilis aviditas*. ἀπληστίαν λέχους Andr. 217.

ἄπληστος, *insatiabilis*. τᾶς ἀπλήστου κοίτας ἔρος Med. 150. *Elmsleii* ἀπλάτου ab aliis iam satis refutatum. ἄπληστος χάρις γόων

Suppl. 79. ἐλπὶς ἐγένετ' — ἄπληστος ἀνθρώποις Iph. T. 415. τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων Hypsip. fr. V, 4, *insatiabilem pueritem ludendi cupiditatem.* τί ποτ' ἄπληστος εἶ κακῶν —; Hel. 1108.

ἄπλοια, *navigandi difficultas s. iniquitas.* ἀπλοίᾳ χρώμενοι κατ' Αὐλίδα Iph. A. 88. δεινῆς ἀπλοίας — τυγχάνων Iph. T. 15. Perperam *Herm.* ἀπνοίας.

ἁπλοῦς, *simplex*, cum alio non iunctus vel mixtus. ἁπλᾶς λύπας ἐξὸν οὐκ οἴσω διπλᾶς Iph. T. 688. τὸ μὲν (νοσεῖν) ἐστὶν ἁπλοῦν, τῷ δὲ (τοὺς νοσοῦντας θεραπεύειν) συνάπτει λύπη τε φρενῶν χερσίν τε πόνος Hipp. 187. ἁπλοῦν ἂν ἦν τὸ κακόν, εἰ — Ion. 839. Hinc i. q. μόνος vel εἷς, *unus, unicus*, quo sensu Latinis quoque usitatum *simplex.* προστάτης ἁπλοῦς πόλει σφαλερὸς, ὑπὲρ δὲ κἄλλος οὐ κακὸν πόλει Phaëth. fr. XVI (IV). εἰ θεοῖς ἦν ξύνεσις —, ἃ δυσγένεια ἁπλοῦν ἂν εἶχε ζωᾶς βιοτάν Herc. f. 663. *Dind.* ἁπλᾶν — ξόας: prius bene, alterum non item. ἁπλοῦν Τυνδάρειον ὄνομα κλήζεται, *unicum s. singulare*, Hel. 501. *Simplex*, cui ambagibus vel circuitione non opus est, *brevis.* ἐκεῖνον ἢ 'μὲ δεῖ θανεῖν· ἁπλοῦς λόγος ib. 985. ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος ὁπλίζειν χέρα Rhes. 84. Ita etiam ἁπλῶς. ἁπλῶς Ἀχαιῶν οὐδέν' αἰτιώμεθα ib. 851, *quid multa, kurz.* At μέμφομαι καὐγὼ πόσει σῷ κοὐχ ἁπλῶς οὕτω φέρω Iph. A. 899, *non ita simpliciter* h. e. non ita ut eum non etiam castigem vel ei obsistam. Hel. 1437 vulgo est τὰ τῶν θανόντων οὐδὲν, ἀλλ' ἁπλῶς πόνος, sed aptius c. Flor. 1. 2. Vict. legitur ἄλλως; v. s. ἄλλως extr. *Simplex, non fucatus.* ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ κοὐ ποικίλων δεῖ — ἑρμηνευμάτων Phoen. 472. ἁπλοῦς ὁ μῦθος, μὴ λέγ' εὖ Archel. fr. XXIX (VIII), 1. τοὺς τρόπους ἁπλοῦς (*sinceros*) ἔχειν Iph. A. 927. [Compositum est ex πλέ-κ-ω et alpha *extensivo:* hoc enim quum *extentionem* proprie vel *complexionem* denotet, hinc etiam *coniunctionem* et *unitatem.* Ad amussim igitur ἁπλοῦς respondet Latino *simplex*, quod est a *sin* (ἕν) et *plico* (πλέκω), et Germanico *einfältig* ab *ein* et *falten* (πλέκειν). Simile etiam nostrum *einfach* i. e. *einmal genommen:* nam *fach* est a *fachen, fahen, fassen. Const. M.*]

ἀπό, quod et Latina (*ab a abs*) et in compositis (*a b-reisen*) Germanica lingua adscivit, cum ἀνά et κατά ex ἄω fluxisse et quamlibet proprie *motionem* significasse, deinde vero, ut ab ἀνά et κατά distingueretur, certam *de* vel *a* loco *motionem* notandam accepisse supra demonstratum est s. ἀνά. Et quidem ἀπό, ut ἄνω εἴσω ἔξω, initio videtur sonuisse ἄπω (ἄπωθεν ἀπώτερος), unde usu demum quotidiano in expeditius vocabulum ἀπό deflexum est. V. s. ἀμοχθεί p. 164. Notabile

vero notionem ἀπό particulae aliam, ubi cum verbis componitur, aliam, ubi cum nominibus coniungitur, viam secutam esse. Verbis quidem praefixum ad amussim respondet vernaculo *ver* —. Ut enim ἀπό, sic etiam *ver* cum *fern fort vor* quippe cognatum et *fer* — *far* antiquitus pronuntiatum in verbis compositis proprie significat *amotionem* vel *abscessum* (*Entfernung*), ut in *verreisen*, deinde *processum* vel *promotionem* (*Förderung*), ut in *verhelfen* (v. s. ἄνειν), hinc *absolutionem* vel *perfectionem* (*Abfertigung*, *Vollendung*, *Vervollkommnung*), ut in *verzweifeln*, *veredeln*, postremo *maiorem* omnino *modum* (*höhere Potenz*), ut in *verehren*, *verhasst* (v. s. ἀπέχθεσθαι). *Abscessus* autem quum *ab* eo loco factus, *ad* quem antea accesseras, *recessus* sit sive *reversio*, hinc ἀπό in compositis etiam *re* —, *retro* significat. Harum potestatum, si a principali *amotionis* discesseris, nullam habet ἀπό, ubi vel adverbium est vel *genitivo* utpote casui, cuius propria est *amotionis* vis, appositum. Hic enim

1. *amotionem* indicat (*de a ab, von — weg, von*). a. Simpliciter de loco. *Adverb.* ἄπο δὲ παρθένοι κόμας ἔθεντο Hel. 372; v. s. ἀποτιθέναι. ἄπο δ' ἔθρανσ' ἄκρον δόρυ Phoen. 1408, *brach — ab*; v. s. ἀποθραύειν. μὴ — ἀπολεῖ πόλιν, ἄπο δὲ πατέρα Herc. f. 1056; v. *Matth.* gr. p. 1398. Sic etiam Or. 197. Hipp. 878. Hec. 910. Hipp. 257. V. s. ἀπολλύναι, ἀποκείρειν, ἀπωθεῖν. *Praepos.* οὐκ ἀφ' ἡμῶν, οὐκ ἀπ' οἴκων πάλιν ἄνα πόδα σὸν εἰλίξεις; Or. 170. ἀπ' ἐχθρῶν ἥκετε πύργων Andr. 517. ἥκει — Τροίας ἄπο Or. 53; cf. Cycl. 277. Hel. 769. 869. στείχοντα Φωκέων ἄπο Or. 726. Tr. 230. Ἐρεχθειδῶν ἄπο δεῦρ' ἐκκομισθείς Phoen. 859. ἢ ἀπ' ἀμφοτέρων ἢ Κρησίας ἐκ γᾶς — ἔπτατο Hipp. 757. ἀπὸ Σπάρτης μολών Andr. 41. 916. Alc. 750. Herc. f. 32. φροῦδος — δόμων ἄπο Andr. 73. Πηλέως ἀπὸ δόμων — ἀφικόμην ib. 149. φθερεῖ τῆσδ' — ἀπὸ στέγης ib. 709. φεύγων ἀπ' οἴκων ib. 976; cf. Alcmaeon. fr. V (XV). Hel. 484. ἀπὸ χθονὸς φεύγοντας Rhes. 113. φυγάδα πατρίδος ἄπο γενόμενον Phoen. 1725. βᾶθι — δαπέδων ἄπο Περσεφονείας Suppl. 271. ἀπ' Ἰνάχου στείλας (Ἀργείους) Adrastus ib. 645; cf. Tr. 1264. ὁρμάσω τᾶσδ' ἀπὸ πέτρας Suppl. 1016. ἶέναι πέτρας ἄπο Herc. f. 320. πετραίων ἀπ' ἄντρων ἐλθοῦσαν — μόσχον Iph. A. 1082. ὅταν ναυστολῶσ' ἀπ' Ἰλίου Tr. 77. Cf. ib. 164. Cycl. 107. χωρεῖτ' — ἄντρων ἄπο Cycl. 191. ἤλθομεν νεὼς ἄπο ib. 255. Ἀσίας ἀπὸ γᾶς Τμῶλον ἀμείψασα Bacch. 64. δεμνίων ἄπο πηδᾷ — πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ Or. 44 sq. Cf. ib. 278. τινάσσει κρᾶτα — βαλβίδων (s. v.) ἄπο Herc. f. 867. ἀπ' οἴκων ἀνδρὸς ἐξωρμημένου El. 1070. τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ἀναπίπτοντας (exsules) fr. inc. tr. CLXXXVI, 5. ἀπ' Ἰλίου πρὸς οἶκον

εἶμι Rhes. 449. παρὼν κήρυξ ἀπ' Ἄργους Heracl. 648. ἧς (πόλεως) πάρειμ' ἄπο Suppl. 410. πρευμενοῦς ἀπ' Ἰλίου νόστου τυχόντας Hec. 540. Δακεδ. γῆς δεῦρο νοστήσασ' ἄπο Hel. 481. προσδοκῶν σὴν παῖδ' ἀπ' Ἄργους, εἰ στράτευμ' ἀφίξεται Iph. A. 328. ἡμᾶς ἀπ' οἴκων ἄγετε Or. 629. 65. Med. 1330. Andr. 984. Hel. 1127. τί — πέμπετε τῶνδ' ἀπ' οἴκων (Hippolytum); Hipp. 1150. Andr. 966. Iph. T. 877. μεθίημ' Ἑρμιόνην ἀπὸ σφαγῆς Or. 1671. πορεύει αὐτὸν ἐκκλήτων ἄπο ib. 947. Hipp. 755. ἐμὲ δὲ πατρίδος ἄπο — ἔβαλε ἀπό τε πόλεος ἀπό τε σέθεν Hel. 700 sq. σπονδῶν ἄπο ὠθεῖ με Bacch. 45. Στρόφιος ἤλασέν μ' ἀπ' οἴκων Or. 763. θηλυγ. ὄχλος ἀφ' ἱστῶν — οἰστρηθείς Bacch. 118. κινοῦντα Βάκχας — ὀρῶν ἄπο ib. 790. μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς καὶ μητέρος Iph. A. 669, *a patre et matre* seiuncta, ita ut *sola* sis. Similiter (Διόνυσον) κρυπτὸν ἀφ' Ἥρας Bacch. 98, ubi Latini quoque *a Iunone absconditum*, *vor der Hera*: quem locum pessime cum *Doederlino* iudicavit *Wunder.* ad S. O. C. 1518. μητρὸς ἁρπασθεῖσ' ἄπο Hec. 513, *avulsa.* ἀπ' ἐμῶν γονάτων σπασθεῖσαν ib. 91. μόσχον — χειρὸς ἀναρπαστὰν σᾶς ἄπο ib. 207. ἀπ' ἐμᾶς οὖν, ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδὸς πέμψατε, *avertite*, ib. 98. νεοχμὸν ἀπ' ἐρέθεν ἐλάβετε τέκος Tr. 260. μόναν δή μ' Ἀχαιοὶ κομίζουσι σέθεν ἀπ' ὀμμάτων ib. 1093. οἴκων ξεύξασ' ἄπο Hipp. 549 ex *Matth.* gr. p. 1399. Huc pertinet etiam τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν βραχὺν ᾤκισεν Heracl. 613, quod est praegnanter dictum: *a splendida condicione* avocatum s. deiectum *tenuem reddidit.* Usitatius in his ἐκ (s. v.). Sic etiam φίλων μὲν ἂν γήμαιμ' ἀπ' ἀνδρῶν Andr. 975, *ab amicis uxorem ducam*, *aus befreundetem Hause.* εὐγενὴς ἀπ' εὐγενοῦς γήμας Or. 1676, *aus edlem Hause.* V. *Matth.* gr. p. 1331. b. De rebus, *abs* quibus aliquid *disiungitur* vel *removetur.* ἔῤῥε πλοκάμων ἐμῶν ἄπο (φάρος) Andr. 832. ἵτε (στέφη) ἀπ' ἐμοῦ χρωτὸς σπαραγμοῖς Tr. 453. τίν' ἐπὶ πρῶτον ἀπὸ χαίτας σπαραγμοῖσιν ἀπαρχὰς βάλω; Phoen. 1522. ῥίπτε — ἀπὸ χροὸς — στεφέων ἱεροὺς στολμούς Tr. 258. μίτραν κόμης ἄπο ἔῤῥιψεν Bacch. 1113; cf. El. 820. κράδεμνα δικοῦσα κόμας ἀπ' ἐμᾶς Phoen. 1497. σάρκας ἐσπάρασσ' ἀπ' ὀστέων Med. 1217. ὀρᾷ — ὀμμάτων ἄπο κόρας στρέφουσαν ib. 1174, quod *Pflugkius* c. *Heath.* per tmesin dictum putans, pro ὀμμάτων κόρας ἀποστρέφουσαν, non reputavit rarissimam in trimetris tmesin esse, vix ut unum apud Euripidem exemplum reperiatur. Sensus: *vidit ex oculis pupillas torquentem* i. e. oculos ita distorquentem, ut pupillae disparerent. Hinc formulae: δύσκλειαν ἀπὸ συγγόνου βάλετε — λεχέων Hel. 1522, *repellite.* ἀπ' οὖν τέκνων σῶν πημονὴν εἴργοι θεός Alc. 517. μολπᾶν ἄπο καὶ — θυσιᾶν καταπαύσας Hec. 917,

desinens a —. εἰς μεταβολὰς ηλθον ἀπὸ δεινῶν λόγων Iph. A. 500. Hinc etiam longiorem *remotionem* significat cum verbis quietem indicantibus coniunctum (*von — entfernt*). Qua vi egregie respondet Latino *ab* in formula *ab re*. V. *Thiersch*. gr. §. 261, 4. τηλουρὰ ναίουσ' ἀφ' ἡμῶν πεδία Andr. 891. τηλύγετον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος Iph. T. 829. ἐξίσταται πάντ' ἀπ' ἀλλήλων δίχα Herc. f. 104. μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθε Iph. T. 481. ὅσιος ἀπ' εὐνᾶς ὤν Ion. 150. ἀπὸ λέχεος Or. 185. Huc pertinet etiam οἶδα πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀ μ μ ά τ ω ν ἄ π ο, τοὺς δ' ἐν θυραίοις etc. Med. 216, quem locum nemo interpretum plane intellexit. Recte tamen vidit *Matthias* ὀμμάτων ἄπο esse fere ut Tr. 1093 *a conspectu hominum remotos* i. e. in occulto. De ceteris v. s. θυραῖος. Hinc *defectionem* quoque vel *absentiam* denotat, in quo mirifice conspirat cum Latino *absque*. χρόνιος εἰμ' ἀπ' ἀνθρώπων βορᾶς Cycl. 249, *absque carnibus humanis sum, carn. hum. careo*. Itaque factum est ut ἀπό in compositis saepe idem valeret quod alpha privativum. V. *Matth*. gr. p. 1328 et infr. p. 347. c. De re vel loco, *unde* quid *seiungitur*, *detrahitur*, *depromitur*, *demitur*, *petitur* (*von — weg — her, von, a, de*). τρίποδος ἄπο φάτιν — δεξάμενος Or. 329. ἀνάδημα δέξαι χειρὸς εὐσεβοῦς ἄπο Hipp. 83. μάρπτει ἡνίας ἀπ' ἄντυγος Hipp. 1188. ἀπ' Εὐρώτα — Πάρις — ἂν (Helenam) ἔλαβεν Iph. A. 179. σκῦλ' ἀπὸ Τροίας ἑλών ib. 1629. (τεῦχος) ἐμῆς ἀπὸ κρατὸς ἑλοῦσα El. 140. ἀπὸ Κηφισοῦ ῥοὰς — ἀφυσσαμέναν Med. 835. πῶς ἂν δροσερᾶς ἄπο κρηνῖδος — πῶμ' ἀρυσαίμαν; Hipp. 208. λουτροῖσι ποταμίων ῥείθρων ἄπο El. 794. νιν (βρέτας) ἠράμην βάθρων ἄπο Iph. T. 1201. φέρε νιν (μάτηρ) ἀπὸ δείραδος ἐναλίας ib. 1240. πετάλων ἄπο — καρπὸν ἀμέρξων Herc. f. 396. τίν' οὐκ ἀφ' Ἑλλανίας ἄγορον ἁλίσας Herc. f. 411. φόνια δ' ὤπασας λέχε' ἀπὸ γᾶς Ἑλλανίδος El. 1193. δεῖ δ' ἐξ ἐκείνου δή τι — σημεῖον ἢ λόγον τιν' ἢ πέπλων ἄπο λαβεῖν Hipp. 514; v. schol. γεῖσ' ἐπάλξεων ἄπο Phoen. 1165, *pinnas a propugnaculo revulsas*. σκῦλα ἀπὸ νεκρῶν ἐρείπια Aug. fr. II (IX). οἷσιν (σκύλοις) στέψει ναοὺς ἀπὸ Τροίας Tr. 576. κρατήρων πληρώματα — Γοργοῦς — ἀπὸ σταλαγμῶν Ion. 1055. ἀπὸ θηλειῶν ὅσας (ἔχων ἐραστάς) Suppl. 899; v. *Matth*. θέρμ' ἀπ' ἀνθράκων κρέα Cycl. 373, quae ib. 243 dicit ἀπ' ἄνθρακος θερμὴν δαῖτα. De v. 357 v. s. ἀνθρακιά. ὡς εὖ πυνθάνει τἀφ' Ἑλλάδος Iph. T. 540 [pro τὰ ἐν Ἑλλάδι γενόμενα, quia πυνθάνεσθαι ἀπό τινος dicitur; vid. gr. §. 596, a. *Herm*. ad Soph. El. 135. *Aug. M.*]: nos: *von Hellas her Erkundigung einziehn*. Hinc

2. de quovis *principio* vel *exordio* usurpatur, *unde* quid *profici-*

scitur (*Anfangs — Ausgangspunkt: von — aus, aus, von, a*). a. De tempore. ἀπὸ τοῦδε, *dehinc s. deinde*, Heracl. 847. b. De loco. τῶνδ' ἀνακτόρων ἄπο ἠχοῦς λούσης Suppl. 88. στέρνων δ' ἄπο φύσημ' ἀνεὶς Phoen. 1446, ut πνοὰς θερμὰς πνέω πνευμόνων ἄπο Herc. f. 1095 [nisi utroque in loco scribendum ὕπο. *Const. M.*]. πῦρ πνέουσι μυκτήρων ἄπο (Diomedis equi) Alc. 496. Imprimis de superiore loco (*von — herab*), ut in formula ἀφ' ἵππων μάχεσθαι (*Matth.* gr. p. 1328). Ἐτεοκλέης ὑπῆρξ' ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς πύργου Phoen. 1229, cui simillimum ἂν δ' ἐβόασεν λεὼς Τρωάδος ἀπὸ πέτρας σταθείς Tr. 523; v. *Matth.* ad hos ll. et gr. p. 1403. ἀπὸ τειχέων σκοποί, *qui de muris speculantur*, Tr. 956. περγάμων — ἀπ' ὀρθίων — εἰσορῶμεν στρατόν Phoen. 1105. μάτηρ νιν — ἀπὸ πέτρας — ὄψεται Bacch. 980. ὀρφθέντα πύργων — ἀπ' ὀρθίων Andr. 10; cf. Tr. 720. Cycl. 166. Hel. 1610. ὀμμάτων ἄπο φόνου σταλαγμοὶ — κατέσταζον Hec. 240. ἵδρωτα σώματος στάζων ἄπο Bacch. 620. οὐρανοῦ πεσεῖν ἄπο Iph. T. 88. Bacch. 290. τὴν βασίλειαν δεξώμεθ' ὄχων ἄπο Iph. A. 600. ἐξέπιπτον ἀντύγων ἄπο Phoen. 1200. δάκρυ' ἀπ' ὀμμάτων βαλεῖν Herc. f. 1356; cf. Iph. A. 477. 650. Cycl. 405. (βρόχον) τεράμνων ἀπὸ νυμφιδίων κρεμαστόν Hipp. 768. σάρκες ἀπ' ὀστέων — ἀπέῤῥεον Med. 1200. ὀμμάτων δ' ἄπο — πρηστῆρες ῥεύσονται Thes. fr. I, 2. c. De re vel homine (*von Seiten, a*). ἀκέραιος ἔκ τε μητρὸς ἀρσένων τ' ἄπο Phoen. 950; v. s. ἀκέραιος. Crebra hic et paene solemnis particulae cum neutro articuli consociatio. ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας Iph. A. 1214, *quae e pectore proficiscuntur*, ut fr. inc. tr. XXI, 3. τά τ' ἐκ ποδῶν σιγηλὰ καὶ γλώσσης ἄπο σώζοντες Bacch. 1047, *sonum*, qui *a pedibus et a lingua* proficisci posset, *tacitum servantes* i. e. pedum et linguae silentium servantes. τἀπ' ἐμοῦ σοφά Iph. A. 1214. κλύων νῦν τἀπ' ἐμοῦ σοφὸς γενοῦ Herc. f. 189. ἀσθενῆ τἀπ' ἐμοῦ δεδορκότες Heracl. 23, *quae a me praestari possunt*; v. *Matth.* ad l. et *Wunder.* ad S. O. C. 1610, qui tamen haec parum explicate vertit *quod attinet ad*. Sic etiam ἕτοιμ' ἃ βούλει τἀπ' ἐμοῦ Tr. 74. Paulo aliter βέβαια τἀπὸ σοῦ, *consilia tua*, El. 280. τἀπ' ἐμοῦ, *mandata mea*, ib. 666. πάντα τἀπ' ἐμοῦ Ion. 804, *quae a me dici possunt*. τἀπ' ἐμοῦ τε κἀπὸ σοῦ ἐς ἓν ξυνελθόντα Tr. 1154, *operae s. vires nostrae coniunctae*. Huc pertinet etiam τῶν ἀπ' Αἰγίσθου φίλων (τις) Or. 435, *qui ab Aegisthi parte stant*, *einer der Freunde von Aegisthus*. V. *Hand.* Tursell. I, p. 36, 3. [Saepe hac vi etiam cum *passivo* construitur ἀπό. Falsissime Bacchi locum v. 98 huc retulerunt *Wunder.* et *Doederl.* ad S. O. C. 1518 (v. supra 1, a). Est vero huius generis κῶλ' ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν νεανίαιν — πρὸς ἧπαρ ἠκοντίζετο

Iph. T. 1369, *von Seiten beider Jünglinge.* Cave autem in talibus ἀπό vel, ut veteres grammatici, pro ὑπό esse, vel, ut *Bernhardy* Synt. p. 223 sq., per negligentiam quamdam usurpari, vel, ut *Poppo* ad Xen. An. 6, 5, 18, ita dici opineris, ut *passivum* in vim *intransitivi* verbi transeat. Aniles hae sunt doctrinae. Imo ipsa vi ac natura ἀπό et ὑπό cum passivis constructa differunt. Ἀπό enim nonnisi gravius exprimit, quod ipse iam genitivus indicat (*von*), ὑπό autem ad genitivi notionem (*von*) novam notionem addit (*unter*). Itaque ἀπό simpliciter et infinite significat locum vel rem, *unde* quid *proficiscitur* (*von Seiten*), ὑπό vero definite et accurate describit locum vel rem, *unde* quid ita *proficiscitur*, ut ei *subiectum* sit aliquo modo vel *obnoxium* (*von*). Hinc sponte sequitur ἀπό saepe de eo dici, *per* quem vel *quo* fit aliquid (*mittelbar*), ὑπό autem semper de eo, qui *ipse* alicuius rei *auctor* est (*unmittelbar*): aliter imperii vis, cui subiectus es (ὑπό), debilitatur. Ita διδάσκεσθαι ὑπό τινος dicitur qui praeceptori commissus est et eum audit eique paret (*ab aliquo doceri*), at ἀπό τινος διδ. qui aliquem vel legens vel observans edocetur vel cui quis doctrinae assequendae occasionem dedit (*aliquo doceri*). Huc pertinet ἡμᾶς καὶ ἀπὸ τοῦ χωρίου δεῖ διδάσκεσθαι Xen. An. 6, 5, 18, *von Seiten der Lokalität, durch die Lok.*, huc ἀδῆιον πόλιν Σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν S. O. C. 1534, *unangefeindet von Seiten der Thebäer;* huc denique omnia, quae collegit *Poppo* ad Thuc. comment. I. p. 158. *Hermannus* quae ea de re monuit ad S. El. 65 ex parte tantum vera sunt. *Bremii* nota ad Aesch. adv. Ctes. p. 337 confusa. *Const. M.*] Hinc

3. *initium, ortum, originem* denotat (*von — her, von, a*). ἀπ' ἀρχῆς, *ab initio*, Alc. 109. Andr. 642. Aeol. fr. XII (II). ὦ Διὸς παῖ Περσέως τ' ἀφ' αἵματος Alc. 512, ut δουλίου ἀφ' αἵματος ib. 641; cf. Or. 198. Herc. f. 844. γεγῶσαν ἐσθλοῦ πατρὸς Ἡλίου τ' ἄπο Med. 406. οὔσ' ἐλευθέρων ἄπο Hel. 282. ἀπ' εὐγενοῦς τινὸς ῥίζης πέφυκας Iph. T. 609; cf. Phoen. 827. Med. 1255. Andr. 664. 1247. Alc. 680. Cycl. 230. Hel. 398. Ion. 262. 1058. 1580. Herc. f. 826. El. 35. Alcmaeon. fr. VII (VIII), 2. Antiop. fr. XVII (XVIII), 2. Dan. fr. XII, 3. Meleagr. fr. VIII (X), 3. Temen. fr. XIII. fr. dub. XLIII. κηρυσσομένοισι δ' ἀπ' ἐσθλῶν δωμάτων τιμὰ καὶ κλέος Andr. 772. τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων τὸν ἀπὸ Ταντάλου οἶκον Or. 347. ἕτερα ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ Hec. 688. Hinc

4. *fontem* vel *causam* significat, *unde* aliquid *exortum est* (*von — her, von wegen, von, durch, a, per, propter*). φιλοῦσι γάρ μ' Ἕλληνες Ἕκτορος ἄπο Andr. 203. ὁ μέγας ὄλβος — πάλιν ἀνῆλθ' ἐξ εὐτυχίας Ἀτρείδαις παλαιᾶς ἀπὸ συμφορᾶς δόμων Or. 809. οἷον Ἑλ-

λὰς ἀμπέλων ἄπο — κομίζει πῶμα Cycl. 413; cf. *Seidl.* de vers. dochm. p. 308. Sic etiam ἀφ' ἡσύχου ποδὸς δύσκλειαν ἐκτήσαντο Med. 217 [nam *ab otiosa vita* profecta est δύσκλεια. *Aug. M.*]. ἔχει τέρψιν ἀφ' αὐτοῦ δαιτὸς πλήρωμα βροτοῖσιν Med. 202, *a se* i. e. *per se*, ubi nos quoque *von selbst*. καλλίστων ὀμμάτων ἄπο (*durch*) — πεδὶ' ἀπώλεσας (Helena) Φρυγῶν Tr. 767. V. *Matth.* gr. p. 892 et cf. Soph. Ant. 695. Thuc. 1, 24. Hinc denique

5. *subsidium* vel *instrumentum* indicat, *unde* quid *efficitur* (*durch, vermittelst, mit*). ἔγχος — ἀπ' ὠλένης βαλεῖν Phoen. 1384; cf. Hom. Il. λ', 664. ω', 605. μάντεις προσημαίνουσιν οἰωνῶν ἄπο Suppl. 213. ἀπὸ γνώμης σοφῆς νόμους τιθέναι Ion. 1313. ὀμμάτων ἄπο προσεῖπε Phoen. 1449; cf. Aesch. Ag. 232. Soph. O. C. 319.

[Anastrophen sibi poscere ἀπό, ubicumque vel nomini suo postpositum sit vel per tmesin quam vocant a verbo separatum, ex iis, quae s. ἀνά extr. dicta sunt, apparet. Saepius autem ἀπό quam alias praepositiones post genitivum collocari non demirabere, si reputaris ἀπό non novam genitivo notionem addere, verum notionem genitivo iam insitam augere tantum et confirmare. Id vero mirum, plerosque doctos in anastrophe adhibenda nimis alioqui parcos eam vel iussisse vel etiam adhibuisse, ubi plane inutilis est et aliena. Quod enim post *Stephanum* Thes. T. I. p. 492 *Schaeferus* Melet. crit. p. 51 et ad Long. p. 329, *Bastius* ad Greg. Cor. p. 210 sq., *Hermannus* ad Vig. p. 748 sq. (cf. ad S. El. 1116) praeiverant, ἀπό quum *remotionem* declararet retracto accentu ἄπο scribendum esse, id creduli deinde imitati sunt quum alii permulti, tum *Bernhardy* Synt. p. 221, 12, *Rost.* gr. §. 11. not. 3, *Stallb.* ad Plat. Phaedr. p. 193. Rep. V. p. 380, *Iacobs.* ad Ael. p. 267, 25. Id vero vide quam caeco studio fecerint. Primum enim ἀπό vi ista nihil plane differt a propria ac principali, nisi quod haec *motus* plerumque notionem adiunctam habet, illa saepe *quietis*, quae motum secuta est: ἀπὸ πατρίδος ἐπέμφθην, *a patria remotus sum*, ἀπὸ πατρίδος εἰμί, *a patria remotus sum*. Porro res nota est praepositiones bisyllabas accentum propterea in ultima habere, „quia in pronuntiando ad nomen proripitur vox" (*Herm.* Opusc. V. p. 32), vel quia tam arcte cum nomine cohaeret praepositio, ut unam quasi ambo notionem efficiant. Atqui ἀπό tum, quum *remotionem* indicat, vel maxime cum nomine adiuncto cohaerere et unam cum eo notionem efficere clarissimo argumento est larga ista vocabulorum copia, in quibus hoc ipsum ἀπό cum nomine suo in unam vocem coaluit. Ita quod divisim erat ἀπὸ θυμοῦ, coniunctim est ἀποθύμιος; ita ἀπὸ γαίης in ἀπόγαιος, ἀπο δήμου in ἀπόδημος, ἀπ' οἴκου in ἄποικος, ἀπὸ θεοῦ in ἀπόθεος con-

crevit, eiusdemque generis sunt ἀπόκληρος ἀπόκοιτος ἀπόμισθος ἀποκηδής, alia. Itaque anastrophen in his rectissime omiserunt *Heind.* ad Plat. Theaet. p. 412, *Thiersch.* gr. §. 261, 4, et omittendam esse rectissime admonuerunt *Matth.* gr. p. 1328. not. 5, *Goettling.* de acc. p. 380, 3, *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 197, 4. *Const. M.*]

ἀποβαίνειν, *descendere.* ἀποβᾶσα τῶνδ' ὄχων Tr. 622. *Decedere.* Τροίας πεδίων ἀπέβησαν Hec. 142. ἀποβὰς εἰς Μυσίαν Teleph. fr. XX (II), 1. ἄπο δὲ φθίμενοι βεβᾶσιν Andr. 1022, ubi Latini quoque *decesserunt;* nos: *sind dahingegangen.* Tralate αἱ μὲν (ἐλπίδες) τελετῶσιν —, αἱ δ' ἀπέβησαν Bacch. 908, *spes abierunt* i. e. *inanes et vanae fuerunt. Evadere, evenire, einen Ausgang nehmen.* τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα Med. 1419. Alc. 1166. Andr. 1289. Bacch. 1390. Hel. 1708.

ἀποβάλλειν, *abiicere.* ἀποβαλοῦσαι Θαλερὸν ὀμμάτων ὕπνον Bacch. 691, *somno excusso.* τὰς ἐλπίδας ἀπέβαλον πρόσω Ion. 1453. ἄνδρα τὸν πάρος καινοῖσι λέκτροις ἀποβαλοῦσ' ἄλλον φιλεῖ Tr. 663. σὰν ψυχὰν ἀπέβαλον Ion. 1499, quae verba sunt Creusae, quae Ionem infantem exposuerat: *verschleudern. Abiicere* inscium vel invitum, *amittere.* Herc. f. 878. μέλεος Ἑλλὰς, ἃ τὸν εὐεργέταν (Herculem) ἀποβαλεῖς, ὀλεῖς μανίαισιν Λύσσας χορευθέντ' ἀναύλοις. Bacch. 1184 pro vulg. ὁ μόσχος — ὑπὸ κόρυθα — βάλλει ex *Herm.* coniectura nunc edunt ὁ μόσχος — ἄπο κόρυθα — βάλλει, hoc ut sit *amisit.* V. s. ὑπό.

ἀποβλέπειν, proprie *oculos ab alio aversos* (ἀπό) *in aliud convertere* (βλέπειν), hinc omnino *oculos coniicere s. intueri* in aliquid. εἰς ἀλιῤῥόθους ἀκτὰς ἀποβλέψαντες — εἶδομεν κῦμα, *oculis conversis,* Hipp. 1206. ὁρᾷς ἄγαλμα Θέτιδος εἰς σ' ἀποβλέπον; Andr. 245, vetans, ne me occidas. εἰς γε τοιόνδ' ἄνδρ' ἀποβλέψας μόνον τροπαῖον αὐτοῦ στήσομαι ib. 763, *talem virum prosternam solo oculorum obtutu. Respicere.* γαπόνος ἀνὴρ πένης — οὐκ ἂν δύναιτο πρὸς τὰ κοιν' ἀποβλέπειν Suppl. 422, *rempublicam respicere s. saluti communi prospicere:* v. s. ἔργον. Paulo aliter (σοφὸν) πένητα εἰς τοὺς πλουσίους ἀποβλέπειν Suppl. 177, quod explicatur verbis: ζηλοῦντ', ἵν' αὐτὸν χρημάτων ἔρως ἔχῃ. Utrumque versum *Bothius* a librario quodam appositum suspicatur ad sententiam illam explendam: σοφὸν πενίαν εἰσορᾶν τὸν ὄλβιον τά τ' οἰκρὰ τοὺς μὴ δυστυχεῖς δεδορκέναι. V. s. ὑμνοποιός. Hinc de eo, qui auxilium exspectat alicunde vel spem in aliquo repositam habet (*auf Einen schauen — hoffen*); v. s. βλέπειν. τὸ Ἄργος πρὸς σὲ (Orestem) νῦν ἀποβλέπει; Iph. T. 928. εἰς ἔμ' Ἑλλὰς — πᾶσα νῦν ἀποβλέπει κἀν ἐμοὶ πορθμὸς ναῶν Iph. A. 1378. Similiter

ὅστις — εἰς μίαν ἀποβλέπων τύχην πρὸς θεῶν κακοῦται — Hel. 274, *spem repositam habens in una fortuna.*

ἀπόβλεπτος, *conspicuus.* παρθένοις ἀπόβλεπτος μέτα, ἴση θεοῖσι, Hec. 355. V. *Pflugk.* ad l.

ἀποβώμιος, *sacrorum expers.* θυμάτων ἀποβώμιος — Κύκλωψ Cycl. 364. V. s. ἀπό extr. et s. ἀνέορτος.

ἀποδεικνύναι, *demonstrare.* πολλὰ γὰρ εἰπὼν οὐδέν γε τρανῶς ἀπέδειξας Rhes. 40. οὓς (θεοὺς) ἀποδείξω λέκτρων προδότας Ion. 879. In talibus ἀπό *absolutionem* (*Abthun*) significat, ut *de* in *demonstrare*, *er* in *erweisen*. V. s. ἀπό p. 342. *Declarare, expromere, prae se ferre.* εὐγένειαν ἀποδείξω πόλει παίσας πρὸς ἧπαρ φασγάνῳ Or. 1062, ut in *medio*, ἔστι καὶ πταίσαντ' ἀρετὰν ἀποδείξασθαι Aeg. fr. V (IV), 2, propr. *von sich — an sich aufweisen.* διακρινόμενον ἄλλο πρὸς ἄλλου μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε Chrys. fr. VI (VII), 14. In his ἀπό respondet particulis *de* in *declarare* et *ex* in *expromere, exhibere.*

ἀπόδειξις, *demonstratio.* δι' ἀπειροσύνην ἄλλου βιότου κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας Hipp. 196, *quod non demonstratae s. patefactae sunt res subterraneae.*

ἀποδέχεσθαι, propr. *capere* (δέχ.) aliquid *ab* alio (ἀπό); hinc *excipere, accipere, admittere.* ἦν δὴ νῶν μὴ 'ποδέξηται (*gelten lässt*) λόγους; Hel. 838. Similiter nos: *Gründe — Entschuldigungen annehmen.* Hinc frequens de re *approbandi*, de homine *assentiendi* significatio. Male vero cum Helenae loco *Pflugkius* composuit μὴ τὸ ταρβοῦν κἀκφοβοῦν σ' ἐκ δεμνίων ἄγαν ἀποδέχου Or. 313, i. e. *ne rem illam, quae te exterret, nimis cures s. admittas*, ne re illa — nimis commovearis, ubi nos quoque *sich etwas — annehmen.*

ἀποδιδόναι, *reddere* (*zurückgeben*). Qua vi probe discernendum est a simplici διδόναι (*dare*): *das* enim fere quod tuum est, *reddis* autem quod est alius. Celeberrimus de hoc discrimine locus Demosthenis est in or. de Halonn. p. 78, 5. V. *Voemel.* Prolegg. in orat. de Halonn. p. 30 sqq. et *Iacobs.* in vernacula Demosthenis versione p. 314 sq. (ed. 2). Quin locum illum oratoris Euripidi quoque obversatum esse credas: idem certe verborum lusus est Or. 641 sq. ἐμοὶ σὺ τῶν σῶν μηδὲν δίδου, ἃ δ' ἔλαβες ἀπόδος πατρὸς ἐμοῦ λαβὼν πάρα, quo spectat v. 736. ὥσπερ οὐκ ἐλθὼν ἐμοίγε ταὐτὸν ἀπέδωκεν μολών. Cf. Plat. rep. p. 612, C, ibique *Stallb.* Itaque omnino de rebus dicitur, quae alii debentur, seu sumseris illas seu acceperis seu alia ratione nactus sis. τί μοι ξίφος ἐκ χειρὸς ἡγρεῖσω; ἀπόδος, ὦ φίλη, ἀπόδος Andr. 843. οἵοι (ὅπλοις) χρησόμεσθα κἀποδώσομεν ζῶντες Heracl. 696. οὐ

ποτ' ἠμέλησε παιδὸς ἀποδίδωσί μοι Ion. 1610. ἀπόδος τὸ σῶμα πατρὶ· μὴ ξύνθνησκ' ἐμοί Or. 1075: nam pater ei vitam *dederat*. ἀπόδος δάμαρτος νέκυν Or. 1585. ἀπόδος, ἀπαιτῶ τὴν ἐμὴν δάμαρτά σε Hel. 969. Sic etiam ib. 919. 922. 962. 971. 978. 980. 1017 sq. Hinc etiam de iis, quae, si non ipsa, at ita tamen *redduntur*, ut aliud vicissim detur: *reddere*, *referre*, *remunerari*, *gratias* al. rei *referre* (*zurückgeben, vergelten, danken*). ἀποδίδωμί σοι ἃ κεῖνος (Phoebus) — μ' ἐβουλήθη λαβεῖν σῶσαί τε Ion. 1358; v. s. βούλεσθαι. πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς Iph. A. 1230, ut τροφεῖα δεσπόταις ἀποδούς Ion. 853. Cf. Hom. Il. δ', 478. ϱ', 302. Etiam id, quod *vicissim datur*, per *accus.* apponitur (*mit etwas vergelten*). οἷς ἀπέδωκ' ἀμοιβὰς οὐ καλάς Or. 467, *malam gratiam retuli*. Et malo sensu μείζονς ἄτας δαίμων — οἴκοις ἀπέδωκεν Med. 130, *rependere solet*. In his postremis idem est quod ἀντιδιδόναι (s. v.). Denique de iis, quae ita *redduntur*, ut vicissim vel *pecunias persolvas* vel etiam *poenas: luere*, *poenas* al. rei *luere* (*bezahlen, büssen*). πόνους Ἀχαιῶν ἀπόδος — θανοῦσα Tr. 1040, *Ach. labores capite s. vita lue*. Cf. Il. ι', 387. His omnibus in locis *iusta* ac *debita* vel *restitutio* vel *remuneratio* memoratur; nec mirum: *das* enim, non *reddis*, quod dari nec fas nec ius est. Tamen haec *debiti* notio non magis necessaria est quam ipsa vis *reddendi*. Valde igitur circumscribendum quod modum excedens ad Hel. 871 adnotavit *Pflugkius*, peculiarem hanc esse dicens et constantem praepositionis ἀπό in ἀπαιτεῖν ἀποδέχεσθαι ἀποδιδόναι potestatem. In his quidem, quae sequuntur, *officii* vel *debiti* notionem urgere perridiculum. *Reddere* (*wiedergeben*). ἀπέδωκεν (Eteocles) ἡδονὰς Κάδμου πολίταις Phoen. 1407, sc. Polynicem vicissim vulnerans. *Tradere*, *dare* (*übergeben, abgeben*). (σε) ἀποδώσειν τινὶ πέτρους μοχλεύειν (ἔφασκον) Cycl. 238. τοῖς σοῖς φίλοισι γράμματ' ἀποδώσω τάδε Iph. T. 745; cf. 791. Similiter λόγον ἀπόδος Or. 150, *rationem da s. redde;* ubi etiam simplex διδόναι exstare poterat (cf. Plat. Prot. p. 336, C); nisi interpretari mavis *dicta redde* i. e. *responde*. *Dedere* (*hingeben*). ἀπέδοτο — τὸ σῶμ' ἀληθῶς σοι Or. 651, ultro *suum corpus dedidit s. exposuit;* hinc *medium*. *Edere*, *emittere* (*heraus — von sich geben*). πῶς ἂν — ἀποδοίην δάκρυ Herc. f. 489, *dem, effundam*. *Prodere*, *promere* (*vorbringen, heraussagen*). ἀποδώσω σοι (Aegistho) ἐκεῖν' ἃ σε ζῶντ' ἤθελον λέξαι κακά El. 912, *effabor, depromam*. Ne in Helenae quidem loco v. 877, quem *Pflugkius* imprimis ursit, de *officio* cogites necesse est. Ibi enim quod legitur, νόμον τὸν ἐμὸν θεοῖσιν ἀποδοῦσαι, simpliciter interpretandum: *diis ubi quod ego dare consuevi dederitis*, nos ubi *zukommen — zu Theil werden lassen:* nam ἀπό in talibus nonnisi rerum

b alio ad alium *transitioni* indicandae inservit. Eodem sensu ἀποδι-όναι usurpatur Plat. Symp. p. 220, D et p. 194, D, ubi etiam *Stall-aumius* temere infert *debiti* notionem. Quod si ἀποδιδόναι etiam in is interdum, ut Iph. T. 745. Or. 150, *reddendi* vocabulo respondet, iemento *re* — illud saepissime non *recessum* vel *vicissitudinem*, sed lane ut ἀπό (s. v. in.) omnino *amotionem*, indeque *processum*, *abso-utionem*, *perfectionem* significare. Hinc utriusque verbi, *reddere* et ποδιδόναι, frequentissima potestas est *praebendi*, *exhibendi*, *efficiendi*, *erficiendi*. V. *Heind.* ad Plat. Theaet. p. 398 et imprimis *Dorvill.* ad Charit. p. 597. *Const. M.*

ἀποδικεῖν, *abiicere*. πάρες ἀπ' ὀμμάτων πέπλον, ἀπόδικε Herc. f. 204, *reiice*. V. s. δικεῖν.

ἀποζευγνύναι, proprie *a iugo solvere*, sicut tralate de iugo conubii Suppl. 791. εἰ γάμων ἀπεζύγην, *si expers essem coniugii*. V. s. ζυξ. Hinc omnino *abiungere*, *disiungere*, *separare*. ἀπήνας ὁμοπτέρου ἄς ἀποζυγείσας δόμων, i. e. ἀποίκου, Phoen. 332, ut Hipp. 549. τὰν ἐν Οἰχαλίᾳ πῶλον — οἴκων ζεύξασ' ἄπο, i. e. ἀποικίσασα (s. v.). ἑᾶ (soror) ἀπεζεύχθης νέου (a fratre) El. 284. ἀποζεύγνυμαι τέκνων γυναικός τε, *avellor*, Herc. f. 1375. σῶν ἀπεζύγης τέκνων Med. 1017. πατρὸς στερηθεὶς ὀρφανός τ' ἀποζυγείς Phoen. 995. Duas vero aoristi passivi formas ἐζεύχθην et ἐζύγην poetarum libidini et versuum necessitati non permiserim. Imo secundi quem vocant aoristi forma ἀπεζύγην *conditionem* ac *statum*, qui actione effectus est (*ich bin getrennt*), designare videtur, primi vero aoristi forma ἀπεζεύχθην ipsam *actionem* (*ich bin getrennt worden*). V. s. ἄκλαυστος.

ἀποθλίβειν. μάστιγι εὖ τὸ νῶτον (Cyclopis) ἀποθλίψειν (ἔφασκε) Cycl. 236. Legitur cum *Ruhnkenio* Ep. cr. II. p. 208 ἀπολέψειν i. e. *eglubere* (*schinden*). At neque intelligitur, unde orta sit exquisita actio ἀποθλίψειν, et bene ea congruit ludibrio iocantis Sileni: est enim νῶτον μάστιγι ἀποθλίβειν *tergum flagello* ita *perdepsere* s. *conterere*, ut succus ac sanguis excutiatur, qualis eorum, qui coria depsunt, actio est. Simillime nostra plebs *kneten* (unde *Knute*), *walken*, *dreschen*, et imprimis *gärben*, quod a *gar* profectum proprie est *garmachen*. *Hesych.* θλίβεται· πατεῖται. τοῦτο δὲ ἐπὶ σταφυλῆς. Etiam Hom. Od. ϱ', 221. πολλῆς φλιῆσι παρασταὰς θλίψεται ὦμους, *humeros bi conteret*. Praepositionis hic eadem vis atque in ἀπεργάζεσθαι (s. v.).

ἀποθνήσκειν, propr. *morientem* (θνήσκ.) *decedere* (ἀπό), hinc *deori*, *mori* (*verscheiden*, *absterben*). παισὶν ἀποθνήσκοντα χρημάτων ἕτερον γράψαντα λείπειν Palam. fr. II, 6, *morte defunctum*. Sic ptime *Scalig.* pro γράψαντας εἰπεῖν.

ἀποθραύειν, *frangere.* ἄπο δ' ἔθρανσ' ἄκρον δόρυ Phoen. 1408. V. s. ἀπό 1, a.

ἀποθρίζειν, *demetere, detondere.* ἐκ κρατὸς — κόμας ἀπέθρισας Hel. 1204. Absolute positum Or. 128. εἶδετε παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθρισεν τρίχας σώζουσα κάλλος (Helena); v. *Matth.* ad l. Dura tamen loquendi ratio, ut non improbem quod a *Duporto* coniectum et *Heathio* probatum receperunt *Brunck.* et *Porson.* εἶδετε γάρ. De stirpe v. s. θέρος.

ἀποικεῖν, *procul habitare.* Tralate αἰδώς γ' ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ πρόσω Herc. f. 557. *Abesse, disiunctum esse.* μέλλουσα δαρὸν πατρὸς ἀποικήσειν χρόνον Iph. A. 680.

ἀποικίζειν, *elocare, e domo mittere s. removere.* προσθεὶς — πατὴρ φερνὰς ἀπῴκισε (*filiam*) Hipp. 629, *locare solet.* αἰχμάλωτόν τοί μ' ἀπῴκισας — δόμων El. 1008.

ἀποιμώζειν, *deplorare.* Vehementiores luctus et ploratus notat quam simplex οἰμώζειν (v. s. ἀπέχθεσθαι) de iisque fere dicitur, qui etiam externa luctus signa dant. ἦν μὴ — στρέψασα — δέρην αὐτὴ πρὸς αὐτὴν πατέρ' ἀποιμώζῃ — καὶ γαῖαν οἴκους τε Med. 31. οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ' ἀποιμώζων ἐμὴν δέσποιναν Alc. 771. Acerbe dictum ib. 638. παρεὶς ἄλλῳ θανεῖν — τόνδ' ἀποιμώξει νεκρόν. V. *Matth.* ad l.

ἄποινα, — ων, τά, ab alpha, quod *ἰσότητα* exprimat, et ποινή vulgo deducitur. Quae ratio mihi numquam placuit. Nam primum alpha illud *adaequativum* perquam lubrica et incerta res est, quae vereor ne in etymologorum dumtaxat mente exstiterit. Deinde ἄποινα ubicumque legitur non *aliquid quod par est pretio redemtionis* — quod nihil est —, sed ipsum usque *redemtionis pretium* significat. Omnino tenendum ἄποινα numquam non idem fere esse quod simplex ποινή. Hinc ne eam quidem quamvis per se probabilem rationem approbo, qua ex alpha priv. et ποινή conflatum id proprie indicat, *quod datur ut quis sit* ἀποίνητος, sicut λύτρον dicitur *quod datur ut quis sit* λυτός. Cf. ῥύσιον, ῥῦτρον, σῶστρον. Sed alpha illud ut in ἀβληχρός ἀσπερχής ἀστραπή nil nisi augmentum nominale intensiva quadam potestate esse videtur, cui respondeat vernaculum *ent* in *Entgelt Entschädigung*, *er* in *Ersatz*, *be* in *bezahlen*. V. s. ἀνά in. Itaque proprie significat *pretium redemtionis* (*Lösegeld*). Demosth. in Aristocr. p. 630, 28. τὰ γὰρ χρήματα ἄποινα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί. Quae vis tritissime usu Homerico. Hinc etiam de ipsa *redemtione* s. *liberatione* usurpatur (*Erlösung*). Huc pertinet Iph. T. 1459 sq. ὅταν ἑορτάζῃ λεὼς τῆς σῆς σφαγῆς ἄποιν', ἐπισχέτω ξίφος δέρῃ πρὸς ἀνδρός, *populus ubi tuam a caede liberationem celebrat.* Eodem *liberationis* sensu simplex ποινή dicitur Pindaro Pyth. 4, 112. Permira interpre-

tatio *Hermanni*, ut sit „pretium, quo redemtus sit ne mactaretur victima Dianae a Tauris." Deinde est, ut ποινή, *compensatio, satisfactio (Ersatz, Vergütung, Entschädigung)*. ἔργα φόνια — ἄποιν' ἐμῶν πημάτων El. 1180. Denique, ut ποινή, omnino *merces* est, seu *praemium* intelligas seu *poenam (Entgelt, Lohn)*. *Praemii* apud Pindarum frequentissima significatio est. *Poenam* ap. Eur. indicat Alc. 7. καί με θητεύειν πατὴρ τῶνδ' ἄποιν' ἠνάγκασεν. Bacch. 536. τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων μέτεισι Διόννσός σε. In his idem plerumque sonat quod ἀντί. *Const. M.*

ἀποινᾶν, *compensationem s. mercedem dare*. Hinc *med. facere ut sibi merces detur*, h. e. *mercedem sibi poscere* vel *mercedem sibi parare, mercedem auferre s. accipere*. εἰ γὰρ ἐγὼ τόδ' ἦμαρ ἐσίδοιμ', ὅπως πολυφόνου χειρὸς ἀποινάσαιο λόγχῃ Rhes. 466, *ubi hasta tua tot caedium mercedem auferas*. Sic etiam τίν' οὖν Ἀχαιῶν ζῶντ' ἀποινᾶσθαι θέλεις; ib. 177, *quem igitur Graecorum pro mercede vis accipere*. Non recte *Reisk. Heath. Both. Matth.: quem Gr. vis se redimere*. Nec melius schol. Vatic. τίνα τῶν Ἀχ. λύτρα λαβὼν βούλει ἀπολῦσαι. Quod quum *merces* et ἄποινα *poenam* quoque significent, ἀποινᾶν etiam *poenas dare* esse potest et ἀποινᾶσθαι *poenas s. supplicium sumere* (de aliquo, τινός). Quare si in priore loco πολυφόνου χειρός ad Achillem et Aiacem referre mavis, nihil impedit quominus sic locum interpreteris: *dummodo diem videam, ubi hasta tua supplicium sumas de cruenta manu*. Longe tamen et propter singularem χειρός et propter ea quae praecedunt aptius est haec eo quo indicavi sensu de ipso Rheso dicta accipere. Obiter autem moneo ἀποινᾶν apud seriores verbum esse indiciale et significare *pecunias s. mercedem exigere* ab aliquo (τινά), *mulcta* aliquem mulctare. Cf. Demosth. in Aristocr. p. 629, 22. p. 630, 27. Quem significatum cave tragoediae obtrudas. *Const. M.*

ἀποινόδικος, *ultor*. λυσαύδες ὠμορρῶτες ἀποινόδικοι (*ultrices*) δίκαι Herc. f. 887. *Barnes.* αἱ δίκας ἀπαιτούμεναι καὶ ἄποινα καὶ ἀμοιβὴν τῶν κακιῶν.

ἀποίχεσθαι, *abire*. (Ἑλένη) ἔκοῦσ' ἀπῴχετο El. 1065. Vulg. ἀπώλετο. Correxit *Piers.* Veris. p. 247. ἀπῴχετ' εἰς τάξιν πάλιν Heracl. 818. πόθῳ τᾶς ἀποιχομένας ἀβρήτου κούρας Hel. 1322. Tralate οὐδ' ἀποίχεται (*perit*) χάρις Herc. f. 134.

ἀποκαλεῖν. οἳ (Myrmidones) με τὸν γάμων ἀπεκάλουν ἥσσονα Iph. A. 1354. Ἀπό, ut in ἀποιμώζειν ἀπέχθεσθαι, notionem verbi *auget* (v. s. ἀπό in.), ubi nos *verschreien*. V. *Stallb.* ad Plat. Gorg. p. 221.

ἀποκάμνειν, *defatigari*. εὐφάμοις πόνοις μοχθεῖν οὐκ ἀποκάμνω Ion. 135. V. s. μόχθος. Infinitivum recte explicuit *Matth.* ad h. l. Ἀπό dictum ut in ἀπανδροῦσθαι (s. v.).

ἀποκαυλίζειν, *detruncare.* κάρα — θερίζων κἀποκαυλίζων ξόλῳ Suppl. 717. Est e *Canteri* coniectura pro ἀποδαυλίζειν, cui obsistere non debebat unus *Elmsleius* coniiciens ἀπολωτίζων.

ἀποκείρειν, *detondere.* Tralate ἀποκείρεται (*demetitur, deletur*) σὸν ἄνθος, πόλις, (Hercules) Herc. f. 875. ἄπο δὲ στεφάναν κέκαρσαι πύργων Hec. 910, *corona tibi detonsa est.*

ἀποκερδαίνειν, *fructum percipere* ex aliq. re. ἀνθενὴς κἀποκερδαίνων ποτοῦ Cycl. 431.

ἀποκλαίειν, *ad satietatem flere* (*ausweinen*), ut στόνον ἀποκλαίειν Soph. Phil. 695, *gemitus ad satietatem edere*, et *med. fletu satiari*, hinc vel *lacrimis indulgere* vel *flere desinere* (*sich ausweinen*). V. *Stallb.* ad Plat. Rep. X. p. 333. Deinde est *deflere.* τῷ δυστυχοῦντι τερπνὸν τὸ λέξαι κἀποκλαύσασθαι πάλιν Oen. fr. VI (VII), 2, *suam calamitatem deflere*, nisi etiam hic est *lacrimis indulgere.* In his ἀπό dictum ut in ἀποιμώζειν.

ἀποκουφίζειν, *levare, liberare* aliquem al. re (τινά τινος), *entheben.* οὐδὲν παθέων ἀποκουφίζουσ', ἀλλὰ — κήρυξ ἀχέων Hec. 106. ἀποκούφισον κακῶν Or. 1341.

ἀποκρίνειν, propr. *discernere, secernere* (*ausscheiden, absondern*): v. Hom. Il. ε', 12. Deinde *decernere* (*entscheiden*) et in *med. certo s. definite dicere quid sentias, sententiam suam declarare* (*sich entscheiden — erklären*): qua vi post Homerum praecipue in sermonis vicissitudine frequentari coeptum est: *respondere* (*Bescheid geben*). In his ἀπό dictum ut in ἀπανδροῦσθαι. κἀκεῖνό μοι τὸ πρῶτον ἀπόκριναι πάλιν (num filiam meam necare velis) Iph. A. 1133. ἀπεκρίνω δὲ τί; — τὴν ἐμὴν μέλλουσαν εὐνὴν μὴ κτανεῖν ib. 1354. κλύοις ἂν οὖν τι κἀποκρίναι' ἂν σαφῶς; Bacch. 1270. *Const. M.*

ἀπόκρισις, *responsum.* fr. inc. tr. CXXXI. ap. Plut. π. δυσωπ. T. II. p. 532, F. τὴν σιωπὴν ὁ μὲν Εὐριπίδης φησὶ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισιν εἶναι: quae verba in metrum redegerunt. V. *Matth.* p. 393.

ἀποκρύπτειν, *absondere, occultare, celare* (*verstecken, verbergen, verhehlen*). V. Bacch. 98 s. ἀπό 1, a. οὐδὲν — ἀποκρύψας ἐρῶ Phoen. 506. ὃ μὲν ὄλβιος ἦν, τὸν δ' ἀπέκρυψεν θεός Androm. fr. XXVI (XIX), quae recte explicat *Matthiae: alius splendorem e secunda fortuna ortam obscuravit.*

ἀπόκρυφος, *occultus.* Prolepsis est in ἀπόκρυφον δέμας ὑπὸ μέλαθρον κρύψω Herc. f. 1069.

ἀποκτείνειν, *enecare, necare, occidere* (*ermorden, tödten*). ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον Hec. 1244. εἰ τόνδ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνή Or. 507; cf. 577. ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς Phoen. 19. τἀμὰ δ' οὐκ ἀποκτενῶ 'γὼ τέκνα Iph. A. 396. Cf. Or. 15. Med. 1411. παιδ' οὐχ ὁσίως σὸν ἀπο-

κτείνας Hipp. 1287; cf. Med. 486. μήδ' ἀποκτείνειν βίᾳ Andr. 787; cf. Hec. 288. Or. 260. 768. 912. 1027. Iph. A. 1420. Ion. 1300. Phoen. 638. Hec. 871. *Interficere, perdere* (*umbringen, zu Grunde richten*). τί μ' ἀρδην ὦδ' ἀποκτείνεις; ἀποκτενεῖς γὰρ, εἰ με γῆς ἔξω βαλεῖς Phoen. 1614. τὸ σεμνὸν ὥς μ' ἀποκτενεῖ τὸ σόν Hipp. 1064. ἡμᾶς αὐτὸ τόδ' ἀποκτείνει, ὡς μή etc. ib. 419. Praepositionis vis eadem atque in ἀπανδροῦσθαι. Similiter nos *abschlachten*.

ἀποκωλύειν, *arcere, prohibere* (*abhalten, verhindern*). ἀποκωλύεις φαῦσαι χεροῖν (τέκνα) Med. 1411.

ἀπολαγχάνειν, propr., ut ἀπολαμβάνειν, aliquid, quod *aliunde* est (ἀπό), *sortiri s. nancisci* (*abbekommen*), hinc *consequi, obtinere*. ὡς ἀλλὰ ταῦτά γ' ἀπολάχω' οἴκων πατρός Herc. f. 331. *Exsortem esse, nihil sortiri s. nancisci, leer ausgehen* (v. s. ἀπό in. et 1, b). κοινουμένη τὰς συμφορὰς σοι πρόσθεν ἀπολαχοῦσα νῦν Ion. 609.

ἀπολάζυσθαι i. q. ἀπολαμβάνειν, *recipere*. ἡμᾶς — Ἑρμῆς ἔδωκε πατρὶ σῷ σώζειν πόσει, ὃς — ἀπολάζυσθαι θέλει Hel. 917. V. vers. sq.

ἀπολαμβάνειν, *accipere, nancisci* (v. s. ἀπολαγχάνειν). μὴ μόνος τὸ χρηστὸν ἀπολαβὼν ἔχε Or. 451. Deinde est *demere*: unde aliae multae significationes, ut *exigendi* (ὅρκον), *deprehendendi, secludendi s. intercludendi* (*Stallb.* ad Plat. Phaed. p. 23), *intercipiendi* (*Stallb.* ad Plat. Gorg. p. 352. Menex. p. 52). Denique est *recipere*. ὅπως τὴν σὴν ἀπολάβῃς ξυνάορον (Helenam) Or. 653. ἀπολαβεῖν δάμαρτ' ἐμήν Hel. 961; cf. 918. Ambigua sunt ἡμεῖς (γέροντες) ἀπολαβεῖν (δυνάμεθα) ὧν ἔχουσιν οἱ νέοι fr. inc. XV, in quibus vitium latere recte suspicatus est *Matth.* p. 436; sed ὑμεῖς non scripserim.

ἀπολαύειν, *fructum capere* ex aliq. re, nos ubi similiter: *von etwas profitiren*. Dicitur et in bonam et in malam partem. V. *Stallb.* ad Plat. Crit. p. 144. ἀπέλαυσα κἀγὼ δή τι τῶν κείνης γάμων, *mali aliquid traxi ex eius nuptiis*, Iph. T. 526. V. *Matth.* gr. §. 327. not. *Schneid.* ad Plat. Civ. I. p. 244. μητέρα σὴν, ἧς ἀπολαύσων Ἅιδην χθόνιον καταβήσει Andr. 544, i. e. „*cui hoc mali acceptum refers, quod ad inferos tibi eundum est.*“ *Pflugk.* Isque plura id genus exempla apposuit. Sic etiam Phoen. 1211. Hinc *frui* aliq. re. τῶν καλῶν ἀπολαύειν Herc. f. 1224. τέρπνων ὕμνων ἀπολαύειν Iph. T. 464.

ἀπόλαυσις, *fructus*. εὔκλειαν (liberorum), πατρὸς ἀπόλαυσιν καλὴν Herc. f. 1370. Ita *Canter.* pro ἀπόλλυσιν. Similiter *Reiskius* Hel. 77 pro vulg. ἀπώλλυ' ἵν' εἰκοῦς emendavit: ἀπόλαυσιν εἰκοῦς ἔθανες ἄν (Helena) i. e. *hunc e formae similitudine fructum percipere, ut morereris*. Vid. *Pflugk.* ad l.

ἀπολείπειν, 1. *derelinquere, deserere, destituere* (*verlassen*). καὶ σ'

ἀπολείψω (*deseram*) σοι λειπόμενος El. 1310. εἰ προδοὺς ἀπολίποιμί σε Or. 1088; cf. fr. inc. tr. CXXIII. ἀπολειφθεῖσα Or. 80. Tralate νέαν ἀμέραν ἀπολιπὼν θάνοι Ion. 720, quod Homero est λείπειν φάος ἠελίοιο. Cf. S. El. 1131. ἀπολιπὼν τοῦτ' ἐπὶ τὸ βέλτιον πεσεῖ Or. 1141. ἀπολειφθὲν (*omissum*) οὐδὲν θάτερον Phoen. 754, *alterutrum solum relictum s. destitutum nihil est.* In *passivo* genitivum saepe adiunctum habet, quia *discedendi s. distandi* notio subest. In quibus ἀπολείπεσθαι *privari* semper significare non satis diligenter iudicarunt *Elmsl.* ad Med. 35 et *Wunder.* ad Soph. El. 1150. Est enim proprie *relinqui s. destitui*, hinc aut *secludi, disiungi* (*decedere, digredi*), *avelli, privari*, et in praeteritis *destitutum esse, carere*, aut *reliquum esse, remanere, sequi non posse, relinqui* post al., *superari, inferiorem esse.* οἷον (ἐστὶ) πατρώας μὴ 'πολείπεσθαι χθονός Med. 35, *secludi, privari*; cf. S. El. 1169. μάτηρ ἀπολείπεται ὑμῶν Tr. 599, *disiungitur, avellitur.* Hinc αἰδοῦς ἀπολειφθῶ, *de pudore decedam, pudorem exuam*, Ion. 861. τῶν πρὶν ἀπολειφθεὶς φρενῶν Or. 216, *destitutus, carens.* Cf. S. El. 474. ἀπολείπομαι τᾶς εὐδαίμονος ἥβας Herc. f. 440, *destituor, deseror.* Cf. Hom. Il. π', 857. χ', 363. 2. *Deserere, desistere* (*ablassen*). De loco: *decedere, discedere, abire.* Cf. Herod. 2, 14. 22. Plat. Phaed. p. 78, A. B. De re: *desrere, desinere, deficere*, ut simplex Od. χ', 119. λίπον ἰοὶ — ἄνακτα, *deserebant, deficiebant.* C. *inf.* τὸ θεομαχεῖν ἀπολιποῦσα Iph. A. 1409, *contra deos pugnare desiisti.* Absolute, ubi plane respondet vernaculo *ausgehen, abgehen*, πολέων ἀπέλειπε βίος Hel. 1348, *defecit, exstincta est.* Cf. Hom. Od. η', 117. Corrupta videntur δαιμόνων ἀπολείπειν σ' ἔδη Heracl. 104; v. s. ἔδος.

ἀπόλεμος, *non bellicosus, imbellis.* ἀπολέμῳ χειρὶ λείψεις βίον Hec. 1034. Βρόμιος ἄλλον ἀπολέμοισι κισσίνοισι βάκτροις ἐναίρει Ion. 217. *Sine rixa, placatus.* ἀπτολέμους εὐνὰς σεβίζουσα (Κύπρις) Med. 643. ch. ἀπόλεμον (*infaustum*) πόλεμον ἔσπευσας Herc. f. 1133; v. s. ἄχαρις.

ἄπολις, *sine patria, exsul.* ἄπαις, ἄνανδρος, ἄπολις Hec. 669. 811. Hipp. 1029 et fr. dub. XXXVIII. Iph. T. 220. Tr. 1186. Med. 255. 646. Etiam Tr. 599 pro ἔρημος πόλις *Burges.* emendavit ἔρημ' ἄπολις. Melius *Seidl.* ἐρημόπολις, idque recepit *Dind.* V. s. ἔρημος. ἃ μεγαλόπολις ἄπολις (*infausta*) ὄλωλεν Tr. 1292; v. s. ἄχαρις.

ἀπολλύναι, *interficere, occidere.* Or. 571. μητέρ' ἐνδίκως ἀπώλεσα. Med. 1350. παῖδας ἀπώλεσα. Iph. A. 1218. μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον, cf. Tr. 369. Ion. 1228. Melan. fr. XX. *Perdere, ad perniciem redigere* [*vernichten*]; hinc etiam *infelicissimum reddere.* ψυχὰς πολλὰς — ἀπώλεσας Andr. 612. φίλος μ' ἀπόλλυσ' οὐχ ἑκοῦσαν οὐχ ἑκών Hipp. 319.

τοῦτ' ἔσθ' ὃ πόλεις δόμους τ' ἀπόλλυσιν ib. 487. τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος; Or. 395. τοὺς φίλους ἀπολλύναι Iph. A. 405. Ἑκάβη μ' ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως Hec. 1121. τίς σ' ἀπώλεσε; ib. 1116. οὓς ἀπώλεσεν θεός Or. 121. Φοῖβος — ἀπώλεσεν (σε) ib. 954. ὥς μ' ἀπώλεσας ib. 130. ἄπο δ' ὤλεσας πατέρα τέκνα τε τάδε ib. 197. ἀπώλεσάς με ib. 585. Cf. Hipp. 311. Med. 1326. παῖδας ἀδελφοὺς, οὓς ἀπώλεσα Phoen. 1604. ἓν ἡμάρ μ' ὤλβισ', ἓν δ' ἀπώλεσεν ib. 1683. κεῖνα γάρ μ' ἀπώλεσεν, ὅτε — Andr. 455. Cf. Suppl. 1158. τίς ὧδ' ἀτίμως δαιμόνων σ' ἀπώλεσεν; Med. 1208. ἀπώλεσας μᾶλλον ἢ κατέφθισο Hipp. 839. ἀπωλέσατ', ὠλέσατε (με) Hec. 168. οἱ θεοὶ τὰ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν, evertere solent, Tr. 609. ἀπολέσας ἀδελφόν Iph. A. 487. φθόνος — ἀπώλεσ' αὐτόν Oedip. fr. X (VII). μὴ ἀπολεῖ πόλιν Herc. f. 1055. Corrupta sunt ὃ σοι χρυσοῦν ἀπώλεσε Alcm. fr. II (XVII). V. not. Praegnanter dicta ἐπεί με γᾶς ἐκ πατρῴας ἀπώλεσεν Hec. 947, *patria ciectam miseram reddidit* s. *perdidit*. De ἀπολεῖς Cycl. 555 v. s. ὀλλύναι. Quum vero, si quid *perdis* quod tuum est, eius iacturam facias, hinc et ἀπολλύναι et Lat. *perdere amittendi* vim accepit [*verlieren*]. In confinio utriusque significationis sunt ἀπώλεσεν βίον Hipp. 1032, *vitam perdidit*. ἀπώλεσ' ὄλβον, *pessumdedit*, Suppl. 730. Hinc κεἰ δόμους ἀπώλεσα Phoen. 1459, *regno excidi*. ἀπολέσαι καλὸν κλέος Iph. A. 357. πῶς ἂν μὴ — ἀπολέσαιμι τὴν χάριν; ib. 978, *gratiam effundam* (*verscherzen*). πένης οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν, τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον, Archel. fr. V (XIX). τὸ πλέον ἀπολέσας Phoen. 512. ἀπολέσας κακὸν λέχος Iph. A. 389. χρηστοὺς ἀπολέσασα fr. inc. tr. CXLVIII, 5. παιδὸς ἀπολέσασα χαρμονάς Ion. 1379. *Med. et pass.* ἀπόλλυσθαι, *perdi*, *perire*. πανώλης ἀπόλλυμαι Med. 277. ὡς ἀπόλλυμαι Hipp. 341. ὧν ἀπόλλυμαι χάριν Andr. 565. ἀπόλλυμαι δόλῳ Herc. f. 754; cf. Or. 434. δύσποτμός γ' ἀπόλλυσαι Hipp. 1398. ὕπαρνός τις ὡς ἀπόλλυσαι Andr. 558. ἔρημος ξυμμάχων ἀπόλλυσαι Oen. fr. III (II), 1. ἡ τάλαιν' ἀπόλλυται σιγῇ Hipp. 39. πόθῳ ἀπωλλύμην Suppl. 1088. ἀπωλόμην Hec. 440. 683. Or. 459. Alc. 387. ἀπωλόμεσθα Phoen. 585. 1453. ὧν ἀπωλόμεσθ' ὕπο Tr. 461. κακῶς ἀπώλοντο Hec. 1194. κρατεῖ μὴ γιγνώσκοντ' ἀπολέσθαι Hipp. 249. ἄπο γὰρ ὀλόμενος ὀλοῦμαι Hipp. 878. οὐκ ἀπολοῦμαι τῆς Ἑλένης οὕνεκα Teleph. fr. XXII (III), 1. Sic etiam ἀπολώλαμεν Cycl. 193, *periimus*. V. *Matth.* gr. p. 1099. De re. οὔ τοι σοί γ' ἀπόλλυται χάρις Heracl. 439. ἔνθεν γεγένει' ἀπόλλυται El. 38. ἀρετὴ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται Temen. fr. I, 1. Τροία ἀπώλετο Hec. 21. Sic etiam ἀπόλωλεν ἀλήθεια —; Phoen. 929. ἡ ἐν ὀφθαλμοῖς χάρις ἀπόλωλε fr. inc. tr. LXXXVI, 4. ἀμφιδία ἀπόλωλε — λέκτρων ἅμιλλα κούραις Hipp. 1139. *Aug. M.*

[Prima *perdendi* vis est, unde ex una parte *interficiendi*, ex altera *amittendi* significatio fluxit. De praepos. v. s. ἀποκτείνειν, de stirpe s. ὀλλύναι *Const. M.*]

Ἀπόλλων, *Apollo.* ὦ Διὸς Λητοῦς τ' Ἄπολλον Ion. 1619. ὦ — Ἥλι', ὡς μ' ἀπώλεσας· Ἀπόλλων δ' ἐν βροτοῖς ὀρθῶς καλεῖ, ὅστις — Phaëth. fr. IV, 13; vid. infr. et *Matth.* ad l. ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον El. 221. ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Λύκιε Teleph. fr. XXI (VI). Παιὰν Ἄπολλον εὔλυρε Licymn. fr. IV. Vid. *Lobeck.* Aglaoph. I. p. 80. ὁ Πύθιος εὐλύρας Ἀπόλλων Alc. 574. V. *Damm.* lex. Hom. s. Ἀπόλλων p. 1263. a. Θυμβραῖε καὶ Δάλιε καὶ Λυκίας ναὸν ἐμβατεύων Ἄπολλον, μόλε τοξήρης Rhes. 226; cf. Iph. T. 1174. Herc. f. 538. Ἀπόλλων, ὃς μεσομφάλους ἕδρας ναίων βροτοῖσι στόμα νέμει σαφέστατον Or. 591; cf. 269. Phoen. 1592. Suppl. 139. Hel. 149. El. 972. 1303. μαντεῖ' Ἀπόλλωνος Ion. 66. τούσδ' Ἀπόλλωνος δόμους ib. 249. 424. Ἀπόλλωνος δόμος ib. 1275. σπεύσασ' Ἀπόλλωνος πάρα ib. 1556. παρθένον μεθῆκ' Ἀπόλλων δρομάδα Κασάνδραν ἄναξ Tr. 42; cf. 408. 428. ἦδε (Creusa) τίκτει σ' (Ionem) ἐξ Ἀπόλλωνος πατρός Ion. 1560; cf. 946. 952. 1595. [Etiam Iph. T. 1260 ex ἀπό praepositione nomen Ἀπόλλων procudit *Seidler.* At v. s. ἀπονοίειν et *Matth.* ad h. l. Apollinem autem quod in Phaëth. fr. IV, 13 Solem vocat Euripides, id eum philosophiae studio acceptum referre, quo Iovem etiam Aetherem et Terram Vestam appellaret, sapienter ostendit *O. Mueller.* in historia Graec. gent. T. II p. 289. Cave igitur hoc loco eorum opinionem firmari putes, qui iam Homeri aetate Apollinem eumdem atque Solem deum et Dianam eamdem atque Lunam deam fuisse statuunt. Quam opinionem, in qua sectanda nemo insulsior fuit quam *Dammius* s. v. Ἀπόλλων, egregie post *Henr. Vossium* refellerunt *Muellerus* l. c. 284 sqq. et imprimis *Matthias* in dissertatione, quam de numinibus Graecis contra *Buttmannum* scripsit (Opusc. p. 227 sqq. Cf. ib. p. 122). Quin ipse illam Euripides claris verbis redarguit *filiam* Solis appellans Lunam Phoen. 179. V. schol. ad l. et Plat. Cratyl. p. 409, A. cum not. *Stallb.* Nomen autem *Apollinis* unde originem trahat, utrum, ut vulgo creditur, ab ἀπολλύναι, an, ut *Mueller.* l. c. p. 295 et 301, *Matth.* l. c. p. 231 et *Doederl.* in ephem. ant. Darmst. 1838. p. 315 existimant, ab ἀπέλλειν (*depellere*), id certo vix poterit diiudicari, priusquam ipsi Apollinis naturae clarior lux affulserit. Interim priorem etymologiam praetulerim propter totius antiquitatis commendationem. V. praeter Eur. Phaëth. l. c. Eustath. ad Hom. Il. α', p. 11, 23. Archilochum ap. Macrob. Saturn. 1, 17 (cf. Liebel. Rell. Archil. p. 65 sq.). Aesch. Agam. 1050 sq. (cf. Abresch. T. I. p. 370). Plat. Cratyl. p. 404, E. cum nota

Stallb. Cf. *Herm.* Opusc. T. II. p. 189. Lepidas aliorum derivationes tetigit *Mueller.* l. c. p. 301. not. 2. *Const. M.*]

Ἀπολλώνιος, *Apollineus.* Περγάμων Ἀπολλωνίων, *ab Apolline extructorum,* Or. 1389. V. schol. ad l.

ἀπολογεῖσθαι, *causam dicere.* Σεμέλης μητρὸς ἀπολογήσασθαί μ' ὕπερ (δεῖ) Bacch. 41; cf. *Elmsl.* ad l. Originem vocis indicare videntur verba Thucydidis 6, 19. ἀπὸ λόγων. V. *Matth.* gr. p. 1330.

ἀπολύειν, *absolvere, liberare.* ἐγὼ δέ γ' ἐπεκέλευσα κἀπέλυσ' ὄκνου Or. 1236; v. *Barnes.* ad l. Corruptum est fr. inc. tr. CXLVIII, 8. οὐκ ἀρκεῖ μίαν ψυχὴν ἀπολύειν κἀπὶ τοῦδ' ἔχειν πόνους; ubi vid. *Matthiam* p. 397, qui rectissime comparat Hipp. 258 sq. et Alc. 886 sq. Forsan legendum οὐκ ἀρκεῖ μίαν ψυχὴν ἀποπονεῖν, cuius verbi glossa fuerit ἀπολύειν (πόνων) κἀπὶ τοῦδ' ἔχειν πόνους: haec enim spuria videntur. [Nihil deleverim, sed scripserim: οὐκ ἀρκεῖ μιᾷ ψυχῇ 'πὶ λύπην κἀπὶ τῇδ' ἔχειν πόνους vel κοὐ διπλοῦς ἔχειν πόνους; Gravissimum certe loci vitium nec levi medela quidquam proficitur. *Const. M.*]

ἀπολωτίζειν, *decerpere.* κόμας — ἀπολωτιεῖ Iph. A. 793, *resecindet.* Tralate ὅταν τις ὡς λειμῶνος ἠρινοῦ στάχυν — ἀπολωτίζῃ νέους Suppl. 449.

ἀπομιμνήσκεσθαι, *reminisci, recordari.* σύ μοί νυν τῶνδ' ἀπόμνησαι χάριν Alc. 300, *horum gratiam memento* i. e. *horum grat. persolvere memento.*

ἀπομνύναι, *iureiurando denegare, abiurare, eiurare.* ἀπώμοσα — μὴ τά σ' ἐξοδᾶν ἐγὼ — χρήματα Cycl. 265. Cf. Pind. Nem. 7, 103.

ἀπομοργνύναι, *abstergere.* Med. Syl. fr. VI, 1. ἀπόμορξαι σέθεν τὰ δάκρυα.

ἀπόμουσος, *a Musis aversus s. alienus.* οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν Med. 1089.

ἀπομύσσειν, *emungere.* ἀπομυκτέον δέ σοί γε Cycl. 558.

ἀποναίειν i. q. ἀποικίζειν. *Activum* ap. Euripidem non invenitur. Med. Θέμιν — ἀπενάσσατ' ἀπὸ — χρηστηρίων Iph. T. 1259. ch., quod activa vi accipiunt: *exterminaverat* sc. Apollo. V. *Herm.* ad l. Sed incertum iudicium de incerto loco. Cui quo medeamur nunc non habemus. De duplicato σ̄ v. *Matth.* gr. p. 84. *Rost.* gr. de dial. 50. extr. *Pass.* ὤν (ex urbe et patria) ἀπενάσθην (*exterminatus sum*) αἰσχρῶς Med. 166. mel. τηλόσε — σᾶς ἀπενάσθην πατρίδος καὶ ἐμᾶς Iph. T. 175. mel. Cf. *Elmsl.* ad Med. 163.

ἀπονέειν, propr. quod *cumulatum* vel *impositum* erat (νέω) *deponere* vel *demovere* (ἀπό), *abhäufen, abladen;* hinc omnino *deponere* vel *tollere s. auferre* quod oneri fuerat. Tralate de angore, qui pectus premit. Ion. 875. mel. οὐκέτι κρύψω λέχος, ὡς στέρνων ἀπονησαμένη

ῥᾴων ἔσομαι. Ita Flor. 1; et id ipsum iam *Valck.* diatr. p. 164 invenerat. Ald. rell. ἀπονισαμένη. Sensus: concubitu *ex animo demto* (*mir vom Herzen nehme*) i. e. *animo exonerato levior ero s. curis levabor.* Similiter nos ratione paulo inversa: *sein Herz entladen — entledigen.* *Hesych.* ἀπονησαμένη· ἀποσωρεύσασα; item *Bachm.* anecd. Gr. I. p. 130, 8. ἀποσωρεύσασα ἢ ἀποθεμένη. Hinc eodem *Valck.* l. c. monente *Hesych.* ἀπενήσω· ἀπέβαλες. Εὐριπίδης Αὔγῃ (quod fragmentum deest in edit. *Matth.*), itemque *Bachm.* l. c. I. p. 117, 5. ἀπενήσω· ἀπέβαλες.

ἀπονέμειν, *attribuere, assignare.* τῷ δ' (οὐκ) ἀπονεμεῖς (ἴσον); Phoen. 551. Vid. *Matth.* ad l.

ἀπονίπτειν, *abluere.* κἀπένιψα τραύματα Tr. 1152.

ἀπονοστεῖν, *reverti.* ἀπονοστήσας χθονός Iph. T. 731.

ἀπονωτίζειν, *in fugam vertere.* ἀπενώτιζον φυγῇ γυναῖκες ἄνδρας Bacch. 762.

ἀποξενοῦν, *facere ut hospes sit* aliquis vel *alienus* (*entfremden*), *e patria removere, abalienare.* Hinc *med. peregre abire.* V. s. ἀφιδρύειν. πατρῶας γῆς ἀπεξενωμένοις Hec. 1221, *procul a patria peregrinatis.* V. *Pflugk.* ad l.

ἀποπαύειν, de homine: *desistere s. desinere facere.* λόγον σὺ μακροῦ ποπαύσω Suppl. 639; vel *inhibere s. coërcere.* φόνιον ἀπόπαυσον Αἴδαν Alc. 225. De re: *finire.* (Βρόμιος ἔχει) ἀποπαῦσαι μερίμνας Bacch. 380.

ἀποπέμπειν, *ablegare*; et *med.* suo consilio vel arbitrio *ablegare* (*ver — abweisen*), hinc *repellere, reiicere, aspernari, aversari.* V. s. ἀφιδρύειν. Rhes. 900. ἦ δυσδαίμονα καὶ μελέαν (ὁδὸν) ἀποπεμψαμένας ἐμοῦ (*me detestante*) πορευθείς: ita MSS. *Musgr.* et Harl. Ald. rell. Flor. 1. ἀπομεμψαμένας. Havn. ἀποπεμφομένας. Celerius in textum recepit *Dind.* quod Praef. Poet. Scen. p. XXII coniecerat ἄπο (sic) μὲν φαμένας. Minime certe necessarium μέν illud, quod non raro in talibus omittitur. Sic Hipp. 1357. δίᾳ μ' ἔφθειρας, κάτα δ' ἔκτεινας, et Herc. f. 1056. μὴ ἀπολεῖ πόλιν, ἄπο δὲ πατέρα. Cf. Hom. Il. γ, 267. Aptissimum omnino in Rhesi loco ἀποπέμπεσθαι, quod eadem vi legitur Hec. 72. ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν, *abominor,* ἀποδιοπομπέομαι. *Schol.* ἀποπροπιάζομαι. V. *Pflugk.* ad l. *Const. M.*

ἀποπνεῖν, *efflare.* ἀπέπνευσεν αἰῶνα Phil. fr. XV.

ἀποπρό, *protinus s. porro* (πρό) *a* (ἀπό), *longe s. procul a* (*weit ab, weit hinweg*). In melicis tantum exstat. ἀποπρὸ βᾶτ' ἐπεῖα ἀποπρό μοι κοίτας Or. 142. ἄπειμι πατρίδος ἀποπρὸ γαίας Phoen. 1728. μητέρος ἀποπρὸ νοσφίσας Iph. A. 1287; cf. Or. 1452. Herc. f. 1082. Hel. 1145. De tono v. *Schaef.* ad Or. 1452. *Goettl.* l. c. p. 341. 6.

ἀποπτύειν, *respuere, aversari, abominari.* θεοί σ' — ἀποπτύσαιεν Hel. 74. ἣν (Helenam) χρὴν σ' ἀποπτύσαντα μὴ κινεῖν δόρυ Andr. 608. κακοὺς ἀποπτύωμεν In. fr. XXIII (XI), 2. De re: μάχας — ἀπέπτυσαν Herc. f. 560. Solemnis hinc est abominandi formula ἀπέπτυσα, *apage*, nos ubi similiter *abscheulich! pfui! ich dachte gar!* Vid. *Matth.* gr. §. 506, V, 1. Absolute ἀπέπτυσα Hec. 1276. Hipp. 614. Iph. T. 1161. C. *accus.* (*pfui über*) ἀπέπτυσ' αὐτήν Tr. 662. ἀπέπτυσα μῦθον Iph. A. 874; cf. Hel. 670. ἀπέπτυσα τοιάνδε συγγένειαν Iph. A. 510; cf. Meleagr. fr. XIII (XVII), 4.

ἀπόπτυστος, *abominabilis.* ἀπόπτυστον φρένα Med. 1373.

ἀπορεῖν, *inopem esse* impr. *consilii.* τὸ ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῖ Herc. f. 106. Deinde est *inopem cons. facere, perturbare, in angustias adducere.* Hinc *pass.* ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε Iph. A. 537. Cf. Xen. An. 3, 5, 8. 5, 2, 24. V. s. ἄπορος. *Const. M.*

ἀπόρθητος, *inexpugnabilis.* ἱερᾶς χώρας ἀπορθήτου τε Med. 826. Vid. *Pflugk.* ad l. Flor. A. ἀπορθήτας, quod probat *Valck.* ad Phoen. 242 et *Porson.* ad l. σὺ μέν, ὦ πατρὶς Ἰλιὰς, τῶν ἀπορθήτων πόλις οὐκέτι λέξει Hec. 906.

ἀπορία, *inopia* h. e. *opis* (πόρος) *defectio, auxilii inopia* (*Hülflosigkeit, hülflose Lage*), *angustiae, miseria, desperatio.* κάματος βροτοῖσιν ἀπορία τε γίγνεται Or. 315; v. *schol.* et *Matth.* ad l. ἐρημίαν ἴδω — ἀπορίαν τ' ἐμῷ βίῳ; Suppl. 1096. τί δῆτα δρῶμεν; ἀπορίαν γὰρ οὐ μενῶ Phoen. 747. C. *genit.* rei, quae *inopiae* vel *angustiarum* causa est. Herc. f. 54. ἀπορίᾳ σωτηρίας, *desperantes de salute.* Hinc de omni *inopia s. penuria* al. rei (τινός). *Consilii inopia, perturbatio* (*Rathlosigkeit, Verlegenheit*). τί γάρ με χρὴ δρᾶν; ἀπορία τὸ δυστυχεῖν Ion. 971. δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο Or. 232, quia nesciunt quid velint nolintve. ἀπορίᾳ λελημμένος Bacch. 1100. ἀπορίᾳ κεχρημένος Iph. A. 89, *perturbatus.* V. s. ἄπορος. *Const. M.*

ἄπορος, pro duabus vocabuli πόρος significationibus *viae* ac *remedii* duplici potissimum vi usurpatur. 1. *Invius*, i. q. ἄβατος, ἄνοδος. Cf. Xen. An. 2, 4, 4. 5, 18. 4, 1, 2. Ap. Eur. hac vi non legitur. 2. *Remedii expers*, i. q. ἀμήχανος (s. v.); hinc a) de hominibus, qui se iuvare vel expedire non possunt: *inops s. auxilii inops, afflictus, miser;* de rebus, e quibus te aegre expedias: *inextricabilis, desperatus, molestus.* εἰς ἄπορόν σε κλύδωνα θεὸς — κακῶν ἐπόρευσε Med. 362. Cf. ib. 392. 552. Impr. frequens neutrum ἄπορον vel τὸ ἄπορον: *inopia, difficultas, angustiae, desperatio.* εἰς ἄπορον ἥκεις Hel. 819, quod Heracl. 488 est εἰς τἀμήχανον. τῶν ἀπόρων οὐδενὸς ἐνδεῖς μὴ οὐ μαίνεσθαι Iph. A. 41, *perturbationis tibi nihil deest ad insaniam* h. e. *tam perturbatus*

es, ut ab insania non multum absis. C genit. rei, quae causa est inopiae vel angustiarum. εἰς ἄπορον ἥκων δορός Phoen. 1409, hastae subsidio destitutus. b) Consilii inops, trepidus, anxius, confusus, conturbatus. ἄπορον χρῆμα δυστυχῶν δόμος Or. 70; cf. Ion. 971. Hinc ἄπορός εἰμι c. infin. non possum. De rebus, quibus quid facias non habes s. ignoras: trepidus, difficilis, dubius, incertus, anceps, lubricus. σιωπὴ ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων, incertus interpres, Andr. fr. XXXI (XIV). τὸ πρᾶγμα δ' ἀπόρως εἶχε Τυνδάρεῳ πατρὶ δοῦναί τε μὴ δοῦναί τε Iph. A. 55, res anceps erat Tyndareo, h. e. haesitabat Tyndareus. Etiam de homine difficili vel intractabili. ἀπόρῳ γε τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ Bacch. 799, ad quae Livii locum 27, 14 aptissime adscripsit Barnes. Sententiam enucleavit Herm. Denique de rebus, quas unde sumas vel quomodo peragas nescis: impeditus, difficilis, difficilis paratu, rarus. Huc pertinere videtur locus Iph. T. 897, de quo v. s. ἄν II. Similiter ἄπορον θῦμα apud Platonem Rep. 378, A. victima est rara et difficilis paratu. Hinc etiam ἄπορόν ἐστι c. infin. fieri non potest ut. Const. M.

ἀποῤῥαντήριον, vas lustrale. εἰς ἀποῤῥαντήρια δρόσον καθήσω Ion. 435.

ἀποῤῥεῖν, defluere, destillare. σάρκες ἀπ' ὀστέων ὥστε πεύκινον δάκρυ — ἀπέῤῥεον Med. 1201. Effluere. πλούτου ἀποῤῥυέντος Cress. fr. IX (Thyest. I).

ἀποῤῥηγνύναι, abrumpere. ἀποῤῥήξω χέλυν El. 837. τῆσδ' ἀποῤῥήξας πέτρας Cycl. 700. V. s. πέτρα. Tralate de morte violenta, nos ubi des Lebens Fesseln sprengen, den Lebensfaden zerreissen. ἐπώμοσα βίον ἀποῤῥήξειν θανών Iph. T. 974. λευσίμῳ χερὶ ἢ διὰ σιδήρου πνεῦμ' ἀποῤῥῆξαι Or. 862. Sic etiam Tr. 751. Cf. Blomfield. gloss. Aesch. Pers. 513.

ἀπόῤῥητος, vetitus. ἓν τοῦτο — τῶν ἀποῤῥήτων πόλει. Phoen. 1662. Infandus, celandus, occultus. εἴ νοσεῖς τι τῶν ἀποῤῥήτων κακῶν Hipp. 293, quibus opponitur ἔκφορος συμφορὰ πρὸς ἄρσενας. Arcanus. μυστηρίων τῶν ἀποῤῥήτων φανὰς ἔδειξεν Ὀρφεύς Rhes. 943. ἀπόῤῥητον φλόγα θύουσα Iph. T. 1331. V. Seidl. ad l.

ἀποῤῥοή, fluxus. αἵματος ἀποῤῥοαί Hel. 1603.

ἄπος, vocabulum alioqui non obvium, sed quod Euripidi primus Matthias iure suo restituit in Phoen. 858. πνεῦμ' ἄθροισον ἄπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ. Praeiverat Valck., secutus Dindorf. Eust. p. 381, 19. Εὐριπίδης δὲ ἄπος οὐδετέρως τὸν κάματον ἔφη. Schol. ad h. l. ἄλλοι δὲ ἄπος, τὸ ὕψος, quod etsi αἶπος, τὸ ὕψος scribendum fuisse recte intellexit Valckenarius, dubium tamen, an ipse scholiasta scripserit αἶπος ac non ἄπος invento utriusque vocabuli no-

tiones confuderit. Certe id ipsum ἄπος in Phoenissarum loco integre perscriptum exhibet Flor. 10 nec non corrupte quidem exaratum (ἀπό σ') Flor. A. (ἄποσ' ἐκβ.) Taur. (ἄπος) I. Flor. 33. Havn. eodemque ducunt κᾶπος, quod est in Aug. D, et κάπος, quod habet Vict. Id vero propter singularem vocis raritatem in κᾶπος vel κάπος, quod vulgo legitur, depravatum esse nemo mirabitur. Quamquam ἆπος (ἄπος) olim in usu fuisse probare videntur κᾶπος (κάπος) κάπυς κάπω κάπτω καπύω (Hom. Il. χ', 267) καφέω (ib. ε', 698. Od. ε', 468). Quae omnia spiritu condensato ex ἆπος (ἅπω) facta esse verisimile est. V. s. ἄν p. 190. Ipsum autem ἆπος (ἄπος) ab ἄω (ἄεω) esset et ut eiusdem stirpis vox ἄσθμα proprie *graviorem spiritum* vel *anhelitum* (*Keuchen, Schnauben, Röcheln*) indicaret igiturque de eo potissimum diceretur, qui vel labore vel pavore vel vulnere vel morbo *exanimatus* est (*languor, lassitudo, exanimatio*). Recte igitur schol. ad h. l. τὸν κάματον ἢ τὸ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἄσθμα γενόμενον. Unum tamen me moratur. Quum enim apud Hesychium sit: κάπος· ψυχή, πνεῦμα, et vero καπύειν et καφεῖν prima semper brevi usurpentur, fortasse ἄπος quoque rectius prima correpta scripseris. Quod quum loco nostro repugnet, non adversarer, si quis αἶπος mallet corrigere. Sensus nunc idem, sed maior vocabuli auctoritas. Ipse Euripides Alc. 503. πρὸς αἶπος ἔρχεται (δαίμων), sive id *cum labore* vel *molestia coniuncta est* sive *in arduum tendit fortuna mea* interpreteris. Hesych. αἶπος· κάματος ἢ ὑψηλὸς τόπος. Scilicet αἶπος (αἰπός αἰπύς) ex eodem ἄω factum (v. s. αἴγλη p. 58) et de loco proprie *aërio perflabili ventoso* dictum *excelsitatis* deinceps s. *altitudinis* (*cacumen, fastigium* Theocr. 7, 148) notionem accepit, unde partim, ut in vernaculo *hoch, magnitudinis* s. *gravitatis* (αἰπὺς ὄλεθρος), partim *ardui, difficultatis, molestiae* (αἶπος ὁδοῦ) significatio fluxit. Hoc igitur si Euripides in Phoen. loco usurpavit, ἆπος per me licet e verborum Graecorum numero deleas et κάπω (καπύω καφέω) cum κάω κάμνω aliis ex ipso ἄω deducas. *Const. M.*

ἀποσβεννύναι, *exstinguere*. ὁ θάλλων σῶμα διοπετὴς ὅπως ἀστὴρ ἀπέσβη fr. inc. tr. CXXVII. Tralate χρόνῳ δ' ἀπέσβη καὶ μεθῆκε — ψυχήν, *contabuit*, Med. 1218. Ita *Valck.* diatr. p. 57 pro vulg. ἀπέστη, quem *Matth. Pflugk. Dind.* secuti sunt.

ἀποσκοπεῖν, *respicere, respectare, oculos referre* ad al. ἄγομαι — πόλιν ἀποσκοποῦσα Hec. 939. Tralate οὐκ ἀποσκοπῶν τὸ πλῆθος εἴ τι βλάπτεται Suppl. 236.

ἀποσκυθίζειν, *Scythico more radere*. κρᾶτ' ἀπεσκυθισμένην Tr. 1026.

ἀποσπᾶν, *avellere*. ἀποσπασθεῖσα βίᾳ Tr. 613. Hec. 225.

C. genit. ἀποσπασθεῖσά σου Alc. 288. Τροίας ἦν ἀποσπάσας ἔχω Hel. 420. γυναῖκας βωμῶν ἀποσπάσαντες Hec. 290. Andr. 568; cf. Heracl. 250. πρὸς βίαν θεῶν τῶν σῶν ἀποσπασθέντες Heracl. 99. 223. μαστῶν βιαίως τῶν ἐμῶν ἀποσπάσας (βρέφος) Iph. A. 1152. Genitivo ἐκ insuper additur. μή μου τὸ τέκνον ἐκ χερῶν ἀποσπάσῃς Hec. 277.

ἀποσπαράττειν, *avellere*. ἀπεσπάραξεν ὦμον Bacch. 1125.

ἀποσπένδειν, *defundere, effundere*, hinc *libare*. ὡς δ' ἀπέσπεισαν μέθυ Ion. 1198. Cf. *Herm.* ad l.

ἀποστάζειν, *destillare*. *Trans.* ἱδρῶτα σώματος στάζων ἄπο Bacch. 620. *Intrans.* κοίλης φλεβὸς ἀπέσταξεν φόνου (σταλαγμός) Ion. 1011.

ἀπόστασις, *decessus*. ἀσιτεῖ δ' εἰς ἀπόστασιν βίου Hipp. 277.

ἀποστατεῖν, *abesse*. ποῦ γέρων — τῆσδ' ἕδρας ἀποστατεῖ; Heracl. 631.

ἀποστέλλειν, *amandare, mittere* ad aliquid faciendum (*ab — ausschicken*). ἐπ' αὐτὸ τοῦτ' ἀποστέλλει φύλαξ Bacch. 957. ὧν (ναυτῶν) ἀπεστάλης μέτα Hel. 1541. ὧν (τυράννων) ἀπεστάλην ὕπο Phoen. 299; cf. ib. 281 sq. πρὸς σὲ δεῦρ' ἀπεστάλην σοὶ — σημανῶν Iph. T. 1409. παῖδα σὴν δεῦρ' ἀποστέλλειν — γαμουμένην Iph. A. 362. *Dimittere* (*fort — entlassen*). στρατὸν ἔξω χθονὸς ἀποστεῖλαι Phoen. 488. σ' οὐ κεναῖσι χερσὶ γῆς ἀποστελῶ Hel. 1296. *Amovere, abducere, auferre* (*fort — wegbringen*). ἐξ ὀμμάτων δάμαρτ' ἀποστεῖλαι θέλων, *removere*, Iph. A. 743. σε — κώπαις ἀποστελῶ (*aveham*) χθονός Cycl. 466. δόμων πῶς τῶν ἐμῶν ἀπεστάλης; Hel. 666. ὡς ἀποστέλλησθε γῆς Tr. 1268. δεῦρο πρὸς βίαν ἀπεστάλης (*delatus es*); Cycl. 111. *Med. se removere, discedere, abire.* ἀποστέλλου χθονός Suppl. 582. V. s. ἀφορμᾶν. *Deducere, arcessere* (*wegholen, holen*). V. *Matth.* ad Hec. 714. ἥκω ἀποστελῶν σε Hec. 731. *Expellere, eiicere.* τίνος μ' ἕκατι γῆς ἀποστέλλεις; Med. 281; cf. 934. τί τόνδ' ὑβρίζεις πατέρ' ἀποστέλλων χθονός; Phoen. 1638. τρέμουσα, μὴ — ἐκ τῶνδ' ἀτίμως δωμάτων ἀποσταλῇ Andr. 810. φυγὰς ἀποσταλείς Phoen. 323.

ἀποστερεῖν, prop. *sterilem facere* al. rei, i. e. *denudare, despoliare, privare*. V. s. στερεῖν. τοῦ σ' ἀποστερῶ; Alc. 692. πλείστους κτημάτων ἀποστερεῖν Beller. fr. XXI (XXV), 6. κάμακος ἀμφοῖν χεὶρ' ἀπεστερημένοιν Phoen. 1412. πόλιν ἀποστερῶν τύχης ib. 1000. Σθένελον — τῆς δίκης ἀποστερεῖν Alcmen. fr. I, 2. οἵας συζύγου μ' ἀποστερεῖς, *orbas*, Alc. 385; cf. 379. ὧν (παρθένων) μιᾶς σὺ τλημόνως μ' ἀποστερεῖς Iph. A. 1165. ἀπεστερήθην — μητρὸς τροφῆς Ion. 1377. πάσης γῆς ἀλῆται ἀπεστερημένοι Heracl. 51. ἀποστεροῦμαι πατρίδος Phoen. 496. C. *accus.* rei. V. *Matth.* gr. p. 931. οὐ γῆς ὅρι' ἀπο-

τερούμενοι, οὐδὲ — πατρίδος Tr. 375. ξυμμάχους οἵους — ἀποστερήσει Herc. f. 137. Absolute Hel. 583. τὸ σῶμ' ὅμοιον, τὸ δὲ σαφές | ἀποστερεῖ, *certa rei ratio me privat* sc. te uxore, *mihi* te *negat s. eripit*, h. e. quum certo sciam alibi esse uxorem meam, temet pro uxore agnoscere non possum. V. s. σαφής.

ἀποστολή, *missus*. ἔβα Πυθίαις ἀποστολαῖσιν Οἰδίπους Phoen. 1050. *Dimissio*. ἀποστολαὶ μακάριαι, ὅταν ἄλλοις δόμοις παῖδας παραδιδῷ — πατήρ Iph. A. 688.

ἀποστρέφειν, *avertere, amovere*. ἀπέστρεψ' ἔμπαλιν παρηίδα (Med. 1148, *retro vertit*. *Med.* et *pass.* 1. *se avertere* vel *averti* ab al. re (τινός). βρέτας τὸ τῆς θεοῦ πάλιν ἕδρας ἀπεστράφη Iph. T. 1165. 1179. 2. *Aversari* aliquid (τι). μή μ' ἀποστρέφου Iph. T. 801. τί μ' ἀπεστράφης; Hel. 77. φεύγεις ἀποστραφείς με; Or. 718. οὕτω τὸ θεῖον ῥᾳδίως σ' ἀπεστράφη Suppl. 159, i. e. *ita non mirum deos te aversatos esse*. Sic recte *Matthias* librorum omnium scripturam tuitus. Temere *Reisk. Markl. Tyrwhitt. Herm. Dind.* ῥᾳδίως ἀπεστράφης. *Ab alio averti* (ἀπό) et *ad aliud adverti* (στρέφεσθαι), h. e. *conversi* ad al., *obverti* al. rei. Huc pertinent, si sana sunt, Ulixis verba Cycl. 298. νόμοις δὲ θνητοῖς εἰς λόγους ἀποστρέφου, h. e. *animum* a ferocitate *revocatum humanis legibus ad sermones meos adverte*. Cf. *Matth.* ad l. [Nullus tamen dubito quin tale quid dixerit Euripides: θνητοῖς δὲ θν. εὐλόγως ἐπιστρέφου, h. e. *ratione usus humanis legibus animum adverte*, quae leges in quo consistant infinitivis sequentibus declaratur. Ἐπιστρ. iam *Duportus* voluerat. *Const. M.*]

ἀποστροφή, *depulsio, propulsatio*. ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας ἀποστροφήν Hipp. 1036. *Schol.* ἀπολογίαν. *Avertendi ratio, effugium*. οὐδ' ἀποστροφὴ κακῶν Med. 799. ζημίας ἀποστροφήν ib. 1223. *Refugium*. ὕβριζ', ἐπειδὴ σοὶ μὲν ἔστ' ἀποστροφή Med. 603.

ἀποστυγεῖν, *abominari*. τὸν ἄπαιδα ἀποστυγῶ βίον Ion. 488. Cf. praepos. v. s. ἀπέχθειν.

ἀποσυλᾶν, *exspoliare*. τοῖον ὄμηρόν μ' ἀποσυλήσας — Θάνατος Alc. 873.

ἀποσφάλλειν, *deiicere, depellere*, et tralate *defraudare, fallere, frustrare* s. *frustrari*. ἐλπίδος δ' ἀπεσφάλην Iph. A. 742.

ἀποσφραγίζειν, *obsignare, obserare* (*versiegeln, verschliessen*). Med. καὶ δὴ πάντ' ἀποσφραγίζεται Or. 1108. *Schol.* ὡς δὴ πάντα προνομήσασα τὰ ἐμά. Hinc medium.

ἀποσχίζειν, *dirimere, avellere*. πτόρθων ἀποσχίζουσα μυρσίνης βρύην Alc. 170, *decerpens*.

ἀποσώζειν, *reservare*. Med. κἀποσώσαι' ἄν (*tibi serves* h. e. me-

moria custodias) πατρὸς γνώμας φράσαντος Erecht. fr. XX (II), 2. Correxit *Porson.* praef. ad Eur. Hec. p. XXXIII pro vulg. κἀποσώσαις ἄν. V. *Matth.* ad l.

ἀποταυροῦν, *in taurum commutare. Med. se in taurum commutare, se taurum praebere* impr. oculis, hinc *torva s. ferociter tueri,* et c. *dat.* (*Matth.* p. 899, 2) *torva s. ferociter intueri* aliquem (*anstieren — starren*). Medea δέργμα λεαίνης ἀποταυροῦται δμωαῖν Med. 188. Cf. v. 92. Commode adscripsit *Matthiae* Callim. in Cer. 51. V. s. δέργμα. Praepositio in talibus, ut *ver* in *verbauern, excessum* e priore statu h. e. *mutationem* significat.

ἀποτίειν, ἀποτίνειν, *persolvere, luere* (*abzahlen, abbüssen*). καλόν γε — κακῆς γυναικὸς μισθὸν ἀποτίσαι τέκνα Iph. A. 1169. ἀπότισόν (*redde*) μοι ταὐτὸ τοῦτ' ἐκεῖ λαβών Or. 654. Hinc τὸν σὸν Ἕλλας ἀποτίσει φόνον, *caedis tuae poenas persolvet s. caedem luet,* Iph. T. 338. *Med. facere ut quis* (τινά) *sibi poenas det* (*sich bezahlen lassen*), aliquem *punire, ulcisci.* τὸν πρῶτον ἀδικήσαντά σ' ἀποτίνου θεόν Ion. 972. Etiam cum duplici *accus. facere ut quis* (τινά) *aliquid* (τι) *sibi persolvat.* V. *Matth.* gr. §. 421. not. 1. extr. ἀποτίσασθαι δίκην ἐχθρούς Heracl. 852, *poenas repetere ab hostibus.* Sic etiam ib. 882. ἐχθροὺς λαβόντα μὴ 'ποτίσασθαι δίκην, et Med. 261. πέσιν δίκην — ἀποτίσασθαι κακῶν. Vid. *Elmsl.* ad l. Diversa confundit *Pflugk.* ad Heracl. 852 idemque perperam in loco Medeae retinuit vulg. δίκῃ.

ἀποτιθέναι, *deponere* (*nieder — ablegen, abthun*). *Med.* ἅπο δὲ παρθένοι κόμας ἔθεντο Hel. 372, *capillum ponebant.* V. *Pflugk.* ad l. Tralate πολλὰν (Ἀφροδίταν) ἀποθεῖμαν Iph. A. 557, *abiiciam. Sibi reponere* (*bei Seite — zurücklegen*), *reservare, differre.* πολλὰ ἀπεθέμην ἀσπάσματα ὡς ἥξουσ' ἐς Ἄργος αὖ πάλιν Iph. T. 376. De medii potestate v. s. ἀφιδρύειν et ἀφορμᾶν.

ἀποτινάσσειν, *excutere, abiicere.* οὐκ ἀποτινάξεις κισσόν; Bacch. 253.

ἄποτμος, *infaustus.* ἄποτμος ἄποτμος ὁ φόνος Phoen. 1316. μόρος ἄποτμος Alc. 116. *Monk. Herm. Pflugk. Dind.* cum *Blomfieldio* propter metrum ἀπότομος. At vid. *Matth.* ad l. πότμον ἄποτμον Hipp. 1144.

ἀπότομος, *praeruptus.* Tralate οὐδέ τις ἀποτόμου λήματός ἐστιν αἰδώς Alc. 985, *asperae, praefractae mentis.*

ἀποτρέπειν, *avertere. Med.* ut ἀποστρέφεσθαι, *aversari.* μήτ' ὀργῆς ὕπο ἀποτρέπου τἀληθές — Iph. A. 336. C. *infin. cavere, nolle.* ἀποτρέπου λέγειν Or. 410; v. s. εὐπαίδευτος. Praeterea ἀποτρέπειν est etiam *ab alio aversum* (ἀπό) *in aliud convertere* (τρέπειν), id quod scite observavit *Herm.* ad Soph. Trach. 1010. Hinc

ἀποτροπή, *conversio.* ἄλλοσ' ἀποτροπὰ κακῶν γένοιτο Hel. 364.

ἀπότροπος, *averruncus.* θεοὶ — ἀπότροποι κακῶν Phoen. 589. ὦ Παιὰν, ἀπότροπος γένοιο — τῶν πημάτων Herc. f. 821.

ἀπουσία, *absentia.* διὰ μακρᾶς ἀπουσίας Iph. A. 1172; cf. 651. Rhes. 467. τῆς ἐμῆς ἀπουσίας Hec. 962.

ἀποφαίνειν, *exhibere, proferre, pronuntiare.* φήμας ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσιν μαντεύεσθαι γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν Ion. 101, *responsa fausta proferre.* Med. ἀπεφηνάμην γνώμην, *dixi s. declaravi sententiam meam,* Suppl. 335.

ἀποφέρβεσθαι, *depascere.* ἱερᾶς χώρας — ἀποφερβόμενοι — σοφίαν Med. 827.

ἀποφέρειν, *asportare, auferre.* ἀπήνεγκε βρέφος εἰς ταὐτὸν ἄντρον Ion. 16. *Med. sibi auferre, reportare, sibi parere, consequi.* νόστον οὐκ ἀποίσεται Iph. A. 298. ch. οὐδ' ἀποίσεται βίον τῇ — μητρί Phoen. 1168. Sic etiam τὸν αὐτὸν οὐκ ἀποίσεται μόρον (εἰς ἡμᾶς ξίφος ἐμβαλών); ib. 598, et El. 1089. (πόσιν κτείνασα) ἀπηνέγκω λέχη τἀλλότρια. V. *Seidl.* ad l.

ἀποφεύγειν, *effugere.* θανάτου λεύσιμον ἅταν ἀποφεύγουσα Ion. 1241. παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον Iph. T. 871. ch. τοὐμὸν αἰσχρὸν ἀποφυγεῖν Ion. 1526. Tralate Or. 630. στεῖχ', ὡς — λόγος πρὸς τόνδ' (Menelaum) ἵκηται γῆρας ἀποφυγὼν τὸ σόν (Tyndarei), *ut missa senectute tua* (h. e. misso te sene) *ad hunece veniat oratio.*

ἀπόφθεγκτος, *expers sermonis s. colloquii.* σιγῇ ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν με (Orestem) Iph. A. 951, ubi „ἀπόφθεγκτον non est idem quod ἄφθεγκτον: nam quae nomina ἀπό habent, ita notant detractionem, ut id quod detractum significatur antea adfuisse indicetur." *Herm.* Addere poterat hinc id fere nominibus illis significari, quod non est proprium naturae, sed extrinsecus demum efficitur vel additur, ita ut ἄφθεγκτος dicatur qui *mutus* est, ἀπόφθεγκτος autem qui *mutus factus* est. [Cave tamen ne urgeas discrimen illud. Saepe enim ἀπό ne minimum quidem differre ab alpha privativo larga exemplorum copia demonstrari potest. V. s. ἀπόφονος. *Const. M.*] Ad rem apte comparat *Herm.* Aesch. Eum. 426 sq.

ἀποφθείρειν, *perdere, pervertere, corrumpere* (*verderben*). ἀσιτίαις ἐμὸν δέμας — ἀποφθερῶ Suppl. 1106. *Passiv. perire.* ὡς πεσοῦσ' ἀποφθαρῶ Tr. 508. C. *genit.* οὐ γῆς τῆσδ' ἀποφθαρήσεται; *in malam rem abibit,* Herc. f. 1290: alluditur enim ad formulam εἰς κόρακας ἀποφθείρεσθαι. V. s. φθείρειν.

ἀποφθινύθειν, *pessumdare.* τὰ μὲν αὔξεις, τὰ δ' ἀποφθινύθεις fr. inc. tr. CLX, 3. De terminatione v. s. ἀμυνάθειν.

ἀπόφονος, i. q. ἄφονος. ἀπόφονον (*infaustum*) — ἐδίκασε φόνον ὁ Λοξίας ἐμᾶς ματέρος Or. 163, ut ib. 192. ἐξέθυσ' ὁ Φοῖβος ἡμᾶς ἀπόφονον αἷμα δοὺς — ματρός, *infaustam matris caedem largitus.* V. s. ἄχαρις.

ἀποφώλιος, Homerica vox, cuius vim propriam non *vani* vel *irriti*, sed *inutilis, futilis, vilis, pravi, mali, abiecti* esse (*unnütz, untauglich, nichtsnutzig, nichtswürdig*) accurato Homericorum locorum examine mihi persuasi. Thes. fr. VI (VII). ἀποφώλιον τέρας (Minotaurus), *abiectum* s. *turpe monstrum.* V. s. βρέφος. Hinc ne derivatio quidem dubia: est enim quantitate permutata ex ἀπ—ωφέλιος vel ἀπ—ωφόλιος factum, ut idem sit quod ἀνωφελής et ἀνόνητος. V. s. ἀήρ extr. p. 46. *Const. M.* [*Bekker.* anecd. gr. p. 439, 12. ἀποφώλιοι· ξένιοι, οἱ φυλὴν μὴ νέμοντες. *Hesych.* ἀποφώλια· ἀποφίλια. An ἀποφύλια? Certe non absonum esset, si quis φώλιος illud cum φυλή et φῶς cognatum censeret, ut ἀποφώλιος proprie sit *degener* (*aus der Art geschlagen*), hinc *pravus, nequam, malus, futilis, inutilis.* Nisi vero ap. *Bekker.* l. c. corrigeres: ἀποφύλιαι· ξένιοι etc. *Bernh. M.*]

ἀποχεύειν, *effundere.* *Med.* Ion. 148. mel. παγὰν, ἣν ἀποχεύονται Κασταλίας δῖναι. Epica est forma pro ἀποχέειν.

ἀποχωρεῖν, *recedere.* ἀπεχώρησεν πάλιν Iph. T. 265.

ἀποψᾶν, *abstergere.* ἀφρὸν ἀπέψη Iph. T. 311. Libri ἀπέψαι correxit *Elmsleius.* Vulgatam tuetur *Matth.* gr. p. 148. not. 2. Cf. Luc. Am. c. 47.

ἀπράγμων, *otiosus.* ὅστις πράσσει πολλὰ, — μωρὸς, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα Antiop. fr. XXXV (XIII). Similiter ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως (*procul negotiis*) ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης Phil. fr. I, 1.

ἀπραξία, *desidia, segnitia.* τὸ μέλλον ἴσον ἀπραξίᾳ λέγω Or. 426, *cunctationem* s. *moram perinde esse dico ac si nihil agas*, i. e. *quod sero fit perinde esse dico ac si non fiat.* Perperam schol. explicat ἀποτυχίᾳ. Nec melius *Barnes. id quod cunctatur est simile inutili.*

ἀπροσδόκητος, *inopinatus, improvisus.* ἀπροσδόκητα βροτοῖς τὰ τῶν θεῶν Iph. A. 1610.

ἀπρόσειλος. Fr. inc. tr. CCLXV ex *Bekk.* anecd. gr. p. 440, 32. ἀπρόσειλος, ᾧ οὐδεὶς προσειλεῖται. *Εὐριπίδης.*

ἀπρόσφορος, *inaccessus,* νήσους ναυβάταις ἀπροσφόρους Iph. A. 287. ch.

ἀπροφάσιστος, *nullo praetextu utens, non tergiversans, promtus.*

el ap. Eurip. legitur in loco, quem *Brunckius* insanabilem, *Elmsleius* s tragoediae, *Matthias* omnium Euripidis tragoediarum difficillimum llat, Bacch. 1000 sq. Ald. rell. τὸν ἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ ιαν σώφρονα, θάνατος ἀπροφάσιστος, εἰ τά τε θεῶν ἔφυ βροτείῳ ειν ἄλυπος βίος. Quae foede corrupta esse omnes consentiunt. l alii coniecerint videre est apud *Elmsleium*. Nemo autem in his ındis infelicior fuit *Hermanno*. Qui, ut alibi, sic etiam hic Palatini is auctoritati nimium tribuens ita locum perscripsit: τὰν ἀνί- ν ὡς κρατήσων βίᾳ γνώμαν σώφρον', ἃ θνατοῖς ἀπροφάσι- εἰς τὰ θεῶν ἔφυ βροτείῳ τ' ἔχειν ἄλυπος βίῳ, h. e. „*ut tam vi superaturus piam mentem* (Bacchi sacra celebrantium), *quae alibus nullo praetextu in rebus divinis detrectanda, ad huma- que vitam expers mali est, si quis eam habet.*" In quibus τάν et εἰς τὰ θεῶν e Pal. desumsit, cetera ipse correxit. Et τοῖς quidem pro θάνατος optime; etiam εἰς τὰ θεῶν pro εἰ endum esse in promtu erat. At neque pia Baccharum mens γνώμη ρων dici potest (v. *Matth.* ad v. 957) neque ἀπροφάσιστος ullo o est *nullo praetextu detrectandus* (v. *Matth.* ad v. 958) et ipsa io tam scabra est et salebrosa, ut Graecam vix queas dicere: quis cruda illa βροτείῳ τ' ἔχειν ἄλυπος βίῳ concoxerit. Omnino ab- um esset chorum Penthei non erga Bacchum deum, sed erga Bacchas rem perstringere: nam deum negat, Bacchum profligare studet, hunc icturus Bacchas quoque persequitur. Recte igitur habent τὸν ἀνί- ν ὡς κρατ. βίᾳ, hisque absoluta sententia est: veniat iustitia terri- m sceleratum interficiens, qui furiosa mente proficiscitur *vi supera- insuperabilem* (deum). Nova dehinc ut in strophico versu sen- ia incipit a verbis γνώμαν σώφρονα. Quae, quod probe perspexit thias ad v. 960, talis est: modestiam exercere vitam tranquillam it. Sic igitur levibus medelis restituendus locus: γνώμαν σώφρονα τοῖς ἀπροφάσιστ' | εἰς τά τε θεῶν ἔφυ | βροτείων τ' ἔχειν ἄλυπος , quibus in stropha respondent: μάτηρ πρῶτά νιν λευρᾶς ἀπὸ πέ- | ἢ σκόλοπος ὄψεται | δοκεύοντα· μαινάσιν δ' ἀπύσει. *Modestiam, it, in rebus et divinis et humanis promto animo exercere mortalibus quilla vita est* h. e. *vitam mortalibus tranquillam reddit.* Ἀπροφά- primus restituit *Matthias*. Etiam βροτείων pro βροτείῳ iam *Canter*. *Heath.* coniecerant, nec id in textum iure receptum deinde in notis ere debebat *Matthias*. V. s. βρότειος. Denique et ἄλυπος βίος et scriptura mirifice confirmatur loco a *Matthia* collato Iph. T. 1121. ιετ' εὐτυχίας κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών. Cf. Or. 601. dochmii v. 1000 forma dixi Quaest. Soph. p. 164. *Const. M.*

ἅπτειν, 1. *admovere, adiungere, annectere.* βρόχῳ γ' ἅψασαν δέρην (*Λήδαν θανεῖν φασίν*) Hel. 135. βρόχους ἅπτειν κρεμαστούς Or. 1036, *suspendere.* Hinc *med.* a) *sibi admovere* s. *adiungere.* ἀμφὶ νῶτον ἅψομαι δοράν Rhes. 208, *mihi induam.* ἅψεται ἀμφὶ βρόχον — δείρᾳ Hipp. 770, *laqueum circa cervicem sibi nectet.* V. s. ἀμφί, 2. p. 176. Crebrior altera medii vis, qua b) est *sese admovere s. iungere,* i. e. *adhaerescere, attingere, tangere, attrectare.* Cf. *Lob.* ad Ai. p. 313. κλαίων ἄρ' ἅψει τῶνδε Heracl. 271. τίς ὑμῶν ἅψεται; κλαίων ἄρα ψαύσει Andr. 759. με δεσμεύειν δοκῶν οὔτ' ἔθιγεν οὔθ' ἥψαθ' ἡμῶν Bacch. 617. οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρός Iph. A. 950. 1361. μή τις ἅψηται χροὸς τοὐμοῦ Hec. 548. μήδ' ἅψει πέπλων Hipp. 606. οὐδ' ἂν προσείπον, οὐδ' ἂν ἡψάμην χεροῖν Med. 370. θανόντων σῶν τέκνων ἅπτου χερί Phoen. 1694. ἥψω τῆς ἐμῆς χερὸς καὶ — παρηίδος Hec. 273. ἥψω γονάτων τῶν ἐμῶν ib. 245, *amplexus es.* ἀτρέμας χροὸς ἑλκώδους ἅπτεσθε χεροῖν, *prehendite,* Hipp. 1359. ἅψαι μητρός, ne labatur, Hec. 439. ἡψόμην ξίφους Or. 1235. ὅπως ἅψεσθε τοῦ δαλοῦ χεροῖν Cycl. 626. ἅψομαι (σου) Ion. 523. ἅπτει κάτωθεν οὐρανοῦ δυσπραξίᾳ Herc. f. 1240. V. *Matth.* ad l. οὐ γὰρ θέμις βέβηλον ἅπτεσθαι δόμων, *limen attingere,* Protes. fr. I. κεἰ μὴ εὐνῆς ἥψατο Phoen. 953; v. s. ἀλλά I, 4. p. 118. ἅψασθαι — οὐκ αἰσχρὸν λόγου, *rem attingere,* Andr. 663. τῆς ἐμῆς ἥψω φρενός Rhes. 916, *tetigisti, punxisti, afflixisti.* τῆς μὲν (Ἀλκήστιδος) οὐδὲν ἄλγος ἅψεται Alc. 940, *attinget, afflget.* Hinc c) ad omnia transfertur, quibus quis aliquapiam ratione *occupatur,* nos ubi simillime *sich mit etwas befassen.* ἀξίων ἅπτομαι Bacch. 968, *amplector.* συὸς ἀγρίου ἀγῶνος ἥψω Suppl. 317, *suscepisti.* τῶν ἄγαν ἅπτεται θεός, *curat,* fr. inc. tr. CXXIX. ὄμνυμι τῶν σῶν μήποθ' ἅψασθαι γάμων Hipp. 1026, *curasse.* ἤν τις ἅψηται φόνου, *patraverit,* Iph. T. 381. φέρε λόγων ἁψώμεθ' ἄλλων, *de aliis loquamur,* Ion. 544. πλείστων ἁψάμενος λόγων κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκας εὗρον, *literis permultum usus s. multiplici doctrina imbutus,* Alc. 967. νέων πημάτων οὐχ ἅπτεται, *suspicatur,* Hec. 675. ἦν ἅψωμαί τινος (κακοῦ), *gustavero,* ib. 586. τῆς τύχης ὅπως ἅψαιτ' ἄριστα (s. v.) Iph. A. 57, *utatur.* τὸ ἐκλαλοῦν τοῦθ' ἡδονῆς μὲν ἅπτεται Antiop. fr. XL (X), 2, *gustat s. percipit;* v. s. οὔτε. Obiter autem monemus genitivum, quem ἅπτεσθαι ἀντέχειν ψαύειν λαμβάνεσθαι et alia id genus verba adsciscunt, *partitivum* falsissime dicere grammaticos. Veram talium explicationem ostendere poterant locutiones, quales sunt ἅπτεσθαι βρόχου ἀπὸ μιᾶθρου Hom. Od. λ', 278, ubi praepositio salvo sensu etiam omitti poterat, et ἅπτεσθαί τινα γενείου, λαβεῖν τινὰ γούνων. V. s. ἐκ et ἴχνος. 2. *Accendere, incendere.* Qua vi et simplex et compositum ἀνάπτειν

s. v.) mirifice concordat cum vernaculo *anstecken*. Ut enim hoc proprie est *annectere* s. *affigere* et de igne proprie dictum, qui rei alicui admovebatur (*Feuer anlegen — anstecken*), deinde ad ipsam rem, cui admovebatur ignis, *accendendi* vi translatum est (*Licht anstecken*), sic etiam ἅπτειν. Ita proprie dicitur τάφῳ πῦρ ἀνῆψα Bacch. 624, quod Or. 1594 est πυρὶ ἀνάψομεν δόμους. In confinio sunt πῦρ ἀνῆπτον El. 801 et ἧψά νιν (τὸ Τροίας πῦρ) Hel. 510. At usu deflexo dictum Ib. 106. ἤδη ἧπται καὶ κατείργασται πυρί (Ἰλίου πόλις); Sic etiam ἅπτουσι πεύκας Or. 1543. ἧψαν φῶς Rhes. 81. ἅπτε — λαμπάδα Bacch. 994. Corruptum erat quod Cycl. 512 olim legebatur ἀμμένα. Ubi recte nunc scriptum ἀμμένει; v. s. ἀναμένειν. Stirps verbi ἄω est ἄFω ἄπω ἅπτω, *apio apto apiscor, haben heften haften*; v. s. ἄρειν). Quod quum omnino *motum* exprimat (v. p. 41), ἅπειν τι proprie est *liquid movere* et cum *dativo*, cuius propria *appropinquandi* notio, conunctum: *al.* alicui rei *admovere* h. e. *adiungere, annectere, affigere*. V. *Lobeck.* ad Ai. p. 313. Cui efficaciori motui ut ipsa forma congrueret, ἅπειν et alpha aspirato et consona stirpi inserta auctum est ἅπτειν). V. s. ἀναλοῦν extr. *Const. M.*

ἄπτερος, *non alatus.* ἄπτερος ὄρνις Iph. T. 1095: ita se chorus vocat alcedini sese comparans, nisi quod non sit alatus. *Implumis, nullus.* ὃ δ' (Amphitruo) ὥς τις ὄρνις ἄπτερον καταστέναν ὠδῖνα τέκνων — πάρεσθ' ὅδε Herc. f. 1039, ubi ἀπτέρων scribendum puto. Insigne *Passovii* commentum est ἄπτερος passim i. q. ἰσόπτερος esse. V. s. ἵποινα et *Herm.* in Nov. Annal. Phil. et Paed. a. 1836. p. 293.

ἀπτόλεμος, in melicis passim obvium pro ἀπόλεμος, ubi v.

ἀπύειν. Temere vulgo putatur Dorica esse forma pro ἠπύειν. Imo ἀπύειν primaria ac propria forma est (v. Arist. Equ. 1029), quam epici lemum in ἠπύειν mutarunt. Factum videlicet inserto $\overline{\pi}$ ex ἄϋω (s. v.). Quod quum sit *sonum* s. *vocem edere, vocare*, ἀπύειν est *sonum* s. *clamorem edere, clamare.* Cuius notionis gravitati quo magis forma conveniat, prima vocabuli fere producitur. V. s. ἀναλοῦν extr. Productum certe alpha ap. Eurip. Hec. 155 in anapaesticis, Bacch. 982 in dochmiacis, Or. 1253 in iamb. dim., Suppl. 800 in iambis, ut Tr. 304. Idque hoc minus mirandum est, quo plura verba sunt ex ἄω deriyata, quae alpha et longum et breve habeant. V. s. ἀεί p. 37 sq. Etiam ῡ producitur in futuro, ut Hec. 155. Suppl. 800. Rhes. 776. Bacch. 982. *Clamare.* στεναγμὸν — ἄϋσατ' ἀπύσατε Suppl. 800. mel. Qui locus memorabilis est propter verborum gradationem: *gemitum edite, effundite.* τί ποτ' ἀπύσω; ποίαν ἀχώ; ποῖον ὀδυρμόν; Hec. 155.

mel. *Inclamare. ἰαλέμῳ τοὺς θανόντας ἀπύεις* Tr. 1304. mel. *Acclamare, succlamare. Μαινάσιν δ' ἀπύσει* Bacch. 982. mel. Cum *infin. ἤπυσα δ' αὐτοῖς μὴ πελάζεσθαι στρατῷ* Rhes. 776. Cum duplici *accus.* ut *κελεύειν* constructum videatur in *τί δέ με τόδε χρέος ἀπύεις; ἔνεπέ μοι* Or. 1253. mel., *cur me hoc officium praestare clamas* i. e. *clamans iubes.* Quamquam haec etiam sic accipi possunt: *quid hoc est quod spectans me inclamas.* Ceterum *ἀπύειν* de rerum quoque inanimarum strepitu humanae voci simili usurpari ex Homero discas.

ἄπυργος. Hesych. ἄπυργος· ἀτείχιστος. Εὐριπίδης Τημένῳ. V. Temen. fr. XXI (XIX).

ἄπυρος, sine igne, igne carens, ignem non expertus. [*ἄπυρος χρυσὸς γεγώς* (Iupiter in Danaës gremium sese submisit) Dan. prol. 30.] *χρύσεον ἄπυρον, aurum non coctum,* tetigit *Iacobs.* Anth. Pal. p. 527. fr. inc. tr. CLV, 4 *θυσία ἄπυρος* dicitur *sacrificium pomarium* (*παγκαρπείας*). Alius generis sunt *ἱερὰ ἄπυρα,* qualia commemorantur Pind. Ol. 7, 88. V. *Boeckh.* ad l. *Dissen.* comment. in Pind. p. 86 sq. *Valck.* diatr. p. 43.

ἀπῳδός, voce absonus, non modulate s. iucunde canens (unmelodisch). ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος σκαιὸς ἀπῳδός (Cyclops) Cycl. 488.

ἀπωθεῖν, detrudere, deturbare, repellere, depellere. δμῶας ἀπωθεῖ El. 822. *ἀπωθεῖν ξένους* Alc. 570. *ἀπωθεῖν συμμάχους* Rhes. 334. *τὸν ἄριστον πάντων ἀπωθεῖν* Hec. 137. *φυγάδα ἀπωθεῖ τῆσδε Πολυνείκην χθονός* Phoen. 76. *οὐδείς μ' ἀπώσει — ὥσπερ ἄλλοθεν* Heracl. 184. *ἀπωθούμεσθα γῆς* Heracl. 432. *ἣν τῆσδ' ἀπωθώμεσθα πρὸς βίαν χθονός* ib. 47. *ἀπωθῶ (σε) γνησίων νυμφευμάτων* Andr. 192. *εἴ τις — τὸν ἔχοντ' ἀπωθοίη λέχους* Iph. A. 63. *πάλιν μ' ἀπωθεῖ πνεῦμα* Hel. 413. *μὴ τὸ δουλεύειν μέ σοι λόγων ἀπώσῃ* Andr. 186. Frequentius hac vi *medium* (*von sich weisen — stossen*). *αὐθαδίᾳ φίλους ἀπωθεῖ* Med. 622. *σύ μ', ὦ Δίρκα, — ἀπωθεῖ θιάσους ἔχουσαν ἐν σοί* Bacch. 531. *νῦν ἀσπάζεις (τοὺς παῖδας) τότ' ἀπωσάμενος* Med. 1402. *εἴ με γονάτων ἀπώσαιτο* Hec. 742. *ᾔδειτό σε τῶνδ' ἀπώσασθαι δόμων* Alc. 826. *οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται (τὰ μόρσιμα)* Heracl. 616. V. *Pflugk.* ad l. *τί οὐ — δύσκλειαν — ἀπώσομαι βίου;* Hec. f. 1152. *εὔλυτα δ' εἶναι (χρῆν) στέργηθρα φρενῶν ἄπο τ' ὦσασθαι καὶ ξυντεῖναι* Hipp. 257. *Reiicere, repudiare. ἐμοὶ μίμνῃ' ἀνδρὸς οὐκ ἀπωστέον,* inquit Megara Herc. f. 294. Etiam hac vi usitatius *medium. πρᾶγμ' εἰς χέρας λαβόντ' ἀπώσασθαι* Hec. 1242. *ἔργ' ἀπωθεῖται χεροῖν* Beller. fr. XX (XVI), 14. *οὐκ ἀπωθοῦμαι πόνους* Phil. fr. II, 2.

ἄπωθεν, scorsum, procul. νεὼς ἄπωθεν Iph. T. 108. *πόσον τι δ'*

ἐστ' ἄπωθεν Ἀργεῖον δόρυ; Heracl. 674, *quam procul abest.* Tralate ἔχει τοι σχῆμα, κἂν ἄπωθεν ᾖ, ἀνὴρ — δυστυχοῦντας ὠφελῶν Iph. A. 983, *etiamsi alienus s. remotus est a malis, etiamsi mala nihil ad eum pertinent.* V. s. σχῆμα. Brevior forma ἄποθεν ap. Eurip. non obvia.

ἀπώμοτος, *qui* aliquid *ciurat.* ὁ σοφὸς νοῦς — πάντα κηλεῖ, κἂν ἐπώμοτός τις ᾖ, fr. dub. XXXVII. Cf. Soph. Ant. 394. *Passiva* vi dicitur de rebus, *quae ciurantur* vel *ciurari possunt*, ut Soph. Ant. 388. οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον, *nil est quod ciurari s. omnino abiici possit, man soll nichts verreden.*

ἀπώτατος (ἀπό), *remotissimus. Adverb.* ἀπωτάτω exstat fr. dub. XXXV, 5. Διὸς ἀπωτάτω κεῖται — θησαυρός.

ἄρα, ἆρα. Mira huic particulae fortuna cecidit. Quamvis enim frequenti prosaicorum, praecipue Platonis, frequentiore scenicorum, frequentissimo ac paene continuo epicorum usu ita contrita sit, ut lector vel aliquid attentus eius notitiam consequi facile queat, tamen a pluribus plane neglecta est, a permultis ignorata, a paucis inspecta quidem, sed non perspecta. Ita sermonem Graecum dulcissimo decore fraudavit interpretum vel levitas vel ignorantia. Et *Vigeris* quidem ac *Dammiis* particulam tum omnia significasse: *itaque forte tamen quodammodo itique videlicet obsecro, nun denn also doch hierauf ferner da*, tum nihil significasse, sed vel εὐφωνίας vel τραχυφωνίας(!) vel ornamenti vel hiatus vitandi causa usurpatam esse, id, inquam, nemo prioris saeculi doctrina imbutus demirabitur. Hoc vero mirandum est, veteres quidem grammaticos particulae vim cepisse rectissime illam explicantes per ὡς ἔοικεν, at viros novissimi temporis vel sagacissimos ita aberasse in hac particula tractanda, ut rem per se claram nunc demum turbarent et obscurarent. Copiosissime primus nec sine acumine de particulae origine ac vi disseruit *Hartungius* Part. I. p. 419 sqq. Quem novi quid inventurum esse quis non praeviderat. Et quid tandem invenit? ἄρα plane contrarium scilicet atque alii existimarint significare; cum *rasch raffen rapere repente* cognatum esse; *rem necopinatam* (*Ueberraschung*) indicare. Scilicet ἦ ῥα illud et ὡς ἄρ' ἔφη et ὡς ἄρα φωνήσας, quae apud Homerum quavis in pagina leguntur, omnibus *necopinantibus* aliquem locutum esse significant. Manum de tabula! Etiam *Hermannus* de peculiari quodam particulae usu disputavit. Qui ad Vig. p. 820 sq. falso quidem statuerat ἄρα etiam *forte* significare, sed iure omen concesserat et ibidem et ad Aristoph. Nub. 142, sive interrogationi inserviret sive *igitur* significaret, ἄρα scribi, si brevis esset prior syllaba, ἆρα, si longa. Postea vero quum ei non probabile videretur

pro ἄρα poetas metri causa etiam ἆρα dixisse, sic decrevit in praef. ad O. C. p. XVI sqq., ἆρα non esse ferendum nisi ubi vel interrogationi vel exclamationi inserviret. Haec non dixisset vir celeberrimus, nisi consuesset in rebus grammaticis rationem potius quam usum sequi et si quae deinde regulis suis *a priori* quod dicunt philosophi constitutis contraria reperiuntur, ea vel corrigere vel detorquere. Etiam *Kuehnerus* gr. 755—758, quamvis rectissimam initio viam iniisset, mox tamen conversus et *Hartungium* desertum amplexatus pariter atque ille plus centum exempla falsissime interpretatus est. Propius ad verum accessit *Naegelsbachius* vir acutus in Annot. ad Hom. Exc. III. p. 191 sqq., qui tamen e veris praemissis, quas philosophi dicunt, falsa ratiocinatus est. Veram tandem particulae vim perspexit et declaravit *Rostii* subtilitas. Qui quae in lex. *Damm.* s. v. ῥα exposuit ipsa etymologia egregie confirmantur. Nimirum ἄρα (ἄῤ, ῥα) ab ἄρω descendit. V. *Reisig.* Enarr. ad O. C. p. CCVIII. *Stallbaum.* ad Plat. Symp. p. 37. *Naegelsbach.* Exc. III ad Il. p. 192 sqq. Quod quum sit *annectere, aptare, accommodare*, ἄρα de omnibus dicitur, quae vel naturae vel rebus vel consuetudini vel ante factis vel ante dictis *apta, accommodata, congrua, convenientia, consentanea* sunt. Itaque

1. iis potissimum sententiis additur, „quae continent factum aliquod, quod factum iri ex rerum natura vel sententiarum nexu coniici poterat" (*Rost.* l. c.): *videlicet, scilicet, nimirum, ut consentaneum est, füglich, natürlich, versteht sich, wie sich's denken liess, wie sich's gehörte* etc. Cf. *Matth.* gr. p. 1462. *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 213. Qua vi perpetua apud Homerum enuntiationum comes est. Qui quamvis particulam plerumque ita ponat, ut Latine vel Germanice reddi commode non possit, notio tamen ubique *consentanei* apparet. Itaque ad amussim ei respondent εἰκότως, ὥσπερ εἰκὸς ἦν vel ἐστί, et imprimis ὡς ἔοικε, de cuius potestate post *Vigerum* p. 246 sq. egregie disputavit C. Fr. *Herm.* ad Lucian. de hist. conscr. p. 16. οὐδ' οἵγε (λύκοι καὶ λέοντες) ὥρμήθησαν ἐπ' ἀνδράσιν, ἀλλ' ἄρα τοίγε οὐρῇσιν περισσαίνοντες ἀνέσταν Od. κ', 214; idque consentaneum erat: nam Circe eos mansuefecerat (v. 213). ἔγχος μέν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρήν (Telemachus) ib. α', 127; idque consentaneum erat: sic enim moris erat. Cf. ib. 110. 154. ἦ ῥα νύ μοί τι πίθοιο; Il. δ', 93, „ubi ῥα significat sperare deam obtemperaturum ipsi esse Pandarum, sicut obtemperare solent diis homines" (*Rost.*). Et sic saepe per ἦ ῥα interrogatur, ubi quod interrogas *consentaneum* esse significas. Cf. Il. ε', 421. 762. η', 446. ι', 674. Od. ο', 431. σ', 357. υ', 166. Soph. Ai. 172. Falso igitur hoc ἦ ῥα cum interrogativo ἆρα Atticis consueto comparant Herm. l. c.

p. XXIII. *Hartung.* l. c. p. 451. *Kuchner.* l. c. §. 834. Non raro etiam singulum quo exprimatur vocabulum praesto est. εὗρε δ' ἄρα μνηστῆρας Od. α', 106, *nimirum procos invenit.* τῶν δ' ἄρα δεισάντων ἐκ χειρῶν ἕπτατ' ἐρετμά ib. μ', 223, *et hi nimirum ita perterriti sunt, ut remi de manibus excideront.* Cf. ib. π', 13. 162. οὐδ' ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς Il. α', 330, *et Achilles videlicet his conspectis non est gavisus.* Sic etiam scenici. σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα Eur. Iph. T. 1310, *at in aedibus nimirum eras, das hab' ich mir gleich gedacht, dass Du im Hause wärest.* κἂν τῷδε μόχθῳ τοῦτ' ἄρα σκοπούμενοι Ἕλληνες ἄνδρες προσῆλθον Hel. 1553, *hoc scilicet opperientes.* καὶ τοῦθ' ὕποπτον ἦν ἄρα Andr. 1089, *et hoc suspectum scilicet erat.* πῶς γεφύρας διαβαλοῦσ' ἱππηλάται, ἦν ἄρα μὴ θραύσαντες ἀντύγων χνόας; Rhes. 118, *nisi fractis videlicet axibus, wie anders als —, natürlich —.* Eadem particularum collocatio Xen. Anab. 5, 1, 13; v. *Matth.* ad l. Plane inutilis *Hermanni* correctio in praef. ad O. C. p. XXVIII: ἦν δ', ἆρα μή —; V. infr. 3. Neque prosae orationis scriptoribus insolita est haec propria particulae significatio. Plat. Symp. p. 177. extr. ταῦτα δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄρα ξυνέφασαν, *nempe haec ceteri quoque omnes approbabant.* In quibus Plato Homerica illa imitatus est: οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπῄνεον et οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, quae ita semper intelligas, ut et approbatio et silentium vel rebus vel naturae vel rationi consentaneum fuisse dicatur. Cf. Xen. Cyrop. 4, 6, 4. in. 7, 3, 6. 8, 3, 25. Herod. 4, 45. Similiter ἐὰν μὴ — ἄρα, *nisi scilicet,* Plat. Prot. p. 355, B. Imprimis hoc in ironia frequens vel si quid ex alius opinione affirmatur. V. *Schneider.* ad Civ. I. p. 170. Sic Gorg. p. 519, B. Rep. II. p. 358, C. X. p. 595, C.

2. Etiam iis sententiis ἄρα, praecipue apud epicos, adiungitur, quae quod continent ex iis, quae ante vel dicta vel facta sunt, *consentaneum est* vel *constat: scilicet, ut constat, ut dictum est, igitur, eben, bekanntlich, wie gesagt, also, nun also.* In his quoque convenit cum ὡς ἔοικε. V. C. Fr. *Herm.* ad Luc. l. c. ἐπεί ῥ' ὄμοσαν Hom. Od. ο', 438, *als sie wie gesagt geschworen hatten.* ἔνθ' ἄρα Φοινίκων ἦν νηῦς ib. 473, *wo eben das Phön. Schiff stand.* Cf. ib. τ', 63. Il. α', 56. Sic ἦ ῥα usurpatum Soph. Ai. 176, *entweder eben — wie gesagt.* Cf. Il. φ', 62. Huiusmodi sunt etiam Eur. Rhes. 135. ὅτι πότ' ἄρα δαΐοις πυρὰ δαίεται, *warum denn wie gesagt;* vid. v. 95. Andr. 1115. τῷ δὲ ξιφήρης ἆρ' ὑφειστήκει λόχος, *aber wie gesagt;* vid. v. 1100; inutilis enim *Hermanni* correctio in praef. ad S. O. C. p. XVII; v. infr. 3. Porro Ἀλκμήνην ἴδον, ἦ ῥ' Ἡρακλῆα γείνατο Od. λ', 267, *quam Herculem genuisse constat.* Cf. ib. 313. ι', 107. π', 219. Il. φ', 35. Sic etiam

Eur. Or. 163. ἄδικα — ἔλακεν ὅτ' — ἆρ' ἐδίκασε φόνον ὁ Λοξίας ἱμᾶς ματέρος, *als er bekanntlich* —. Haec omnia ita verti, ut particulae vis eluceret. Rectius tamen apud poetas non verteris particulam: parum enim habilis et nostra et maxime Latina lingua. Distinctior vis ista in formula ἦν ἄρα, qua in narrationis vel descriptionis initio sic utuntur Graeci, ut rem aliquam inducant tamquam *vulgatam* et inter omnes *notam* (*bekanntlich*). Luculentum huiusmodi exemplum est Hesiodei quod *opera et dies* inscribitur poematis exordium v. 11. οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, quod proprie est: *non unum esse contentionum genus cognitum est*, h. e. *non unum, ut inter omnes constat, contentionum genus est, es gibt bekanntlich* etc. Tritior ea locutio serioris aetatis scriptoribus, imprimis Aeliano. Ita hic de nat. anim. 7, 4. ἴδιον δὲ ἦν ἄρα ταύρου καὶ τὸ εὐπειθές, *bekanntlich ist es auch eine Eigenthümlichkeit des Stieres, dass er* —. Cf. 1, 13. 6, 63. 7, 14. 11, 16. 12, 11 et 12. 16, 12 etc. Et imperfecti quidem hac in formula eadem est ratio atque in illis, quae s. 3, a) tractavimus, particulae autem plane alia. Quare perdiligenter hoc ἦν ἄρα, ubicumque obvium, examinandum est, ne, quod et aliis et *Iacobsio* ad Ael. p. 245 accidit, diversa genera confundas. Nam sex modis usurpatur estque aut *natürlich war* (cf. Herod. 4, 45) aut *bekanntlich war* aut *bekanntlich ist* aut *so war denn* (s. 3, a) aut *so ist denn* (s. 3, a) aut denique *in der That war* (cf. Plat. rep. II. p. 357. in.). Hisque septima accedit ex posteriore aetate ratio, qua est *es war nämlich*. Ad epicos autem, unde digressus sum, ut redeam, hi novum sibi ex eo particulae usu, quo *constare* aliquid declarat, significatum effinxerunt. Quum enim haec sit in illis particulae potestas, ut id, quod ante dictum factumve est, ita fuisse denuo declaret ideoque constituat illud ac sanciat, hinc prorsus ut οὖν (s. v.) et δή (s. v.) primum ad novas qualescumque sententias constituendas et quasi sanciendas (*igitur, iam, nun also, nun*), deinde omnino ad orationem continuandam adhiberi coepta est (*deinde, porro, nun, ferner*). V. *Herm.* ad Vig. p. 820 sq. Qua vi cum aliis plerumque particulis consociatur. Cum αὐτάρ. αὐτὰρ ἄρα Ζεύς Il. β', 103, *Zeus nun aber*. Cum δέ Il. ε', 43. 69 (*nun*). β', 522. 546. 615. 632. 676 (*ferner*). Cum μέν, ubi Attici μὲν οὖν, Il. ε', 48. Cum καί Il. γ', 77. 113. 344. Etiam δή insuper additur, ut Il. γ', 221. 264. Cum relativis, ubi Attici δή, Il. ε', 70, 137. δ', 483. In apodosi Il. ε', 15. In interrogatione Il. α', 8. γ', 226.

3. Frequentissimus autem particulae usus, quo indicat aliquid ex rerum vel statu vel usu, omnino aliud ex alio, quod vel praecessit vel mente supplendum est, *consentaneum esse* vel *consequi: quum haec ita*

sint, ergo, igitur, unter solchen Umständen, demnach, folglich, demzufolge, also, nun, so — denn. Itaque *argumentationi, conclusioni, coniecturae* inservit, eventum quippe vel consecutionem (*Ergebniss*) declarans, plane ut ὡς ἔοικεν, quod ipsum insuper adiunctum non raro invenies. Cf. C. Fr. *Herm.* ad Luc. l. c. Mirifice autem in talibus congruit cum vernaculo *schliessen* et cum *coniiciendi concludendi colligendi* vocabulis, siquidem haec omnia eius sunt, qui alio ad aliud accommodato (ἄρω) s. alio ex alio nexo aliquid statuit. Et apud Homerum quidem perquam tenuia huius notionis vestigia exstant. Etenim postea demum, Atticismo imprimis efflorescente, invaluit. Euripidi quidem familiarissima est. a) In sententiis affirmativis. Cycl. 669 Cycl. *Οὔτίς με τυφλοῖ βλέφαρον.* Chor. *οὐκ ἄρ' εἶ τυφλός, ergo non es caecus.* Cf. ib. 668. Iph. T. 542 Iph. *ἐκεῖθέν εἰμι.* Or. *ὀρθῶς ποθεῖς ἄρ' εἰδέναι τἀκεῖ.* Alc. 287 Alc. *ὄμμα μου βαρύνεται.* Adm. *ἀπωλόμην ἄρα, so bin ich denn verloren.* Cf. Med. 78. Andr. 74. Or. 1271. Porro Ion. 324 Ion. *βωμοί μ' ἔφερβον —.* Creus. *τάλαιν' ἄρ' ἡ τεκοῦσά σ', ἥτις ἦν ποτέ* (s. v.). Cf. Phoen. 1652. Hipp. 459. 964. Or. 755. Alc. 491. 672. Hel. 726. 799. 1654. Ion. 312. 324. Heracl. 65. 192. El. 965. Rhes. 822. Temen. fr. X. fr. inc. tr. LXXXVI. Similiter *τῶν ἐμῶν τέκνων οὐκ ἐκπονήσω θάνατον; οὐκ ἄρ' Ἡρακλῆς ὁ καλλίνικος λέξομαι* Herc. f. 581, *igitur, dann.* Sic etiam in exclamatione. Phoen. 421 Polyn. *ἦλθεν ἄλλος αὖ φυγάς.* Ioc. *ὡς ἄρ' ἄθλιος κἀκεῖνος ἦν.* Hel. 468. *Αἴγυπτος (ἥδε ἐστίν); ὦ δύστηνος, οἷ πέπλευκ' ἄρα.* Saepe cum τοι consociatur, ut quid ex rerum statu consequi vel concludi posse (ἄρα) asseveretur (τοι). Phoen. 719. *ἐξοιστέον τἄρ' ὅπλα.* Ion. 337 Creus. *αἰδούμεθα.* Ion. *οὐτἄρα πράξεις οὐδέν.* Cf. Hipp. 441. Alc. 654 Admetus ad patrem, qui mori pro eo noluerat: *ἦτἄρα πάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ.* Med. 703 Aegeus novo Iasonis matrimonio comperto ad Medeam: *ξυγγνωστὰ μεντἄρ' ἦν σὲ λυπεῖσθαι, γύναι.* Vulgo *μὲν γάρ.* Correxit *Hermann.* Interdum ἦ pro τοι est. *ἦ μεγάλων ἄρ' ἀχέων ὑπῆρξεν, ὅτε —* Andr. 274, *so war es denn in der That unsäglicher Leiden Anfang, als —.* Cf. Hom. Il. γ', 183. δ', 82. Sic etiam Soph. Ai. 954, ubi est *so — denn gewiss, gewiss nun.* Semel autem dictum volumus ἄρα apud Atticos poetas et lyricos, seu conclusioni inserviat seu interrogationi, etiam ἆρα pronuntiari. V. schol. ad Eur. Or. 189. *Valck.* ad Phoen. 569. *Matth.* gr. p. 1463. *Hartung.* Part. I. p. 455. *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 213 et quos ille citavit grammaticos; denique *Kuehner.* gr. §. 757. not. Quod etsi non fieri nisi ubi cum vi quadam ponatur natura rei docet, maximi tamen hac in re metrum discriminis fuisse inde apparet, quod etiam ἄρα saepissime ita dicitur, ut vim ac momentum ha-

beat. *Hermannus* autem solus illud omnium doctorum praecise negans non reputasse videtur interrogativum quoque ἆρα hac ipsa de causa et produci et fere praeponi, quod vis in eo maior inest (v. s. ἀναλοῦν extr.), hinc ἆρα aut totum negandum aut ubicumque poeseos cum vi quadam dicitur metroque conducit admittendum esse. Ut igitur νῦν poetis dicitur, et ubi gravius est et ubi lenius, at ubi lenius, etiam νυν, sic vice versa ἄρα usurpant, et ubi simpliciter et ubi cum vi effertur, at cum vi ubi effertur, quidquid significet, etiam ἆρα. Aperta in his conclusionis vis est. ὄψει δαμασθὲν ἄστυ Θηβαίων τόδε —. ὀδυνηρὸς ἆρ' ὁ πλοῦτος, ὃν ζητεῖς ἔχειν, γενήσεται Θήβαισι Phoen. 569. Or. 1207 Orestes ad Electram: ὡς ἀξία ζῆν μᾶλλον ἢ θανεῖν ἔφυς, deinde ad Pyladem: τοιαύτης ἆρ' ἁμαρτήσει τάλας γυναικός —. Ib. 190 chorus, quum Electra ne cibum quidem Orestem appetere dixisset: πρόδηλος ἆρ' ὁ πότμος. In his aptissime persaepe redditur *dann*, quippe quod consecutionem cum vi declaret. Hel. 85 Teucer: εἷς τῶν Ἀχαιῶν (εἰμί). Hel. οὐκ ἆρά σ' Ἑλένην εἰ στυγεῖς θαυμαστέον, *dann ist es kein Wunder* —. Iph. A. 311 famulus: οὐδ' ἔγωγ' ἀφήσομαι (δέλτον). Agam. σκήπτρῳ τάχ' ἆρα σὸν καθαιμάξω κάρα. Heracl. 269 Copr. ἄξω τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ λαβών. Dem. οὐκ ἆρ' ἐς Ἄργος ῥᾳδίως ἄπει πάλιν. Cycl. 634 hemichor. ἡμεῖς δὲ χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα. Hemichor. ταὐτὸν πεπόνθατ' ἆρ' ἐμοί. Cf. Bacch. 189. Heracl. 117 Copreus, quum Demophontem terrae regem esse audivisset: πρὸς τόνδ ἀγών τις ἆρα τοῦδε τοῦ λόγου μάλιστ' ἂν εἴη. V. s. τις. Phoen. 1669 Antigona, quum Creon dixisset eam ipsius filio debere nubere: νὺξ ἆρ' ἐκείνη Δαναΐδων μ' ἕξει μίαν. Haec omnia tam plana sunt et vero etiam sana, ut machinarum profecto taedeat, quibus, illa ut regulae suae accommodaret, *Hermannus* usus est in praef. ad O. C. p. XVII sqq. Etiam Aeschylus Sophocles Aristophanes permulta huius modi exempla suppeditant, certa tantum non omnia et incorrupta. V. *Ellendt.* lex. Soph. s. v. et *Hartung.* l. c. p. 456 sq. Saepissime vero cum affectu ponitur conclusivum ἆρα, imprimis ubi rem aliter habere quam exspectaveras ex rerum statu cognoscitur (*also, sonach*). χρῆν χρῆν ἆρ' ἡμᾶς ἀνδρὸς εἰς ἐχθροῦ χέρας πεσόντας λιπεῖν βίον. Cf. Soph. Ai. 926. 930. φίλους ἆρ' οὐχὶ κεκτήμην τάλας Iph. A. 404. ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἆρ' ἐπώνυμος Phoen. 1500. Cf. Ion. 790. Tr. 1240. Soph. Ai. 367. 909. 1025 c. not. *Herm.* Maiore cum vi etiam in his effertur ἆρα. El. 1229 Orestes ad matrem modo occisam: φονέας ἔτικτες ἆρά σοι. Sic etiam Soph. O. T. 1395. ὦ Πόλυβε καὶ Κόρινθε καὶ — δώμαθ', οἷον ἆρά με — ἐξεθρέψατε. Ai. 980. ὦ μοι βαρείας ἆρα τῆς ἐμῆς τύχης. Cf. El. 1179. Crebra imprimis huius modi coniunctio est μάτην ἆρα. ὦ Ζεῦ, μάτην

ἆρ' ὀμόγαμόν σ' ἐκτησάμην Herc. f. 339. Cf. Tr. 820. Rhes. 950. Soph. El. 772. Eodem sensu ἄλλως ἄρα dicitur Heracl. 962. Hel. 713. Med. 1029. διὰ κενῆς ἄρα Tr. 753. Solemnis etiam formula est ἦν ἄρα. Et huius quidem duplex ratio est, una, ubi more solito de re praeterita dicitur imperfectum, altera, ubi non ipsa res, sed cognitio tantum rei ad praeteritum tempus pertinet, ita ut imperfectum pro praesenti esse videatur. Prioris rationis sunt ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ'· οὐδὲν ἦτ' ἄρα Iph. T. 569. Cf. ib. 1310. οὐδὲν ἦτ' ἄρα, ὅτ' Ἕκτορος μὲν εὐτυχοῦντος εἰς δόρυ διωλλύμεσθα —; Tr. 1161. ἄφιλος ἦσθ' ἄρ', ὦ πάτερ, πράσσων κακῶς Or. 721. ὦ Λοξία μαντεῖε, — οὐ ψευδόμαντις ἦσθ' ἄρα ib. 1667. ὦ χαῖρε, Λήδας θύγατερ, ἐνθάδ' ἦσθ' ἄρα Hel. 622. Huc referas etiam Soph. O. C. 118. 1696. Trach. 1172. Plura alterius generis exempla sunt: amatissimum enim Graecis. Praeivit Homerus Od. π', 420, ubi Penelope ad Antinoum, qui mortem Telemacho molitus erat: σὺ δ' οὐκ ἄρα τοῖος ἔησθα (ἄριστος βουλῇ καὶ μύθοισι), et Il. ρ', 147, ubi Glaucus ad Hectorem ignavum: ἐπεὶ οὐκ ἄρα τις χάρις ἦεν μάρνασθαι —. Eur. Hipp. 359. Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεός. Antig. fr. VII. τὸ μαίνεσθαι δ' ἄρ' ἦν ἔρως βροτοῖς. Andr. 419. πᾶσι δ' ἀνθρώποις ἄρ' ἦν ψυχὴ τέκνα. Item ὦ Ζεῦ,— σὺ ἦσθ' ἄρ' ἦσσων ἢ 'δόκεις φίλος Herc. f. 341. Cf. Tr. 412. Iph. T. 351. Alex. fr. XV. Soph. Phil. 978. Trach. 1172. Porro Alc. 639 Admetus, quum Pheres pro filio mori recusasset: οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ. Similiter Hipp. 1169 Theseus Hippolyti morte nuntiata: ὦ Πόσειδον, ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατὴρ ὀρθῶς. Sic etiam τάλαιν', ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος ἢ σίδαρος Med. 1279. ὦ πολὺς ὄγκος προγόνων, ὡς οὐδὲν ἄρ' ἦσθα Tr. 109. Et cum gravi asseverationе ἦ πολύμοχθον ἄρ' ἦν γένος ἢ πολύμοχθον ἀμερίων Iph. A. 1330. Simili cum vi etiam in talibus dicitur ἄρα. μέγιστον ἄρ' ἦν ἡ φύσις Phoenic. fr. XII (VII). Plurimi hoc exquisitius dicendi genus tractarunt, paucissimi intellexerunt. Ingenue ignorantiam suam fassus est *Dorvillius* ad Charit. p. 593, exemplorum sterilem et indigestam molem congessit *Heindorfius* ad Plat. Phaed. p. 54 sq., diversa confudit *Reisigius* Enarrat. S. O. C. p. CCVIII, aliena denique docuit *Stallbaumius* ad Plat. Phaed. p. 60. Propius ad veritatem accesserunt *Matth.* gr. p. 1138, 2. *Rost.* gr. §. 116. not. 6. *Hartung.* l. c. p. 434, 5 et *Kuehner.* gr. §. 438, 4, licet et hic et *Hartung.* ἄρα particulam etiam in talibus falsissime interpretetur. Nempe frequens est quum omnium temporum, tum maxime praeteritorum usus, quo non ad ipsam rem, sed tantum ad commemorationem vel cognitionem vel conatum rei referuntur. Imprimis imperfectum ἦν adiuncto ἄρα solemne est ad describendum aliquid, quod non

praeterito tempore valuit, sed nunc cum maxime valet, ante tamen quam eius mentionem faceres iam *cognitum est* s. *apparuit ex rerum statu* (ἄρα). Ut igitur Δαναΐδαι μ' ἔσφαζον Iph. T. 360 est *voluntate sua me mactarunt*, h. e. *mactare me voluerunt* (v. *Wunder.* ad Soph. O. T. 1420) et μῆλα, τὰ δὴ κατέκειτ' ἐσφαγμένα Hom. Od. κ', 532 *oves, quae ex verbis meis* (v. 527) *mactatae iacebant*, h. e. *quas mactatas iacere iussi* (v. *Stallb.* ad Plat. Rep. VI. p. 28, Phaedr. p. 17), ita illud ex Hippolyto Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεός proprie est *Venus igitur e cognitione non erat dea*, h. e. *Venerem igitur non deam esse apparuit* s. *cognovimus* (*hat sich gezeigt*), et sic porro. Luculentissimum huius modi exemplum est in Helena v. 752, ubi, quum nuntius dixisset τὰ μάντεων ἐσεῖδον ὡς φαῦλ' ἐστί, sic iam pergit: οὐδ' ἦν ἄρ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐμπύρου φλογός. Nec minus clara haec imperfecti potestas ex Dict. fr. XVI (XIII). πολλοῖς παρέστην κἀφθόνησα δὴ βροτῶν — τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐκ ἀκουστὸν οὐδ' ἀνασχετὸν, σιγᾶν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων, h. e. *hoc vero intolerabile esse inveni, tacentem probra peiorum pati*; v. s. 5. Quum vero quod nunc demum cognoscimus plerumque aliter habet atque antea opinabamur, hinc formula ista sane frequens est de spe delusa vel opinione frustra suscepta (*Enttäuschung*). Tamen hoc neque in imperfecto inest nec semper est nec necessarium. Imo non raro etiam ad rem iam cognitam ac pervulgatam novo exemplo approbandam usurpatur, ut in Andromachae loco: πᾶσι δ' ἀθρώποις ἄρ' ἦν ψυχὴ τέκνα, h. e. *itaque comprobatum est* s. *denuo vidimus* (*so hat sich's denn bestätigt*) *hominum vitam esse liberos*, et Iph. T. 351. καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν ἀληθὲς, ᾐσθόμην, φίλαι· οἱ δυστυχεῖς γάρ etc., h. e. *so hat sich denn gezeigt, dass es wahr sei, ich hab' es an mir erfahren: die Unglücklichen sind den Glücklichen, weil sie vom Glück verlassen sind, nicht hold.* V. s. κακός et ἄχθεσθαι. Etiam Latini hoc idioma sibi sumserunt raro quidem etiam hic ab interpretibus perspectum. Huiusmodi est Horatianum Epist. 1, 4, 6. *non* tu corpus *eras* sine pectore, h. e. te non corpus *esse* sine pectore *cognovimus*. Cf. Od. 1, 37, 4. Probe autem ab his secernas Achillis verba in Iph. A. 944. ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνὴρ, — εἴπερ φονεύει (s. v.) τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει, quae, si sana, sic sunt intelligenda: *ego pessimus igitur vir essem, si maritus tuum meo ad filiam necandam nomine abuti patior.* V. s. ἄν p. 201, f. *Schaefer.* melet. crit. p. 55. Quamquam hic ἄρα et propter vicinitatem vocis Ἀργείων valde suspectum est et propter ipsam sententiam minime tam aptum, quam *Schaefer.* l. c. iudicavit: neque enim ex antecedentibus quidquam colligitur, sed eorum, quae antecesserant, ita

summa repetitur. Itaque iam *Markland.* rectissime rescripsit: *ἐγὼ κάκιστος ἦν ἂν Ἀργ. ἀνήρ.* Sententia eadem, verborum autem structura simillima Or. 565; v. s. *ἄν* p. 199, b. Aperta hucusque fuit conclusiva particulae significatio. Neque occulta est, licet obscurior, in his. Hipp. 594. *προδέδοσαι, φίλα, — τὰ κρύπτ' ἄρα πέφηνε*, ubi proprie ad prius membrum pertinet particula: *προδέδοσαι ἄρα, φίλα, — τὰ κρυπτὰ πέφηνε*: Phaedram enim proditam, eius amorem detectum esse ex clamore extrinsecus audito concluditur. V. *Matth.* ad l. Similis est particulae collocatio Suppl. 623. Iph. A. 1103. *μνήμην δ' ἄρ' εἶχον πλησίον βεβηκότος Ἀγαμέμνονος τοῦδε*, ubi ad Agamemnonis interventum refertur *ἄρα*: hoc enim subito conspecto illa dicit Clytaemnestra. Quae concisius dicta perspicua erunt, si sic dissolveris: *βέβηκε δ' ὅδε Ἀγαμέμνων· μνήμην ἄρ' εἶχον πλησίον ὄντος*, *eccum Agamemnonem; prope igitur erat, cum eius mentionem faciebam.* Infelicissime haec interpretatus est *Hermannus*, falso etiam *Matthias.* Eadem potestas obtinet in enuntiationibus aliunde suspensis. Hel. 937. *εἰσιδόντες, ὡς τέχναις θεῶν ὤλοντ', ἐγὼ δὲ προδότις οὐκ ἄρ' ἦν φίλων, πάλιν μ' ἀνάξουσ' εἰς τὸ σῶφρον*, *ubi viderint deorum se dolis periisse neque igitur amicos non prodidisse.* Temere *Dindorf.* et *Pflugk. Piersono* auctore ad Moer. p. 172 ex Etym. M. p. 430, 15 *ἦμην* induxerunt pro *ἄρ' ἦν*; v. s. *εἶναι.* Subtilius est *ἄρα* Bacch. 893. *κούφα δαπάνα νομίζειν ἴσχυν τόδ' ἔχειν, ὅτι ποτ' ἄρα τὸ δαιμόνιον —*, h. e. *quodcumque tandem numen esse colligas.* b) In sententiis interrogativis. In his quoque aa) *conclusioni* inservit *ἄρα.* Quum enim in affirmativis sententiis affirmes *aliquid concludendum* esse vel *concludi* posse, in interrogativis interrogas, *quid* vel *utrum quid concludendum* sit vel *concludi* possit. Itaque etiam hic ubique apte explicatur *quum haec ita sint* et commode plerumque vertitur *denn also. οὐκ ἄρ' ὀκνήσεις;* Or. 792, *quae quum ita sint, non trepidabis*, h. e. *non igitur trepidabis?* Cf. ib. 1525. Heracl. 1000. Porro *τῶνδ' ἄρ' οὕνεκεν* (*propter haec igitur*) *τοὺς Ἡρακλείους παῖδας οὐ θνήσκειν χρεών;* Herc. f. 155. *παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται;* Iph. A. 1360, *filia igitur mea iam non mactabitur?* Cf. ib. 410. 676. 882. Hec. 511. Archel. fr. IX (XII). Hel. 808. Ion. 533. Denique *γῆς ἄρ' ἐκπέφυκα μητρός;* Ion. 542, quae perperam vulgo sine interrogatione leguntur. Huc referendum illud *δὲ ἄρα*, quod, praecipue apud Platonem, frequens est in deductione quam vocant ad absurdum. V. *Stallb.* ad Phaed. p. 100 et impr. ad Apol. S. p. 71. Sic etiam post alia vocabula interrogandi. Post *τίς. τίν' ἄρα τίς ἔλαχε;* Tr. 244, *quam igitur quis est sortitus?* Cf. 247. *τίν' ἄρα τάλαινα τίνα λόγον — ἀκούσομαι;* Hel. 343, ubi particula refertur ad v. 324 sqq. Cf.

Phoen. 1516. Iph. A. 791. 1036. Iph. T. 399. Or. 1269. Hipp. 816. Suppl. 623. Similiter *τίς ἄρα νιν ἔτεκεν;* Bacch. 985, ubi ad insolentem Penthei petulantiam respicit ἄρα et accuratius deinde explicatur verbis *οὐ γὰρ ἐξ αἵματος γυναικῶν ἔφυ* etc. Post *πότερος* Phoen. 1295. 1302. Iph. T. 492; post *πῶς* Phoen. 574; post *πόθι* Bacch. 556. In interrogando autem longe saepissime cum vi et ἆρα pronuntiatur et in principio plerumque enuntiationis ponitur. Plane ita nostrum *also*. *ἆρα δῆτ' ἐκεῖ μ' ἔφυσας;* Ion. 547, *also damals hast du mich erzeugt?* Ibid. 1023 Paedag. *οὐκ εὖ τόδ' εἶπας.* Creus. *πῶς;* *ἆρ' ὑπείδου τοῦθ', ὃ κἄμ' εἰσέρχεται;* Sic recte *Matth. Dind.* pro vulg. *πῶς ἆρ'*. Ibid. 942. *ἆρ' ἦν ταῦθ', ἃ γ' ἠσθόμην ἐγώ;* Ibid. 994. *ἆρ' οὗτος ἴσθ' ὁ μῦθος, ὃν κλύω πάλαι;* Cf. Iph. T. 513. Rhes. 360. Ion. 1247. Herc. f. 816. Sic etiam *ἆρ' οἱ τεκόντες διαφέρουσιν ἢ τροφαί;* Hec. 599, *ergone parentes praestant an educatio?* Cf. ib. 745. Neque aliter Xen. Cyr. 4, 6, 4. *ἆρα βέβληκα δὶς ἐφεξῆς —; also zweimal nach einander —?* Temere his verbis interrogandi signum subtraxit *Hermanno* praef. ad O. C. male morigeratus *Bornemann.* Huc numero etiam Medeae locum v. 1262. *μάταν μόχθος ἔῤῥει τέκνων; ἆρα μάταν γένος φίλιον ἔτεκες —; frustra ergo peperisti carum genus?* Nequaquam enim poenituit eorum, quae disserui de his Quaest. Soph. p. 168. Omni librorum assensu caret *μάτην ἆρα*, quod *Musgravio* auctore dederunt *Matth. Dind. Pflugk.* Prorsus autem cassum quod *Hermannus* profudit in eph. antiqu. *Darmst.* 1835. p. 751: videlicet aut corrigendum erat libidinose aut concedendum. V. p. 43 sq. Passim etiam in media oratione hoc ἆρα ponitur. *ἥκεις ἆρα νῶν σωτὴρ βλάβης;* Heracl. 640. Cf. Or. 1512. Et his quidem interrogationibus non raro affirmationis aliquid admixtum est. Quum enim id, quod ex rerum statu consequitur, nemini non approbatum iri exspectari possit, hinc per ἆρα ita interdum interrogatur, ut certo exspectes responsum affirmativum (*ergone*). Nosmet in talibus *doch also*. *ἆρα τὸν ξένον στυγῶ δικαίως;* Alc. 776, *ich habe doch also recht, wenn ich dem Fremden zürne.* Sic etiam *ἆρά μοι στένειν πάρα τοιᾶσδ' ἁμαρτάνοντι συζύγου σθένει;* ib. 342. *ἆρ' ἡ τεκοῦσά μ' ἔτεκεν ἀνθρώποις τέρας;* Hel. 263. *ἆρ' ἐν παννυχίοις χοροῖς θήσω ποτὲ λευκὸν πόδα —;* Bacch. 860. Cf. Phoen. 114. Soph. Trach. 988. Ai. 277. El. 614. Item prosae orationis scriptores, maxime Plato. V. *Stallb.* ad Rep. VIII. p. 223. *ἆρ' ὁρᾶτε —;* Demosth. de Chers. p. 94, 7, *ihr seht doch also!* *ἆρ' ἄξιοί ἐσμεν — ἀρχῆς γε ἧς ἔχομεν τοῖς Ἕλλησι μὴ οὕτως ἄγαν ἐπιφθόνως διακεῖσθαι;* Thuc. 1, 75, *wir verdienen doch also —?* Saepe huic ἆρα, imprimis a Platone, *οὖν* adiungitur (*doch nun*

also, nun — doch also). ἆρ' οὖν τοῦ μεγίστου ἀπαλλάττεται κακοῦ; Plat. Gorg. p. 477, A, *er wird doch nun also von dem grössten Uebel befreit?* Plura id genus collegit licet non intellecta *Heindorf.* ad Cratyl. p. 19. Quibus adde Rep. VIII. p. 566, A. extr. Euthyphr. p. 5, A. Phaed. p. 73, C. Gorg. p. 449. extr. Sic etiam ἆρ' οὖν μή. Xen. Anab. 7, 6, 5. ἆρ' οὖν μὴ καὶ ἡμῖν ἐναντιώσεται —; *nun er wird doch also nicht etwa —?* Magnam in his edendis inconstantiam prodidit *Stallbaumius*, nunc ea, ut debuit, interrogative sumens, nunc *Hermannum* ad Soph. Ant. 628 celerius secutus affirmative. V. ad Euthyphr. p. 32. Quamquam ille non solus fuit, qui hoc in ἆρα peccaret. Communis est enim nec levis doctorum fraus ἆρα in talibus pro ἆρ' οὐ esse et significare *nonne*. V. praeter *Herm.* ad Vig. p. 823 et *Wunder.* ad Soph. Ai. 269 quos *Matth.* citavit in gr. p. 1464. not. g. et *Ellendt.* in lex. Soph. I. p. 216, 4. Quod vanum esse unus quod sciam *Bremi.* ad Demosth. Chers. p. 223 animadvertit. Et mirum profecto illorum neminem vidisse, ἆρα si *nonne* esset, intolerabile permultis locis asyndeton inferri. Hoc ipsum enim est quo differant in his ἆρα et ἆρ' οὐ, nec vera *Buttmanni* ad Plat. Charmid. §. 14. ed. *Heind.* sec. distinctio, quod simplex ἆρα conclusioni inservit interrogando igiturque coniunctio est (*ergone*), cum οὐκ autem coniunctum nil nisi adverbium interrogandi (*nonne*). Planissimum hoc est ex Soph. Oed. T. 822 sqq., ubi ἆρα primum ad sententias coniungendas exstat (*doch also*), coniunctis autem bis deinceps ἆρ' οὐκ. Etenim diu non substitit usus in propria interrogativi ἆρα vi *conclusiva*, verum hoc ita pedetentim debilitavit, ut bb) adverbium fieret interrogandi *coniecturae* tantum e conclusionis vi retenta (*etwa, vielleicht*). Quum igitur in prioribus interrogares, quid vel utrum quid *concludendum* esset vel *concludi* posset, in his interrogas, quid vel utrum quid *coniiciendum* sit vel *coniici* possit. Rhes. 704. ἆρ' ἔστ' Ὀδυσσέως τοὔργον —; *coniiciamne Ulixis hoc esse facinus?* Iph. A. 1223 Agamemno ad Iphigeniam puellulam: ἆρά σε (*ob ich dich wohl*) εὐδαίμον' ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὄψομαι, ζῶσάν τε καὶ θάλλουσαν; Et Iphigenia rursus ad patrem v. 1228. τί δ' ἆρ' ἐγὼ σέ; πρέσβυν ἆρ' εἰσδέξομαι ἐμῶν φίλαισιν ὑποδοχαῖς δόμων —; Simillimus locus Suppl. 1143. Porro El. 229 Or. ἥκω φέρων σοι σοῦ κασιγνήτου λόγους. El. ὦ φίλτατ', ἆρα ζῶντος ἢ τεθνηκότος; Or. 1287. ἆρ' εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφηται ξίφη; Iph. T. 1319 nuntius: σώζουσ' Ὀρέστην. Th. τὸν ποῖον; ἆρ' ὃν Τυνδαρὶς τίκτει κόρη; Sic etiam ib. 576 τί δ' — οἱ ἐμοὶ γεννήτορες; ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί; Cf. Soph. O. C. 316. ἆρα κλύουσα, μῆτερ, εἴτ' ἔρξεις κακῶς; El. 1058. Cf. ib. 979. Suppl. 287. 375. Hipp. 1155. Tr. 269. Ion. 196. Hec. 505.

Hel. 1561. Sed ne in tenui quidem *coniecturae* significatu acquievit usus. Nam quum semel in interrogatione usurpari coepta esset particula, fieri non potuit quin propria eius notio magis magisque obscurata postremo plane evanesceret. Itaque factum est ut ἆρα in meram interrogandi particulam abiret (*denn, wohl, denn wohl*). Falsissimum autem quod cum alii tum *Herm.* ad Vig. p. 821, *Poppo.* in ind. ad Xen. An. s. v. ἦ p. 500 et *Stallbaum.* ad Plat. Gorg. p. 39 docuerunt, ἆρα in his accurate respondere particulae Latinae *num.* Quin ne id quidem verum est, quod *Kuchner.* gr. §. 834, 2 contendit, ἆρα *plerumque* referri ad responsum negans. Per se enim hoc ἆρα nonnisi interrogationi inservit, ita ut et aiens (*ne, utrum*) et negans responsio (*num*) exspectari possit. Id tamen ei ex proprio usu, quo de re *consentanea* interrogat, adhaesit, ut ad aiens plerumque responsum referatur aut certe simpliciter sit inscientis vel dubitantis. V. *Reisig.* Enarr. S. O. C. p. CXCIV. τί δαὶ τόδ'; ἆρ' ἀληθές —; Ion. 275, *estne verum?* Cf. ib. 223. Hipp. 89. Bacch. 943. Etiam hoc ἆρα in media est sententia Alc. 480. Eidem οὖν additur Phoen. 427. ἆρ' εὐτυχεῖς οὖν —; *nun bist du denn glücklich?* Dubitationem exprimit vel inscientiam Med. 901. In medio Herc. f. 1127. In dupl. interr. Hec. 515. Med. 1294. Sic etiam post alias interrogandi particulas. τίς ἆρα μήτηρ ἢ τεκοῦσ' ὑμᾶς ποτέ —; Iph. T. 472. Cf. Iph. A. 1228. Tr. 294. In. fr. X (V). 1. ὦ μῆτερ, πόν' ἆρα καὶ σὸν ὄψομαι δέμας; Ion. 563. Ubi certe exspectatur aiens responsum, ἆρ' οὐ usurpatur (*nonne*): nam ad rem veram refertur negatio. Ita Suppl. 214. Hipp. 1038. Tr. 674. Herc. f. 236. Contra ubi certe exspectatur negans responsum, ἆρα μή locum habet (*num, numnam, doch nicht, doch nicht etwa*): nam ad rem cogitatam refertur negatio. Ita Soph. Ant. 632. El. 446. Plat. Phaed. p. 64, C. p. 103, C. Crit. p. 44, E. Xen. Mem. 2, 6, 34. 4, 2, 10. Oec. 4, 4. In med. Aesch. Sept. c. Th. 190. Plat. Rep. III. p. 405, A. Quamquam haec rectius forsan in iis numerabis, de quibus s. 4, b) dicetur.

4. Quum autem id, quod ex rerum vel statu vel usu vel observatione *consequitur* sive *redundat* (*Ergebniss der Umstände, der Erfahrung, der Beobachtung;* v. s. 3), huiusmodi fere sit, ut pro *certo* non possit non haberi, hinc etiam *asseverationi* inservit ἆρα (*manifeste, certo, sane, utique, profecto, revera, offenbar, gewiss, ja, wahrhaftig, wahrlich, in der That*). Et in his quoque congruit cum ὡς ἔοικε (v. C. Fr. *Herm.* ad Luc. l. c.), idque passim etiam adiunctum reperitur, ut Plat. Symp. p. 198, D. Rep. II. p. 357, in. a) In sententiis affirmativis. κλαίων ἆρ' ἅψει τῶνδε Herael. 271, proprie: *apparebit* (*es wird sich ergeben*) *te flentem hos attrectare*, h. e. *flens profecto hos*

attrectabis; cf. Hipp. 1086. ἄνανδρ' ἄρ' εἶπας Ἰλίου τ' οὐκ ἄξια Hel. 814. Itaque cum aliis saepe particulis asseverandi consociatur (*ja wahrlich — wahrhaftig*). Cum τοι. σὺ τἄρ' ἔνθεος, ὦ κούρα, Hipp. 141. Cum ἤτοι. ἠτἄρ' ὀλοίμην ἀκλεὴς ἀνώνυμος —, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ Hipp. 1028. ἠτἄρ' ἐκείνου μὴ νομιζοίμην ἐγὼ μήτηρ ἔτι Heracl. 651. Item Hipp. 480. Alc. 735. Eadem cum vi etiam in his effertur ἄρα. ταῦτ' ἄρ' ἐπ' ἀκταῖς — ἠγγέλθης μανείς Iph. T. 932, *manifesto, certe.* μάταιος ἆρ' ἦν Hipp. 1012, *stolidus profecto essem.* Quae cave ne ita depraves, ut *Hermannus* fecit in praef. ad S. O. C. p. XXI. κλαίων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται ib. 1086; cf. Heracl. 271. γυναῖκα ὅστις παύσεται λέγων κακῶς, δύστηνος ἄρα κοὐ σοφὸς κεκλήσεται Aeol. fr. XV (XII). ἐμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς —. τερπνὸν δέ τι καὶ φίλον ἆρ' εὐτυχίαν ἰδέσθαι Heracl. 895. Sic recte *Dind.* pro vulg. ἄρα. πονηρῷ γ' ἄρα χρήσεται κριτῇ, qui ex opibus de homine iudicat, El. 374. *Dind.* praeter omnem necessitatem τἄρα. Cf. etiam Pind. Pyth. 4, 138. Theocr. 7, 107. Neque prosae orationi ἄρα hac vi incognitum. Luculenta id genus exempla sunt, ubi id ipsum, unde quid apparet sive consequitur, deinceps per γάρ vel praegressa negatione per ἀλλά agglutinatur. Huiusmodi est Platonis exemplum supra memoratum Rep. II. p. 357. in. Etiam Euripidis locum s. 3, a. extr. tractatum Iph. A. 1103 huc trahere licebit. Porro Xen. Anab. 2, 2, 3. ἐμοὶ θυομένῳ οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά· καὶ εἰκότως ἄρα οὐκ ἐγίγνετο· ὡς γάρ etc., *et apparuit (es hat sich ergeben) fieri non potuisse ut fausta essent*, h. e. *et fieri profecto non potuit* etc. Cf. ib. 6. 4, 18. 4, 2, 15. Xen. Oec. 7, 16. ὄντινα ἴδοιμι καλὸν, τούτῳ προσήειν καὶ ἐπειρώμην καταμανθάνειν, εἶπον ἴδοιμι προσηρτημένον τῷ καλῷ τὸ ἀγαθόν· ἀλλ' οὐκ ἄρα εἶχεν οὕτως, ἀλλ' ἐνίους ἐδόκουν καταμανθάνειν etc., *at apparebat (es ergab sich) rem non ita habere*, h. e. *at non sane res ita habebat, doch verhielt es sich in der That nicht so.* Item in exclamatione. Xen. Cyrop. 1, 4, 11. ὡς ἄρα ἐφλυαροῦμεν, *wir trieben doch rechte Narrenspossen.* Eodem sensu, imprimis a Platone et oratoribus, usurpatur εἰ — ἦν — ἂν ἄρα, *wenn (ob) in der That — wirklich — ja.* Perversa enim *Hartungii* l. c. p. 440 et *Kuehneri* gr. §. 756, 5 opinio ἄρα in talibus significare *allenfalls.* Demosth. Megalop. p. 210, 6. ἐὰν σωθῶσιν ἄρα, *wenn es das Ergebniss des Kampfes ist, dass sie gerettet werden, wenn sie ja ger. werden.* Cf. ib. p. 202, 19. 206, 21. Isocr. Archid. p. 131, A. Thuc. 1, 93. Nec aliter Plat. Phaed. p. 60, E. ἀφοσιούμενος, εἰ ἄρα πολλάκις ταύτην τὴν μουσικήν μοι ἐπιτάττοι ποιεῖν, *ob sich's etwa ergebe, dass —, ob in der That — wirklich etwa.* Cf. Lach. p. 194, A. Omnino

creberrimum apud Platonem εἰ ἄρα πολλάκις, seu οὐ significet εἰ seu *wenn*. V. *Stallb.* ad Phaedr. p. 50 sq., qui tamen *conclusivam* in talibus particulae vim urgere non debebat. Sic etiam εἰ μὴ ἄρα Xen. Mem. 1, 2, 8, *es müsste denn in der That*. Neque aliter sumendum ἆρα, quod Homerus in condicionalibus sententiis toties frequentat, ut Il. Θ', 90. καί νύ κεν ἔνθ' ὁ γέρων ἄπο θυμὸν ὄλεσσεν, εἰ μὴ ἆρ' ὀξὺ νόησε Διομήδης, *wenn es nicht in der That* —: id enim ex iis, quae fecit Diomedes, *apparebat*. Omnino iam Homero ἄρα vi ista *asseverandi* usitatum est. V. Il. ρ', 142 et 147. Sic etiam ὅστις ἄρα, *wer auch in der That*. Eur. Hec. 1119. ἦ μέγαν χόλον — εἶχεν, ὅστις ἦν ἄρα (ὃ σ' ἀπωλέσας), *quemcumque fuisse apparebit*. Nec refragabor, si quis et Rhesi locum v. 135 s. 2 et Bacch. v. 893 s. 3, a. extr. citatum huc malit referre. Porro ὅτι ἄρα, *dass in der That, dass doch in der That*. V. Plat. Rep. II. p. 375, D. Creberrimum denique, imprimis Platoni et Demostheni, ὡς ἄρα, si quid ex alius mente tamquam quod ex rerum usu vel observatione apparuit *asseveratur: dass in der That, dass ja, dass ja offenbar*. Largam talium locorum copiam suppeditavit C. Fr. *Herm.* ad Luc. de hist. conscr. p. 17. Sic etiam Eur. Herc. f. 759. τίς — ἄφρονα λόγον οὐρανίων κατέβαλ', ὡς ἆρ' οὐ σθένουσι θεοί; *nihil profecto valere deos*. Cf. Xen. An. 5, 7, 5. b) In sententiis interrogativis (*doch, doch wohl, doch gewiss*). V. *Reisig.* Enarr. S. O. C. p. CXCIII sq. ἆρ' οἶσθα —; Hipp. 1315, *du weisst doch wohl*. Cf. Soph. O. C. 753. 780. 1585. Ai. 1282. Plat. Gorg. p. 453, D. 477, A. Ironice Soph. El. 790 et 816. ἆρ' ἔχει καλῶς; *das ist doch gewiss herrlich*. Quod quamvis idem fere sit atque *ist das nicht herrlich*, cave tamen ἆρα etiam *nonne* significare putes; v. s. 3, b. aa. Interdum γε adiungitur ad augendam asseverationem. V. *Stallb.* ad Plat. Cratyl. p. 126. Frequens etiam hac vi ἆρ' οὖν (*nun doch wohl — gewiss*). Plat. Gorg. p. 450, C. ἆρ' οὖν μανθάνω —; *nun ich denke doch zu verstehen* —. Perperam haec interpretatur *Stallbaum.* Charm. p. 159, B. ἆρ' οὖν εὖ λέγεις; *nun du hast doch gewiss Recht*. Perperam haec explicant *Stallbaum.* ad l. et *Herm.* ad Soph. Ant. 628. Cf. Phaed. p. 76, D. 78, C. Gorg. p. 462, D. Ceterum hoc ἆρ' οὖν probe discernas ab eo, de quo s. 3. b. aa. egimus.

Patet ex his nil umquam inanius exstitisse, quam, quod *Hartungius* commentus est, ἄρα declarare *rem inexspectatam* (*Ueberraschung*). Hoc enim tantum abest ut verum sit, ut rem proprie quam maxime *exspectatam* (v. s. 1) significet. Ita iam saepius accidit, ut, quo quis effrenatior esset in aliorum erroribus irridendis, hoc turpius ipsum tandem errasse cognosceretur. Nec tam immensi erroris obscurus fons est.

Quum enim ἄρα non raro *eventum* inexspectatum (*ein überraschendes Ergebniss*) indicet (v. s. 3, a), fallaci specie decepti particulae tribuerunt quod ipsius erat sententiae.

Restant aliquot loci, in quibus ἄρα vitiose vel olim exstiterit vel nunc exstare videatur. In Oreste 162 duas librorum scripturas admittit metrum: ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν, et, ᾗ ἄδικος ἄδικα τότ' ἔλακεν. In editionibus nunc omnibus recepta prior. Tamen altera longe et sententiae aptior, cui ἄρα non convenit, et libris testatior, quorum permulti et perboni ἄρα omittunt, et vero etiam ideirco probabilior, quod ἄρα statim post in tuto loco redit. Molesta vero particulae tam brevi intervallo iteratio. Imo non dubium quin e sequenti versu irrepserit in praecedentem. Cet. Ald. rell. Brub. bis ᾗ ἄ. V. s. ᾗ p. 2. Porro Iph. T. 886 non dubito quin recte correxerit *Marklandus* θανάτῳ πελάσεις ἀνὰ βάρβ. φῦλα pro ἄρα βάρβ. φῦλα. Et sic *Herm.* Contra quod idem *Herm.* Alc. 228 e sua induxit coniectura ἆρ' pro vulg. αἳ αἳ, non rectum est, idque paulo celerius receperunt *Dind.* et *Pflugk.* Scribendum enim αἳ ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε. V. s. αἳ. Corruptum etiam puto locum Phoeniss. 1516 a recentioribus omnibus perscriptum: τίς ἄρ' ὄρνις ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός; Nam primum ἄρα his parum convenit. Deinde plerique codd. et optimi τίς τ' ἄρ' ὄρνις, in quibus τ' illud a librariis esse vix est credibile. Etenim ποτέ sub hac litera delitescit depulsum spurio ἄρ', quod vicinae vocis syllaba ορ — pepererat. Legas igitur τίς ποτ' ὄρνις — συνῳδός. Atque hoc ipsum inscius expressit *Valck.* sic locum vertens: *quae tandem avis meis lamentis concinat?* De Bacch. 639 v. s. ἄν II, 2; de Iph. T. 1309 s. λέγειν. *Const. M.*

ἀρά (˘). In plurali plerumque occurrit denotatque vel *preces* s. *precationes* vel *imprecationes* s. *diras*. Bono sensu εἶπερ — εἴσω γῆς ἀκοντίζουσ' ἀραί, κλύει (pater mortuus) Or. 1241. ἦκε Πολυνείκης ἀράς Phoen. 1373. ἀρᾶς ὑπέσχου τρεῖς Hipp. 888; cf. ib. 890. 896. 1315, quae *preces*, quatenus eas Theseus contra Hippolytum filium facit, inimico sensu *imprecationes* sunt s. *dirae*. Hinc ἀραὶ τοῦ σοῦ στόματος, ἃς — παιδὸς ἠράσω πέρι ib. 1167. ἀρὰς ἀφῆκας παιδί ib. 1324, et in singulari ὦ πατρὸς τάλαιν' ἀρά ib. 1241. ὦ πατρὸς ἐμοῦ δύστανος ἀρά ib. 1378. Inimico etiam sensu ἀρᾶς ἀγώνισμα (s. v.) Οἰδίπου dicitur παίδων φόνος Phoen. 1364. Et eadem de re rursus in plurali ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας Phoen. 67 (cf. Med. 607). ἀρὰς, ἃς Οἰδίπους ἐφθέγξατ' εἰς ἡμᾶς Phoen. 477. στενάζων ἀρὰς τέκνοις ib. 336. ἓκ δ' ἔπνευσ' αὐτοῖς ἀρὰς δεινάς ib. 883. ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δρύς ib. 1605. τὰς ἀρὰς ἔοικεν ἐκπλῆσαι θεός ib. 1435. πατὴρ — ἡμᾶς ἀραῖσιν κατακτε-

νεῖ ib. 772 (cf. Hipp. 44). εἰς ἀγῶνα καταβαλὼν ἀραῖσι τέκεα ib. 1060. ἀραῖς πατρῴαις (Θήβας λιπών Polynices) Suppl. 150. Inimico sensu dictum denique Ἀχαιοῖς ῥιπτεῖν ἀράς Tr. 729. Interdum tamquam persona inducitur a tragicis Ἀρά, ipsam *perniciem* exprimens, quam quis alicui *imprecatus est*, *Dira*. Or. 997. ch. δόμοισι — ἦλθεν Ἀρὰ πολύστονος. Cf. Soph. El. 111 c. not. *Herm.* et Od. *Mueller.* ad Aesch. Eum. p. 165 sq. [Stirps vocis sine dubio αἴρω (ἄρω). Manibus enim *sublatis* precabantur veteres. *Const. M.*]

Ἀραβία, *Arabia*. Ἀραβίαν τ' εὐδαίμονα Ἀσίαν τε πᾶσαν Bacch. 16.

ἄραγμα, *pulsus*. τυμπάνων ἀράγματα Cycl. 204.

ἀραγμός, *iactus*. ἐμαρναμεσθα σφενδόναις πετρῶν τ' ἀραγμοῖς Phoen. 1150; cf. Iph. T. 327. *Plausus*. πολὺς δὲ κοσσάβων ἀραγμός Plisth. fr. VI (IV), 1. Hinc δεσμῶν ἀραγμὸν ἱππικῶν, *crepitum*, Rhes. 569.

ἀραῖος, *imprecationibus persequens*. Vid. *Elmsl.* ad Med. 595. *Blomf.* gl. Agam. 228 et meam ad Med. notam 605. σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις Med. 608. ἦ σοῖς ἀραία δώμασιν γενήσομαι Iph. T. 778. εἴθ' ἦν ἀραῖον δαίμοσιν βροτῶν γένος Hipp. 1415. *Diris devotus*. ἐμὲ — κακόποτμον ἀραίαν ἔβαλε θεός Hel. 701. *Aug. M.*

ἀραρότως, v. s. ἄρειν.

ἄρᾶσθαι, *precari*. Cum *dat.* propter *appropinquandi* notionem: nam ad deum, quem precabantur, manus tendebant veteres. V. s. ἀρά et *Matth.* gr. §. 401. ἀρὰς, ἃς σῷ πατρὶ παιδὸς ἠράσω πέρι Hipp. 1168. Cum *infin.* σοὶ πολλὰ κἀμοὶ κέδν' ἀρώμενοι τυχεῖν Or. 1138. ἠράσαθ' Ἥβῃ — νέος γενέσθαι Heracl. 851. *Imprecari*. ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν Phoen. 67. ἀρὰς τυράννοις ἀνοσίους ἀρωμένη Med. 607. πολλὰ δ' Ἀργείοις κακὰ ἠρᾶτο Rhes. 505. Absolute ἀρᾷ γονεῦσιν; Alc. 717. V. *Matth.* et *Pflugk.* ad l.

ἀράσσειν (ῥάσσειν) respondere videtur vernaculo *schmeissen*, quod et *pulsantis* est et *iacientis*. Priore vi dictum βάλλων, ἀράσσων Hec. 1175. Andr. 1155. Iph. T. 310. ἄρασσε κρᾶτα κούριμον Tr. 279. ἄρασσ' ἄρασσε χειρὶ κρᾶτα ib. 1235. πύλας ἀράξας Iph. T. 1308. ἄρασσε — ἐκβάλλων πύλας, *effringe*, Hec. 1044. Altera vi dictum ἤρασσον πέτροις Iph. T. 327, *petebant saxis*.

ἀράχνη (ab ἄρ — ω et ἄχνη (λάχνη) *Gespinnst*), *aranea*. κεῖσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις Erecht. fr. XIII (VI), 1. V. *Matth.* ad l. p. 165 et *Damm.* s. ἀράχνιον.

ἀρβύλη proprie est quidquid pedi ἄρεται sive ἁρμόζεται: haec enim stirps vocabuli. Itaque et *calceum* proprie et *soleam* denotat. *Hesych.* ἀρβύλαι· εἶδος ὑποδημάτων. V. *Boisson.* ad Or. 140. Praecipue tamen habilius et expeditius *calceamentorum* genus, quo in itineribus

et venationibus, omnino in quotidiana vita, uterentur, sic nominatum esse non modo forma vocabuli deminutivo similis comprobare videtur, sed etiam ipsa veterum auctoritas. *Etym. M.* p. 135, 12. ἔστι δὲ εἶδος ὑποδήματος ἀπερίσσως εἰργασμένον (sic optime *Valck.* pro περισσῶς). *Pollux* VII, 86. ὑπόδημα εὐτελὲς τὴν ἐργασίαν. Commune autem fuit utrique sexui. V. schol. ad Eur. Or. 140. λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης τίθετε Or. 140. εἰς ἴχνος βᾶσ' ἀρβύλης σκέψαι βάσιν El. 532. Μυκηνίδ' ἀρβύλαν προβάς (Orestes) Or. 1470. ψοφεῖ ἀρβύλη δόμων ἔσω Bacch. 638. ἔφερε δ' ἢ μὲν ὠλένην, ἢ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις Bacch. 1132; v. s. αὐτός. Duo sequuntur difficillimi loci. Quorum de uno, qui est Herc. f. 1304, s. v. πούς agemus. Alter in Hippolyto exstat v. 1189 et sic vulgo scribitur: πώλους παρ' αὐτὸν δεσπότην ἑστησάμην· μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδα. In quibus ἀρβύλας denotare eam currus partem, in qua auriga steterit, vanissimum scholiastae ad h. l. et *Eustathii* p. 456, 19 commentum est, quod a *Passovio* in lex. ne memorari quidem debebat, nedum a *Valckenario* et *Musgravio* sanciri. V. *Matth.* ad h. l. Locus, nisi corruptus est, hanc unam habet explicationem, ut Hippolytus dicatur *cum ipsis calceamentis* venatoris (quae vehenti vel mutanda vel exuenda erant) currui *iunxisse pedem*, h. e. currum conscendisse. Αὐταῖσιν ἀρβ. dictum esse ut in Baccharum loco 1132 iam *Monkius* perspexerat; idque tantum abest ut cum *Matthia* alienum ab his dicam, ut nihil possim aptius cogitare. Egregie certe celeritatis notio, quae inesse solet in talibus (v. *Herm.* diss. de pron. αὐτός Opusc. I. p. 312 et nos s. αὐτός II, 8), Hippolyto perturbationis ac festinationis pleno convenit. Ἀρβύλας autem praecipue venatorum fuisse et a nobis supra monitum est et ab *Hemsterhusio* in Argum. Arist. Plut. p. 6. Cf. Eur. Meleag. fr. III (VI), 7. Deinde ad ἁρμόσας πόδα cogitandum esse ἅρματι, non ex ἄντυγος, quod absonum, verum e versu 1187, quo *currum paratum fuisse* significatur, id non magis profecto mirabile est, quam quod et idem Graeci ἀναβαίνειν (cf. Hom. Od. σ', 209) et nostrates *aufsteigen* vel *einsteigen* absolute persaepe dicunt, ubi navem currumve affuisse vel ex natura rei vel ex ante dictis intelligitur. Cet. v. s. ἁρμόζειν et πούς. *Const. M.*

Ἀργάδεις. Ita Ion. 1580 vocatur una ex antiquissimis quae Athenis florebant tribubus Ionicis, cuius tribus auctorem Ἀργάδην (gen. Ἀργάδεω) memorat Herodotus 5, 66. Plutarchus quidem Vit. Sol. 23 nomen illud perscripsit Ἐργάδεις; unde forsan coniiciat aliquis, ut Ὁπλῆτες milites (*Wehrstand*), ita Ἐργάδεις fuisse eos, qui manuum opera victum quaeritarent (*Nährstand*). Verum scriptura ista non plus habet auctoritatis,

quam quod idem Plutarchus pro *Γελέοντες* scribit *Γεδέοντες*. V. *Coraëm* ad Plut. p. 421. *Herm.* praef. ad Eur. Ion. p. XXIII sq. Nec difficile est perspectu Plutarchum suae illarum tribuum interpretationi, in qua Strabonem 8. p. 383 secutus esse videtur, etiam nomina tribuum accommodasse. Festinantius igitur nomen *Ἐργάδεις Passov.* in lex., *Musgr.* et *Wakefield.* in Euripide edendo adoptarunt. Locum Euripidis foedissime ante corruptum sic prima restituit *Canteri* diligentia: *οἱ τοῦδε* (Ionis) *παῖδες γενόμενοι τέσσαρες ῥίζης μιᾶς ἐπώνυμοι γῆς κἀπιφυλίοι χθονὸς λαῶν ἔσονται, σκόπελον οἳ ναίουσ' ἐμόν. Γελέων* (vlg. *Τελέων*) *μὲν ἔσται πρῶτος· εἶτα δεύτερον Ὁπλητες Ἀργαδεῖς τ' ἐμῆς τ'* (vlg. *εἶτα δεύτερος. ὃ πάντες ἀργολῆς τ' ἐμῆς*) *ἀπ' αἰγίδος ἔμφυλον ξέουσ' Αἰγικορεῖς.* In his *Τελέων*, quod in libris est, servarunt *Matth.* et *Dind.* Certum tamen videtur *Γελέων* (s. v.) post ea, quae *Hermannus* acute disputavit in praef. ad Ion. p. XXI sqq. Porro *Herm.* et *Dind. Ἀργαδῆς* et *Αἰγικορῆς*. Quorum prius certissime falsum, siquidem nom. sing. non *Ἀργαδεύς* est, sed *Ἀργάδης;* hinc neque *Ἀργαδεῖς* rectum, quod a *Cantero* retinuit *Matthias. Ἀργάδεις*, uti nos scripsimus, et Pollux habet VIII, 109 et Plutarchi confirmat scriptura *Ἐργάδεις*. Et sic etiam C. F. *Hermann.* in aureo de Graec. antiqu. libello p. 177. Quamquam, si pluralem adhibuit poeta, ne id quidem verum esse genitivi forma *Ἀργάδεω* ab Herodoto exhibita arguere videtur. Nec mirum profecto esset in tanta corruptione etiam *Ἀργάδεις* ex *Ἀργάδαι* corruptum esse. Vide tamen s. *Ὁπλητες*. Denique pro *ἔμφυλον* (s. v.) *Dind.* ex *Hermanni* verissima coniectura *ἓν φῦλον*. Reliquum esset ut de natura ac ratione illarum tribuum quod sentio exponerem. Sed quoniam hanc rem longiorem disputationem sibi poscere videbam, alio loco de ea agere constitui. V. eph. ant. Darmst. a. 1840. p. 761 sqq. Praeterea adi quae *Hermannus* in praef. ad Ion. p. XXII sqq. examinavit veterum testimonia et quos e recentioribus citarunt *Matthias* ad Eur. l. c. et C. F. *Hermannus* l. c. p. 177 sqq.

ἀργαίνειν. Alcmaeon. fr. IV. ap. *Hesych. ἀργαίνειν· λευκαίνειν. Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι διὰ Ψωφῖδος*, itemque *Eustath.* p. 1430, 62. *ἀργαίνειν τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀλκμαίωνι.* V. s. *ἀργός* et *Doederl.* lat. Synon. IV. p. 412.

ἀργεῖν (*ἀργός*), *otiosum esse, segniter agere.* Tralate ap. Eurip. de rebus inanimatis dicitur. *οὐκέτι — τούμὸν ἀργήσει ξίφος* Phoen. 628. Item Tr. 1261. *αὐδῶ λοχαγοῖς — μηκέτ' ἀργοῦσαν φλόγα ἐν χειρὶ σώζειν, ἀλλὰ πῦρ ἐνιέναι.*

Ἀργεῖος, 1. *substantive: Argivus. Ἀργεῖός εἰμι* Heracl. 134. 140; cf. Iph. T. 630. *ἀνὴρ Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος* Or. 902, i. e. *νόθος πολίτης. ὁ δ' Ἀρκὰς, οὐκ Ἀργεῖος, Ἀτλαάντης γόνος* Phoen. 1160, ut Suppl. 896. *Ἀρκὰς λό-*

χοις ἐνεστὼς ὥσπερ Ἀργεῖος γεγώς. Ἀργεῖον Ἀμφιτρύωνα Herc. f. 2. ἔστιν ἡ ξένη — Ἀργεία τις Iph. T. 666. 704. Ἀργείων πόλις Or. 49. Heracl. 287. Suppl. 472. ἄστυ — Ἀργείων El. 715. Ἀργείων χθόνα Suppl. 1176. 1195. τὸν Ἀργείων γύην Heracl. 839. Vid. *Matth.* ad Bacch. 1. ἔκκλητον Ἀργείων ὄχλον Or. 612. 884. ψῆφος Ἀργείων ib. 798. τίνες ἐν Ἀργείοις λόγοι ib. 861. στρατὸν Ἀργείων Heracl. 290. Τιρυνθίοις θεὶς πόλεμον Ἀργείοις τε ib. 164; cf. 266. θεοῖς — συμμάχοισιν Ἀργείων ib. 464. Ἀργεῖοι, *cives Argivi*, Or. 98. 612. 723. 1533. 1610. Suppl. 965. 1067. 1191. Heracl. 172. 192. 232. 246. El. 930. τις Ἀργείων Or. 1037. El. 22. 517. 629. Ἀργεῖαι Iph. T. 366. κουροτόκοις ἐν Ἀργείαις Suppl. 957. Ἀργείων κόραι ib. 1073; cf. Iph. A. 605. De Argivis adversus Thebas profectis vel ibi caesis: Ἀργείων ἄναξ Ἄδραστος Suppl. 13. 105; cf. 645. Phoen. 956. πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων Phoen. 78. ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν ib. 292. Ἀργείους ἐπιπνεύσας Σπαρτῶν γέννᾳ (Mars) ib. 801; cf. Suppl. 229. Phoen. 1227. 1244. ἀπώλεσα (Adrastus) ἄνδρας Ἀργείων ἄκρους Suppl. 118. Ἀργείων στρατόν Phoen. 718. 739. 796. 1195. λεύκασπιν — Ἀργείων στρατόν ib. 1106. Ἀργείων δόρυ ib. 1093. Ἀργείων ὅπλα 1198. ἀσπίδας Ἀργείων νεκρῶν 1483. παῖδας Ἀργείων ad Thebas caesos Suppl. 126. 133. 568; at παισὶ Ἀργείων ad Thebas caesorum ib. 1213. Praeterea cf. Phoen. 96. 715. Suppl. 528. De Argivis, qui Sthenelo et Euryalo ducibus contra Troiam profecti sunt: Iph. A. 235. Ἀργείων δὲ τοῖσδε (Myrmidonibus) νᾶες ἕστασαν πέλας. Tr. 187. τίς μ' Ἀργείων ἢ Φθιωτᾶν — ἄξει πόρῥω Τροίας; Sed etiam universi Graeci adversus Troiam profecti ad Homeri exemplum dicuntur Ἀργεῖοι. V. s. Ἀχαιός. Ἀργείων στράτῳ Hec. 544. Iph. A. 518. Rhes. 57. 78. 127. 146. 823. Tr. 343. Ἀργείων δορί Tr. 606. Ἀργείων ναῦς Andr. 401. Rhes. 150. 155. 203. 221. 502. 589. Tr. 160. 954. ναύσταθμ' Ἀργείων Rhes. 602. παρ' εὐπρύμνοισιν Ἀργείων πλάταις (in Aulide) Iph. A. 723. τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην Rhes. 446. τετραβάμονος — ἀπήνας Ἀργείων Tr. 518. ξέστον λόχον Ἀργείων ib. 534. Ἀργείων ὄχλος Iph. A. 1546. Ἀργείων κοινὰ γνώμα Hec. 189; cf. 196. δόξ' Ἀργείων Tr. 179. δορίληπτος ὑπ' Ἀργείων (Troia) Hec. 479; cf. 547. στέλλουσ' Ἀργεῖοι νόστον Tr. 168; cf. Hel. 127. Hec. 1019. τις Ἀργείων ἀνήρ Rhes. 862; cf. ib. 292. 843. Iph. A. 1559. 944. Κασάνδραν αἰσχύναν Ἀργείοισιν Tr. 171. Praeterea cf. Hec. 572. 604. 734. 1213. Iph. A. 528. 532. 1081. 1196. 1346. 1393 Rhes. 504. Tr. 1002. 1190.

2. *Adiective: Argeus, Argivus.* Ἀργεῖον λεών Or. 844. Ἀργεῖον ὄχλον ib. 119. Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ Xantr. fr. 2. Ἀργείας χθονός Or. 445. Suppl. 9. El. 988. [Dan. prol. 62.] Or. 1508. Suppl. 874.

Phoen. 1239. Suppl. 1184. Tr. 875. γῆν ἐπ' Ἀργείαν Rhes. 471. Ἀργίας γαίας ὄρους El. 410. ὦ πόλις Ἀργεία Suppl. 808. Ἀργείων ὀρέων El. 700. Ἀργεῖον οὖδας El. 88. Ἀργεῖα τείχη Herc. f. 15. πατρίδ' ἐς Ἀργείαν Iph. T. 879. Ἀργεία πεντηκόντορος ib. 1123. Ἀργείας θεοῦ Ἥρας Tr. 23. Rhes. 376. μὰ τὴν ἄνασσαν Ἀργείαν θεάν Iph. A. 739. Ἀργείας κόρας Suppl. 135 [cf. Dan. prol. 23]. γυναῖκες Ἀργεῖαι Suppl. 1165. Ἀργείαις ἅμα νύμφαις El. 179. ὑπ' Ἀργείας χερός Or. 1027. Ἀργεῖον ξίφος Or. 1369. Ἀργεῖος ὁ στεναγμός El. 755. Ἀργεῖον αὔχημα Phoen. 1144. Ἄρεος Ἀργείου αἰχμήν Heracl. 276. Ἀργεῖον στράτευμα Heracl. 390. Phoen. 91. 1478. Ἀργεῖον δόρυ Heracl. 501. 674. 834. 842; cf. Phoen. 1403. 1087. 1101. Ἀργεῖα ἔγχη Phoen. 565. Ἀργεῖα βέλη ib. 889. *Graecus.* Ἀργεῖον στράτευμα Tr. 94. Ἀργείου δορός Rhes. 21. Tr. 8. 346. Ἀργεῖ' ὀνείδη καὶ Φρυγῶν ἐπαινέσεις Tr. 418.

ἀργεννός (v. ἀργαίνειν et ἄργυρος), *candidus.* ἀργενναῖς — Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις Iph. A. 574. δείξω μὲν ἀργεννοῖσιν Ἀχελώου ῥόον Hypsip. fr. IV (X). *Barnes.* Ἀργείοισιν. *Valcken.* ἀργεννοῖσιν Ἀχελ. ῥόοις.

ἀργία, *ignavia, otium, segnitia, inertia.* οὐκ ἐκπονοῦμεν τὰ χρηστά, οἳ μὲν ἀργίας ὕπο, οἳ δέ — Hipp. 381. τὰ δὲ — δαπάναισι τροῦδα διαφυγόνθ' ὑπ' ἀργίας, *segne propter otium,* Herc. f. 592. χωρὶς ἧς ἔχουσιν ἀργίας (σοφοὶ) φθόνον — ἀλφάνουσι Med. 296, „*praeterquam quod inertiae insimulantur, quia in otio aetatem degunt.*" *Matth.* Hactenus bene; sed liberiora sunt quae addit: *in invidiam etiam civium incurrunt;* imo: *in invidia etiam civium sibi paranda* quamvis inertes *ponunt industriam.* V. s. ἀλφάνειν. οὐδ' ἐς ἀργίαν βλέπειν (ἄνδρα δοῦλον χρή) Antiop. fr. X (XIV), 2.

Ἀργόθεν, v. s. Ἄργος.

Ἀργόλας, *Argivus.* ἐγὼ δὲ — οὐκέτ' Ἀργόλας Plisth. fr. V (V). *Graecus.* Ἀργόλας στρατός Rhes. 41.

Ἀργολίς, *Argolis.* Ἀργολὶς — πάτρα Herc. f. 1016.

Ἄργος, *Argos* s. *Argi.* *Micuam* interpretatur *Herm.* de hist. gr. prim. Op. II. p. 202 sq. V. s. ἀργός. πόλις Ἄργους Suppl. 995. Alcm. fr. II (XVII), 2. Teleph. fr. XIV (V). πόλιν Ἄργος Heracl. 21. Ἄργους πολῖται γῆς Herc. f. 1277. Ἄργους γαῖαν Or. 713. ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος, Ἰνάχου ῥόαι El. 1. τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν Hipp. 1197. τὸ Ἄργος — ἥ τε Ναυπλία Iph. T. 804. τὸ Ἄργος καὶ τὰς Μυκήνας Heracl. 828. οὔκουν ἐν Ἄργει, οὐδ' ἐπ' Εὐρώτα ῥοαῖς Hel. 124. V. *Dind.* praef. ad Poet. scen. p. XXVII. καὶ — Πελασγίᾳ καὶ κατ' Ἄργος Suppl. 368. Πελασγὸν Ἄργος Or. 691. 1296. ἐν Ἄργει τῷ Πελασγικῷ Or. 1601. Phoen. 263. ἱππόβοτον Ἄργος Suppl. 365. Tr. 1087. ἱππίου Ἄργους κτίται Or. 1621. Cf. Iph. T. 700. Ἄργους

δυφίαν — χθόνα Alc. 563. τὸ κλεινὸν Ἄργος Iph. T. 508. τὰν Ἄργει Ἥραν ib. 221. τῶν εὐόλβων Ἄργει βασιλέων ib. 189; at v. s. ἀλλάττειν. Ἕλλησι δ' Ἄργος ἡ πόλις κικλήσκεται (ἣν Ἀκρίσιος εἵλησεν) Dan. fr. 3. ὁ Ἄργει Σθενέλου τύραννος (Eurystheus) Heracl. 361. Τυδεὺς — ᾤκησεν Ἄργος Oen. fr. I, 4. ἐμοὶ (Herculi) πατρὶς μὲν Ἄργος Pirith. fr. V, 1. τὰ δ' ἀμφὶ Ἄργος καὶ νομὸν τὸν Ἑλλάδος Rhes. 477. Ἄργους χεῖρα Heracl. 157. πόλιν οὐδὲν ἐλάσσον' Ἄργους (Athenas) ib. 364. Ἄργει Iph. T. 156. 230. 236. 567. 990. Or. 875. Phoen. 1257. Heracl. 340. El. 139. 641. Iph. A. 677. ἐν Ἄργει Hec. 1281. Or. 1464. Suppl. 1028. Iph. A. 1267. Iph. T. 45. Tr. 993. Heracl. 284. *Acc.* Ἄργος. Phoen. 77. 411. 582. 616. Iph. T. 604. 1440. Tr. 1055. Heracl. 251. 462. 1008. Herc. f. 1285. Archel. fr. I, 3. εἰς (ἐς) Ἄργος Phoen. 1373. Iph. A. 515. 870. 1191. Iph. T. 377. 515. 589. 733. 774. Heracl. 60. 97. Herc. f. 1387. El. 6. 48. πρὸς Ἄργος Suppl. 931. Iph. A. 112. 533. 731. Iph. T. 583. 630. 736. 768. Tr. 301. El. 274. Andr. fr. IX, 4. κατ' Ἄργος Suppl. 891. Iph. A. 1454. Iph. T. 752. Tr. 314. Heracl. 7. El. 601. Ἄργους Or. 1660. ἐξ Ἄργους Iph. T. 1033. ἀπ' Ἄργους Heracl. 648. τῶν Ἀργόθεν Iph. T. 1182. τὸ ναΐον Ἀργόθεν δόρυ Rhes. 458. Ἀργόθεν πορευθείς Andr. 1033; cf. Iph. A. 1356. Iph. T. 70. 394. 830. Heracl. 356. 654. 775. 804. Saepe *urbis* nomen pro *civibus s.* incolis terrae ponitur. κελεύσμασιν Ἄργους Heracl. 755. τὸ Ἄργος ὀγκῶν ib. 196. τὸ σὸν Ἄργος οὐ δέδοικ' ἐγώ ib. 285, ut τὸ δ' Ἄργος ὑμῖν ποῦ 'στιν (robur Argivorum); Suppl. 127. Ἄργος πρὸς σὲ νῦν ἀποβλέπει Iph. T. 928; cf. 668. ἔδοξε Ἄργει τῷδε etc. Or. 46. ὀξὺ γὰρ βοῆς ἀκοῦσαν Ἄργος ἐξεγείρεται ib. 1530; cf. 103. 769. Phoen. 724. Suppl. 737.

ἀργός unde descendat, epica vocabuli forma ἀεργός docet. Est igitur *activa* vi *nihil faciens s. agens, ignavus* (in-gnavus), *otiosus, segnis, piger.* οὔτις ἀργὸς ἦν Phoen. 1155. ἀργὸς πολίτης, *otiosus, rempublicam non curans*, Melan. fr. XXI (IV). Sic etiam ἀργὸς οἴκοις καὶ πόλει, *rem nec domesticam nec publicam curans*, Antiop. fr. XXIII (XXIX), 4. Celebris sententia est ἀργὸς οὐδεὶς θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου El. 80, ubi ἐκ παραλλήλου sunt ἀργός et ἄνευ πόνου. Copiose de hac sententia disputat *Barnes.* ad h. l. Cf. Hes. op. 306 sqq. Eamdemque vim habere mutila illa videntur ex Belleroph. fr. XXI (XXV), 13. εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς εὔχοιτο καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον. V. *Matth.* p. 113. Neque aliter dictum οὐδεὶς ἐπλούτησ' ἐμπύροισιν ἀργὸς ὤν Hel. 762. Vitio ἀργία etiam iis datur, qui prae nimia verecundia ac timiditate *nihil agunt* atque proficiunt. Ita Ion. 337 Creusae ingenue confessae ἀλλ' αἰδούμεθα respondet Ion:

οὐτάμεν πράξεις οὐδέν· ἀργὸς ἡ θεός, *lenta, tarda.* V. *Matth.* ad l. Pariterque Homerus Od. ρ', 347. αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προΐκτη. Cf. v. 352. Sic etiam de iis, qui in amore toti occupati *laborem fugiunt.* ἐρῶς ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ Dan. fr. VIII (V), 1, quod paulo post est φεύγει μόχθους. Cum *genit.* rei, *unde* si proficisceris h. e. ad quam quod attinet aliquis *otiosus* est. στρατὸς — ἀργὸς ὢν τῶν οἴκοθεν Iph. A. 1000, *vacuus curis domesticis.* Tralata Phoen. 1396 δόρυ dicitur ἀργὸν γίγνεσθαι, h. e. *nihil efficere s. valere. Passive: non actus, infectus.* Phoen. 773. Ἓν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν, *unum omisimus.* Hoc ab ἀργός vernaculum *arg* derivare videtur *Adelung.* s. v. Quod non reiicerem, si *arg* umquam *segnitiae* vim haberet, quod secus est. Nunc illud cum ἀργ — αλέος potius coniunxerim, quippe quod liquidis permutatis ex ἄλγος (s. v.), ut θαρσ — αλέος (*anim — osus*) ex θάρσος, ταρβ — αλέος (*formidol — osus*) ex τάρβος formatum proprie sit *aerumnosus* (h. e. *molestiae s. aerumnae plenus, Matth.* gr. p. 281), *luctuosus*, hinc *molestus, gravis, difficilis.* V. *Damm.* s. ἄλγιστος. Pessime autem et *Passovius* et alii cum eodem illo ἀργός aliud huius formae adiectivum radicitus quidem diversum confundunt. Hoc enim ab ἄρσιν, *fügen*, derivandum et cum ἔργον ac ῥᾴδιος (s. v.) cognatum est, ut *agilis* cum *ago*, *facilis* cum *facio*, *behend* (*behänd*) cum *Hand.* Itaque natura sua primum est *facilis, agilis, promtus, celer* s. *velox* (amborum enim eadem stirps ἐλ — ω; v. s. ἐλαύνειν et ἐλίσσειν), *fügsam, gelenk, geschmeidig, flink, behend, rasch, hurtig*, deinde *micans, splendidus, nitidus, candidus, flimmernd, blinkend, strahlend, glänzend.* Quarum notionum affinitatem subtiliter enucleavit *Hermannus* de hist. graec. prim. Op. II. p. 202. Ita et Latina vocabula *micandi vibrandi coruscandi* tum *celeritatis* tum *splendoris* notionem habent et in lingua vernacula *Blitz — flink celeritatem, blitzend — flinkern splendorem* exprimunt; eaque et inter se ipsa et cum *blinken* (*blank*) *blinzen blenden* (*blind*), *flimmern* (*Flamme*) *flunkern* (*Funke*) *flackern flattern fliehen fliegen* cognata sunt. Promiscuum vocabuli ἀργός apud Homerum usurpationem prudentissime circumscripsit *Nitzsch.* ad Hom. Od. 2, 11. T. I. p. 66 sq. *Const. M.*

ἀργυρέος — οῦς, *argenteus.* αἳ δὲ κἀπὶ τεσσάρων φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν Scir. fr. II (V), 3.

ἀργυρήλατος, *argenteus.* ἀργυρηλάτους χρυσέας τε φιάλας Ion. 1181.

ἀργυροειδής, *argenteus.* δίνας ἀργυροειδεῖς, *Silberstrudel*, Iph. A. 752. Ion. 95. Ov. Metam. 3, 407. fons erat illimis, *nitidis argenteus undis.*

ἀργυροῤῥύτος, *argentosus.* ἀργυροῤῥύταν Ἔβρον Here. f. 386.

ἄργυρος, *argentum.* λευκὸς ἄργυρος Oed. fr. IX (V), 1. τί μ'

εἰσδέδορκεν ὥσπερ ἀργύρου σκοπῶν λαμπρὸν χαρακτῆρα; El. 558. ἀργύρου μ' ὠνήσεται Hec. 360. Dictum esse a *candido* (ἀργός) colore iam alii monuerunt. Cognatum igitur cum ἀργεννός et ἀργινόεις.

ἀργυρώνητος, *argento emtus s. conductus.* Λυδὸν ἢ Φρύγα — ἀργυρώνητον Alc. 679.

Ἀργώ, *Argo* navis. Ἀργοῦς — σκάφος Med. 1. Ἀργοῦς λειψάνῳ πεπληγμένος ib. 1387. V. *Damm.* in lex. p. 1264.

Ἀργῶος, *Argous.* Ἀργῶον σκάφος Med. 477. Ἀργώου δορός Andr. 794. Perperam vulgo subscribunt iota. V. s. ἀθῶος p. 54.

ἄρδειν, *rigare.* σταγόνας ὑδρηλὰς (δοὺς), ὡς τά τ' ἐκ γαίας τρέφῃ ἄρδῃ τε νηδύν (s. v.) Suppl. 207. Ex hac vi propria *alendi* ac *fovendi* significatio fluxit. V. *Stallb.* ad Plat. Phaedr. p. 186. Rep. VIII. p. 182 sq. Unde factum ut cum ἄλδειν cognatum existimarent. Sed vid. *Buttm.* lexil. II. p. 170, 4 et nos s. ῥεῖν.

ἄρδην ex αἴρω factum ut ἀέρδην ex ἀείρω. *Hesych.* ἄρδην· φοράδην ἢ σφόδρα ἢ παντελῶς ἢ ἀθρόως ἢ ἐξ ὁλοκλήρου. Scilicet ut αἴρειν proprie de iis dicitur, quae *tolluntur* (φοράδην): *sublime.* νέκυν ἤδη πρόσπολοι φέρουσιν ἄρδην εἰς τάφον Alc. 611. Quem locum citans *Eustath.* p. 707, 37: ἔστι γάρ φασι τὸ ἄρδην ἀντὶ τοῦ φοράδην. Cf. Soph. Ant. 430 c. not. *Herm.* Deinde ut αἴρειν de iis dicitur, quae *auferuntur* s. *abripiuntur.* In *abripiendi* autem vocabulo quum et *violentiae* et *celeritatis* notio insit, hinc tum de iis usurpatur, quae *raptim* s. *violenter* fiunt (σφόδρα), ut in τί μέλλετ' ἄρδην πάντες ἐμπίπτειν πύλαις; Phoen. 1153, *violento impetu*; tum de iis, quae *raptim* s. *celeriter* fiunt (φοράδην), ut in εἶσω — με περιβαλοῦσα δωμάτων ἄρδην ἂν ἐξέπεμψας εἰς Ἅιδου δόμους Ion. 1274, *confestim, continuo.* Falso cum his Hecubae versum 887 comparat *Pflugk.* Denique ut αἴρειν et vernaculum *heben* (*aufheben*) etiam de iis dicitur, quae *tolluntur, everruntur, delentur* (παντελῶς, ἐξ ὁλοκλήρου): *penitus, funditus, omnino, ganz weg, gänzlich.* τί μ' ἄρδην ὦδ' ἀποκτείνεις; Phoen. 1614, ubi schol. παντελῶς. οὐ γυναῖκες — Λῆμνον ἄρδην ἀρσένων ἐξῴκισαν; Hec. 887. Cf. Plat. rep. IV. p. 421, A. Restat locus e subditicio Iphigeniae Aul. epilogo 1589. αἵματι βωμὸς ἐβάπτετ' ἄρδην τῆς θεοῦ. Quae cum *Matthia* ac *Dindorfio* intacta relinquere malui quam stolidi interpolatoris pannos reconcinnare. V. *Matth.* ad vv. 1565 et 1508. Neque Hermanno summa imis miscenti opinatam invideo gloriolam ipsius poetae manum restituisse. Pro Euripide tamen intercedo: is enim ἄρδην eo quo hic legitur sensu nullo pacto usurpavit. Nimirum est *large, copiose, abunde,* eaque vi tritum fuisse vi-

detur seriori aevo. Fuit certe ἀθρόως, quo ἄρδην explicuit *Hesychius*. V. supra. *Const. M.*

Ἀρέθουσα, n. pr. *Χαλκίδα — ὑδάτων τροφὸν τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθουσας* Iph. A. 170.

ἄρειν, in praesenti non usitatum, quo ubi opus, amplificatis eiusdem stirpis vocabulis ἀραρίσκειν et ἁρμόζειν utuntur. Neque Euripidis usu quidquam receptum praeter perfectum 2 ἄρᾱρα, solemne illud quidem etiam ceteris scriptoribus vi intransitiva *aptum s. accommodatum esse, sedere, haerere, fixum — firmum — munitum esse* (*passen, anschliessen, fest — fest beschlossen — befestigt — wohlverwahrt sein*). *μοχλοῖς ἄραρε κλῆθρα* Or. 1571, i. q. ἥρμοσται. Similiter *ἀραρότες σύνδεσμα χρυσὸς εἶχε* Med. 1192, *firmiter vincula habebat aurum* h. e. *firmiter haerebant* (capiti) *auri vincula*. Tralate *τὸ σὸν δ' ἄραρε μᾶλλον* Med. 745, „*firmius munitum est* iure iurando." *Matth. θεῶν οὐκέτι πίστις ἄραρε* ib. 414, *firma s. certa est. κάλλει ἀραρώς* El. 948, *bene instructus. Valck.* ad Hipp. 1090 per se non male, at sine causa tamen *κάλλει τε χαίρων*. V. *Seidl.* ad l. *τἀμὰ μέντοι πάντ' ἄραρ' ἤδη καλῶς* Heracl. 399, *bene constituta sunt*. Hinc ἄραρε saepe est *fixum et decretum est* vel *placet. ταῦτ' ἄραρε* Med. 322. Andr. 254. ἄραρε Or. 1330. Hipp. 1090. In his fere omnibus Ald. rell. ἄρηρε pro ἄραρε: cf. *Matth.* ad Med. 326. 740. 1182. Hipp. 1088 etc. At v. *Valck.* ad Hipp. 1090. *Matth.* gr. p. 540. *Ellendt.* lex. Soph. s. ἀραρίσκειν. Malim tamen ἄρᾱρα ut ἔᾱδα ἔᾱγα pro vulgari quam pro Dorica forma habere, unde epici demum confecerint ἄρηρα. V. Plat. Phaedr. p. 240, D c. not. *Stallbaumii*. De reliquis huius verbi et formis et significatibus v. *Matth.* gr. p. 539 sqq. *Passov.* in lex. s. ἄρω. Originem communem habet cum verbo ἅπτειν, ubi vid. extr. Ut enim hoc, sic ἄρειν ex ἄω quippe factum proprie est *admovere*, hinc *adiungere, aptare, accommodare* (*fügen*). Innumerabilia inde vocabula diversis regionibus fluxere, ut ἄρα ἄρτι ἀριθμός ἄρθμός ἄρθρον ἀρέσκειν ἁρμόζειν ἀρτᾶν ἀρτύειν ἄρχειν εἴρειν ἔρδειν (s. vv.). Quibus cave ne αἴρειν et ἄρνυσθαι vel ἀρκεῖν et ἀρήγειν, id quod facere nonnullos memini, annumeres. *Const. M.*

Ἄρειος, *Martius, bellicosus. κόρας Ἀρείας* (Hippolytae) Herc. f. 413. *εἰς Ἄρειον ὄχθον, Areopagum*, Iph. T. 961, ut ib. 1470. *Ἀρείοις ἐν πάγοις*. Cf. Or. 1651.

ἀρείφατος, *Martius, bellicus. εὔδειν ἐκ κόπων ἀρειφάτων* Rhes. 124, propr. *κόπων φονίων Ἄρεος* (*Matth.* gr. p. 1004, c), ut Suppl. 603. *ἀρείφατοι φόνοι*.

ἀρέσκειν. Ab ἄρειν descendere clarissime patet ex iis locis, ubi

ipsum ἄρειν ea vi dictum est. V. *Matth.* gr. p. 540, 2. Significat igitur aut *se accommodare, insinuare, gratificari*, hinc *probari, placere* alicui (τινί *Matth.* p. 887, 5), aut *sibi accommodare, adiungere, conciliare*, hinc vel *delectare* (*zufrieden stellen, erfreuen*) vel de cupiditatibus *lenire, placare, satiare* (*befriedigen, sättigen*) vel de iratis *reconciliare, placare, mitigare* (*beschwichtigen, versöhnen*) aliquem (τινά *Matth.* p. 918. not. 2). Legitimus igitur pro diversa vi et *dativus* et *accusativus*. Et Homero quidem familiarior *gratificandi* et *satiandi* et in med. *sibi reconciliandi s. placandi* vis, Atticis *conciliandi* et *delectandi* et *placendi*. *Placere*. ἤραρεν ἡμῖν (μῦθος) Hom. Od. δ', 777, *placuit*. V. *Eust.* ad l. Hinc σοὶ οὐκ ἀρέσκει τἀγαθά Med. 621. εἰ τὸ δίκαιον θεοῖς ἔτ' ἀρέσκει Herc. f. 814. εἰρήνα ἐμοίγ' ἀρέσκει Heracl. 372. ἀεὶ ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι, *probari*, Alcmen. fr. VI (V), 1. C. *infin.* ἄλλῳ ἀρέσκει — πείθειν τοὺς πέλας Rhadam. fr. I (II), 5. *Conciliare, delectare*. ἐμέ γ' ἃ στονόεσσ' (ὄρνις) ἄραρεν Soph. El. 147, ubi v. *Wunder*. Hinc οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρόν Hipp. 184. οὐδείς μ' ἀρέσκει — ib. 106. οὐ γάρ μ' ἀρέσκει (Orestes) τῷ λίαν παρειμένῳ Or. 210.

ἀρεσκόντως. εἰ πᾶσι ταὐτὸν πρᾶγμ' ἀρεσκόντως ἔχοι, *placeat*, Iph. T. 581. εἴ σοι τάδ' ἀρεσκόντως (*grata s. accepta*) πόλις — τελεῖ ib. 463.

ἀρετή cave ne cum *Passovio* ad stirpem ἄρω referas. Inepta etiam *Dammii* ab ἀρά derivatio, quae non multum abludit ab ea, quam per ludibrium proponit Socrates Platonis in Cratylo p. 415, D. Imo cognatum est cum ἄριστος ἀῥῥην Ἄρης (v. s. ἄριστος). Quorum quum communis sit *valendi* notio, ἀρετή proprie eam omnino *vim* denotat, qua aliquid ad id praestandum *valet*, ad quod vel natum vel factum est (*Tüchtigkeit*). Mirifice igitur *virtuti* Latinorum et nostro *Tugend* congruit. Nam et *virtus*, unde *Virtuosität*, una cum *vir vivo vireo vigeo* a *vi* deducta est, nec Ciceronis me movet ab ipso *viro* derivatio Tusc. disp. 2, 18, quod nescio an dialecticum potius artificium sit quam vera etymologia, et vernacula vox *Tugend* ipsa stirpe *Tucht* fere idem est quod *Tüchtigkeit*. V. *Adelung.* in lex. Germ. T. IV. p. 1098 et 1100. De usu antiquiore, quo iis potissimum, qui corpore vel etiam genere ac fortuna *valebant*, ἀρετή tribuebatur, diligenter exposuit *Passov.* in lex. Etiam ap. Eurip. *fortitudinis* aliquoties significatio adspersa est, ut Or. 805. ὁ μέγας ὄλβος ἃ τ' ἀρετὰ — πάλιν ἀνῆλθ' — Ἀτρείδαις. Sic etiam ἀρετὴ οὐδὲν φέρει βροτοῖσιν, ἢν μὴ τὸν θεὸν χρήζοντ' ἔχῃ, Suppl. 596. (Μεσσήνης) ἀρετὴν ἐχούσης μείζον' ἢ λόγῳ φράσαι Cresph. fr. I—VII (XII—XVIII), 9. Cic. Tusc. 1, 1. (*in re militari*) *vir-*

tute nostri multum valuerunt. Sed longe crebrior potestas cultiori Graecitati solemnis, qua ad eos, qui animo *valent*, relatum „*rectam animi affectionem*“ (Cic. Tusc. 2, 18) s. *animi excellentiam* denotat. Generatim. ἀρετὴ βροτοῖς νόμισμα κεῖται πᾶσιν Oed. fr. IX (V), 2. οὔποτ' ἀρετῆς ἄλλη δύναμις μείζων Hipp. fr. XVII (XVIII), 3. οὐκ ἔστιν ἀρετῆς κτῆμα τιμιώτερον fr. inc. tr. IV, 1. ἀρετὴ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις καλόν ib. V. ἀρετὴ κἂν θάνῃ τις οὐκ ἀπόλλυται Temen. fr. I, 1. ἃ δ' ἀρετὰ καὶ θανοῦσι λάμπει Andr. 777. ἀ ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων Heracl. 625. ἀρετὴ, ὅσῳπερ μᾶλλον ἂν χρῆσθαι θέλῃς, τοσῷδε μᾶλλον αὔξεται λειουμένη fr. inc. tr. IV, 4. ἀνδρὸς — χρυσὸς — ἄχρηστος, εἰ μὴ κἀρετὴν ἔχοι Antig. fr. XII, 2. ἀρετὴ ὤνησε πολλάς fr. inc. tr. CLI. CLII. 8. μέγα τι θηρεύειν ἀρετάι Iph. A. 568. τροφαὶ μέγα φέρουσιν εἰς ἀρετάν ib. 562. θατεῖν καλὸν εἰς ἀρετὴν καταλυσαμένους βίον fr. inc. tr. CX, 2. ἔστι — ἀρετὰν ἀποδείξασθαι θανάτῳ Aeg. fr. V (II), 1. πόνῳ δὲ καὶ γενναιότητι — ἀρετὴν ἀπεκτήσατο fr. inc. tr. LXXXVIII, 3. πλούτῳ ἀρετὰν κατεργάσασθαι (s. v.) δοκεῖτε fr. inc. tr. CXVII, 1. ἐν τοῖς τέκνοις ἡ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν (ἐνέλαμψε) Archel. fr. VI (XX), 1. χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις γενναιότητα κἀρετήν Meleagr. fr. XII (XIV), 2. εὐψυχίαν τε κἀρετὴν τῆς παρθένου Iph. A. 1562. ὁ εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως ζηλωτός Oed. fr. III (XV), 3, ut *παίδευμα ἔρως σοφίας ἀρετῆς πλεῖστον ὑπάρχει* fr. inc. tr. CLXV, 1. V. *Matth.* ad l. p. 408. Hinc ἔρωτας παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργούς Med. 845. Contra ἔρωτες ὑπὲρ ἄγαν ἐλθόντες οὐκ εὐδοξίαν οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν ἀνδράσιν Med. 626. τῇ 'ρετῇ προσηγόμην πόσιν Andr. 225. ἀρετῇ σε νικῶ Herc. f. 342; cf. Suppl. 1063. τῇ 'ρετῇ σταθμώμενος τὰ πάντα Syl. fr. VIII. ἤσκεις, ὅπως ἔσοι' ἅμ' αὐτῇ (τύχῃ), τῇ 'ρετῇ δ' οὐκ ἤθελες Tr. 1009. οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ δίκαιός εἰμι ἐκπεσεῖν μελάθρων Heracl. 775. ποῦ — τὸ τᾶς ἀρετᾶς δύνασιν ἔχει σθένειν τι πρόσωπον; Iph. A. 1090, ubi δύνασιν ἔχει glossa videtur verbi σθένει, quod a poeta positum deinde in σθένειν mutatum est; v. s. δύνασις, de structura *Matth.* ad v. 1076. ἃ ἀρετὰ — θνατοῖς ἀμελεῖται ib. 1093. κατ' ἄνδρας δίδυμον ἐς ἦβαν ἔφερον (θεοὶ) φανερὸν χαρακτῆρ' ἀρετᾶς Herc. f. 659. πρὸς τίν' ἀγῶνα τιθέμεσθ' ἀρετῆς; Ion. 863, contra metrum; v. s. τιθέναι. στέφανοι ἀρετᾶς Tr. 223 „*coronae* sunt s. *praemia virtutis parta*: nam ἀρετή ipsa στεφανοῦται.“ *Matth.* Cf. Pind. Ol. 3, 32. Separatim dicitur de singulis virtutis partibus s. rectis animi affectionibus, ubi etiam nosmet *Tugenden* et Latini *virtutes*. Cf. Cic. Tusc. 1, 2. τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ, ἃς χρὴ σ' ἀσκεῖν — Antiop. fr. XXXVIII (IV), 1. ἀρεταὶ τέρπουσι τοὺς ξυνεννέτας Andr. 207. ἀρετὰς δίωκε Ion. 440.

Hinc de qualibet *excellentia, praestantia, commendatione, laude, gloria.* Qua vi egregie concordat cum ἄριστος. πλείστη ἀρετὴ — τὴν ἀξίωσιν (s. v.) τῶν καλῶν τὸ σῶμ' ἔχειν Aeol. fr. III (XX), 3. ὅσοι τὰς ἀρετὰς πολέμῳ κτᾶσθε Hel. 1166, quibuscum *Pflugk.* apte componit Thuc. 1, 128; adde ib. 1, 23. Plat. Symp. p. 208, D. γενναίων ἀρεταὶ πόνων, *laus, quae ex honestis laboribus redundat.* Cf. Soph. Phil. 1179 sq. Frequens ἀρετή hoc sensu Pindaro. Eademque *excellentiae* vi Latinis quoque dicitur virtus. Cuiusmodi nonnulla posuit *Matth.* ad Cic. Arch. §. 15. V. impr. *Herm.* ad Soph. Phil. 1406. *Const. M.*

ἀρήγειν (v. s. ἀρκεῖν), *iuvare, adiumento esse, opitulari.* ξένοις ἱκέταις ἀρήγειν Heracl. 418. 427. σοὶ, πάτερ, ἀρήγων νῦν 1237. ἀρήξομέν σοι Iph. A. 1358. ἄρηξον, ἔλθε Herc. f. 494. Or. ἄρηξον Cycl. 350. ἀρήξατε Med. 1277. Hinc *opitulari* alicui (τινί) *ad* vel *contra* aliquid (τι), h. e. *arcere* aliquid ab aliquo. ἀρῆξαι φόνον δοκεῖ μοι τέκνοις Med. 1275; cf. 1277. παιδὶ οὐ δυναίμεθ' ἂν θάνατον ἀρῆξαι Tr. 772. οὐκ ἀρήξετ' αἰσχύνην πόλει; Heracl. 840. Non mirum autem, quum *arcendi* vis invaluisset, etiam ἀρήγειν τινός τι dictum esse.

Ἄρης, belli deus, quem *Mavortem s. Martem* vocant Romani. τίνος — παῖς πατρός; — Ἄρεος Alc. 501. παισὶν οἷς Ἄρης ἐγείνατο (Λυκάονι et Κύκνῳ) ib. 504. ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν Bacch. 1330; cf. 1336. 1354. Ἄρεος ὄχθος El. 1258. ὦ πολύμοχθος Ἄρης, τί παθ' αἵματι καὶ θανάτῳ κατέχει Phoen. 791. θούριος μολὼν Ἄρης αἷμα δάϊον φλέγει ib. 247. σχῆμα μάχης, ἂν Ἄρης τάχ' εἴσεται ib. 260 [v. s. εἰδέναι]. χάλκασπις Ἄρης Iph. A. 764. Τυδεὺς Ἄρην Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει Phoen. 136. Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινά Bacch. 302 [v. *Herm.* ad v. 302]. ὧν γένους Ἄρης ἔσωσ' ἀριθμὸν ὀλίγον Herc. f. 5. μὰ τὸν — Ζῆν' Ἄρην τε φοίνιον, ὃς τοὺς — σπαρτοὺς ἄνακτας τῆσδε γῆς ἰδρύσατο Phoen. 1013. σύμμαχον κτήσεσθ' Ἄρην ib. 943. Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων ib. 941. ὤπασε δ' Ἄρης (ψυχρὰν λοιβάν) ib. 1569. Θρήκης Ἄρει κάτοχον γένος Hec. 1090, *gens Marte plena* h. e. *bellicosa.* ψεύδεσίν τ' Ἄρης φίλος Beller. fr. IX (XII), 3. πολεμεῖς δ' Ἄρεος κρείσσον' ἔχων δύναμιν fr. dub. XXXIV, 4. χθὼν — καὶ πόντος καὶ ὁ παμμήστωρ Ἄρης ib. 9. Hinc solemni metonymia θοῦρος Ἄρης Suppl. 579, de viro forti Martis studiis dedito. Similiter θεὸς — θεὸς αὐτὸς Ἄρης vocatur Rhesus Rhes. 384. τὰ τέκνα Ἄρεος ἐκκρεμάννυται El. 950, *penitus dediti sunt Marti.* ἀμφίπολος Ἄρεος ἀνίερον fr. inc. tr. CXII videtur esse qui *caedes nefandas perpetrat* [v. s. ἀνίερος]. ὅστις — Ἄρη στυγεῖ fr. inc. tr. LI. De bello vel proelio. λαμπρὸς ἐν αἰχμαῖς Ἄρεος Aeol. fr. V (VII). Ἄρεος στέφανοι Phoen. 840, *Martis coronae,* h. e.

moenia cum turribus, quae urbem cingunt ad usum belli et hostes propulsandos. οὓς Ἄρης ἕλοι Tr. 376. κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην Rhes. 446, *aleam belli subiens.* Ἄρεος ἀλκὰν ἥσσονες Or. 1484, *virtute bellica.* De exercitu. πύλαις Ἄρην προσῆγε Phoen. 1131. ὁ Μεμμιδόνων Ἄρης Iph. A. 237. δεσπότου πέρσαντος Ἀχαιὸν Ἄρη Rhes. 239. λευκήρετμον Ἄρη Τάφιον Iph. A. 283. Ἄρεος Ἀργείου αἰχμήν Heracl. 276. ὀξὺς Ἄρης ὁ Μυκηναίων ib. 290. εἰλέ σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης Andr. 106. λόχου ἐξέβαινεν Ἄρης Tr. 560. Singularis formula ἐξ ἴσου Ἄρης ἦν Phoen. 1411, *aequalis fortuna pugnae,* ut Lat. dicunt *Martem communem.* Ceterum non bella solum, sed omnium generum mala Marti a Graecis tribuebantur. V. *Erf.* et *Herm.* ad Soph. O. T. 190. ed. 3. *Aug. M.* [Ἄρης — Πέργαμον κυκλώσας Ἄρει φοινίῳ corrupte olim legebatur et etiam nunc in *Dindorfiana* legitur Iph. A. 775. Nec male *Iacobs.* pro Ἄρει coniecit ἔρχει vel, quod praetulit *Matthias*, ἄρχει. Potior tamen videtur *Hermanni* correctio δορί. Stirpe autem sua cum ἀρκεῖν ἄριστος (s. v.) ἀρετή cognatum esse Ἄρης in promtu est. Itaque *Validum* proprie significat, quo nomine belli deum armipotentem aptissime designarunt Graeci. Eique nomini optime congruit Latinum. Ut enim eiusdem originis sunt Ἄρης et ἀρκεῖν, quod *mali aversionem* denotat, ita *Mavors*, de cuius vocabuli formatione inepta tradunt Servius ad Georg. 1, 137 et Varro l. L. 4, 10, non, ut veteres quidam putarunt, quod *magna verteret*, sed a *malo avertendo* (*Malavors — Mavors — Mars*) vocatus est. V. *Herm.* de myth. Gr. ant. Op. II. p. 190. Ceterum Ἄρεος et librorum consensu et metro, quod tribrachyn requirit, ap. Eurip. tutum El. 950. Bacch. 1330. Heracl. 276. Aeol. fr. VI; nec libri variant El. 1258. Phoen. 840. 941. fr. inc. tr. CXII. fr. dub. XXXIV, 4; idemque optimi et plerique libri habent Alc. 501. Or. 1484. Contra Bacch. 302 omnes excepto Palatino et ib. 1354 omnes sine ulla exceptione Ἄρεως. Iniuria igitur et *Dindorfius* El. 1258 et Phoen. 840 tacite correxit Ἄρεϊ et *Elmsleius* Ἄρεος nonnisi metri causa dici iudicavit et *Buttmannus* gr. mai. I. p. 227, quem *Kuehner.* gr. §. 302, a. b. secutus est, Ἄρεως plane ab Atticis abiudicavit. V. impr. *Schneider.* ad Plat. Civ. I. p. 228. Porro Ἄρην optimi libri et plerique Rhes. 446. Phoen. 943. 1013. 1131, idemque meliores Phoen. 136, contra Iph. A. 283 et fr. inc. tr. LI omnes Ἄρη, idque licet ἄρη scriptum etiam Rhes. 239 in libris legitur. Imprudentes igitur et ii, qui ut *Brunckius* et *Porsonus* solum Ἄρην, et ii, qui ut *Valckenarius* et *Dindorfius* solum Ἄρη poetis Atticis concesserunt. V. *Buttm.* gr. mai. l. c. *Matth.* gr. p. 248. *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 225. Prima vocis alias anceps ap. Eur. semper corripitur. *Const. M.*]

ἄρθρον (ἄρω). In plurali plerumque exstat. De flexibilibus particulis, per quas binae corporis partes continentur: *artus, articulus, Fuge, Gelenk;* v. s. ἀργός. ἄρθρα πέπηγέ μου Herc. f. 1395. νωτιαῖα ἔῤῥηξεν ἄρθρα El. 842. ὦ χεῖρες, ὡς — ἐν ἄρθροις ἔκλυτοι πρόκεισθέ μοι Tr. 1179; v. s. δέ. Sic etiam ἡσυχάζετε συνθέντες ἄρθρα στόματος Cycl. 621. De ipsis corporis partibus, quae *per articulos* istos continentur: *artus, membrum, Glied, Gliedmass.* φροῦδα — ἄρθρα μου κάτω Andr. 1079. δύστηνος ἐγὼ τῆς βαρυδαίμονος ἄρθρων κλίσεως Tr. 113; cf. seq. vers. σπεύσω βραδύπουν ἦλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα Hec. 67. ἦ πᾶν (τὸ σῶμα) ἐν ἄρθροις συγκεκλημένον; Bacch. 1299. χωρὶς θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν ib. 1208.

ἀριθμεῖν, *numerare.* τοὺς οὐκέτ' ὄντας ἀριθμῆσαι Hel. 404. *In numero habere.* τῶν φιλτάτων ἔμοιγ' ἀριθμήσει τέκνων Bacch. 1316. *Genit.* in his totum indicat, *unde* pars demitur. Saepius pro *genitivo dativus* est cum ἐν. ἐν τοῖσι γενναίοισιν ἠριθμημένος δούλοισι Hel. 735. ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ Phil. fr. I, 2, „*ut uni plebe de tanta.*" *Grot.* Metro adversum est οὔτ' ἐν φθιμένοις οὔτ' ἐν ζῶσιν ἀριθμουμένη Suppl. 969. Acquievit in his *Marklandus.* Duplex fecit ex uno vitium *Hermannus* scribendo οὐ ζώοις: οὐ enim post οὔτε soloecum et ζώοις *animalia* denotans absurdum; v. *Matth.* ad l. et *Elmsl.* in Suppl. Markl. ed. Lips. p. 260. Felicior iam dudum *Musgravii* fuerat emendatio κρινομένη, ad quod ἀριθμουμένη adscripserat glossator. Idque probavit *Elmsl.*, recepit *Dindorf.*

ἀριθμός (ἄρω), *numerus.* πολλαὶ — εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν Hec. 1186, *inter malas numeramur* [v. s. ἐπίφθονος] ἰσότης ἀριθμὸν διώρισε Phoen. 545, quia numeri efficiunt, ut par pari respondeat. ἴσους ἀριθμόν Suppl. 662. ὧν ἀριθμὸς οὐ πολύς ib. 868. οὔτε μέτρον οὔτ' ἀριθμός ἐστί μοι (κακῶν) Tr. 616. δι' ἀριθμῶν οὐδὲν αὔξεσθαι θέλει Bacch. 209; v. not. ad 190. ναῦς πολλοὺς ἀριθμοὺς ἄγνυται ναναγίων Hel. 417, i. e. πολλὰ ἀριθμῷ ναυάγια; v. gr. p. 910. πολλούς· ἀριθμὸν δ' ἄλλον οὐκ ἔχω φράσαι Heracl. 669. μαχοῦμαί γ' ἀριθμὸν οὐκ ἐλάσσοσι ibid. 689. μέτρημ' ἔχουσαν (σκηνὴν) τοὖν μέσῳ γε μυρίων ποδῶν ἀριθμόν Ion. 1139. ἀριθμὸν τοσόνδε προὔθέμην Beller. fr. XX (XVI), 5, *tot numero.* (πόλεις) λόγχης ἀριθμῷ πλείονος κρατούμεναι ib. XXI (XXV), 12. οὐδεὶς οἶδεν οὔτ' εὐτυχοῦς ἀριθμὸν οὔτε δυστυχοῦς Chrys. fr. IV, 2. V. not. ad l. εἴπερ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τοὐλάσσονος τὸ μεῖζον Erechth. fr. XVII (I), 19. Hinc Hec. 794. ξενίας ἀριθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων, *in numero hospitum s. inter hospites,* ubi ἀριθμῷ additum videtur propter πρῶτα [sed v.

not. ad l. et s. πρῶτος]. Sic etiam Ion. 1014. ὁ δεύτερος δ' ἀριθμὸς, ὃν λέγεις, τί δρᾷ; *altera vero numero gutta.* Herc. f. 6. ἔσω' ἀριθμὸν ὄλιγον, *numero paucos.* ναῶν εἰς ἀριθμὸν ἦλυθον Iph. A. 231, in navium stationem, ubi naves *numerare* licebat vel ubi naves *numero* plures subductae erant. Sic ἄστρων ἀριθμός Herc. f. 668. οὐδ' εἰς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν ἥκει λόγων El. 1054; v. not. ad v. (1058) 1048. εἶμι, παιδὸς ἀριθμὸν ὡς τελεσφόρον θύσω θεοῖσι El. 1132, dictum ut δεκάτην θύειν: nam numerus decem dierum legitimus et ratus ad sacrificium diis pro puero recens nato offerendum. V. impr. *Seidl.* ad l. Frequens formula est οὐκ ἔχειν ἀριθμόν, sicut homines leves et nullius pretii etiam a Latinis dicuntur *nulla numero esse.* δειλοὶ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ ἀριθμόν Meleag. fr. VI (VII). Similiter εἰς ἀνδρῶν οὐ τελοῦσ' ἀριθμόν Melan. fr. XXIX (XX), 5. Sed etiam simpliciter ἀριθμός dicitur homo inutilis, ut qui ad *numerum* quidem hominum complendum valeat, praeterea vero nullius pretii sit. V. *Boeckh.* de trag. Gr. p. 93. εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλ' ἐτητύμως ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα Heracl. 997. οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως Tr. 476. Tritus Horatianus huius generis locus Epist. 1, 2, 27. nos *numerus* sumus. *Aug. M.* [Originem vocis bene declaravit *Dammius*: est enim numerus unitatum *coniunctio* (ἀρθμός). V. s. ἄρειν. *Const. M.*]

Ἀρισταῖος, n. pr. *Optumanum* interpretatur *Herm.* de Myth. Gr. Op. II. p. 191. τὴν Ἀκταίων' Ἀρισταίῳ — τεκοῦσαν εἶδον Αὐτονόην Bacch. 1225. Ita primus *Heath.* Ald. rell. ἀριστέα. Unde *Dindorf.* Ἀκτέων' Ἀριστέᾳ. Quae nomina ubi sic scripta invenerit ignoro. στεῖχέ νυν — τὸν Ἀριστα῀ον ib. 1368, ubi οἶκον supplendum esse non erat cur miraretur *Elmsl.* Lacunae post haec signa posuere *Herm.* et *Dindorf.*

ἀριστεῖον, *quod optimis s. praestantissimis datur, virtutis praemium.* τάδε λαβοῦσα τἀριστεῖα Bacch. 1237.

ἀριστερός (ἄριστος), *sinister.* χειρὸς ἐξ ἀριστερᾶς Hec. 1151. Cf. Bacch. 1123. ὦμον εἰς ἀριστερόν Iph. T. 1381. Cf. Or. 1471. πρὸς τἀριστερά Cycl. 682, *ad sinistram.* De stirpe v. *Damm.* s. v. et *Passow.* s. εὐώνυμος.

ἀριστεύειν, *optimum s. praestantissimum s. principem esse.* C. gen. τῆσδ' ἀριστεύων χθονός (Hector) Rhes. 194. Similiter Tr. 475 Hecuba τέκνα vocat ἀριστεύοντ', οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν.

ἀριστεύς, *optimas, princeps.* ἀνδρὸς ἀριστέως Iph. A. 28. Δαναῶν ἀριστεῖς Phoen. 1232. Σπαρτῶν ἀριστεῖς ib. 1251. Δελφῶν

ριστεῖς Ion. 416. ἀριστεῖς Ἑλλήνων Rhes. 479, Ita Flor. A. 10. Ald. ell. ἀριστέας. *Brunck.* ἀριστῆς, unde *Dindorf.* celerius ἀριστῆς. Vid. *Matth.* ad l. et nos s. σφαγεύς.

ἄριστον, *prandium.* ἄριστόν ἐστιν εὖ παρεσκευασμένον Cycl. 213. lpha quidem apud Atticos poetas constanter producitur. Tamen et rimae apud Homerum correptio et ipsa verbi forma ac significatio ubitare non sinit, quin neutrum sit adiectivi ἄριστος et *principem* roprie s. *primum cibum* denotet. Idque egregie confirmat Latina vox *randium*, cuius haec est origo, ut ipsum quoque *primum* proprie *dici prindium*) h. e. *cibum, qui primo diei tempore sumitur*, significet. *Const. M.*

ἄριστος (comp. ἀρείων, v. *Matth.* gr. §. 133). Ipsius nominis ἀρῆς superlativum esse cum *Dammio* indocte docuit *Kuehner.* gr. . 325, 2. Imo ut ἄγχιστος ex ἄγχι, ita ἄριστος ex ἀρι formatum videur, quod eamdem cum Ἄρης (ἀρήν) ἄῤῥην ἀρετή ἀρήγειν ἀρκεῖν stirem habet ἀρε (ἀρής vel ἀρεύς); hoc autem cum ἀνήρ et ἄνθρωπος x ἄω natum. Quod quum ἄω *vigorem* s. *vim vitalem* denotet (v. s. ἀνήρ), hinc omnibus illis communis ac propria est significatio *vigoris* . *validitatis* (*Tüchtigkeit*). V. *Buttm.* lex. I. p. 5. Quae vis lucuentissima est in ἀρι —, quod adiectivis praefigi solitum ad amussim espondet Latino *valde* i. e. *valide* (*tüchtig*). Cf. *Buttm.* l. c. p. 147. *Const. M.*] *Validissimus* (*der Tüchtigste*), *fortissimus.* τὸν ἄριστον Ἀχαιῶν πάντων Hec. 136. νεανίαν ἄριστον Suppl. 1093. δόξας ἀνὴρ ἄριστος Tr. 395; cf. Herc. f. 105. 150. Phoen. 1273. πατέρων ἀρίστων Suppl. 1167. Θρηκῶν ἀρίστοις ἐμπεσών Rhes. 409. *Optimus.* ἀνὴρ ἄριστος Med. 953, Hipp. 1242. τῶν ἀρίστων τἄκγονα Herc. f. 208. νύμφαι ἀρίστων πυμφίων τετῶμεναι Hec. 324. γυνὴ ἀρίστη Alc. 84. 149. 150. 236. 241. 325. 444. Hipp. 849. μέγ' ἄριστη Alc. 745. 901. ἄριστον τυγχάνω ξένον Alc. 562. τῶν πλούτων ἄριστος Androm. fr. XX (XIV). μάντις ἄριστος fr. inc. trag. CXXVIII. γνώμη δ' ἀρίστη μάντις Hel. 763. ἀρίστη μαντική ib. 765. σὺν τοῖς ἀρίστοις φίλοις Hipp. 1018. ἐν τοῖς πολλοῖς ὢν ἄριστος εὑρέθη El. 382: nam probitas generosis maxime insita videbatur. ψυχὴν ἀρίστη (παρθένος) Hec. 580. ἀρίστης σωφρονεστάτης θ' ἅμα ἀδελφῆς Hel. 1700. τὰς ἀρίστας θυγατέρας Or. 748. Baech. 1232. σὺν ταῖς ἀρίστταις Τρωάσιν Hec. 1052. ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα Hec. 8. λῆμ' ἄριστον Iph. A. 1422. Iph. T. 609. φόνος περισαμότατος καὶ ἄριστος Herc. f. 1017. ἀτρέκεια δ' ἄριστον (ἐστί) Alcmen. fr. III, 1. Qua vi ἄριστα saepe adverbialiter positum. θήσομαι τἄμ' ὡς ἄριστα Andr. 379. τῆς τύχης ὅπως ἄψαιτ' ἄριστα Iph. A. 54; ubi praepropere qui-

dam ex *Hesychio* ἄθραυστα intulerunt pro ἄριστα. V. not. ad l. T. VII. p. 323 et 331 sq. [V. etiam s. ἄθραυστος et τύχη.] *Utilissimus.* πόλει ἄχρηστος —, αὐτῷ δ' ἄριστος Heracl. 5. Contra ὁ δ' ἥσυχος φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος πόλει τ' ἄριστος fr. Antiop. XXXVI (XI). ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι — δούλοις ἄριστα Alcmen. fr. VI (V). Cf. Hel. 1306. *Οἱ ἄριστοι* vocantur *optimates* s. *proceres* Suppl. 445. τοὺς ἀρίστους κτείνει. Cf. Med. 5 c. not. mea. *Aug. M.*

ἀριστότοκος, *generosae stirpis.* γέννας ἀριστοτόκοιο Rhes. 909. mel.

Ἀρκαδία, *Arcadia.* ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε Καλλιστοῖ Hel. 380.

Ἀρκάς, *Arcas.* Ἀρκὰς λεώς Tr. 30. Ἀρκὰς — Ἀταλάντης γόνος Phoen. 1160; v. Suppl. 890. Meleagr. fr. III (VI), 4. κεκλήσεται σῆς φυγῆς ἐπώνυμον Ἀζᾶσιν Ἀρκάσιν τ' Ὀρέστειον καλεῖν Or. 1647; cf. El. 1273 sq. πέτρον Ἀρκάδων δυσχειμέρων fr. inc. tr. XCVIII, 5.

ἄρκειν pariter atque ἀρήγειν cum Ἄρης ἀρείων ἄριστος cognatum esse verissime monuit *Buttm.* lexil. I. p. 5. V. s. ἄριστος. Itaque proprie significat *valere* s. *validum esse* (*tüchtig sein*), unde ποδάρκης, hinc *parem esse* s. *sufficere*, deinde cum dativo iunctum *subsidio* s. *adiumento esse alicui*, denique cum *dativo* personae et *accusativo* rei copulatum *alicui subsidio esse ad aliquid*, h. e. *aliquid arcere* s. *avertere ab aliquo.* V. s. ἀρήγειν. Cave autem *arcendi* quoque vocabulum ex ἄρκειν factum putes: huius enim stirps est ἔργειν (εἴργειν), ita ut proprie sit *excludere* atque hinc demum *removendi* et *avertendi* notio redundarit. Ad propriam *valendi* vim inclinant ἀρκέσουσι (τοιοίδε ὄντες) Heracl. 576, *werden tüchtige Leute sein.* ἀρκεῖ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων Or. 667, „*ipse per se satis valet.*“ *Matth.* Cf. Suppl. 511. οὐκοῦν σὺ χωρὶς τῆσδε δρῶν ἀρκεῖς τάδε; Hel. 1290. ἀρκοῦμεν οἱ σώζοντες Ἴλιον πάλαι Rhes. 329, *satis validi sumus.* ἀρκοῦσαν αἰτίας ἀποστροφήν, *valentem, idoneam,* Hipp. 1036. In his quod attractionem inesse putant plerique docti, non probo. Aliud est enim ἀρκῶ μαχόμενος, *satis valeo ad pugnandum*, aliud ἀρκεῖ με μάχεσθαι, *satis est me pugnare.* Rectius illud statueris in iis locis, ubi ἀρκεῖν cum participio coniunctum meram *sufficiendi* vim tenet, ut Soph. Ai. 76. Ant. 547. V. infr. *Sufficere, satis esse.* ἀρκεῖ Med. 754. οὐκ ἀρκεῖ τάδε Suppl. 215. οὔτι τοῖς σοῖς δεσπόταις τάδ' ἀρκέσει Heracl. 100, *non acquiescent hac in re.* ἀρκέσει ἂν διδοῦς Hel. 1273. οὐκ ἤρκεσέν σοι — εἶρα ματέρος; Or. 1589. ἀρκεῖ μετρία βιοτά μοι, *contentus sum*, fr. inc. tr. CLXIII, 1. σὲ — εἶχον ἄνδρ' ἀρκοῦντά μοι Tr. 668. C. *infin.* τἄλλα — ἡμῖν ἀρκέσει λέξαι φίλοις Hipp. 524. οὐκ ἀρκεῖ μίαν ψυχὴν ἀπολέσαι (s. v.) fr. inc. tr. CXLVIII, 7. ἀρκεῖν ἔοικέ σοι παθεῖν, δρῶσα

δὲ μή Rhes. 483. οὐκ ἤρκεσέ σοι μόρον Ἀδμήτου διακωλῦσαι; Alc. 33. C. *partic.* (v. *Matth.* ad Or. 657. gr. p. 757 et 1287). Talium quae sit ratio perspicuum est ex iis locis, ubi participio articulus adiunctus est, ut in ἀρκοῦμεν ἡμεῖς οἱ προθνήσκοντες σέθεν Alc. 384. Hinc ἀρκέσω ἐγὼ λέγων Or. 1592. V. *Matth.* ad l. ἡ Τυνδαρὶς παῖς — ἀρκεῖ μάχας — τιθεῖσα καὶ φόνους Iph. A. 1418. Denique Phoen. 557. τά γ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν, i. e. „*si non amplae divitiae, at tantum certe quod satis sit.*" *Matth.* τἀρκοῦντ' ἀτίζων Suppl. 865. κεἰ σμίκρ' ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι, *sufficiant*, Hec. 318. λῆμα ἀρκούντως θρασύς, *satis*, Rhes. 499. *Prodesse, adiumento esse, opem ferre.* οὐδεὶς ἀρκέσει; Hec. 1094. Ἀπόλλων — οὐδὲν ἤρκεσεν; — οὐκ ἤρκεσε Ion. 952 sq. παισὶν ἀρκέσαι χρήζων Hec. 1164; cf. Heracl. 324. εἰ τῷδ' ἀρκέσεις, κακὸς φανεῖ Hec. 1234. τῇ χθονὶ — νῦν τιν' ἀρκέσαι χρεών Heracl. 827. πόλει πατρῴᾳ ἤρκεσεν Autol. fr. I (III), 18. ἐπεί μοι βωμὸς ἀρκέσει θεοῦ Heracl. 61. οὐδὲν ἡμῖν ἤρκεσαν (*iuverunt*) λιταὶ θεῶν Suppl. 262. τάχ' οὐδὲν ἀρκέσεις, *nihil iuvabis*, Herc. f. 500. τὰ δ' οὐ, τέκν', ὑμῖν Θηβαίων πόλις ἀρκεῖ ib. 228, *hoc non fert auxilium.* Hinc *arcere, depellere.* πῶς — οὐκ ἠρκέσατον κῆρας μελάθροις; El. 1300. Cf. Andr. fr. XXXV. V. s. ἀρήγειν.

ἀρκεσίγυιος, *membra iuvans s. corroborans.* οἶνον ἀρκεσίγυιον fr. inc. tr. CCXXV. *Eustath.* p. 761, 30. ὅτε καιρὸν ἡ πόσις ἔχει τοῦ οἴνου, τότε κατὰ τὴν Εὐριπίδειον μοῦσαν ἀρκεσίγυιός ἐστιν.

ἀρκούντως, v. s. ἀρκεῖν.

ἀρκτήριος, *ursinus.* ἀμφίβλητα σώματος — ῥάκη ἀρκτήρια Teleph. fr. II, 2. Deest haec vox in lexicis.

ἄρκτος, 1. *ursa* sidus. ὕπερθε ἄρκτος στρέφουσ' οὐραῖα — πόλῳ Ion. 1154. δίδυμοι ἄρκτοι (*ursa* maior et minor) τοῖς ὠκυπλάνοις πτερύγων ῥιπαῖς τὸν Ἀτλάντειον τηροῦσι πόλον Pirith. fr. III, 3 sq. V. *Damm.* s. ἄρκτος. Hinc *septemtrionalis regio.* νεφέλαι ἔννυδροι πρὸς ἄρκτον (εἰσί) El. 733, *ad septemtrionem.* 2. Hypsip. fr. XIII ap. *Harpocrat.* ὅτι δὲ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης Τφιπύλῃ. V. *Matth.* p. 195. Huc pertinet etiam fr. inc. tr. CCLXVI ap. *Bekk.* anecd. p. 444, 32. αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι (deest in codd. ap. *Bachm.* I. p. 143, 25) καλοῦνται, ὡς Εὐριπίδης καὶ Ἀριστοφάνης. Nam *Lysias* τὸ καθιερωθῆναι πρὸ γάμων τὰς παρθένους τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Βραυρωνίᾳ ἀρκτεύειν ἔλεγε. Cf. *Suidas* s. ἄρκτος, *Passov.* s. ἄρκτος, 3 et Od. *Mueller.* hist. Graec. gent. T. I. p. 309. Nominis rationem aut nullam aut ineptam afferunt grammatici. Scitius *Lobeckius* in Aglaoph. p. 74. not. ἄρκτους dici existimat puellas Dianae *initiatas*, κατηργμένας, adiectivo in substan-

tivum verso, ut φόρτος, ἄρτος. Quod si verum, hoc ἄρκτος radicitus diversum est ab altero, quod *ursum* denotat. Hunc autem a catulorum defensione (ἀρκεῖν) ἄρκτον (ἄρκον) appellatum esse mire opinatur *Damm.* s. v. Quasi ursis hoc esset proprium. Rectius ad ἔργειν, *urgere*, referes, unde etiam ἄρκυς (s. v.) et *arcere*. *Ursus* certe vix dubium quin ab *urgendo* dictus sit. *Const. M.*

ἄρκυς, *rete*, *cassis*. Tralate ἄρκυν εἰς μέσην πορεύεται, *in laqueos*, El. 965. ἀρκύων μολεῖν ἔσω Cycl. 195. ποῖ μ' αὖ τήνδ' εἰς ἄρκυν ἤγαγες; Iph. T. 77. ἐν ἄρκυσιν — ὧν Bacch. 451. εὐπλέκτων ὑπὲρ ἀρκύων ib. 868. ἐγγὺς — ἐσμὲν ἀρκύων ξίφους Med. 1278. σιδηραῖς ἐν ἄρκυσι Bacch. 231. βρόχοισιν ἀρκύων γενήσεται ξιφηφόροισι Herc. f. 729. V. s. γίγνεσθαι, 4. De Iph. A. 774 v. s. Ἄρης. De aspiratione ἄρκυς s. εἴργω. Ab ἔργειν enim ut ἔρκος descendere ἄρκυς in promtu est.

ἀρκύστατος (ἱστάναι). *Pass. irretitus; act. irretiens.* ἐς ἀρκυστάτων μηχανὰν ἐμπλέκειν, i. e. ἐς μηχανὰν ἀρκύων, Or. 1422. mel. Cf. *Blomfield.* gloss. ad Aesch. Pers. 102. De formatione vocabuli inepta narrat *Barnes.* ad Or. l.

ἅρμα (ἄρω), *currus*. ζεύξομαι ἅρμασι πώλους Hec. 469. ἵππους ἅρμασι ζεύξας ὕπο Hipp. 111. ἐφ' οἷς ἐζεύξασθ' ἅρματα Ion. 1570. ἐντύνεθ' ἵππους ἅρμασι Hipp. 1183. Pegasus ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνός Beller. fr. XXX (IV). σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρματι Phoen. 1117. ὑφ' ἅρματος ἕπεσθαι Hipp. 1195, *sub curru* i. e. *iuxta* s. *ad currum*, quia hic altior est sequentibus. στρέφειν ἅρμα Phaeth. fr. X (VIII), 7. ἅρμα ἡνιοστροφεῖν Phoen. 176. πεδία πίμπλαθ' ἁρμάτων ib. 525. πέφρακται λαὸς ἅρμασιν ib. 740. ἅρματ' εἰσέβαινεν Alcmae. fr. I (XVI), 2. ἁρμάτων ἐπιστάται ib. 1154. ἁρμάτων ἐπεμβάτην Suppl. 585. ἁρμάτων ὄχος Hipp. 1166. Cf. Phoen. 1197. Iph. T. 370. ἁρμάτων ὀχήματα Suppl. 662. ἁρμάτων ὄχλον ib. 681. ἅρματ' ἠγωνίζετο ib. 685. ἁρμάτων ἀγαί ib. 693, *currus fracti*: ἐκκομίζεθ' ἅρματα Hel. 1197. τὴν παρασπίζουσαν ἅρμασι Νίκην Ζηνί Ion. 1528. ἅρμασιν ἐνδίδωσι κέντρον Herc. f. 881. ἅρματ' οὐκ ἔχων ib. 947. εἰς ταὐτὰ βαίνων ἅρματα El. 320. ἵππιον ἅρμα Hel. 1511. ἅρμα λευκόν Phoen. 176. τέτρωρον ἅρμα Alc. 486. Iph. A. 214. Heracl. 860. τετραόρους τ' ἀντ' ἅρματ' ἅρμασιν Suppl. 667. τέθριππον ἅρμα Suppl. 501. τεθρίππων ἁρμάτων Heracl. 802. Phaeth. fr. I, 2. τὰ τέθριππά γ' ἅρματα ἀελίου Phoen. 1555. ἅρματα λαμπρὰ τεθρίππων ἥλιος λάμπει κατὰ γᾶν Ion. 82. τὸ πτερωτὸν ἀελίου ἅρμα Or. 1002. ἐν μονύχοις πτερωτοῖσιν ἅρμασιν Iph. A. 251, *in curru equis monyxis iuncto*. Θρηκίων ἐξ ἁρμάτων Rhes. 616. τρίπωλον ἅρμα δαιμόνων Andr. 276,

iugum trium dearum, trigam s. triadem dearum; v. *Pflugk.* ad l. ὄλβου κελαινὸν ἅρμα Herc. f. 780. V. *Barnes.* ad l. *Aug. M.*

ἁρμάτειος, *curulis.* σύριγγας ἁρματείους Iph. A. 230. στένω ἁρμάτειον ἁρμάτειον μέλος βαρβάρῳ βοᾷ Or. 1385. V. s. μέλος.

ἁρματεύειν, *aurigare, vehi.* πρὸς Γερμανίαις — ἡνίοιν ἁρματεύσας (Pelops) Or. 995. ch. Mirum scholion: ἐκ τοῦ ἅρματος βαλών.

ἁρματήλατος, *currus agitator.* τὸν ἁρματήλατον Ἰξίον' ἐν δεσμοῖσιν ἐκμιμήσομαι Herc. f. 1297, *currus agitatorem s. aurigam vinctum.* Sic acerbe appellatur Ixion currus rotae alligatus et in orbem volutus.

ἁρμόζειν (ἄρειν), *adiungere, aptare, accommodare, adnectere.* αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδα (ἅρματι) Hipp. 1189; v. s. ἀρβύλη. Similiter ἐπὶ γαίας ἁρμόσαι πόδας, *in terra pedes ponere*, Or. 233. οὐδ' ἥρμοξε (Electram) νυμφίῳ τινί El. 24, *adiunxit*, ut κάπρῳ λέοντί θ' ἁρμόσαι παίδων γάμους Phoen. 414. Cum ἐν vel περί. σφᾶς σιδηραῖς ἁρμόσας ἐν ἅρκυσι παύσω Bacch. 231, *irretitas.* χρύσεαί μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ καὶ τὰ — πέδιλα ἁρμόζεται fr. inc. tr. CLIV, 2. Absolute στόμ' ἅρμοσον, *osculare*, Tr. 758. Insolentiora sunt ἅρα πύλαι κλήθροις ἥρμοσται; Phoen. 117, ut ἁρμόσατε φαλίοις ἵππους Rhes. 27. V. *Lobeck.* ad Ai. 196. *Aptare, coagmentare, compingere, coniungere.* τὰ Κυκλώπων βάθρα φοίνικι κανόνι καὶ τύκοις ἡρμοσμένα Herc. f. 945, ut ναυπηγίαν ἁρμόζων ἀνήρ Cycl. 459.

Ἁρμονία, n. pr. παῖδα γήμας (Κάδμος) Κύπριδος Ἁρμονίαν Phoen. 7. Ἁρμονίας — εἰς ὑμεναίους ib. 829. τὴν Ἄρεως παῖδ' Ἁρμονίαν, θάμαρτ' ἐμήν Bacch. 1354; cf. 1330. 1336. ἔνθα ποτὲ Μούσας λέγουσι ξανθὰν Ἁρμονίαν φυτεῦσαι Med. 832. V. *Herm.* Opusc. II. p. 296.

ἁρμονία. δράκων ὅδον ἡγεῖται — ὥραις ξευγνὺς ἁρμονίᾳ πολύκαρπον ὄχημα fr. inc. tr. CLXXVII, *horis viam praeit concordiam s. harmoniam iungens currui*, h. e. ita praeit, ut horis congruat s. concordet coelum. Quum enim draco anni tempora praefinire dicatur (v. s. δράκων), idem est etiam qui coeli naturam ita terminet, ut suum cuique tempori coelum s. temperamentum sit. Difficillimus locus est Hipp. 162. φιλεῖ δὲ τῷ δυστρόπῳ γυναικῶν ἁρμονίᾳ κακὰ δύστανος ἀμηχανία συνοικεῖν ὠδίνων τε καὶ ἀφροσύνας. Ita libri, nisi quod Havn. τὰ δυστρ. et mox κακᾷ, Lasc. Lib. P. δυστρόφῳ, Flor. 15. τῷ δυστρ. Mirabilis scholiastarum discordia, mirabilior editorum concordia in explicanda voce ἁρμονία, quam *temperamentum* esse volunt. Quod si Latina vi sumunt (*Milderungsmittel*), alienissimum est a loci sententia; si vi Germanica (*Naturell*), alienissimum a voce ἁρμονία. Vidit tandem *Bergkius* meus in ephem. ant. Darmst. 1836. p. 49 illa δυστρόπῳ ἁρμονίᾳ significari *pervicaciam.* Opportunissimum quod hanc in rem

affert exemplum ex Aesch. Prom. 550. *οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν θνατῶν παρεξίασι βουλαί*, h. e. *quod Iovi constat s. fixum Iovis decretum mortales numquam declinant.* Scilicet ἁρμονία proprie est *coniunctio s. societas* vel *concordia s. consensio*, hinc ad animum *sibi consentientem s. constantem* relatum vel *constantia* vel *constans s. fixum decretum s. consilium.* Itaque *δύστροπος ἁρμονία morosam* proprie *constantiam* h. e. morositatem s. pervicaciam denotat. De ipsa sententia, de qua *Bergkio* non plane assentior, v. s. ὠδίς. *Const. M.*

ἁρμός, *compages, commissura;* hinc *retinaculum.* ἁρμὸς πονηρὸς — *ἐν ξύλῳ παγείς* Erechth. fr. XVII (I), 12. Contra *ἀτρεκεῖς ἁρμοί* Cret. fr. II, 9; v. s. ταυρόδετος. *Repagulum, pessulus.* χαλᾶτε κλῆδας, — *ἐκλύεθ' ἁρμούς* Med. 1315. Hipp. 809.

ἅρμοσμα, *compages, contignatio.* τρόπις ἐλείφθη ποικίλων ἁρμοσμάτων, *e trabibus,* Hel. 418.

ἀρνεῖσθαι, *infitiari, negare, recusare, abnuere.* οὐκ ἀρνήσομαι Or. 1089. ἵν' ἀρνήσῃ φόνους Ion. 1026. ὥστε σ' ἀρνεῖσθαι (γάμον) Med. 626, nos ubi *sich nicht dazu verstehen wollen.* C. *infin.* οὐκ ἀρνήσομαι — δοῦναι Hec. 303. οὐκ ἠρνούμεθ' ἄν τὸ κοινὸν αὔξειν Iph. A. 966. C. *partic.* V. *Matth.* gr. p. 1289. not. 4. ἀρνεῖ κατακτάς; Or. 1581. οὐ γὰρ εὐτυχῶν ἀρνήσομαι Alc. 1161. De stirpe non liquet. *Dammii* saltem absurdissima etymologia. Forsan ad *ariem* (ἄρνα) reducendum, qui exemplar est rigoris et contumaciae. Tum ἀρνεῖσθαι proprie esset *rigidum s. contumacem s. praefractum* esse et c. *accus.* iunctum *praefracte negare, infitiari* (h. e. *non fateri*), *recusare.* Ita in nostra lingua cognata sunt *Stär* (ἄρην) *Stier starr Starrkopf* et simili metaphora nobis dicitur *hartnäckig* (*Nacken*) *halsstarrig. Const. M.*

[ἄρην,] ἀρνός. Nominativus non est in usu. Sed origo plana. Cuius ignorationem *Dammiis* quidem facile condonaris. Hoc vero mireris, etiam *Buttmannum* in gr. mai. I. p. 228 ἄρην et ἄῤῥην radicitus diversa opinatum illius pro stirpe habuisse ῥήν, unde alpha praefixo ἄρην exstiterit. Quod prorsus contra est. Ῥήν per apocopen ex ἄρην ortum, hoc autem cum ἄρσην (s. v.) indeque cum Ἄρης ἄριστος ἀρκεῖν cognatum esse et ipsa forma declarat et vero maxime ἀρνειὸς ὄις ap. Hom. Od. κ', 527 et 572, h. e. *ovis masculus s. aries,* et, quod ab ipso ἄρην profectum est, Latinum *aries.* Senserunt id etiam *Reimnitz.* de syst. Gr. declin. p. 142 et *Kuehner.* gr. §. 281. not. 2, de ipsa tamen stirpe in eodem cum *Buttmanno* errore versantur. V. s. ἄριστος et *Rost.* ap. *Damm.* s. ἀρήν. Itaque *marem* proprie significat. Qua vi etsi in omnia omnino animalia caderet, tamen ob *ovis* quotidianum in epulis et sacrificiis usum primum de *ovium maribus s. arietibus* (ἀρνειός), impri-

mis de iuvencis utilioribus quippe ac validioribus (ἀρείοσι), h. e. de *agnis* (*Bocklamm*), deinde generatim de *ovibus*, cuiuscumque vel generis vel aetatis essent, usurpari coeptum est. Turpis igitur error est et veterum et recentiorum doctorum, quod ἄρνα fere ubique interpretantur *Lamm.* Nam *agnum* quidem recte significat, sed raro; de *agna* vero sigillatim numquam dicitur. Quod sat erit Euripidis et Homeri usu comprobasse. E viginti enim Homeri locis, in quibus vox illa legitur, duntaxat unus est Il. δ', 435, ubi communis *agnorum* et *agnarum* significatio ex ipsa sententia redundat; unus Od. δ', 85, ubi diserte de *agnis s. arietibus iuvencis* dicitur, duodeviginti, ubi generatim de *ovibus* sermonem esse vel puer intelligit. V. impr. Il. α', 66. δ', 102. 120. θ', 131. χ', 263. ψ', 864. 873. Od. ι', 220: quo ultimo in loco vix credas etiam *Vossium* de *agnis* cogitasse; et v. 221 sq. Porro apud Euripidem *agnae* numquam significatio apparet, nec *agni* usquam diserta est. Iph. T. 1223 Orestem et Pyladem ἄρνας quidem vocat poeta, sed νεογνούς expresse addito. Quinque in locis de *ovibus* Polyphemi sermo est plane ut Hom. Od. ι', 220 et 226: ἀρνῶν θαλάμοις, *in ovili*, Cycl. 57. τούσδ' ἄρνας — συμπεπλεγμένους (ὁρῶ) ib. 223; cf. ib. 233. 255; iidemque ἄρνες vocantur μηκάδων ἀρνῶν τροφαί ib. 189. Sex denique in locis de Atrei aurata *ovi* agitur, quam χρυσέαν ἄρνα vocat Euripides El. 705. 719. Iph. T. 196. 813. Or. 810; λόχευμα — τὸ χρυσόμαλλον ἀρνός Or. 999, h. e. *catulum auratum ovis s. iuvencam aur. ovem.* Atqui eamdem ovem schol. ad Or. 999 ἀρνειόν, schol. ad Or. 810 et *Eustath.* ἄρνιον, et *Seneca* in Thyeste v. 225 sqq. *nobile pecus, arcanum ariem*, appellat. Fuit igitur, si verum quaeris, *iuvencus aries s. agnus*, sed quem Euripides communi *ovis* nomine designat. Rem ipsam planissime exposuit schol. ad Or. 810. Cf. schol. ad Or. 999. *Barnes.* ad El. 705. *Welcker.* in eph. ant. Darmst. 1838. p. 222 sqq. Ceterum ἀμνός pro obsoleto ἄρην adhiberi solitum eiusdem est originis. Descendit enim ut ἀνήρ ab ἄω (v. s. ἄριστος) et *vigens s. valens* proprie *animal*, deinde vero ad *ovem* κατ' ἐξοχήν relatum *arietem* et, quod ex ipso ἀμνός formatum puto, *agnum* designat. *Const. M.*

ἄρνυσθαι (αἴρω), *sibi auferre, sibi parere, reportare, consequi, adipisci.* ἄρνυμαι κλέος Alc. 56. τὴν δόκησιν ἄρνυται Andr. 697. τοῦ δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο Ixion. fr. I, 1. ἀρνύμενος λώβαν λύμας ἀντίποινʼ ἐμᾶς Hec. 1073, *contrahens.* V. *Rost.* ap. *Damm.* s. v. *Ruhnken.* ad Tim. p. 49 sqq.

ἀροτήρ, *arator.* τις ἀροτήρ El. 104. Tralate *sator.* τὸν πεντήκοντʼ ἀροτῆρα τέκνων Tr. 135. V. *Barnes.* ad Iph. T. 3.

ἄροτος, *agricultura, aratio.* ὑπὲρ χθονὸς ἀρότου Suppl. 29. *Plur.*

ἄχλοα πεδία γᾶς οὐ καρπίζουσ' ἀρότοις Hel. 1344; v. s. καρπίζειν. Hinc in concreto *arvum* s. *seges*, qua vi etiam Latinis dicitur *aratio*. πολλὴν μὲν ἄροτον (τὴν Λακωνικὴν ἔχειν) Cresph. fr. I (XII), 1, „*agrum arabilem*." *Matth. Plur.* ἀρότοις γυᾶν καὶ πεδίων δαπέδοις Alc. 593. ch. V. *Matth.* ad l. Tralate de *liberorum progenie* s. *prole*. τέκνων ὃν ἔτεκες ἄροτον Med. 1281. ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν Ion. 1095. Similiter nos *Generazion*. Vulgo ἄροτρον. Quod quo ineptius, hoc mirabilior *Dindorfii* in eo permansio. De metaphora v. *Barnes.* ad Iph. T. 3. *Pflugk.* ad Med. l. c. *Stallb.* ad Plat. Cratyl. p. 114. Tonum, si *seges* sit, cur in ultima collocandum censeat *Ellendtius*, non intelligo. Sat est substantivum esse; notio nihil ad accentum. Cf. *Goettling.* de act. p. 307, a, 1.

ἀροῦν, *arare*. πλουσίαν ἀροῖ πλάκα Sthenel. fr. I, 1. ἀρῶν γῆν Antiop. fr. XXV (XXXVIII), 4. Tralate θαλάσσαν ἀροῦμεν Sthenel. fr. IV (III), 4. V. infr. Metaphoram, qua de *gravidando* dicitur, tetigerunt *Barnes.* ad Iph. T. 3, *Pflugk.* ad Med. 1281, *Stallb.* ad Plat. Crat. p. 114. Stirps videri possit ἔρα, unde etiam *terra* et *Erde*. Rectius tamen ἔρα demum ab ἀροῦν derivaris, ipsum autem ἀρόω cum ἀ-ραῖος (rado rarus), quod est *fractus comminutus tenuis*, ad ῥαίω ῥάσσω ῥήγνυμι reduxeris, ut proprie sit *frangere, scindere*, hinc *terram frangere* (*furchen*), *arare*. Ut igitur Virg. Georg. 1, 94. *glebas rastris frangere*, ita vicissim *aequor arare*, h. e. *scindere*, Virg. Aen. 3, 495. Ov. Trist. 1, 2, 76. 3, 12, 36 (cf. Sthenel. fr. supra cit.) et *rugae corpus arent* (*furchen*) Ov. A. A. 2, 118.

ἄρουρα, *arvum*. βοῦς εἰς ἀρούρας ἐσβαλὼν σπερῶ γύας El. 79. ἀρούρας — γηπονεῖν Rhes. 75. μακραὶ ἄρουραι πεδίων ἄκαρποι Herc. f. 369. Tralate de *utero* vel etiam ipsa *femina*. σὴ (μ') ἔτικτε παῖς, τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσα Or. 552. V. s. ἄλοχος et ἄλοξ et *Barnes.* ad Iph. T. 3. *Stallb.* ad Plat. Tim. p. 365 sq.

ἁρπαγή, *rapina*. τὰς οὐσίας μᾶλλον ἢ τὰς ἁρπαγὰς τιμᾶν Erechth. fr. X (IX), 1. τὰ κτητὰ κτᾶσθαι κελεύει (θεὸς) πάντας οὐκ ἐς ἁρπαγάς Hel. 910, „i. q. οὐχ ὥστε ἁρπάζειν" *Matth.* ad Iph. A. 940 et gr. p. 1348, h. e. *non usque eo, ut aliis quod possident rapiatur*. Similiter *Grotius*: *neque divites nos esse rapto, sed probe partis cupit*. Comma vulgo inepte positum post κελ. πάντας. ἐπεζάρη Σφιγξ ἁρπαγαῖσι πόλιν Phoen. 46, ut ib. 1073 de Sphinge est: ἐπέσυτο τάνδε γᾶν ἁρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα. Hinc ipsa Sphinx dicitur Καδμείων ἁρπαγά ib. 1028, „pro ἡ ἁρπάζουσα Καδμείους, ut v. 1499 ἀγεμόνευμα νεκροῖσι, i. e. ἡ ἡγεμονεύουσα νεκροῖς." *Matth.* πεύσει λέκτρων (coniugum) ἁρπαγὰς Ἑλληνικῶν Iph. A. 1266. Vlg. Ἑλληνικάς.

Quod nos dedimus primus reposuit *Matthiae*, idque ingenti exemplorum copia (quae v. ap. *Matth.* ad h. l.), in quibus proxima similem peperit terminatio, confirmavit *Elmsleius* in *Quart. rev.* 14. p. 460. Secutus *Dind.* Vulgatam defendit *Herm.* et defendere videtur *Lob.* ad Ai. p. 75. θυγατρὸς ἁρπαγὰς δολίους Hel. 1338; v. s. πόρος. μετήλθεθ' ἁρπαγὰς Ἑλένης Cycl. 279. διώλεσαν πόλιν ἐφ' ἁρπαγαῖσι τῶν πέλας Herc. f. 591; v. s. ἐπί. *Praeda.* ὃν — θηρσὶν ἁρπαγὴν πρόθες El. 896.

ἁρπάγη, *rastrum.* σαίρειν σιδηρᾷ — ἁρπάγῃ δόμους Cycl. 33. De significatu v. *Matth.* ad h. l., de accentu *Goettling.* p. 159.

ἁρπάζειν ex ἅρπ — ειν factum, unde etiam ἅρπη ἁρπάλεος Ἅρπυιαι καρπάλιμος, deinde κάρφειν *carpere cerpere acerbus herb*, porro *rapere rauben raffen raufen rupfen greifen*, denique μάρπτειν. Ἅρπειν autem eiusdem est cum αἴρειν et ἀΐρειν (ἄρειν) originis. V. s. ἀείδειν. Itaque ἁρπάζειν proprie est *tollere*, *auferre*, hinc *rapere*, *raptare*. *Const. M.*] τὰ τῶν ἐχόντων χρήματ' ἁρπάζειν Thes. fr. X (IX), 1. *De hominibus.* τὰς γυναῖκας ἁρπάζειν ἐξ Ἑλλάδος Iph. A. 1381. ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις ib. 1382. ἥρπαζον ἐκ δόμων τέκνα Bacch. 753. (Γαννυμήδης) ὃν ἁρπάζω γ' ἐγώ (Cyclops) Cycl. 582. ὁ καινός μ' οὗτος ἁρπάσας πόσις Δηίφοβος ἄλοχον εἶχεν, Helena dicit Tr. 959. (Ἑλένη) ἁρπασθεῖσ' ἐκοῦσ' ἀπῴχετο El. 1065. τὰν ἁρπασθεῖσαν (Proserpinam) χορῶν ἔξω παρθενίων Hel. 1328. *Abripere* vel vi vel dolo. οὐδ' ἥρπασεν Χάρυβδις οἰωνοσκόπον Suppl. 500. ἀνέμων θύελλαι δεῦρό μ' ἥρπασαν βίᾳ Cycl. 109. πέπλους πόντος ἥρπασε Hel. 431, *absorbuit.* ἵν' ἁρπάσας χεροῖν διασπάσωμαι Hec. 1125, *ut arreptam dilacerem.* ἆξει οὐχ ἑκοῦσαν ἁρπάσας; Iph. A. 1365. κτανεῖν θέλων τήνδ' ἐκ χερῶν ἁρπάζομαι, *mihi s. ad me rapio*, Andr. 662. μητρὸς ἁρπασθεῖσ' ἄπο Hec. 513, *abstracta a matre.* πτανοῖς ἁρπασθεὶς θοίνα παῖς Ion. 903. εἰ ἐκ δόμων ἥρπαστο Μενέλεως λάθρα El. 1041. *Eripere.* ἐγώ νιν ἐξέσωσα κἀπὸ φασγάνου — ἥρπασα Or. 1634. ἐπεί νιν ἥρπασ' ἐκ πυρὸς πέραυνίου Bacch. 288; cf. 524. *Arripere*, i. e. *celeriter s. raptim comprehendere.* ἁρπάσας δόρυ Tr. 747. ξίφος κελαινὸν ἁρπάσας Bacch. 628. κώπας ἁρπάσαντε φασγάνων Phoen. 1413. Δωρίδ' ἁρπάσας χεροῖν El. 819. ἥρπασ' ἐκ νεκροῦ ξίφος Phoen. 1465, *arreptum extraxit.* ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν Hipp. 1220. τένοντος ἁρπάσας ἄκρου ποδός Cycl. 399; v. gr. §. 331. ἁρπάσαντ' ἐς ἀγκάλας Ion. 1598. *Aug. M.*

ἅρπη, *falx.* ὕδραν ἐναίρει χρυσέαις ἅρπαις ὁ Διὸς παῖς Ion. 192, *ense falcato.*

ἄῤῥητος, *indictus* (Hom. Od. ξ', 446), hinc *arcanus, mysticus.* σφάγια (Dianae Tauricae) ἄῤῥητα Iph. T. 41, ut ib. 1198. οὐ φιλῶ τἄῤῥητ' ὁρᾶν. Quamquam priora illa propter τα δ' ἄλλα σιγῶ τὴν θεὸν φοβου-

μένη v. 37 fortasse rectius interpreteris: *de quibus loqui non fas est s. quae tacita relinquenda sunt.* ἄῤῥητ' (ἐστὶ) ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν (Bacchi mysteria) Bacch. 472. *Non fandus, non fando profanandus, sanctus.* Hoc sensu dici videtur ἄῤῥητος κούρη, quae Proserpinae appellatio est Hel. 1323, ut Alex. fr. XXII (XXI) ap. *Hesych.* ἄῤῥητος κόρη, ἡ Περσεφόνη· Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρᾳ. Neque aliter *Carcinus* ap. Diod. Sic. V, 5, quem locum *Pflugk.* exscripsit. Cf. *Musgr.* ad l. Hel. *Infandus, nefastus.* λώβαν ἐχθίστην ἀῤῥήταν τε Hec. 201. De genere fem. cf. *Matth.* gr. §. 116. not. 1. οἷων λόγων ἄῤῥητον — ὅπα Hipp. 602. ἄῤῥητ', ἀνωνόμαστα Hec. 714. τἄῤῥητ', ἐν ἀῤῥήτοισι γὰρ τὴν σὴν νομίζω δειλίαν, — δεῖ μ' ἀπαλλάξαι Here. f. 174. τί τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ; Or. 14.

ἄῤῥυθμος, *immoderatus.* Ἔρως —, μὴ — σὺν κακῷ φανείης, μηδ' ἄῤῥυθμος ἔλθοις Hipp. 529. *Schol.* ἄμετρος, ἄτακτος· ῥυθμὸς γάρ ἐστιν ἡ μουσικὴ τάξις.

ἄρσην (ἄῤῥην) eiusdem atque ἄρην originis et cum ἄριστος ἀρετῇ Ἄρης ἀρκεῖν cognatum esse post ea, quae diximus s. ἄρην, non est quod multis demonstretur. Utrumque igitur *vigentem valentem validum* proprie significat. V. s. ἄριστος. Sapienter vero Graeci hoc nomine κατ' ἐξοχήν ornarunt *sexum* per omnem naturam et animo et corpore praepollentem ac plus valentem *masculum.* Eur. Aeol. fr. VIII (XI). μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρσένων μένει, θηλεῖα δ' ἧβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας. Suppl. 1102. ἀρσένων μείζονες ψυχαί. V. s. ἀνήρ II, 1. Nec tamen fieri potuit quin usus diversas in partes distraheret diversas formas. Itaque gravior forma ἄρσην potioris generis humani *maribus* assignata est, lenior ἄρην bestiarum, imprimis ovium. Ceterum Euripidi quoque, ut Homero et reliquis tragicis, sola usitata forma ἄρσην. Nec variant libri nisi Phoen. 55, ubi in plurimis codd. ἄῤῥην est, et Hec. 883, ubi solus Flor. 33 habet ἀῤῥένων. Scite igitur *Gregorius* Cor. p. 153. τὸ σ ἀντὶ τοῦ ρ χρῶνται (οἱ Ἀττικοί) τὸ θαῤῥαλέον θαρσαλέον λέγοντες καὶ τὸ ἄῤῥεν ἄρσεν. Neque *Hesychius* credo ἄῤῥενα per ἄρσενα explicuisset, nisi haec solemnior fuisset forma, illa rarior. Sprevit tamen sigmatismum serior Atticorum dialectus. Hanc igitur probabile est spectasse *Moeridem*, *Thomam*, *Eustathium*, alios, qui contra atque *Gregorius* ἄσιγμον formam pro Attica venditent. Celerius hos imitatus est *Buttm.* in gr. mai. I. p. 84, 4. V. *Valck.* ad Phoen. 55. *Koen.* ad Greg. Cor. p. 153. *Poppo.* Proleg. ad Thuc. T. I. p. 209. *Mas, masculus.* παῖς ἄρσην Alc. 312. [Dan. 6. 11.] παῖδες ἄρσενες Iph. T. 57. Phoen. 16. 55. Bacch. 1304. ἄρσενα κόρον Andr. 24. ἄρσην σπορά Tr. 503. στάχυς ἄρσην Erechth. fr. XVII

(I), 28. τὸ ἄρσεν γένος Dan. fr. IX (VII), 3. ἔκγον' ἄρσεν' ἀρσένων Aeol. fr. III (XX), 1. τὸ ἄρσεν προσκείμενον Hipp. 970, *virilitas adiuncta*. ἄρσενος τόκῳ El. 652. ἄρσην Ὀρέστης Or. 24. ὅστις τοῦ μὲν ἄρσενος πατρὸς οὐκ ὠνόμασται, τῆς δὲ μητρός El. 934. Hinc Bacch. 527 Iupiter ad Bacchum infantem e Semelae morientis utero ereptum: ἐμὰν ἄρσενα τάνδε βᾶθι νηδύν: sic enim *coxam* appellat, in qua immaturum recondidit. Opponitur saepe θῆλυς vel γυνή. ξίφει θύουσα θῆλυς ἄρσενας (Iphigenia) Iph. T. 621. τὸ θῆλυ μᾶλλον οἰκτρὸν ἀρσένων Herc. f. 536. πῶς γυναιξὶν ἀρσένων ἔσται κράτος; Hec. 883. εἰ ἀρσένων φόνος ἔσται γυναιξὶν ὅσιος Or. 933. τὰ μὲν γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας Ion. 398. ἐκ μητρὸς ἀρσένων τ' ἄπο Phoen. 950. Cf. Hec. 570. 887. 1017. Hipp. 295. Andr. 364. 219. Suppl. 40. Heracl. 365. El. 1103. Dan. fr. XI (IX), 2. Huc pertinet etiam Med. 428 et impr. Aeol. fr. VIII (XI). Sic etiam (κλύω γυναῖκας) εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν Bacch. 223. Nitidissimus autem huius generis locus Suppl. 1102. πατρὶ οὐδὲν ἧδιον γέροντι θυγατρός· ἀρσένων δὲ μείζονες ψυχαὶ, γλυκεῖαι δ' ἧσσον εἰς θωπεύματα. Denique ἄρσην, plane ut ἀνήρ (s. v. 4), *masculus*, *männlich*, etiam cum emphasi dicitur de *valido*, *forti*, *animoso*. Hinc Orestes in cognom. fab. 1204 ad Electram sororem: ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη, τὸ σῶμα δ' ἐν γυναιξὶ θηλείαις πρέπον. *Const. M.*

ἀρταμεῖν. *Hesych.* incuriose: ἀρταμοῦσιν· ἐσθίουσιν. Nec melius scholiasta ad Eur. Alc. 497: μαγειρεύουσιν· ἄρταμος γὰρ λέγεται ὁ μάγειρος. Acutiores *Eustathius* et *Barnesius*, quorum hic ad El. 816 interpretatur ἀρτίως τέμνειν, ille εἰς ἄρτια τέμνειν. De ἄρτιος quidem non cogitandum. Vix tamen dubium quin ἄρταμος ex ἀρι—ταμος (ταμίας) conflatum sit et eum proprie denotet, *qui secando valet* (*tüchtig im Zerlegen*), *qui probe s. perite secat*. V. s. ἄριστος. Itaque ἀρταμεῖν est *secando valere*, *secare scire*, *probe secare*, ita ut accurate respondeat Gallico vocabulo *trancher*. Luculentissimus id genus locus est El. 815. ἐκ τῶν καλῶν κομποῦσι τοῖσι Θεσσαλοῖς εἶναι τόδ', ὅστις ταῦρον ἀρταμεῖ καλῶς, *si quis probe scit secare bovem*. Huc pertinet etiam Peliad. fr. XII ap. *Hesych.* ἀρταμεῖν· κατακόπτειν. Εὐριπίδης Πελιάσιν. Sic enim recte corrigunt pro Πολιάσιν. Hinc tralatum acerbe dicitur de *gravi laceratione*. Alc. 497. ἄνδρας ἀρταμοῦσι λαιψηραῖς γνάθοις (Diomedis equi). Quorum negligens interpretatio *Hesychii* creavit glossam ἐσθίουσιν. Eademque pessime tractavit *Dammius s.* ἄρτος. Equi illi dicuntur *homines probe s. graviter lacerare*. Simillime Aesch. Prom. 1025 de aquila Promethei iecur *graviter* (ἀρι—) ac *violenter* (λάβρως) *dilacerante*: λάβρως διαρταμήσει σώματος μέγα

ῥάκος. Etiam simplex τέμνειν frequens hac *laccrandi* potestate. V. Hom. Il. ν', 501. π', 761. Od. ι', 291. σ', 339. *Const. M.*

ἀρτᾶν (ἄρω), *annectere, alligare, suspendere.* ἀρτῆσαι δέρην Andr. 812. *Med.* βρόχους ἀρτωμένη Tr. 1012. *Pass.* κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη Hipp. 779. θριγκοῖς ὑπ' αὐτοῖς σκῦλ' ἠρτημένα Iph. T. 74. δέλτος ἐκ χερὸς ἠρτημένη Hipp. 857. Paulo insolentius ib. 1222 de Hippolyto: ἕλκει (ἵππους) ἱμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας, nam equos vi abreptos retro flectentis Hippolyti *corpus* quasi *suspensum erat ex loris*, ita ut his ruptis corruisset. Eadem de re Hippolytus ap. Ov. Metam. 15, 520: et retro lentas tendo *resupinus* habenas.

Ἄρτεμις, *Diana. Sospitam* interpretatur *Hermannus* Opusc. II. p. 189. V. infr. Λατοῦς Ἄρτεμι καὶ Διός Hipp. 65; cf. 1285. Φοίβου ἀδελφὴν Ἄρτεμιν, Διὸς κόρην ib. 15; cf. Iph. A. 1470. ὦ πότνια χρυσεοβόστρυχε (s. v.), ὦ Διὸς ἔρνος Ἄρτεμι Phoen. 200; cf. Med. 160. τὰν Διὸς οὐρανίαν Ἄρτεμιν Hipp. 59; cf. 72. τὰν εὔλοχον οὐρανίαν τόξων μεθέουσαν — Ἄρτεμιν ib. 167; cf. Hel. 1331. ἃ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος Ἄρτεμις ἱερέα Phoen. 152. τὰν ὀρεστέραν παρθένον — Ἄρτεμιν Tr. 553. δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι λίμνας καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων Hipp. 228. Ἄρτεμις λοχία Suppl. 958. Ἄρτεμιν λοχίαν, ἃ παρὰ Κύνθιον ὄχθον οἰκεῖ — Iph. T. 1097. [ὦ Διὸς Ἄρτεμις θηροκτόνε Iph. A. 1570, ubi v. *Matth.*] τὰν Διὸς κόραν — Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν, ib. 1522. Ἀρτέμιδος χιονοτρόφον ὄρμα Κιθαιρών Phoen. 809. σεμνὰν προσίζουσ' — Ἄρτεμιν Hec. 936; cf. Hipp. 713. Ἄρτεμιν τιμῶν θεὰν ὕμνοισιν ib. 55. κρείσσον' ἐν κυναγίαις Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντα (Actaeonem) Bacch. 340. De *Diana Aulidensi.* Ἰφιγένειαν — Ἀρτέμιδι θῦσαι Iph. A. 91; cf. 359. 531. 883. 1114. 1311. 1345. Iph. T. 9. 19. Ἀρτέμιδος — Αὐλίδος ἀνάσσῃ Iph. A. 433; cf. 1481. 1482. Ἄρτεμιν — Χαλκίδος ἀντίπορον (s. v.) ib. 1492. Ἀρτέμιδος εἰς λειμῶν', ὅπου σφαγήσομαι (Iphigenia) ib. 1464, ut [ib. 1544. Ἀρτέμιδος ἄλσος λείμακός τε, et] ib. 185. πολύθυτον ἄλσος Ἀρτέμιδος. Iphig. T. 29 Iphigenia de se: ἐξέκλεψεν ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου Ἄρτεμις. De *Diana Taurica.* Ἄρτεμιν Ταυροπόλον (s. v.) θεάν Iph. T. 1456. Ταυρικῆς χθονὸς, ἔνθ' Ἄρτεμις βωμοὺς ἔχει ib. 86; cf. 748. 1013. Θεᾷ πρόσφαγμα Ἀρτέμιδι ib. 244. Ad fabulam ignotam pertinent ἅν ποτ' Ἄρτεμις ἐξεχορεύσατο — Μέροπος Τιτανίδα κούραν καλλοσύνας ἕνεκεν Hel. 387. [Quum Doribus dicatur Ἀρταμις, ab ἀρταμεῖν dictam esse deam opinatur *Matthias* Opusc. p. 232. Sed rectior haud dubie vulgaris ab ἀρτεμής deductio, ut *integra* sit (Hor. Od. 3, 4, 70) s. *sospes.* De ipsa Diana v. Od. *Mueller.* hist. Gr. gent. T. II. p. 367 sqq. impr.

p. 381 sqq. De Dianae cum Luna confusione v. nos s. *Ἀπόλλων* et *Matth.* Opusc. p. 227 sqq. *Const. M.*]

ἄρτι ex ἄρα et τι coaluisse, id quod *Dammius* alucinatus est, vix quisquam Graece sciens opinabitur. Magis excusares, si cui ex ἀρι illud factum esse verborum ἀρίφρων et ἀρτίφρων et quae sunt alia id genus comparatio persuaderet. At nihil ei cum ἀρι commune praeter similem in compositis quibusdam notionem. Enimvero ab ἄρειν (s. v.) descendit. Quod quum sit *iungere, aptare, accommodare*, ἄρτι quoque est *iunctim, apte, accommodate.* Hinc duae notiones prodierunt. Primum enim qualitatem declarat: *apte, accommodate, probe (angemessen, wohl).* Eaque vi sponte sua cum ἀρι — convenit, quod est *valde (tüchtig)*; v. s. ἄριστος. Itaque ἀρίφρων est *qui sapiendo valet s. valde sapit (tüchtig an Verstande)*, h. e. *persapiens*, item ἀρτίφρων qui *probe sapit (wohl bei Verstande)*, h. e. *persapiens.* Deinde ut ἀρμοῖ ad tempus tralatum indicat id, quod tempori praesenti *iunctim* s. *apte* s. *continenter (in genauer Verbindung mit der Gegenwart)* vel erat vel fiebat: *paulo ante, modo, commodum (so eben, eben erst, eben, just).* Praeclare hac de vi disseruit *Lobeckius* ad Phryn. p. 18 sqq. Eaque vi simillimum est cognato ἄρα (s. v. 2). Et quidem ἄρτι, ubi cum aliis nominibus coaluit, utraque promiscue vi usurpatur, at, ubi solitarium est, tantummodo posteriore. *Modo, commodum.* ἦλθε δ' ἄρτι μοι γνώμης ἔσω (φίλτρα θελκτήρια) Hipp. 510. ἄρτι μ' ἐσῆλθέ τι El. 619. τί μ' ἄρτι πημάτων λελησμένην ὀρθοῖς; Dict. fr. III (XV), 1. ὃν (Menoeceum) ἄρτι κρημνῶν ἐκ δρακοντείων ἑλὼν αὐτοσφαγῆ — ἐκόμισα Phoen. 1325. βοσκήματ' ἄρτι πρὸς λέπας μόσχων ὑπεξήκριζον Bacch. 676. Quod quum ἄρτι rem indicet, quae proxima est praesenti tempori, hinc praesens tempus saepe etiam adiunctum habet. V. *Lob.* ad Phryn. p. 20. *Stallb.* ad Cratyl. p. 88. ἄρτι κἀγὼ δόμους — πάρειμι Hipp. 804. ὡς ἄρτι πένθους τοῦδε γεύομαι Alc. 1072. νεκρῶν, οὓς ἄρτι καίνεις Herc. f. 967. ἄρτι γιγνώσκεις τάδε Med. 85. ἄρτι μανθάνω Alc. 943. Bacch. 1295. τοῖς δ' ἄρτι λήγει (κακὰ), τοῖς δὲ κίνδυνος μολεῖν In. fr. XVIII (XVII), 2. κακῶν ἄρτι κῦμ' ὑπεξαντλῶν Ion. 927. ὁ ἄρτι θάλλων σῶμα — ἀπέσβη fr. inc. tr. CXXVII, 1. ταχὺς μετέθου λύσσαν ἄρτι σωφρονῶν Or. 254. ἄρτι δ' οἰνωπὸν γέννν καθημάτωσεν (Παρθενοπαῖος) Phoen. 1167, ubi pessime schol. παραχρῆμα; pertinet enim ad οἰνωπόν. Tamen scholiastae vitio etiam *Lobeckius* se inficî passus est ad Phryn. p. 19. Mirum autem ad novissima usque tempora propagata esse, quorum vitiositatem et elisio declarat et maxime sententia, σμικρὸν δ' ὁ καιρὸς ἄρτ' ἀπαλλάξαι βίου Hel. 309. Egregie igitur *Dindorfius* correxit κάρτ'. De difficili Baccharum loco v. 1183,

quem edunt νέος ὁ μόσχος ἄρτι γέννν ἄπο κόρυθ' ἁπαλότριχα βάλλει, s. ὑπό dicetur. *Const. M.*

ἀρτίδακρυς. ὡς ἀρτίδακρύς εἰμι καὶ φόβου πλέα Med. 903, h. e. *ad lacrimas propensa* (*zum Weinen gestimmt*), *commota*, *conturbata*. Itaque recte *Hesych.* ἀρτίδακρυς· εὐχερὴς πρὸς δάκρυον. Nam ἀρτίδακρυς plane ut vetustius ἀρίδακρυς proprie is est, qui *lacrimando valet*, ubi nos: *etwas im Weinen gethan haben*, hinc *multum* vel *facile lacrimans*, *ad lacrimas propensus*, *lacrimosus*. V. nos s. ἄριστος et ἄρτι et *Buttm.* lex. I. p. 147. Male et schol. προσφάτως δακρύουσα et *Passovius*: *der eben weinen will.*

ἀρτιθανής, *modo s. recens mortuus.* ἁλόχου νέκυν — ἀρτιθανῆ Alc. 604.

ἀρτιμαθής, *modo s. recens expertus.* ἀρτιμαθὴς κακῶν Hec. 685.

ἄρτιος (ἄρτι s. v.), *aptus*, *accommodatus*, *commodus*, *probus*, *integer* (*angemessen*, *gehörig*). οὐκ ἀρτίας ἔχεις φρένας Tr. 417, i. q. οὐκ εὖ φρονεῖς, *non sanae mentis es*, *du bist nicht gehörig bei Verstande*. Cf. v. 408. Contrariam in partem dictum Homericum illud φρεσὶν ἄρτια ᾔδη Il. ε', 326 et Od. τ', 248, h. e. φρένας ἀρτίας εἶχεν vel ἀρτίφρων ἦν. Falsissima et *Vossii* interpretatio: *sein Herz war fügsamen Sinnes*, et *Passovii* a *Dammio* desumta: *er dachte ihm Entsprechendes*, *er war mit ihm eines Sinnes*. Hinc ἄρτια βάζειν Il. ξ', 92. Od. θ', 240, i. e. *accommodate s. commode s. probe dicere*; ἄρτια μήδεσθαι Pind. Ol. 6, 159, *probis uti consiliis*; ἄρτια νοεῖν Theogn. 924, *probe scire*. *Const. M.*

ἀρτίπλουτος, *recens locuples.* (Κάδμου λαὸς) λαβὼν πένης ὡς ἀρτίπλουτα χρήματα ὕβριζε Suppl. 742, *divitias nactus*, *quae erant divitiae recens partae*, h. e. *recens nactus divitias* vel *recens dives factus*. Ita φιλόπλουτος ἅμιλλα Iph. T. 412, *studium*, *quod est divitiarum amor* (φιλοπλουτία), h. e. *divitiarum* vel *rei familiaris augendae studium*. De hypallage indocte cogitavit *Markland.* *Const. M.*

ἀρτίφρων, *persapiens.* Iph. A. 877 Clyt. μεμηνὼς ἆρα τυγχάνει πόσις; Sen. ἀρτίφρων, πλὴν εἰς σὲ καὶ σὴν παῖδα· ταῦτο δ' οὐ φρονεῖ. ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ Med. 294. V. s. ἄρτι.

ἀρτίως, *paulo ante*, *modo*, *commodum*. V. s. ἄρτι et *Lobeck.* ad Phryn. p. 18 sqq. ἐμοὶ ξυμφορὰ μὲν ἀρτίως ἡ σὴ παρέσχε φόβον, νῦν δέ — Hipp. 433. ἦν (Phaedram) ἀρτίως ἔλειπον ib. 907. δεινὰν — ἀρτίως πόντου σάλον παύσαντε (Dioscuri) El. 1241. τὴν ἀρτίως θανοῦσαν Hec. 955 et Alc. 843, i. q. ἀρτιθανῆ. ὄλωλεν ἀρτίως Med. 1125. γυναικὸς ἀρτίως μεμνήμεθα Alc. 534. χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα Cycl. 633. ἀρτίως ἠγνίσμεθα El. 793. νεόζυγα πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον Aeol. fr. XIX. ἡ τέρψις ἀρτίως πάρα

[el. 632, *in promtu modo gaudium.* πρὸς τὸν ἀρτίως πόσιν, *recentem*, led. 1178. Discrimini, quod inter ἄρτι et ἀρτίως constituit *Ellendtius*, on multum tribuo.

ἀρύειν (αἴρειν), *haurire. Med.* πῶς ἂν ἀπὸ πρηνίδος ὑδάτων πῶμ' ἀρυσαίμαν; Hipp. 209. Latinum *hauriendi* vocabulum orinem hinc ducere *Buttmannus* docuit in lexil. I. p. 84 sq. II. p. 269.

ἀρχαῖος, proprie qui a *principio* est (*anfänglich*), h. e. *priscus, ntiquus, vetus.* τρίποδος ἀρχαῖον νόμον σώζουσα Ion. 1322; cf. Dict. r. XVIII (V), 2. ἀρχαίων δόμων Phrix. fr. XVI (VII). τὸν ἀρχαῖον ῥιλον Cycl. 434. ἀρχαῖα λάτρι Hec. 609. Etiam ad aetatem referri idetur: *grandis.* παιδαγωγὸς ἀρχαῖος γέρων El. 287, quod ibid. 53 simpliciter est ὑπὸ γέροντος ἀρχαίου. Foede corruptum, quod on. 1427 vulgo legebatur: δράκοντες ἀρχαῖόν τι παγχρύσῳ γένει. *. Matth.* ad l. Quo loco memorabile est quam exiguis ab initiis ea radatim prodierit scriptura, quae, si non ipsius Euripidis, at eo tamen ligna est. Inchoavit emendationem *Brodaeus* vocabulum γένυς in ένει latere sentiens, de casu tamen nominis falsus et ipse et qui eum ecuti sunt *Canter. Toup. Wakefield.* Cui vocabulo insistens *Porsonus* p. Kidd. p. 225 felicissime adiecit δράκοντε μαρμαίροντε, sed contra usum scripsit πάγχρυσον γέννυ. Tandem absolvit emendationem *Dindorfius* sic edens: δράκοντε μαρμαίροντε παγχρύσῳ γέννι. De e v. *Barnes.* ad h. l. et ad v. 23. *Const. M.*

ἄρχειν. Originem verbi, si a *Dammii* derivatione egregie stupida liscesseris, nemo grammaticorum aut respexit aut perspexit. Nec tamen difficile est intellectu ἄρχειν ab ἄρειν (s. v.) descendere indeque proprie ignificare *sese adiungere s. accommodare s. applicare* et cum genitivo ocum, *unde* quid *proficiscitur* (*Ausgangspunkt*), denotante coniunctum ese *nectere ex* al. re, h. e. *ab* al. re *proficisci, exordiri, initium* s. *exordium ducere.* Eiusdem originis est obsoleti verbi *argo* vel *argeo* participium *arctus s. artus* (*angefügt, angepasst, anschliessend, knapp*), quod cum *arceo* imprudentissime consociant lexicographi Latini. Itaque initio dicebatur ἑαυτὸν ἄρχειν τινός et ἄρχεσθαί τινος. Ut vero alia verba innumerabilia pronomen reflexivum principio adiunctum amiserunt (cf. *Lobeck.* ad Ai. p. 90 et 188 sq.), sic etiam ἄρχειν pronomine sensim suppresso cum medio ἄρχεσθαι promiscue usurpari coeptum est. Inane igitur quod inter ἄρχειν et ἄρχεσθαι discrimen excogitavit *Poppo* in Indice ad Xen. An. p. 460. b.

1. *Ordiri.* a) *Proficisci, exordiri, exordium s. initium ducere s. initium facere ab* al. re, *initium capere ex* al. re (*mit etwas beginnen — anfangen*). *Activ.* τοὔνομ' (Ἀφροδίτας) ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει

Tr. 990: quem verborum lusum nos Germani imitari non possumus; nec Latini possunt nisi sic: *Veneris nomen a Vecordia recte proficiscitur s. exorditur.* V. *Barnes.* ad l. ὃθ' οὐ θυραίων πημάτων ἄρχει λόγος Alc. 817, *non ab externis malis proficiscitur*, sed ad domestica refertur. *Med.* οὐκ οἶδ' ὁποίου (λόγου) πρῶτον ἄρξομαι Hel. 637. Temere *Herm.* de part. ἄν II, 12. p. 128 legi iubet ἄρξωμαι. V. *Pflugk.* ad l. et cf. locum Iph. A. 442, qui paulo post citabitur. Saepe ἐκ insuper additur ad *proficiscendi* vim augendam. ἤρξω μὲν ἐκ τοιῶνδε Med. 1336. ἐκ τῶν θεῶν ἄρχεσθε Hel. 1030. Plura id genus s. c. memorabuntur. Alias etiam ἀπό ponitur pro ἐκ (*Matth.* gr. §. 335 et ibid. not. 2). Eademque vi adverbia in — οθεν desinentia usurpantur. ἄρξομαι πόθεν; Iph. A. 442. ἄρξαι δ' ὅθεν σὴν μητέρα ζητεῖν σε χρή Ion. 1364, i. q. ἄρξαι δ' ἔνθεν, οὗ. Pessime in editionibus ante ὅθεν incisum est. b) *Exordiri, incipere, inchoare* aliquid, *initium facere, auctorem s. causam esse* al. rei (*etwas beginnen — anfangen*). *Activ.* πρώτη δὲ μήτηρ ἤρξεν φόνου Bacch. 1112. ἄρχε γάμων Hel. 1247, *mach Anstalt zur Hochzeit.* ἀρχέτω δή τις λόγου Phoen. 450. τοῦ λόγου τάδ' ἀρχέτω Iph. T. 1060, *hoc sit exordium sermonis.* Ἴσασιν ὅστις ἤρξε πημονῆς θεοί Med. 1372, *qui auctor fuerit.* Sic etiam ὧν ἤρξεν κακῶν Phrix. fr. VIII (V), 5. τὴν κακῶν πάντων ἐμοὶ ἄρξασαν (Helenam) Hel. 433. *Med.* μέμνησό μοι ὃ πρῶτον εἶπας, ἡνίκ' ἠρχόμην λόγου Heracl. 889. πρῶτον μὲν ἤρξω τοῦ λόγου ψευδῶς Suppl. 403. ὡς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν Tr. 707, ut οἷοις φροιμίοις ἄρχει λόγου Herc. f. 538. ἤρξω λύσσης πότε; Or. 401, *quando coepisti furere.* δεινοῦ ἄρχομαι προβλήματος El. 985, *aggredior, molior.* Persaepe in talibus pro ipso substantivo ponitur verbale substantivum h. e. *infinitivus*: idem est enim, utrum dicas ἄρχομαι τοῦ λόγου an ἄρχομαι λέγειν h. e. τοῦ λέγειν. Hipp. 408. ὅλοιτο παγκάκως ἥτις ἤρξατ' αἰσχύνειν λέχη πρώτη. Hinc c) saepe eadem enuntiatio utramque simul et *infinitivi* (s. b.) et *genitivi* cum ἐκ vel ἀπό (s. a.) structuram complectitur, ubi quis *in re* aliqua (*infin.*) *exordienda ab alia re* vel *a loco* aliquo (ἐκ vel ἀπό c. *gen.*) proficiscitur. Clarissimum huius modi exemplum est in Axiocho c. 7. τὸ νήπιον τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμενον, *vitam incipiens ab aegritudine.* Similiter Xen. Mem. 3, 5, 15. ἀπὸ τῶν πατέρων ἄρχονται καταφρονεῖν τῶν γεραιτέρων (οἱ Ἀθηναῖοι), *a patribus exordiuntur in contemnendis natu grandioribus* vel *grandiorum contemtionem.* Cf. *Matth.* gr. §. 335 c. not. 2. Sic etiam Euripides. *Med.* ἐκ τῶν πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν Med. 475, *a primordiis repetam initium dicendi.* ἄρξομαι λέγειν ἐκ τοῦδε πρῶτον Alop. fr. V (III), 1. Eiusdem modi est τὸ δυστυχὴς

βίου ἐκεῖθεν ἔλαβες, ὅθεν ἅπασιν ἤρξατο τρέφειν ὅδ' αἰθήρ fr. inc. tr. CL, 3, quod, si sanum, ita vertas: *vitae miseriam sortitus es, ex quo omnibus coepit nutritor esse hic aether*, i. e. ab eo inde momento, quo homines creari coepti sunt, vitae miseria exorsa est. Dativus cum ἄρχεσθαι eodem modo iunctus videtur, quo Xen. Cyr. 1, 2, 2. 8, 7, 26. Cum ἄρχεσθαι *infin.* cohaeret etiam Phoen. 383. οὕτω γὰρ ἤρξατο (θεὸς), ἄνομα τεκεῖν ἐμέ, i. q. ἤρξατο τοῦ — τεκεῖν ἐμέ. Sed forsan impersonaliter hic dictum ἤρξατο (*damit begann es, dass ich —*). *Activ.* ἐκ γενναίων δόμων τόδ' ἦρξε θηλείαισι γίγνεσθαι κακόν Hipp. 410.

Participii cum ἄρχ. coniuncti ap. Eurip. non est exemplum. Et quidem ita differunt *participium* et *infinitivus*, ut illud adiectivi quippe locum obtinens verbi quasi pedisequum sit et ad sententiam tantummodo explendam valeat, hic autem substantivi quippe vicarius non solum per se stet, sed etiam primas in sententia partes agat. Itaque, si dicis ἄρχεται λέγων, sententiae momentum est in ἄρχεται: ipse, non alius, *loqui exorditur s. initium loquendi facit*, sin ἄρχεται λέγειν, vis est in λέγειν: *loqui exorditur*, non aliud facere. Idem apud Latinos interest inter *primus loquitur* (ἄρχ. λέγων) et *primum loquitur* (ἄρχ. λέγειν). Recte igitur habet τὸν ἄρξαντα βάλλειν Xen. An. 6, 6, 10, ubi *participium* requiri turpis est *Popponis* error: agitur enim de eo, qui *iacere coepit*, non aliud facere, h. e. qui *primum iecit*. Non raro tamen ab hac regula recedunt Graeci: nam interdum etiam id, quod primariam notionem efficit, *adiective* sumunt et *participio* exprimunt. Huc pertinet ἄρχετο ἐκ τῶν κνημέων ἑωυτὸν λωβώμενος Herod. 6, 75. Aptiore igitur exemplo ad *participium* illustrandum uti debebat *Kuehner.* gr. §. 660. VI: quamquam de toto hoc discrimine quae ille disputat ib. not. 2 inania sunt. V. s. ὑπάρχειν.

Absolute positum ἄρχεσθαι Hipp. 87. τέλος κάμψαιμ', ὥσπερ ἠρξάμην, βίου. Restat locus Ion. 651. θέλω — οὗπερ δ' εὗρον ἄρξασθαι, τέκνον, θῦσαί τε — σον γενέθλια. Quae quid sibi vellent, nemo vidit interpretum. Falsa certe *Barnesii* interpretatio: *volo ibi, ubi te inveni, sacra auspicari; Hermanni* autem coniectura εὔξασθαι plane inutilis. Dicit Xuthus: *exordiar, ex quo te inveni, fili, et sacris natalitia tua celebrabo*, h. e. *exordiar — celebrare*. Copulam καί interdum ita nectere duas sententias, ut altera priorem explicet, a multis monitum. V. *Matth.* gr. p. 1482, e. *Fritzsch.* qu. Luc. p. 9 sqq. Sed eadem potestas copulae τε, quod temere negavit *Hartung.* part. I. p. 145. V. s. τε.

2. *Auctorem s. primum s. principem esse*, hinc *regem esse, regnare, imperare.* ὥστ' αὐτὸς ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος Phoen. 481; cf. 523. Temen. fr. X, 1. ἄρχε· σοί με δουλεύειν χρεών Iph. A. 1033.

οὔτ' εἰκὸς ἄρχειν οὔτ' ἐχρῆν εἶναι νόμον Antig. fr. V, 1. Θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι Med. 493. *Pass.* ἀρχόμεσθ' ἄρ', οὐ κρατοῦμεν Hel. 1654. ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες Med. 120. V. *Matth.* ad l. οὐκ ἄρχεται (πόλις) ἑνὸς πρὸς ἀνδρὸς Suppl. 404. ἄρχεσθαι χρεὼν κακοὺς ὑπ' ἐσθλῶν fr. inc. tr. XLI. C. *genitivo.* ἄρχειν χθονός Hec. 771. γῆς Med. 702. Hel. 152. 473. Ion. 1574. [Dan. prol. 16.] In. fr. V (XII), 2. Ἑλλάδος ἦρξε Or. 1168. πολλῆς ἄρχω τυραννίδος Rhes. 484. πόλεος ὡς ἄρχων ἀνὴρ πῶς ξύνεσιν ἣν ἔχων τύχῃ Iph. A. 375. Ita *Herm.*, quem v. Ego totum versum suspectum habeo. δόμων ἄρχοντας Ion. 1070, *dominos.* οὔκουν ὅδ' ἄρξει ναός —; Hel. 1430, *praerit;* cf. 1568. νεῶν χιλίων ἄρχων Iph. A. 355. ἄρχε ναΐου στρατοῦ ib. 260. ἱππικοῦ τ' ὄχλου πολλῶν θ' ὁπλιτῶν ἄρχομεν Andr. 761. βαρβάρων Ἕλληνας εἰκὸς ἄρχειν Iph. A. 1400. πολλῶν ἄρχεις Alc. 690; cf. Iph. A. 279. Herc. f. 257. δούλων ἄρχειν Andr. 374. ὅπλων ἄρχοντα, *ducem exercitus*, Iph. A. 374. (πρέσβυς) ἐκπωμάτων ἦρχε Ion. 1176, *poculis praerat.* Similiter, licet alio sensu, Latinis dicebatur *dominus s. rex vini, magister bibendi;* ὧν (γυναικείων χορῶν) ἑνὸς μὲν Λύτονόη ἦρχε Bacch. 680, *praerat.* ἐμαυτοῦ κλύειν ἐπίσταμαι ἄρχειν θ' ὁμοίως Syl. fr. VIII. τῶνδε (πλημμάτων κρατὸς) ἄρχομεν Tr. 790, *horum potestatem habemus.* V. *Barnes.* ad l. ὧν ἐκτήσω (λέκτρων) κακῶς ἦρχες, *male perfunctus es*, Iph. A. 384. C. *dativo*, ut ἡγεῖσθαι. πόλει ἄρχων fr. inc. tr. CCXX. ἄρχειν Δαναΐδαις Iph. A. 337. ἄρξας Ἑλλάδος νεανίαις Hel. 403. βάρβαροι — Ἕλλησιν ἄρξουσι; Andr. 667. *Const. M.*

ἀρχέτας, *princeps.* Ter ap. Eurip. exstat in melicis. Non recte igitur ἁπαξαπλῶς λεγόμενον vocat *Barnes.* ad Heracl. 753. ἔπεισεν ἐμὸς ἀρχέτας, *Agamemno*, El. 1149. ἐμοῖς ἀρχέταις Phaëth. fr. III, 16. ἰακχήσατε δ' οὐρανῷ καὶ παρὰ θρόνον ἀρχέταν (Iovis) Heracl. 753, quibuscum *Musgrav.* opportune contulit τύραννον ἑστίαν Andr. 3.

ἀρχέχορος, *choream ducens, praesultator*, ut χορηγός. ποδὸς ἀρχεχόρου πλαγαῖς Φρυγίαις — ἐξῆρχον Θεούς Tr. 151. mel.

ἀρχή, 1. *initium.* τίς ἐκ τῶν εὐόλβων Ἄργει βασιλέων ἀρχά; Iph. T. 191. [Scribendum τὴν τὴν — Ἀργείων βασ. ἀρχάν. V. s. ἀλλάσσειν. *Const. M.*] ἀπ' ἀρχῆς Phoen. 1589. Alc. 109. Iph. A. 1542. ἐξ ἀρχῆς Med. 106. Iph. T. 203. 205. In. fr. XVII (II), 1. κατ' ἀρχάς Philoct. fr. IV (III). ἐν ἀρχῇ πῆμα, *incipit malum*, Med. 60. τὴν ἀρχὴν ἀφιέναι Andr. 392, *omittere id, quod primo loco commemorandum erat.* εὖ ἀρχὰς εἶπας Iph. A. 990. σμικρᾶς ἀπ' ἀρχῆς Andr. 643. κακῆς ἀπ' ἀρχῆς Aeol. fr. XII (II). πικρὰς ἐς ἀρχὰς βαίνεις Hel. 667. ἀρχὴ

λόγου Phoen. 1346. Ion. 517. ἀρχὰς τῶν λόγων λαμβάνειν Iph. A. 320; cf. ib. 1124. ἀρχὴ πημάτων Hipp. 272. τίν' ἀρχὴν πρῶτά σ' ἐξείπω κακῶν; El. 907. ἀρχαὶ δ' αἵδε μοι πολλῶν πόνων Iph. T. 939. ἀρχὰν θανάτου Or. 1395. ἀρχὴν μακρίαν νυμφευμάτων Iph. A. 832. πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχάς Hipp. 762. 2. *Imperium, magistratus.* ἐπὶ ζυγοῖς ἀρχῆς καθέζετο Phoen. 75. ἐν ἀρχαῖς ἥμενοι Andr. 700. ὃς ἂν πόλεος ἐν ἀρχαῖσιν ᾖ Or. 895. πόλεος ἐμπεσόντες εἰς ἀρχήν τινα Erechth. fr. XX (II), 30. ἐπεὶ κατέσχες ἀρχάς Iph. A. 343. χθονίων Αἴδῃ μετέχεις ἀρχῆς fr. inc. tr. CLV, 8. ἀρχὰς τῆσδε γῆς ἔδωκέ μοι Phoen. 1580. ὥστε μὴ στερέντα σ' ἀρχῆς ἀπολέσαι καλὸν κλέος Iph. A. 357. ἀρχαὶ νεώς Hel. 1596. Ἀρχαί pro ἄρχοντες, ut ap. Latinos *magistratus* pro *magistratum gerentibus.* λέξει ἀρχαῖς καὶ στρατηλάταις τάδε Phoen. 980. ἀρχαὶ αἳ Ἰπιχώριοι χθονός Ion. 1111. ἀρχαὶ ἐπληροῦντο Andr. 1098, *frequentes conveniebant;* v. not. ad l. [et s. πληροῦν]: nisi ἀρχαί est locus, ubi senatus convenit, *curia. Aug. M.*

ἀρχηγέτης, *auctor.* De formatione vocis v. *Ellendt.* in lex. τῷ γένους ἀρχηγέτῃ Or. 554, *auctori gentis,* quatenus πατὴρ φυτεύει, μήτηρ τίκτει (v. 551). θεοὺς μὲν ἡγοῦ — τύχης ἀρχηγέτας τῆσδε El. 891: opponitur Orestes tamquam τῆς τύχης ὑπηρέτης v. 892.

ἀρχηγός, *qui praeit, prodromus, praenuntius.* Tralate κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον Hipp. 881, *sermonem malorum praenuntium* i. e. *male ominata verba,* quod Tr. 707 est φροιμίων ἄρχει κακῶν. *Princeps.* ἀρχηγὸς χθονός Iph. T. 1303. ἀρχηγοὶ στρατοῦ, *duces,* Tr. 1267. τὸν Ἐρεχθειδᾶν ἀρχαγὸν, τὸν εὐπατρίδαν, *Theseum,* Hipp. 152. Schol. τὸν τῶν Ἀθηναίων βασιλέα. Sic etiam ὁ πάρος ἀρχαγὸς ὢν Ἐρεχθεὺς ἄναξ Ion. 723. Hinc *adiective* Τροίας ἀρχαγοὺς εἶχον τιμάς (Hecuba) Tr. 196, *regias.*

ἀρχικός, *regius.* Θῶκοις ἀρχικοῖς ἐνήμενοι Phil. fr. VII (VI), 1. Ita *Valck.* diatr. p. 116; vulgo ἀργικοῖς.

ἀρχιτέκτων. τοῖσιν ἀρχιτέκτοσι (δόλου) πείθεσθε Cycl. 475, *fabricatori s. machinatori.*

ἀρωγός (ἀρήγειν), *auxiliator.* τίς ἂν θεῶν ἀρωγὸς — φανείη; Hipp. 675. δοκοῦσ' ἀρωγὸς ἐν πόνοις (*auxiliatrix*) παραστατεῖν Rhes. 638.

ἀσάλευτος, *inconcussus.* ὁ τᾶς ἡσυχίας βίοτος καὶ τὸ φρονεῖν ἀσάλευτόν τε μένει καὶ συνέχει δώματα Bacch. 389.

ἀσαφής, *incertus.* ἐῶ τοῦτ' ἀσαφὲς ἐν κοινῷ σκοπεῖν Or. 27, *incertum relinquo.*

ἀσέβεια, *impietas.* ἀσέβειαν ἀσκοῦντα ὄργι' ἐχθαίρει θεοῦ Bacch.

Ἀσιήτιδες ὁμωαὶ στατίζουσι. Itaque *Herm.* praef. Hec. p. LXIII correxit πρὸς δ' ἕδραισιν Ἀσίδες. Quod iniuria probavit *Blomfield.* ad Aesch. Pers. 275. Sufficit levissima medela Ἀσιάτιδες. De anapaesto v. *Seidl.* ad v. 312.

ἀσίδηρος, *non ferratus.* ἀσιδήροις μοχλοῖς Bacch. 1102. Hinc χειρὸς ἀσιδήρου μέτα, *manu ferro non armata*, ib. 785.

ἀσιτεῖν, *a cibo abstinere.* ἀσιτεῖ εἰς ἀπόστασιν βίου Hipp. 277. V. *Matth.* gr. p. 1348.

ἀσιτία, *inedia.* Pluralis exstat Suppl. 1105. ἀσιτίαις ἐμὸν δέμας — συντακεὶς ἀποφθερῶ.

ἄσιτος, *cibi expers.* κεῖται ἄσιτος Med. 24. τριταίαν γ' οὐκ ἄσιτος ἡμέραν Hipp. 275.

ἀσκεῖν. Origo non plana. Probabile tamen literas intermedias non insiticias esse, sed radicales. In iis enim verbis, quorum stirpi vel $\overline{\sigma\kappa}$ vel $\overline{\iota\sigma\kappa}$ insertum est, vix purum invenias. Itaque ἀσκέω ab ipso ἀσκός (s. v.) derivandum duco, ut proprie sit sigillatim *coria subigere* s. *colere*, deinde generatim *subigere, colere, tractare* (*bearbeiten*). Qua in re mire concordat cum verbo κομέω. Id enim proprie ut κομάω de *coma colenda* s. *curanda* (κόμη) dictum generalem deinde *colendi curandi comendi ornandi* (κο-σ-μέω) vim assumsit. 1. De rebus concretis. a) *Subigere, colere, tractare.* Huc pertinent Homerica illa ἀσκεῖν εἴρια — κέρατα. b) *Subigere, colere, curare, exercere.* De homine. Μουσαῖον, inquit Musa, Φοῖβος σύγγονοί τ' ἠσκήσαμεν Rhes. 947, *coluimus* s. *fovimus.* De corpore. χειμῶνι ἀσκεῖν σῶμα fr. dub. XXIV, 7, *curare.* Crebra imprimis formula σῶμα ἀσκεῖν, *corpus exercere*, et similia. Cf. *Sturz.* lex. Xen. s. v. et Plut. Coriol. c. 2. c) *Colere, curare, polire, comere, ornare.* V. *Koen.* ad Greg. Cor. p. 536. πτύξασα καὶ ἀσκήσασα χιτῶνα Hom. Od. α', 439. σὸν δέμας ἐξῆλθες ἀσκήσασα Tr. 1023, ut, quod *intransitive* dictum, γυνή, ἥτις ἐκ δόμων εἰς κάλλος ἀσκεῖ El. 1073; v. *Matth.* ad l. et de εἰς *consilium* s. *finem* exprimente gr. p. 1348. *Med.* εὐπρεπῶς ἠσκήσατο Alc. 159. *Pass.* εὖ ἤσκησαι πέπλοις Ion. 326. Hinc quod *Person.* correxit Hel. 1555. ναυφθόροις ἠσκημένοι πέπλοισιν pro ἠσθημένοι, id iure condemnant *Matth.* et *Pflugk.*: neque enim pannis quisquam corpus *colit*, quidquid ad defendendum Porsonum proferat *Ellendt.* in lex. V. 1398 sq. [Cum ἐν. δόμοι — οὐκ ἐν πολυχρύσοισιν ἤσκηται χλιδαῖς Dan. prol. 2.] Hinc d) *subornare, instruere* (*versorgen, ausstatten*). *Med.* ἐς ἀλκὴν σῶμ' ὅπλοις ἠσκήσατο Hel. 1395. *Pass.* ναυσὶν ἀσπίσιν θ' ὁμοῦ ἵπποις τε — ἠσκημένοι (Ἕλληνες) Iph. A. 83. Cf. Hom. Il. κ', 438. 2. De rebus abstractis: *colere, exercere, studere.* De virtuti-

bus vel vitiis. τρεῖς ἀρεταί, ἃς χρὴ σ' ἀσκεῖν Antiop. fr. IV, 1. ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν Bacch. 641. ἀσέβειαν ἄσκουντα ib. 476. χρηστότητ' ἠσκηκότα Suppl. 872. τἀγάθ' ἀσκήσας ib. 912. πραγμάτων εὐμουσίαν ἄσκει Antiop. fr. XXV (XXXIII), 3. V. *Matth.* ad l. ἔρωτας ἀπάτας δόλιά τ' ἐξευρήματα ἀσκοῦσα (Κύπρις) Hel. 1110. πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους, *utuntur*, Melan. fr. XXIX (XX), 2. Praeterea frequens est de artibus. Cf. *Sturz.* lex. Xen. s. v. 1, b. Etiam de tota vita. ἀνεπίληπτον ἠσκηκὼς βίον Or. 920. ὅσοι σαρκὸς εἰς εὐεξίαν ἀσκοῦσι βίοτον Antiop. fr. XXXIII, 2, *ad corpus curandum s. saginandum vitam colunt.* Latinis quoque usitatum *vitam colere.* V. Plaut. Rud. 1, 5, 25. Ter. Heaut. 1, 1, 82. Etiam cum *infinitivo.* Cf. *Sturz.* lex. Xen. 1, d. μᾶλλον σαυτὸν ἤσκησας (*studuisti*) σέβειν ἢ τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾶν Hipp. 1080, ubi σαυτόν ad σέβειν referendum est et ἀσκεῖν intransitive sumendum, ut El. 1073. V. s. ἄρχειν in. et *Stallb.* ad Plat. Rep. III. p. 182. Sic etiam εὐσεβεῖν ἠσκηκότα Hipp. fr. p. 190. ed. *Matth.* Sic etiam sumendi loci, quos falso partim explicatos affert *Sturz.* lex. Xen. *s.* v. 2. Cum ὅπως. τοῦτ' ἤσκεις, ὅπως ἔποιο Tr. 1008, *curabas, meditabare.*

Ἀσκληπιάδης. οὐδ' ὅσα Φοῖβος Ἀσκληπιάδαις ἔδωκε φάρμακα Alc. 971, i. e. *Aesculapii artem exercentibus.*

Ἀσκληπιός, n. pr. Ζεὺς κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν (Phoebi) Ἀσκληπιόν Alc. 4, ubi v. schol. Ἰαθμὸν καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ Hipp. 1209. V. *Valck.* ad l. De tono cf. *Boeckh.* ad Pind. Pyth. 3, 6. Stirpem nominis praeter *Dammium* lex. Hom. p. 1268 tetigerunt *Boeckh.* not. crit. ad Pind. l. c. et *Dissen.* comment. in Pind. p. 203. Nec dubium quin altera compositionis pars vocabulum ἤπιος contineat; in priore vero utrum ἀσκεῖν, *curare*, an ἀκεῖσθαι, *sanare*, lateat, incertum.

ἀσκός. Leviter hoc verbum tractarunt lexicographi, notionem, quae prima est, vel postremo loco collocantes vel plane omittentes. Nec mirum ignota origine. Quam quum ἀ-σκός eamdem habeat cum σκῦτος σκῦλον κύτος κοῖλος (s. v.), hinc quodlibet proprie *tegumentum* (*Hülle*), imprimis *cutem* (*Haut*), significat. V. s. κεύθειν et *Adelung.* in lex. Germ. s. *Haut* T. II. p. 1035. Planissima haec propria significatio in locis Herod. 7, 26. καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται, et, qui illa respexit, Platonis Euthyd. p. 285, D. ἕτοιμός εἰμι παρέχειν ἐμαυτὸν τοῖς ξένοις, καὶ ἐὰν βούλωνται δέρειν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν δέρουσιν, εἴ μοι ἡ δορὰ μὴ εἰς ἀσκὸν τελευτήσει, ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου, ἀλλ' εἰς ἀρετήν. Utroque in loco perquam insulse de *utre* cogitavit *Heindorfius.* Tu *cutem* intelligas. Eodem pertinet for-

mula proverbialis *ἀσκὸν δέρειν* vel *ἀσκὸς δέρεσθαι*, de qua v. *Heindorf.* ad Plat. Euthyd. l. c. p. 346 et *Schaefer.* ad Plut. T. IV. p. 316. Hinc *ἀσκός* etiam *corium s. pellem* (*Fell, Leder*), unde *ἄσκωμα*, et *quidquid e corio est*, imprimis *utrem*, denotat. Similiter nostrum *Schlauch* cum *Schlucht Loch Lücke* cognatum omnino *locum depressiorem s. cavum* atque inde demum *utrem* significat. *ὃδ' ἀσκὸς, ὃς κεύθει* (*τὸν οἶνον*) Cycl. 145. *θεὸς ἐν ἀσκῷ οἴκους ἔχων* ib. 523. *χάλα τὸν ἀσκὸν μόνον* ib. 160; cf. 147. 151. 508. 527. *λύσας ἀσκόν* El. 511. Ut vero *uter* et *uterus* communem habent *cavi* notionem, ita *centrum* quoque *ἀσκόν* tecte appellat oraculum Med. 679, ubi est (*ἔχρησε θεός*) *ἀσκοῦ με τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πάδα*. Quae optime explanavit scholiasta.

ἄσμενος ab *ἥδομαι* (*ἅδω*) descendere nemo non videt primo adspectu. Itaque non *lubentem*, sed *lactum* proprie designat atque de eo praecipue usurpatur, „cui contingit quod vix exspectare poterat, qui e magna difficultate sese emergere vel ea liberari cum laetitia videt.“ *Matth.* ad Or. 764. Regnat haec vis apud Homerum. Sic etiam Eurip. *στελλώμεθ' οἴκαδ' ἄσμενοι* Tr. 1264. *νέρθεν ἄσμενος φυγών* Herc. f. 621. *τοὺς ἐκ θαλάσσης ἀσμένως πεφευγότας*, *laete*, Hel. 405; perperam *Pflugkius*: „i. q. *ἀγαπητῶς καὶ μόλις*.“ *ἄσμενός σ' ἰδὼν πρὸς ἀσμένας πέπτωκα σὰς παρηίδας* Ion. 1438, *laetus laetam amplector*. Pessime *Barnes.* *lubens — lubenter*. *ὡς ἄσμενός σ' ἐσείδον* Herc. f. 524; cf. Iph. A. 640. 644. Bacch. 609. Tr. 21. *ὡς ἂν σχολὴν λύσωμεν ἄσμενοι πόνων* Herc. f. 725; v. *Matth.* ad l. *οὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχει λόγον;* Med. 924; cf. [1007.] 1003. Suppl. 393. (*δέδοικα*) *μὴ λάβωσί σ' ἄσμενοι* Or. 774. V. *Matth.* ad l. *ἔλαβον ἀσμένα πόσιν ἐμόν* Hel. 633. Pessime *Barnes.* etiam hic *lubens*. *ἄσμενος* (*τις*) — *φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἥσθη στόμα* Antiop. fr. XLV (XXVII), 3, ut *ἡσθεὶς φρενὰς ἄσμενος θύσειν ὑπέστης παῖδα* Iph. A. 360. Quibus ex locis origo vocabuli clarissime cognoscitur. *ἔβα — Οἰδίπους — τάνδε γᾶν τότ' ἀσμένοις* Phoen. 1053. V. *Matth.* gr. §. 388. d. Male *Barnes.* et *Valck.* cum codd. aliquot *ἄσμενος*: id enim *iucundum s. suavem* numquam denotat, id quod *Schaeferus* quoque temere contendit ad Greg. Cor. p. 377. Imo ex locis allatis patet *laeti* vim non tantum propriam esse, sed etiam frequentissimam. Inde vero sponte consequitur *alacris, promti, lubentis* significatio: *libet* enim quod *laetus* facio: eaque apud prosae imprimis orationis scriptores crebra. Ceterum res trita est *adiectivum* plerumque poni. Sed neque *adverbium* insolitum, ut ex Helenae loco 405 apparet. V. *Bremi.* ad Lys. or. sel. p. 451. *Const. M.*

ἄσοφος, *insipiens, imprudens.* Φοίβου ἄσοφοι γλώσσης ἐνοπαί El. 1302, quatenus caedem Clytaemnestrae iussit.

ἀσπάζεσθαι ex alpha intensivo et σπάω compositum est indeque proprie significat *pertrahi s. abripi* ad aliquem, *collum* alicuius *invadere, in amplexus* alicuius *ruere*, hinc *amplecti, complecti, permulcere* (*herzen, liebkosen*). πρὸς δεξιὰν αὐτοῦ (Menelai) θέλω στὰς ἀσπάζεσθαι Or. 475. δότ', ὦ τέκνα, — ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα Med. 1070. νῦν ἀσπάζει τότ' ἀπωσάμενος ib. 1401. ἀσπάσασθε καὶ προσείπατε πατέρα μεθ' ἡμῶν Med. 895. ἢ δὲ λαμβάνουσ' ἐν ἀγκάλαις ἡσπάζετ' ἄλλοτ' ἄλλον (παῖδα) Alc. 189. μητρὸς ἀσπάζου σέθεν, πρόσπιπτε Tr. 750. ἴσον σ' ὡς τεκοῦσ' ἀσπάζομαι Ion. 1363. ὑπ' αἰδοῦς οὐ λίαν ἀσπάζομαι (τέκνον) Erechth. fr. XX (II), 33. *Amplectendo salutare* (*herzlich bewillkommnen*) et hinc simpliciter *salutare.* πρόσωθεν αὐτὴν — ἀσπάζομαι Hipp. 102, *e longinquo saluto*, quod eleganti lusu positum esse pro vulgari χαίρειν ἐᾶν perspecte monnit *Stallbaum.* ad Plat. Rep. VI. p. 56. Cf. Hipp. 113. Respexit hunc locum praeter Platonem Rep. VI. p. 499, A Plutarchus T. II. p. 777, 8. V. *Barnes.* ad l. Tralate ὡς ἀσπάσωμαι τὴν ταλαίπωρον πόλιν Tr. 1276, *ut salvere iubeam.* ταύτην (θυσίαν) ἀσπάζεται (ἡ θεός) Iph. A. 1594, *oblectatur.* τὴν συμφορὰν ἀσπάζομαι πατέρα σ' ἀνευρών, *laetus amplector*, Ion. 587. Hinc frequens locutio et proprie et maxime tralato sensu ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν (*herzen und küssen, von Herzen lieben*). V. *Stallb.* ad Plat. Apol. S. p. 55.

ἀσπαίρειν (α intens. et σπαίρω), *palpitare.* Dicitur imprimis de morituris, ut ἀπασπαίρειν (s. v.). πᾶν σῶμ' ἄνω κάτω ἠσπαιρεν — δυσθνῄσκον φόνῳ El. 843. V. s. ἀλαλάζειν. [ἔλαφος ἀσπαίρουσ' ἔπειτ' ἐπὶ χθονί Iph. A. 1587.]

ἄσπασμα, *amplexus, blanditia.* φίλας ἡδονὰς ἀσπασμάτων ἔχω El. 596. πολλὰ ἀπεθέμην ἀσπάσματα Iph. T. 376. τὰ πόλλ' ἀσπάσμαθ' αἵ τ' ἐμαὶ τροφαὶ — φροῦδά μοι Tr. 1187. τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων Hec. 829. De vers. 831 v. s. φίλτρον.

ἀσπαστός, *acceptus, exoptatus* (*willkommen*). ἐπλάθης Φρυγίαν πρὸς αὐλὰν ἀσπαστός Rhes. 348. ch. V. s. φίλιος.

ἀσπερχές (α intens. et σπέρχω), *praepropere.* [ἀσπερχὲς μενεαίνουσα — πελάζω Dan. prol. 51. ch. V. *Matth.* ad l. p. 144.]

ἄσπετος, ex α priv. et ἵσπειν (v. s. εἰπεῖν) compositum ut ἄσχετος ex α priv. et ἴσχειν, proprie est *ineffabilis* (*unsäglich, unbeschreiblich*), hinc *infinitus, immensus, ingens.* Ζεὺς χάλαζαν ἄσπετον πέμψει Tr. 78. δρυὸς ἄσπετον ἔρνος Cycl. 611.

ἀσπιδηφόρος, *clipeum ferens.* ἀσπιδηφόρους (*clipeatos*) ἵππων

τ' ἐπεμβάτας Bacch. 780. ὁπλίτας ἀσπιδηφόροις ἔπι (ἔταξε) Phoen. 1103. κῶμος ἀσπιδηφόρος Suppl. 390 acerbe dicitur *exercitus*. Cf. Phoen. 802.

ἀσπιδοῦχος, *clipeatus*. ἆρ' ἀσπιδοῦχος ἔτι ποτ' ἀντιτάσσομαι σὸν φόνον — Suppl. 1143. V. s. ἀντιτάσσειν.

ἀσπιδοφέρμων. Ἀργείους — ἀσπιδοφέρμονα θίασον ἔνοπλον Phoen. 802. ch. Schol. ἀσπιδοφέρμονα, τούτεστιν ἀσπιδοθρέμμονα· φέρφαι γὰρ τὸ θρέψαι· τὸν ἐν ἀσπίδι τραφέντα. Contra alter schol. ἀσπιδοφέρμονα, ἀσπιδηφόρον. Idemque voluisse videtur *Eustathius*, qui hunc locum respiciens p. 354, 16. τοὺς δὲ ἀπιστοῦντας ἀσπιδοφέρμονα θίασον ἡ τραγῳδία εἶπεν. Idque praefero et propter κῶμον ἀσπιδηφόρον Suppl. 390 et propter φέρμα φέρμιον (φέρω).

ἀσπίς, *clipeus*. πάγχαλκον ἀσπίδ' ἀμφὶ βραχίονα κουφίζων Phoen. 122 [v. s. ἀμφί p. 177]. λέοντός θέρος ἔχων ἐπ' ἀσπίδος ib. 1127; cf. ib. 1131. 1137. 1142. σημεῖα ἀσπίδων ib. 144. ἀσπίδων κεγχρώματα ib. 1395. ἐκεῖσε κἀκεῖσ' ἀσπίδ' ἐκτείνων χερί Andr. 1132. μή τις ἀσπίδ' αἰρέτω χερί Rhes. 451. ἡμῖν δέ γ' ἄλλα πατρικῆς οὐκ ἦν μέρος· — ὅσ' ἀσπὶς ἔγχος θ' ἥδε σοι παμπησία Ion. 1305. θεοῖς ἀσπίδας ἔθηκε Phoen. 579, i. e. ἀνέθηκε. ἀσπίδας συλῶντες νεκρῶν ib. 1483. ἀσπίδας θύρσοισι Βακχῶν ἐκτρέπειν Bacch. 797. ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἰλίξας θέμας Phoen. 1185. κῶλον ἐκτὸς ἀσπίδος τίθησι ib. 1400. πάταγον ἀσπίδων Heracl. 832. χαλκόνωτον ἀσπίδα — ἀμφὶ πλεύρ' ἐβάλλετο Tr. 1136. σιδηρονώτοις ἀσπίδος τύποις ἐπῆν γίγας Phoen. 1137. χρυσόντον ἀσπίδα Antig. fr. XIX (XVIII). ἀμφίτορνον ἀσπίδ' Ἕκτορος Tr. 1156. δοριπόνοις ἀσπίσι Iph. A. 772. κλεινᾶς ἀσπίδος ἐν κύκλῳ El. 455. ἀσπίδος κύτει ὁμιλεῖν Antiop. fr. XXII (XLII). ὑπ' ἀσπίδων πλευρᾶς ἔκρυπτον πλευρά Heracl. 823. λόχον πυκναῖσιν ἀσπίσιν πεφρικότα Phoen. 1112. ἀσπίσιν ἠσκημένοι Iph. A. 82. ἄνδρες ἀσπίσιν πεφραγμένοι ib. 826. 1387. καθῆστο λαὸς ἀσπίδων ἔπι, cum *clipeis s. clipeis instructus*, Phoen. 1476; v. not. ad v. 1467 [et gr. p. 1368. δ]. στρατὸν παρ' ἀσπίδας εὖδειν ἐῶμεν Rhes. 123. Hinc στῆναι παρ' ἀσπίδα dicuntur *qui in acie stant* Phoen. 1008 et Med. 250, sed παρ' ἀσπίδα τινὸς βεβηκέναι Phoen. 1080 est *armigerum* (ὑπασπιστήν) *esse*. πολλαὶ παρ' ἀσπίδα μοχθήματ' ἐξέπλησας Hel. 740, *in acie*, ut παρ' ἀσπίδ' ἑκπονῶ Or. 652. μυρίον ὄχλον Φρυγῶν ὑπέστην πολλάκις σὺν ἀσπίδι Cyc. 199. ὃς οὔποτ' ἀσπίδ' ἔσχε πρὸς λαιᾷ χερί Herc. f. 159, *qui numquam in acie stetit*. θείνειν δι' ἀσπίδος Heracl. 685. 686. 738, *per clipeum vulnerare*, h. e. *clipeo perfracto* vel *confosso vulnerare*, *pugnando vulnerare*. Hinc formula δι' ἀσπίδων, *in pugna*, Phoen. 1300. μονομάχου

δι' ἀσπίδος, *pugna singulari*, Heracl. 819. [E talibus fluxisse videtur quod aperte corruptum est: δι' ἀσπίδων πασὶ θένοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους; Autol. fr. I (III), 20. Ingeniose *Lobeck.* ad Ai. p. 311 (ed. 1) rescripsit δίχ' ἀσπίδων, cui si ποσὶ σθένοντες, quod iam pater coniecerat, addideris, salva sententia. Vid. v. 16 sq. *Const. M.*] Sic etiam ἐν ἀσπίσιν κινδυνευτέον Suppl. 572. εἰς ἀσπίδ' ἥξειν βασιλικῶν δόμων ὕπερ Phoen. 1336. ἐν ἀσπίδι δεινὸς σοφιστής Suppl. 902. εὖρων ἀκριβῆ μουσικὴν ἐν ἀσπίδι ib. 906; v. μουσική. συμβαλεῖν ἀσπίδας Phoen. 1414, *pugnam conserere.* Ἀσπίς, ἀσπίδες pro ἀσπιδηφόροι. πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων, *exercitum*, Phoen. 78. ἐκ Μυκηνῶν σὺν ἀσπίσιν ἔστειχε Heracl. 932. νέφος ἀσπίδων πυκνὸν ἀμφὶ πόλιν φλέγει Phoen. 258. ἀσπίδος ἔρυμα Iph. A. 189, munimentum, quod clipeis s. viris armatis efficitur (v. gr. p. 787), *castra. Aug. M.* [De discrimine verborum ἀσπίς, πέλτη, γέρρον v. *Sturz.* lex. Xen. s. ἀσπίς. Stirps est σπίζω, quod *productionem s. amplitudinem* designat; litera autem praefixa nequaquam privativum alpha est, ut cum *Eustathio* aliisque inepte arbitratur *Dammius*, sed augmentum illud nominale, de quo s. ἀνά diximus. Itaque ἀσπίς quodvis proprie *latius s. amplius corpus* est, deinde *planum* (*Platte*). Similiter *tabula* factum ex τάειν (τείνειν), *Bret* e *breit.* Huc pertinet etiam adiectivum σπιδής, *latus, amplus*, quod Homero in Il. χ', 754 cum *Wolfio Heynio Passovio* (quem v. s. v.) optimo iure pro ἀσπιδής restituit *Spitznerus* ad Il. Exc. XXII; quamquam mireris hunc de origine vocis incertum fuisse, qua nihil et certius et clarius. *Const. M.*]

ἀσπιστήρ, *clipeatus, armatus.* μυρίοι με μένουσιν ἀσπιστῆρες Heracl. 278.

ἀσπιστής i. q. ἀσπιστήρ. ἀσπιστὰς Ἰόλαος Ion. 198. ch. ἦλθεν — εἰς πεδίον ἀσπιστάς Herc. f. 1194. mel. λογχήρεσι σὺν ἀσπισταῖς Iph. A. 1069. *Adiective.* Ἥφαιστον χρυσέων ἀκμόνων μόχθους ἀσπιστὰς τευχέων El. 444. ch. V. *Matth.* et *Seidl.* ad l.

ἄσπονδος, *non pactus.* ἀσπόνδοισι νόμοισιν ἔχθραν τῷδε (Aegistho) συμβεβλήκαμεν El. 905, *legibus non pactis*, h. e. *sine pacto*, ἀσπονδεί. Commode *Barnes.* adscripsit Hom. Il. χ', 261. ὡς οὔκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά. *Libatione non placandus, implacabilis.* τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ Alc. 426, qui simili sensu ἀμείλιχος ἠδ' ἀδάμαστος vocatur Hom. Il. ι', 15.

ἀσπούδαστος. *Act.* ἡ δὲ — κἀσπούδαστος ἦλθεν εἰς δόμους (mariti) Melan. fr. XV (VIII), 3, etiam *non dedita opera*, i. e. *sponte. Pass.* σπεύδει ἀσπούδαστα δαίμων Iph. T. 202, *nimio impetu ruit.* Si-

militer σπεύδοντα ἀσπούδαστα (Pentheum) Bacch. 911, *incepto studio abreptum.* V. s. ἄχαρις.

ἄσσειν. Exempla huius formae Euripidea s. ἀΐσσειν p. 78 et 79 dedimus. Quam formam quod neque ex ἀΐσσειν contractam esse neque iota subscriptum sibi requirere contendimus, id egregie confirmatur forma prosae Atticae consuetiore ἄττειν. Hoc enim semper apud Platonem, vulgo etiam apud alios, sine iota perscribi diserte testatur *Valckenarius* ad Phoen. 1388. V. *Schneider.* ad Plat. Civ. T. III. p. 302 et s. ἄσσον. Etiam *Bekker.* anecd. p. 204, 17. ἄττων· ὁρμῶν καὶ παθῶν. De significatione huius verbi nonnulla addidimus s. ἀστήρ. Cf. *Buttm.* ind. ad Plat. dial. IV. p. 213. *Boissonad.* ad Philostr. Her. p. 600. *Stallb.* ad Plat. Rep. X. p. 376. *Const. M.*

ἄσσον. σῶν ἄσσον ἄντρων ἤλθομεν Cycl. 245. Dubia sunt et inter dubia τῶν ἄσσον ὥρμει Iph. A. 291. ch. *Hesych.* ἄσσον· πλήσιον, ἐγγύς. Quae glossa docere poterat ἄσσον non, ut vulgo credunt, comparativum esse, sed radicem habere verbum ἄσσω. V. s. ἀΐσσω p. 78 sq. [Dubitabam initio in fratris ire sententiam. Probabile enim videbatur, quod scribunt grammatici, ut βράσσων ex βραχίων, θάσσων ex ταχίων, ita ex ἄγχιον (ἄγχι) esse factum ἄσσον. Reputanti tamen hoc ἄσσον numquam exstare mera comparativi potestate, numquam cum ἤ vel cum genitivo, qualem reliqui comparativi adsciscunt, consociari, numquam fere cum verbis quietem indicantibus, sed cum iis, qui motum declarant, copulari, porro adiectiva quidem nonnulla in δυς θυς κυς (κρος) χυς exeuntia comparativum habere —σσων vel —ττων, sed nullum in γχυς vel γχος desinens, denique ἄσσον originem dedisse formis ἀσσότερος ἀσσότατος ἄσσιστος, id quod, si ipsum ἄσσον comparativus esset, nulla ratione posset fieri, — haec omnia reputanti mihi certissima postremo fratris derivatio visa est. Eamque praeter glossam illam Hesychianam mirifice confirmat similitudo Latinorum vocabulorum *prope* (*pro, πρός*) i. e. ἄσσον et *propero* i. e. ἄσσω. Nunc ἄσσον proprie est *prorsus* s. *protinus, fort, vorwärts*, et respecto fine *hinzu herzu herbei heran.* Itaque ἄσσον ἰέναι — ἰκέσθαι — ἔρχεσθαι simpliciter est *procedere* vel *accedere* (ἄσσον ἴθι, *komm heran*), ἄσσον καλεῖν *provocare* vel *advocare*, ἄσσον φορεῖν *apportare*, ἄσσον ἑρύεσθαι *attrahere*, ἄσσον στῆναι *adstare.* De *genitivo* saepe adiuncto v. s. ἀντί, de iota falso subscripto s. ἀΐσσειν p. 78 sq. *Const. M.*

ἀστάθμητος (σταθμᾶν). ῥοτῶν ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰὼν Or. 979. Male et *Barnes. instabilis* et *schol.* ἀβέβαιος, ἄνισος, ἄστατος. *Harpocration:* περὶ οὗ οὐδεὶς ἂν δύναιτο τεκμήρασθαι οὐδὲ σταθμήσασθαι, τί ποτε διανοεῖται ἢ τί πράξει. Cf. *Bekkeri* Anecd. I. p. 455.

Scilicet hi *hominem* intelligunt (v. Plat. Lys. p. 214, C). Itaque de *vita* est *quae qualis futura sit non potest colligi*, h. e. *incerta, anceps.*

ἄστακτος. (Latona) λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ' ἀστάκτων — ὑδάτων Iph. T. 1241. Loquitur chorus de Inopo Deli insulae fluvio, de quo Callim. h. Del. 206. ὅντε βάθιστον γαῖα τότ' ἐξανίησιν, ὅτε πλήθοντι ῥείθρῳ Νείλος — κατέρχεται, et Hom. h. in Apoll. 14 sqq. ὦ Λητοῖ, — τέκες ἀγλαὰ τέκνα — κεκλιμένη πρὸς μακρὸν ὄρος καὶ Κύνθιον ὄχθον, ἀγχοτάτω φοίνικος, ἐπ' Ἰνώποιο ῥεέθροις. Hinc patet ἄστακτα ὕδατα nequaquam esse *aquas non stillantes s. immotas*, quas interpretes sibi finxere, sed *rapidius s. pleno alveo fluentes, largiter se effundentes.* Idque dudum ex *Hesychio* (s. v.) perdiscere poterant socordes lexicorum editores. Nempe ἀ est intensivum. De constructione v. *Matth.* ad v. 1208.

ἀστένακτος, *non gemens.* ἄκλαυστος ἀστένακτος Alc. 171. οὐδέποτ' ἀδάκρυτος ἀστένακτος ἀμέρα ἐπισχήσει Hec. 691. mel. V. s. ἐπέχειν.

ἄστεπτος, i. q. ἀστέφανος, *non coronatus.* τίς ἄστεπτος θεῶν; Heracl. 441, *quem deorum non coronavimus*, i. e. *quem non coronatum supplices precati sumus.*

ἀστεροειδής, *stellans.* (νύξ) ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' αἰθέρος Androm. fr. I (XXVIII), 3.

ἀστερωπός, *stellans.* ἀστερωπὸς αἰθήρ Ion. 1078. τὸ ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας Sisyph. fr. I, 33. *Stellatus.* ἀστερωπός (Hippomedon) ἐν γραφαῖσιν Phoen. 131, *stellatus in clipei picturis:* „*clipei* namque *stelliferi pictura* designatur, quo fuit insignis Hippomedon." *Valck.* V. 1120 sqq. ἀστερωποῖσιν δόμοισι χρυσέοις (Solis) Phaëth. fr. IV, 25. De Hipp. 851 v. s. ἀστρωπός.

ἀστέφανος, *non coronatus.* ἀστέφανοι κόραι ἀνάπαυλαι (s. v.) Λατοῦς Hipp. 1137. φονίους ἀνδρῶν ἀμίλλας ἔθετ' ἀστεφάνους Andr. 1021, *certamina coronis vacua s. gaudio:* corona enim hilaritatis signum. V. Phoen. 793.

ἀστήρ, *stella.* ὅθεν λαμπρὸς ἀστέρος στείχει μύδρος Sisyph. fr. I, 35; v. *Matth.* ad l. οἰκεῖς (Iuno) ἀστέρων ποικίλματα Hel. 1102. ὦ φαεννῶν ἀστέρων οἰκῶν ἕδρας, Ζεῦ ξένιε, Cycl. 352. εἰς κέλευθα ἀστέρων (δέρκεσθαι) Hel. 350. ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς Melan. fr. III (XXVII), 2. ἀστέρας ἑσπέρους Ion. 798. ἕως ἵππότας ἐξέλαμψεν ἀστὴρ fr. inc. tr. CXCVIII. τίς ποτ' ἆρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει; Iph. A. 6. διοπετὴς ὅπως ἀστὴρ ἀπέσβη fr. inc. tr. CXXVII, 2. *Aurorae*, quae ap. Virg. Aen. 6, 535 *roseas quadrigas* et ib. 7, 26 *roseas bigas* habet, ab Euripide quoque Tr. 855 tribuitur ἀστέρων τέθριππος χρύ-

σεος ὄχος (*Sternenwagen*). *Ignis* a Nauplio ad fallendos Graecos accensus δόλιος ἀστήρ vocatur Hel. 1142, „quod procul *sideris* forma spectabatur et infausti etiam *sideris* instar mortem Graecis nuntiabat." *Barnes.* De homine. τὸν Ἑλλανίας φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας (Hippolytum) Hipp. 1123, quod aptissimis exemplis firmavit *Valck.* Cf. Hom. Il. ζ', 401. χ', 26. *Stellarum* denique sub forma Hercules et Hebe Iolao adsunt Heracl. 854. δισσὼ γὰρ ἀστέρ' ἱππικοῖς ἐπὶ ζυγοῖς στεθέντ' ἔκρυψαν ἅρμα λυγαίῳ νέφει. Ceterum ἀστήρ non cum αὐγὴ αἴγλη αἴθω ab ἄω deduco, sed, licet id ipsum demum ex ἄω fluxerit, ab ἄσσω. Ut enim ap. Lat. *micandi, crispandi, coruscandi, vibrandi* vocabula duplicem et *celeris motionis* et *fulgoris* vim coniungunt, sic etiam ἀργός (*flink*) et ἄσσω, quatenus est *zucken, zittern.* Neque Σείριος ἄσσων Iph. A. 8 est *Sirius cursum dirigens*, ut cum *Barnesio* convertit frater p. 80, sed *Sirius vibrans* s. *micans*, ut φλόγα ἀΐσσει Bacch. 147 *ignem emicare facit* s. *elicit.* Eamque *micandi* notionem etiam verbo διάττειν, quod solemne est de rebus lucentibus, admixtam puto. Itaque ἀστήρ lumen proprie *tremulum, coruscans, micans* denotat (*ein zitterndes, funkelndes Licht*). V. s. ἀργός extr. et s. ἀστραπή. *Const. M.*

ἀστός proprie is est *qui considit, qui sedem stabilem ac domicilium habet* (*ein Ansässiger*): cognatum est enim cum ἑστία (ἕδος, ἕζομαι), ut ἄρκυς (ἄρκος) cum ἕρκος (εἴργω). Hinc *hospiti* s. *peregrino* opponitur. οὐκ ἀστὸς, ἀλλ' ἐπακτός Ion. 290. ἦν τις εἰς πόλιν πέσῃ ξένος, κἂν τοῖς λόγοισιν ἀστὸς ᾖ — ib. 674. Etiam a πολίτης ita proprie differt, ut ἀστός sit omnino *incola* (*Insass, Einwohner*), πολίτης *civis* (*Bürger*). V. *Adelung.* lex. Germ. s. v. *Bürger.* 1. Itaque in Med. 223 οὐδ' ἀστὸν ἦνεσα, inquit Medea, ὅστις — πικρὸς πολίταις ἐστίν, h. e. *nec laudo, si quis domicilio in urbe constituto* (ἀστός) *civibus molestus est.* Quum vero qui *urbem incolit* civitatem plerumque consequatur, hinc ἀστός etiam *civis* notionem recepit. ἀστοῖς πάσῃ τ' ἐννέπω τετραρχίᾳ Alc. 1157. ὦ πάντες ἀστοὶ τῇδε βαρβάρου χθονός Iph. T. 1422. ὅπου δῆμος αὐθέντης χθονὸς, ὑποῦσιν ἀστοῖς ἥδεται νεανίαις Suppl. 443. οἰκεῖος πόλεμος ἐν ἀστοῖς Antig. fr. IV, 2. φθόνον πρὸς ἀστοῦς ἀλφάνουσι (οἱ σοφοί) Med. 297. καλὸς ἀστοῖς στέφανος — εὐκλείας τυχεῖν Herc. f. 1334. εἰπὲ νέοισιν ἀστῶν τῶνδε Suppl. 843. πόθοισι' ἂν ἀστοὶ πάντες In. fr. II (VI), 4. Cf. Or. 446. 872. Phoen. 99. Suppl. 234. Or. 442. 535. 624. 708. 744. 773.

ἀστραπή (ἀστεροπή, στεροπή) ut cognatum ἀστήρ lumen proprie *micans, coruscum* (Cic. Tusc. 2, 8), *crispisulcans* (Cic. Top. c. 16) denotat (*ein zuckendes Licht*), hinc *fulgur, fulmen*: quae ipsa quoque

proprie *fulgorem* (*Funkeln*) indicant. ἀστραπῆς ἐναύσεις Sisyph. fr. I, 31. τιμᾷ σφε (Μακρὰς) Πύθιος ἀστραπαί τε Πύθιαι Ion. 285. V. s. Πύθιος. Tralate de *igne ex oculis micante*. ὅδε — δράκων στίλβει νοσώδεις ἀστραπάς Or. 480.

ἀστραπηφορεῖν, *fulgura ferre*. ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ Beller. fr. XXX (IV).

ἀστραπηφόρος, *fulgurans*. Σεμέλη λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί Bacch. 3.

ἀστράπτειν (ἀστραπή), *fulgur emittere, fulgurare*. Tralate κατάχαλκον ἅπαν πεδίον ἀστράπτει Phoen. 111, *aere* armorum *fulgurat s. fulget*. Cf. Xen. Cyr. 6, 4, 1.

ἄστρον, *sidus*. V. *Ammon.* s. v. et *Eustath.* p. 514. τυφλῷ ποδὶ ὀφθαλμὸς εἶ σύ, ναυτίλοισιν ἄστρον ὡς Phoen. 842. *Plur.* τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν (Sol) Phoen. 1. ἄστρα φεύγει πυρὶ τῷδ' αἰθέρος εἰς νύκτα Ion. 84. Ἕως διώκουσ' ἄστρα ib. 1158. οὐρανὸς ἀθροίζων ἄστρ' ἐν αἰθέρος κύκλῳ ib. 1147. φλογερὰν αἰθέρ' ἐν ἄστροις ναίουσι (Dioscuri) El. 991, ut Hel. 1514. παῖδες Τυνδαρίδαι, λαμπρῶν οἵτ' ἄστρων ὑπ' ἀέλλαισι ναίετ' οὐράνιοι. Iidemque dicuntur ἄστροις ὁμοιωθέντε θεοί ib. 139. ἄστρων αἰθέριοι χοροί El. 467. ἄκριτος ἄστρων ὄχλος Pirith. fr. II, 4. ἄστρων ἀριθμός Herc. f. 667. λαμπρῶν ἄστρων πόλον Or. 1685. ἄστρων πρὸς ἀντολάς Phoen. 507. ἄστρων βεβηκυῖαν μυχούς (Helenam) Hel. 623. φαεννὰς ἄστρων ὁδούς El. 728. δείξας ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδόν Cress. fr. XIV (X), 1. νὺξ χρυσέων ἄστρων τροφέ El. 54, ut ἄστρα ὠμάρτει θεᾷ (*Nocti*) Ion. 1151. ἄστρων βέλος Hipp. 531. μὰ τὸν μετ' ἄστρων Ζῆνα Phoen. 1013; cf. Ion. 870. Κάστορος ἔτ' ὄντος, οὐ κατ' ἄστρα πω Tr. 1001. πρόσθε κάτω γῆς εἶσιν ἄστρα Syl. fr. I (II), 4. καὶ τἄστρα καὶ τὸν Ὠρίωνα δέρκομαι Cycl. 212. De suspecto loco Phoen. 1123 v. s. ὄμμα.

ἀστρωπός, *sidereus*. „Ut ab ἀστήρ fit ἀστερωπός, sic ἀστρωπός ab ἄστρον.“ *Matth.* Quam rariorem formam etiam Hipp. 851, ubi νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα vulgo legitur, praeferendam esse perspexit *Bergkius* in eph. ant. Darmst. 1836. p. 52. Isque scite monuit sic dici lunam, non quod splendescat, sed quod quasi chorum siderum agat. V. s. σελάνα. ἀστρωποὺς κάτεσχεν (Hercules) οἴκους θεῶν Herc. f. 406.

ἄστρωτος, *non stratus*. ἀστρώτῳ πέδῳ πλευρὰς τιθέντες Herc. f. 52. Cf. Erechth. fr. I (XIII).

ἄστυ, proprie *sedes, colonia* (*Wohnsitz, Niederlassung*), hinc *urbs*. V. s. ἀστός. καπνῷ ἐσήμην' ἄστυ (Troia) πολεμίοις ὕπ' ὄν Hec. 1215.

ὀλιγάκις ἄστυ κἀγορᾶς χραίνων κύκλον Or. 917. ἔλειπον ἄστυ τε καὶ θαλάμους Andr. 112. ὦ κλεινὸν οἰκοῦσ' ἄστυ (Athenas) Ion. 262. Τεφίων περίκλυστον ἄστυ πέρσας (Amphitruo) Herc. f. 1080. Φρύγιον ἄστυ Or. 1382. ἄστυ Καδμείας χθονός Phoen. 1108. Σιδώνων ἄστυ Phrix. fr. I, 1. ἄστυ Θηβαίων Phoen. 566. Φεραίων ἄστυ Alc. 483. Σάρδεων ἄστυ Bacch. 463. ἄστυ Παλλάδος Med. 771. κατ' ἄστυ Τροίας Hec. 929. ἄστεως ἀγυιάς Or. 759. πόση τις ἡ 'πίλοιπος ἄστεως ὁδὸς πρὸς πατέρα τὸν σόν Phoen. 849. προβαίνων δι' ἄστεος Or. 727. δι' ἄστεός σε — ὀχήσω ib. 799. δι' ἄστεος κυκλῶν πρόσωπον Phoen. 366; cf. Bacch. 838. πρόσω ἄστεος οὖσα El. 298. ἄστεως ἑκάς ib. 246. πανταχῇ ἄστεος Ion. 1107. οἴχεταί μοι κήρυξ πρὸς ἄστυ Suppl. 37. κατ' ἄστυ Alc. 432. Bacch. 716. *Plur.* ἄστη φυλάσσεθ' ἡσυχοι Suppl. 952. Genitivi formam utramque, et ἄστεως et ἄστεος, usurpavit Euripides. Iniuria igitur solum ἄστεως apud tragicos probarunt *Schaefer.* ad Eur. Or. 719. ed. Pors. *Matth.* gr. p. 229. not. 1 et *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 246, neque hanc normam in textu tragicorum constituendo vel libris invitis sequi debebant *Dindorf.* et *Herm.* Cautior fuit in edendo Euripide *Matthias* libris in re incerta serviens. Et ἄστεως quidem metrum requirit Phoen. 849 (sic maior pars codicum in iisque optimi; ἄστεος Flor. 2. 10. 33. Aug. B. D. Taur. Havn.) Or. 759 (sic Florr. omnes; ἄστεος Mosqu. A. D. Taur. Gu. Havn.) et El. 246 (libri non variant). Quae librorum in locis indubiis dubitatio, non, ut *Ellendtius* arbitratur, quam proni ad errandum librarii fuerint, ostendit, sed hos quoque ἄστεος formam pro usitatiore habuisse. Utramque formam metrum admittit Or. 727. 799. Phoen. 366. Ion. 1107. At libri in his locis unanimi tuentur formam ἄστεος; solus Havn. ἄστεως praebet Or. 727. Neque dissentiunt El. 298 et Bacch. 838, ubi ἄστεος dissyllabum est, ut spernam *Elmsleii* praeceptum ad S. O. T. 762. V. *Porson.* ad Or. 393. *Seidler.* ad Eur. El. 296. Rem conficit quod etiam apud prosae orationis scriptores Attices forma ἄστεος invenitur. Utitur ea Xenophon (v. hist. Gr. 2, 4, 2. 7. 26. 27), Plato (v. leg. 5. p. 746, A. Phaedr. p. 230, C), Thucydides (v. *Poppo.* Proleg. ad Thuc. T. I. p. 221), Plutarchus (v. Lysand. c. 15). V. s. Ἄρης extr.

Ἀστυάναξ, n. pr. φίλος Ἀστυάναξ, Ἕκτορος ἴνις Tr. 570. Andromache in cognom. fab. 10. ἐσεῖδον παῖδα — ῥιφθέντα πύργων Ἀστυάνακτ' ἀπ' ὀρθίων. Cf. Tr. 1120.

ἀστυγείτων, *vicinus* et *urbi* et omnino *terrae, ubi sedem habet populus* (v. s. ἀστός et *Sturz.* lex. Xen. I. p. 449). μῶν τις συμφορὰ — δισσὰς κατείληφ' ἀστυγείτονας πόλεις; Hipp. 1161, Athenas et Troezenem.

ἀσύλητος, *non spoliatus s. tutus a spoliatione*, hinc omnino *tutus, incolumis, salvus.* ναυαγὸς ἥκω, ξένος, ἀσύλητον γένος Hel. 456, nam πρὸς Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε (Hom. Od. ξ', 207. ξ', 56).

ἄσυλος i. q. ἀσύλητος. μενεῖς ἄσυλος Med. 728. σώσατέ με — δάμαρτά τε ἄσυλον ἐκ γῆς Hel. 1603. Etiam de loco, ubi *tutus es.* τίς γῆν ἄσυλον — ξένος παρασχὼν ῥύσεται τούμὸν δέμας; Med. 387, *terram tutam, asylum.* C. genit. Hel. 61. ἄσυλος ἦν γάμων, *tuta eram a nuptiis* (cf. v. 63). *Matthiae* enim interpretatio a *Pflugkio* probata, οὐκ ἐσυλώμην τοὺς γάμους, in eam potius caderet, cui ipse maritus ereptus non esset vel interfectus.

ἀσύμφορος, *inutilis.* Μοῦσάν τιν' ἄτοπον εἰσάγεις, ἀσύμφορον, ἀργόν Antiop. fr. XXVII. *Incommodus, molestus.* ἃ δ' ἐστὶ γήρᾳ τῷδ' ἀσυμφορώτατα, τούτοις με προσθήσουσιν Tr. 491.

ἀσυνεσία, *imprudentia.* βροτῶν ἀσυνεσίας Phoen. 1718. πολλοὺς ὁ θυμὸς — ὤλεσεν βροτῶν ἡ τ' ἀξυνεσία Archel. fr. XXXVI.

ἀσύνετος, *act. imprudens* (*unverständig*). οὐ τοσοῦτον ἀσύνετος πέφυκ' ἐγώ Phoen. 1606. οὐχ ὧδ' ἀσύνετός εἰμι Iph. A. 691. ἀσύνετος, ὅστις — Temen. fr. XVI, 1. ἀσύνετα — ἐροῦμεν Iph. A. 654. γνώμη πολιτῶν ἀσύνετος ib. 368. τί τάδ' ἀσύνετα; Hel. 358. Corrupte Iph. A. 1189 legebatur οὔτ' ἄρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγούμεθ' ἄν —. *Musgrav. Valcken. Lenting.* ἦ τἄρ', *Herm.* e *Matthiae* coni. οὐτἄρ' addito in fine interrogandi signo. At prior correctio violentior quam par est, altera non apta propter τοι, quod interrogationi non convenit. Verum οὐ τἄρ', si levi literae transpositione rescripseris: οὐ τἄρα συνέτους τοὺς θεοὺς ἡγούμεθ' ἄν. V. s. ἄν p. 195. *Adverb.* ἀσύνετα δ' ἦλθες — πορθήσων πόλιν Phoen. 573. *Compar.* τούτου τίς ἀνδρῶν ἐγένετ' ἀσυνετώτερος; Or. 493. θνητῶν ἀσυνετώτεροι fr. inc. tr. III, 5. *Pass. obscurus* (*unverständlich*). αἴνιγμ' ἀσύνετον Phoen. 1721. ἓκ δ' ἔκλαγξ' ὅπα ἀξύνετον αἰάζουσα (columba) Ion. 1205. *Const. M.*

ἄσφακτος, *non mactatus.* ἐπ' ἀσφάκτοις μήλοισι Ion. 228, „*nisi victimas sacrificaveritis.* V. ad Phoen. 786. Haec sunt τὰ νομιζόμενα Herod. 7, 140." *Matth.* V. gr. p. 1370 et *s.* ἐπί.

ἀσφάλεια, *securitas.* πάντα σοι γενήσεται τῇ τ' ἀσφαλείᾳ κερδανεῖς Herc. f. 604. ὁ θυμὸς ἀλγῶν ἀσφάλειαν οὐκ ἔχει fr. inc. III (XXV). οὐ γὰρ πέφυκε (κτῆμα ἀρετῆς) δοῦλον οὔτε κτημάτων οὔτ' ἀσφαλείας οὔτε θωπείας ὄχλου fr. inc. tr. IV, 3, *virtus nec opulentiae servit nec securitati nec plebis assentationi, h. e. vir honestus nec opibus nec securitatis studio (s. vitae amore) nec plebis assentatione de virtute demovetur.*

ἀσφαλής quid sit, egregie declarat locus Eur. fr. inc. II. λέγων τἀληθὲς οὐ σφαλεῖ ποτέ, quod etiam dici poterat ἀσφαλὴς ἔσει. Est igitur proprie *qui non labitur* (σφάλλεται); deinde 1. omnino *tutus*, seu a lapsu (Hom. Il. ο', 683), seu a vacillatione (Hom. Il. ν', 141. Od. ν', 86. ρ', 235), seu a periculo, seu ab errore, seu a mutatione, hinc etiam *securus, firmus, stabilis, certus.* πύργος ἀσφαλής Med. 390. πόλιν νεμοίμην ἀσφαλῆ Rhes. 475. τἄμ' ἐγίγνετ' ἀσφαλῆ Heracl. 1004. ὁ δ' ἥσυχος φίλοισιν ἀσφαλὴς φίλος Antiop. fr. XXXVI (XI), 1. ἀσφαλεῖς φίλοι fr. inc. tr. LXXXVI. τῶνδ' — ἀσφαλὲς τεκμήριον Rhes. 94. οὕτω δοκεῖτε τὴν δόκησιν ἀσφαλῆ; Hel. 120. οὐ γὰρ εἰπεῖν — ἐμοὶ τόδ' ἀσφαλές Phoen. 898. ἐπίσταμαι — σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές In. fr. III (XIV), 2; cf. Archel. fr. XXI (XV), 2. fr. inc. tr. CLXVIII, 1. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς, μή — Plisth. fr. II (I), 4, *man ist nicht sicher, ob nicht —.* Frequens formula ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι, *in tuto s. tutum esse.* ἐν ἀσφαλεῖ ἦδ' ἐρημία Hec. 981. τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίου Hipp. 785; cf. Iph. T. 762. Heracl. 398. *Adv.* ἀσφαλῶς, *tuto.* πέμψον μοι τήνδ' ἀσφαλῶς διὰ στρατοῦ γυναῖκα Hec. 889. ὄρνιθος οὔνεκ' ἀσφαλῶς πορευτέον Heracl. 730. ἀσφαλῶς οἰκήσομεν Suppl. 1230. τἀμὰ λέκτρ' ἔσωζες ἀσφαλῶς Herc. f. 1372. τά γ' ἔνδον ἀσφαλῶς ἔχει πόλις Phoen. 118; cf. Hel. 899. *Compar.* τρόπος ἐστὶ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου Pirith. fr. VII, 1. τὸ γῆρας σοφώτερον πέφυκε κἀσφαλέστερον Pelei fr. V, 2. νέους οὐδὲν γυναικῶν ὄντας ἀσφαλεστέρους Hipp. 968, nos ubi *fest.* Cf. Xen. Mem. 1, 3, 14. ἐμοὶ τάδ' ἐστὶν ἀσφαλέστερα Med. 743. ἦ σίγ' ἔχωμεν; — ἀσφαλέστερον, φίλαι, Or. 1540. *Superl. γυναῖκες — σώζειν κοινὰ πράγματ' ἀσφαλέστατα* Iph. T. 1062, *fidissimae.* κέλευθον ἀσφαλεστάτην Heracl. 1048. Quum vero *tutus a periculo* imprimis is sit, qui caute ac circumspecte agit, hinc ἀσφαλής 2. etiam *cautum, providum, circumspectum* denotat. V. *Heindorf.* ad Plat. Soph. p. 323 et ad Horat. Serm. 2, 1, 20. Hac vi praecipue de imperatore usurpatur. ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης Phoen. 602. Cf. Xen. Mem. 3, 1, 6. Demosth. Lept. §. 67: quos locos respexit Pollux 1, 178. Huc pertinet etiam Rhes. 147. νῦν γὰρ ἀσφαλῶς φρονεῖς. Cf. v. 132.

ἀσχαλᾶν, ἀσχάλλειν, neque idem est quod δυσφορεῖν, ut schol. ad Apoll. Rh. 2, 243 explicat, neque simpliciter de *moerore* vel *tristitia* dicitur, ut *Damm.* s. v. opinatur, sed longe quid gravius hac voce exprimi et usus docet et etymologia. Vix enim dubium quin in ἀσχαλᾶν lateat vox σχολή (χαλᾶν), ita ut proprie sit *inquietum esse*, deinde *prae dolore s. angore non quiescere*, h. e. *commotum s. perturbatum s. consternatum esse, aestuare, trepidare* (*bestürzt sein*). Cave igitur „ingeniosa"

monstra *Dammiana*: „est ab ἄχω inserto sigma et cum paragoge" — „est ἄχους ἆλις ἔχειν (!)" Clarissima vis illa *commotionis* in Priami gravissime perturbati descriptione Hom. Il. χ', 412. λαοὶ μέν ῥα γέροντα μόγις ἔχον ἀσχαλόωντα. Eurip. Beller. fr. XX (XVI), 10. ἔξω βαίνων τοῦδε (ὄλβου) τὸν πάρος χρόνον πλουτῶν ὑπ' ἄτης ζεύγμ' ἂν ἀσχάλλοι πεσών. Sic optime *Boissonad.* Idque probavit *Matth.*, recepit *Dindorf.* Par. A. ξεύς τ' ἂν ἀσχάλλῃ. Par. B. ζῶν τ' ἂν ἀσχάλλοι. Cum *dativo* rei, cui *indulget* animus: haec enim *dativi* vis e *coniunctionis* notione profecta illa quidem, ubicumque verbis affectum denotantibus adiungitur. V. s. ἀλγεῖν p. 106. ἐπίσταται (θυμὸς) τοῖς κακοῖσί τ' ἀσχαλᾶν μετρίως τε χαίρειν τοῖσιν ἐξωγκωμένοις Iph. A. 920, ex Archilochi praecepto Stob. p. 107: ἀλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα μὴ λίην. Auctior forma ἀσχάλλειν exstat Or. 783. καί τις ἄν γέ μ' οἰκτίσειε — θάνατον ἀσχάλλων πατρῷον, ubi *accusativus* designat rem, *ad quam* animi commotio pertinet. V. s. ἀλγεῖν p. 105. *Const. M.*

ἀσχάλλειν, v. ἀσχαλᾶν.

ἀσχημονεῖν, *deformem esse*, *deformari*, *turpari*, hinc *dedecorari*, *ignominia affici*. βούλει — ἑλκῶσαι σὸν χρῶτα ἀσχημονῆσαί τ' ἐκ νέου βραχίονος σπασθεῖσα; Hec. 407. Sed rectius forsan hic *transitiva dedecorandi* vi sumitur, ita ut χρῶτα ex antecedentibus suppleatur.

ἀσχήμων, *deformis*, *turpis*, hinc *indecorus*, *inhonestus*. ἀσχήμονες μὲν ἀγχόναι μετάρσιοι Hel. 306. ὀργῇ φαύλῃ πόλλ' ἔνεστ' ἀσχήμονα Archel. fr. XXII (VI).

ἄσχολος, *occupatus*. ὡς ἄσχολός γε συγγόνου προσεδρίᾳ Or. 93. V. *Matth.* ad l. *Dativus* est propter *coniunctionis* notionem.

Ἀσωπιάς, *Asopis*. Ἀσωπιάδες κόραι Herc. f. 785. V. *Barnes.* ad h. l.

Ἀσώπιος, *Asopis*. γῆς ἐξελὼν Ἀσωπίας.

Ἀσωπός, n. pr. Boeotiae fluvius, de quo accuratissime exposuit *Barnes.* ad Herc. f. 785. *Lutatium* interpretatur *Herm.* de hist. Gr. prim. Op. II. p. 204. Αἴγινα — ἐγένετ' Ἀσωποῦ πατρός Iph. A. 697. παρ' Ἀσωποῦ ῥοαῖς Bacch. 748. 1042. Herc. f. 1163. ὑπὲρ Ἀσωπὸν Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ Suppl. 383. ἔτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος —; ib. 1150. Vulg. στάσω. ποῦ με δέξ. γάν. Quae foede corrupta primum *Tyrwhitti* felix ingenium sic emendavit: ἆρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ με δέξ. γάν. His nisus *Hermannus* pro ἆρ' ἔσθ' ὅτ' aptius coniecit ἔτ' ἄρ' ἔτ'. Absoluta denique emendatio ab *Elmsleio* et *Matthia*, qui verbis σὺ μέν e stropha electis simpliciter scripserunt ἔτ' Ἀσωποῦ etc. Idque recepit *Dind.* V. *Matth.* ad l. et *Elmsl.* in Classic. journ. 17. p. 63.

ἄτακτος, *inordinatus, dissolutus, exlex.* ἄτακτος ἀνθρώπων βίος Sisyph. fr. I, 1.

Ἀταλάντη, n. pr. Παρθενοπαῖος Ἀταλάντης γόνος Phoen. 152; cf. ib. 1160. Suppl. 888. Ἄρκὰς Ἀταλάντη Meleagr. fr. III (VI), 4. τέξοισιν Ἀταλάντην κάπρον χειρουμένην Αἰτωλόν Phoen. 1115. V. schol. ad Phoen. 152.

ἀταλός, *tener.* ἀταλᾶς ὑπὸ ματέρος κληδὼν μένει Πᾶνα — χρυσέαν ἄρνα καλλιπλόκαμον πορεῦσαι El. 699 sq. Constructionem interpretibus occultam, *ne Seidlero* quidem plane perspectam, primus expedivit *Matthiae*, quem vid. ad v. 694. De stirpe vocis v. s. μαλακός.

ἀτᾶν, *perdere, affligere, malo afficere. Pass. malo affici, malis urgeri s. laborare.* οὗτοι δύναιτ' ἂν (ὑμνοποιός) οἴκοθέν γ' ἀτώμενος τέρπειν ἂν ἄλλους Suppl. 182. V. s. ὑμνοποιός. Ceterum ἀτάω, quo etiam Sophocles in Antig. 17 et Aiac. 269 usus est, a verbo ἀτέω, *amens sum*, prorsus differre egregie demonstravit loci nostri non immemor *Buttmannus* lexil. I. p. 228.

ἀτάρ, cuius priorem syllabam Latini servarunt (*at*), pariter atque ἀλλά (s. v.) a privativo α— descendere non temere colligeres e forma simillima particulae ἄτερ. At nihil ei cum hac particula commune. Etenim ad eam verborum familiam pertinet, quae originem ducit ab αὖ (αὖτε αὖτις αὖθις αὐτάρ). Et quidem ἀτάρ prosa Atticorum oratio ex αὐτάρ (αὖτε ἄρα) fecit. Arctioribus igitur finibus particulam circumscripsit *Hermannus*, quum eam in *abrumpendo* et *absistendo* propriam esse diceret in eph. Darmst. 1836. p. 758. Imo proprie *oppositionem* (αὖ, *Gegenüberstellung*) cum *asseveratione* (ἄρα, s. v. 4) coniunctam h. e. *graviorem oppositionem* significat. Cum ἀλλά vero etsi in plurimis conveniat, tamen ita ambo natura differunt, ut ἀλλά utpote ab ἀν— privativo profectum proprie opponendo *tollat vel excludat* (v. s. v. I, 1—6) et hinc demum lenior *minuendi* vis manaverit (v. s. v. I, 6. 7), ἀτάρ vero, quod est ab αὖ, nonnisi cum vi *opponat*, hinc non tollat opponendo, sed tantum minuat ac circumscribat. Itaque ἀλλά proprium ac praecipuum est post negationem (*sed, sondern*), ἀτάρ autem numquam hoc sensu legitur, plane ut Lat. *at, tamen, attamen* et vernacula *doch* (i. e. *da auch*) *dennoch* (i. e. *dann noch*) *indessen* (i. q. *bei alle dem*) *dessenungeachtet.* Et quidem ἀτάρ

1. frequentissimum est post concessionem, ubi, quamvis concedas aliquid (μέν), tamen aliquid *opponis* seu *aliud* quid subiicis, quo illud circumscribatur ac minuatur (*Einwendung*). V. s. ἀλλά I, 6. 7. δοῦλος μὲν οὖν ἔγωγε σῶν δόμων, ἄναξ, ἀτὰρ (*dennoch*) τοσοῦτόν γ' οὐ δυνήσομαί ποτε τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ' ὅπως ἐστὶν κακός Hipp. 1250.

καὶ πένης μὲν εἰμ' ἐγώ, ἀτὰρ λέχος γε τῆσδ' ἂν οὐκ ἐκτησάμην Tr. 416. δαδουχεῖς μὲν ἐν γάμοις βροτῶν, ἀτὰρ (doch) λυπρόν γε τήνδ' ἀναιθύσσεις φλόγα ib. 344. ὅλοιτο μὲν μή —· ἀτὰρ κακός γ' ὢν εἰς φίλους ἀλίσκεται Med. 84, quae non recte interpretatur *Pflugkius*; sic potius vertenda: *weh ihm — zwar nein: denn er ist ja mein Gebieter: doch wahrlich —*. Saepe etiam particula concessioni indicandae inserviens omittitur; v. s. ἀλλά p. 120. 7. δράσω τάδ', ἀτὰρ (indessen) φόβος, εἰ πείσω δέσποιναν ἐμάν Med. 184. μάλιστ'· ἀτὰρ δὴ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν, πότερον — Tr. 63. In minitando. στείχοιμ' ἄν —· ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων μέτεισι Διόννσός σε Bacch. 516. Similiter ἐγὼ δὲ Κύπριν — ψυχῆς ἀπαλλαχθεῖσα — τέρψω —· ἀτὰρ κακόν γε χἀτέρῳ γενήσομαι θανοῦσα Hipp. 728. Med. 80 Nutrix: ἀπωλόμεσθ' ἄρ', εἰ κακὸν προσοίσομεν νέον παλαιῷ, πρὶν τόδ' ἐξηντλημέναι. Paedag. ἀτὰρ σύ γ' (*dass du aber*) — ἡσύχαζε καὶ σίγα λόγον. In consolando. Iph. T. 719 Pylades ad Orestem: ἔσται τάφος σοι —· ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' οὐ διέφθορέν σέ πω μάντευμα. Hippolytus in cognomine fab. 1398 ad Dianam: οὐκ ἔστι σοι κυναγὸς, οὐδ' ὑπηρέτης. Diana: οὐ δῆτ', ἀτάρ μοι προσφιλής γ' ἀπόλλυσαι. Sic Par. A. B. D. Flor. 10. E quibus cur γ' expulerint *Matth.* et *Dindorf.* non intelligo. Est vero aptissimum, si quidem προσφιλής opponitur verbis κυναγός et ὑπηρέτης. Sic enim capienda Dianae verba a plerisque non intellecta: *non quidem* venator eris ac minister, *at amicus tamen mihi eris quamvis mortuus*. Inutile igitur quod scribi maluit *Valck.* οὐ δῆτ', ἐμοὶ γὰρ δύσποτμός γ' ἀπ. Cet. v. s. δύσποτμος. Fit etiam ut quis per ἀτάρ sibi ipse aliquid *opponat*, h. e. sese cohibeat vel a re incepta revocet vel omnino sententiam mutet. V. s. ἀλλά I, 7. p. 121. In his fere interrogando fit oppositio. φεῦγ'· ἀτὰρ τί φευκτέον; Hel. 866. ἀτὰρ τί ταῦτα; Phoen. 385. Suppl. 750. ἀτὰρ τί ταῦτ' ὀδύρομαι —; Andr. 397. Cf. Ion. 433. Hinc ἀτάρ

2. etiam *in transitu* usurpatur, ita quidem, ut quis per ἀτάρ sermonem *abrumpens aliud* quid proferat vel *alius rei* mentionem inferat. V. s. ἀλλά I, 8. Pariter etiam nos *doch* usurpamus. ἀτὰρ τόδ' ἄλλο θαῦμα — ὁρῶ Bacch. 248, *at* (ut haec mittam) *aliud miraculum video*. Et sic ἀτάρ σ' ἐρωτῶ τὸν νεωστὶ κοίρανον, τί θεσμοποιεῖς —; Phoen. 1637; cf. Tr. 898. Heracl. 879. ἀτὰρ τὰ σεμνὰ καὶ δοκήμασιν σοφὰ οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα Tr. 411. ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ — Bacch. 453. ἀτὰρ διῆλθε (sacerdos) χἄτερον λόγον τινά Iph. T. 672. ἀτὰρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην Herc. f. 1353. Forsan huc pertinet etiam fr. inc. tr. XXII. Saepe etiam hic transitus fit per interrogationem. ἔγνως· ἀτὰρ τίς ὧν γε πυνθάνει τάδε; Andr.

883. *χωρεῖτ' · ἀτὰρ δὴ τίνα — σπουδὴν ἔχεις;* Cycl. 84. *οὐ καινὸν εἶπας, εἰδόσιν δ' ὠνείδισας. ἀτὰρ τί νεκρὸν τόνδε μοι Πολυξένης ἥκεις κομίζουσα —;* Hec. 670; cf. 258. *ἀτὰρ θανόντα τοῦ μ' ἐρεῖς πεπυσμένη* Hel. 1082. *ἀτὰρ τίς εἶ;* ib. 86. *ἀτὰρ τί — ποῦ νυν ἅπεστι;* Heracl. 661. *Const. M.*

ἄταφος, insepultus. *ἄκλαυστος ἄταφος* Hec. 30. *ἄταφος ἄφιλος* Tr. 1313. *ἄταφος ὅδ' ἀνὴρ — γενήσεται* Phoen. 1650. V. s. *ἀνήρ* p. 287. *ἐκβάλετ' ἄταφον* ib. 1624. *ἐᾶν ἄταφον* ib. 1628. *μήδ' ἀτάφους παῖδας — κατίδῃς* Suppl. 282; cf. 540.

ἄτε, v. s. *ὅστε.*

ἄτεγκτος, non mollitus, durus. Tralate *ἄτεγκτον — καρδίαν* Herc. f. 833, *animum atrocem.*

ἄτεκνος, sine prole. *ἄγαμος — ἄτεκνος βίοτον ἀ μέλεος — ἕλκω* Or. 206; cf. Iph. T. 220. Hel. 695. *οὐδ' ἔτεκες οὐδὲν πώποτ', ἀλλ' ἄτεκνος εἶ;* Ion. 305; cf. 65. Med. 1094. Alc. 890. 911. Andr. 710. Melan. fr. IX (XII). *ἄπαιδες οὐκέτ' ἐσμὲν, οὐδ' ἄτεκνοι* Ion. 1463. *ζηλῶ ἀτέκνους βροτῶν* Alc. 885. *οὐδ' Ἄρτεμις λοχία προσφθέγξαιτ' ἂν τὰς ἀτέκνους* Suppl. 959; cf. Ion. 1313. *ἄτεκνος κατθανών* Alc. 659. *ἄτεκνος γηράσκω* Suppl. 966. *γυναῖκα ἄτεκνον* Ion. 608; cf. 613. 658. 817. *ἄτεκνος ἀρσένων παίδων* Bacch. 1304. *ἄτεκνον ἄτεκνον ἔλαβεν ἄρα βίοτον* Ion. 790. *Orbus. ἄτεκνος ἔρημος* Andr. 1217. *γραῦς, ἄπολις, ἄτεκνος* Tr. 1186; cf. Hec. 514.

ἀτέλεστος, 1. *imperfectus, infectus, irritus, vanus.* 2. *infinitus, immensus.* 3. *non initiatus.* *ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων* Bacch. 40. Hinc *τοῖς ἀτελέστοις τῶν τοῦδε (Ἔρωτος) πόνων* fr. inc. tr. CLXV, 7.

ἀτελής, imperfectus, infectus, irritus. *εἰ ἀτελὴς θάνατος σπουδαί τε* Ion. 1061, *si ad irritum ceciderint mors et conatus*, h. e. *si irritus fuerit caedendi conatus.*

ἀτενής (*τείνω* et *α* intens.), *intentus.* Almaeon. fr. V (XV) ap. *Hesych.* s. *ἀτενής.* *ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων. Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος*, h. e. *συντείνασα, contento gradu*, ut recte interpretatur *Kuster. Contentus, immobilis, firmus*, hinc vel *pertinax* vel *constans.* *ἀληθὴς κἀτενὴς παῤῥησία* Tem. fr. II.

ἄτερ (*ἀ-τ-ερ*) ab *α* privativo descendere (v. s. *ἀτάρ*), *ερ* autem illud nil nisi terminationem adverbialem esse Romanis longe tritissimam (*in-t-er, prop-t-er, ali-t-er*) vix est quod contra *Dammii* nugas moneamus. Cf. *Thiersch.* gr. §. 198, 5. Itaque plane ut *ἄνευ* (s. v.) et *sine* significat et *genitivum* adsciscit. *οὐκ ἂν δυναίμην τοῦδε τιμωρεῖν ἄτερ τέκνοισι* Hec. 749. *οὔ τινά φημι θεῶν ἄτερ ὄλβιον* Heracl.

608. fr. dub. XIX. τί ξῆν σῆς ἑταιρίας ἄτερ Or. 1072. πλουσίων ἄτερ Aeol. fr. II (VI), 2. ἄτερ βίου fr. inc. tr. CLXXXVII, 4. δίκης ἄτερ Phoen. 495. αἰσχύνης ἄτερ Scyr. fr. II, 5. οὐκ ἄτερ πόνων Heracl. 841. Cress. fr. VII. ἐν δώμασι ναίειν θηλειῶν ἄτερ Hipp. 624. δεσμῶν ἄτερ Iph. T. 637. τευχέων ἄτερ Heracl. 694. ἄτερ χαλυβδικοῦ ib. 162. τυμπάνων ἄτερ Herc. f. 889. κυμάτων ἄτερ πόλιν σὴν ναυστολήσεις Suppl. 473, i. e. ἀκύμαντον. Aliorum sagacitati vel explicanda vel sananda relinquimus ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ Erechth. fr. XVII (I), 44; nunc enim vix sana sunt. V. *Matth.* p. 170.

ἀτέρμων, *terminos non habens vel non constituens.* χρυσέων ἐνόπτρων λεύσσουσ' ἀτέρμονας εἰς αὐγάς Hec. 926. *Speculi* igitur epitheton. Quod quo sit sensu, mira interpretum dissensio est. *Matth. Pflugk. Passov.* cum *schol.* et *Eustath.* ad Il. η', p. 690, 41 (v. ap. *Matth.*) de *rotunda* speculorum forma accipiunt. Sed *rotundi* significatio et per se satis languida et prorsus aliena a vocabulo ἀτέρμων. Sensit hoc *Hermannus.* Itaque *ingentem* splendorem indicari putat, „quem specula ex metallo facta noctu lumine admoto oculos radiis percellentem fundant." Sed ἀτέρμων non simpliciter est *ingens*, verum *infinitus s. immensus.* Hinc mulieres *in speculum infiniti splendoris inspexisse* dicerentur. Quam sententiam egregie frigidam ac vulgarem si exprimere voluisset poeta, profecto non usus esset voce tam exquisita qualis ἀτέρμων est. Acutior his omnibus fuit *Boissonadius* speculum propterea sic dici intelligens, „quod in profundum vacuumque immensum quasi pateat nullisque visum finibus coërceat:" modo ne *infinitos* splendores reddidisset αὐγὰς ἀτέρμονας, sed *visum non terminantes s. coërcentes* (*freien Lichtraum*). Clarum enim speculum ἄτερμον dici propter pelluciditatem, quia non terminos visui constituit, sed oculi libere per illud penetrant. *Const. M.*

ἀτερπής, *insuavis.* λόγους ἀτερπεῖς El. 293.

ἀτευχής, *inermis.* οἳ δὲ — φασγάνοις ὡπλισμένοι κεντοῦσ' ἀτευχῆ παῖδ' Ἀχιλλέως Andr. 1120.

ἄτη una cum ἀάειν ex ἄω (ἀέω) factum, quatenus hoc *pestiferum afflatum* denotat. V. s. Αἴδης et Praefat. Simillime etiam in nostra lingua cognata sunt *Weh* et *wehen* (ἀέναι). Est igitur 1. *pernicies s. calamitas* a deo vel diis immissa. ἐπέσυτο τάνδε γᾶν (Thebas) δαιμόνων τις ἄτα Phoen. 1073. ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτᾳ Hipp. 241. μείζους ἄτας ὅταν ὀργισθῇ δαίμων οἴκοις ἀπέδωκεν Med. 129. Hinc omnino *infortunium, clades, malum, damnum*, seu deus sit auctor seu

homo. ἄτη περιπεσεῖν αἰσχρᾷ Cress. fr. IV (VI). πίπτειν εἰς ἄταν Iph. A. 137. συμβαίνουσ' ἄται Iph. T. 148. ὑπ' ἄτης ξεῦγμα πεσεῖν Beller. fr. XX (XVI), 10; v. s. ἀσχαλᾶν. μείζων γὰρ ἄτη · συμφορὰ δὲ καὶ τάδε Heracl. 607. οὐκ ἔστιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις Med. 279. ἄταν οὐχ ὑπεκδραμεῖται (Glauce) ib. 989. ζηλοῦσ' ἄταν διὰ παντὸς δυσδαίμονα Iph. T. 1117, *infortunium, quod constanter est infortunium*, h. e. *fortunam constanter s. continuo adversam*. ἔγνως ἄτην παιδός —; Hec. 686. μετακύμιος ἄτας (Παιάν) Alc. 91. εἰκάζω δ' ἄταν Tr. 165. ἄτας ἐμᾶς ἄϊστος εἶ ib. 1313. Πρίαμον ἐμέ τε (Hecubam) εἰς τάνδ' ἐξώκειλ' ἄταν (Helena) ib. 137. ἄτας κελαδεῖν ἀχορεύτους ib. 121. οὐ γὰρ ἄτας εὐπροσηγόρους ἔχω Herc. f. 1284. Interdum ἄτη per metonymiam ponitur pro persona vel re, quae *perniciem affert*. Ἰλίῳ Πάρις — τιν' ἄταν ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς Θαλάμους Ἑλέναν Andr. 103. De equo Troiano. δόλιον ἔσχον ἄταν (Troiani) Tr. 530, ut ib. 535. Δαρδανίας ἄταν θεᾷ δώσων. Saepius res, quae *perniciem fert*, genitivo apponitur, quatenus pernicies *hinc proficiscitur*. δέξεται νύμφα (Glauce) χρυσέων ἀναδεσμῶν ἄταν Med. 979. θανάτου λεύσιμον ἄταν Ion. 1241, i. q. θαν. λευσίμου ἄταν, ut γάμων ἐπακτὰν ἄταν Phoen. 345, i. q. γάμ. ἐπακτῶν ἄταν; v. *Matth. gr.* p. 1003. not. 1. Duo restant difficiliores loci: κατάρχομαι στεναγμὸν τιθεῖσα λευκὸν ὄνυχα διὰ παρηίδων αἱματηρὸν ἄταν Or. 960, et, quae Iphigenia de se dicit, ἀξείνου πόντου ξείνα δυσχόρτους οἴκους ναίω— δυσφόρμιγγα ξείνων αἱμάσσουσ' ἄταν βώμους Iph. T. 225. [Hic ἄταν dictum ut ὄλεθρον in loco Homeri Il. ω', 735. Ἀχαιῶν (τις) ῥίψει ἀπὸ πύργου λυγρὸν ὄλεθρον (v. s. αἱμάσσειν). Neque enim appositio in his inest, ut falso statuunt *Matth.* gr. p. 970, 5 et *Kuchner.* gr. §. 500, sed accusativus indicat *eventum* (*das Resultat*), *in quem* actio verbo expressa evadit, unde et Graeci saepe εἰς adiungunt et nos in talibus utimur praepositione *zu*. Ut igitur ἄταν et ὄλεθρον in locis allatis est *zum Schaden — zum Verderben*, ita ἀναψυχάς Iph. T. 1442 interpretandum *zur Erholung*, μίσθον El. 231 *zum Lohn*, ἔλεγχον Herc. f. 59 et Soph. O. T. 603 *zur Prüfung*, σύγχυσιν βίου Andr. 291 *zum Untergang* (falsus enim *Pflugk.*), ἀρωγάν Aesch. Ag. 218 *zur Hülfe*, et sic porro. Ab his plane differunt exempla, qualia sunt Bacch. 30, Heracl. 403. 71. Phoen. 221. 1225. Hipp. 787. 815. Or. 498. 725: in his enim vere est appositio. *Const. M.*] Quum vero tunc temporis persaepe haec esset calamitas, quam dii immitterent, ut animum hominis perturbarent vel ad insaniam adigerent, id quod prae aliis Hercules et Aiax Telamonius experti sunt, hinc ἄτη 2. etiam *mentis errorem* denotat, quo quis abreptus culpam admittit, *animi perturbationem*, amen-

iam (*Verblendung*). Cf. imprimis Hom. Il. τ', 88 et 136 sq. π', 805. ε', 412. Od. δ', 261, et *Spitzner.* ad Il. ο', 724. Inepte igitur hanc notionem pro propria et primaria venditat *Dammius* s. ἄτη extr. V. *Buttm.* lex. I. p. 223 sqq. *Rost.* ap. Damm. s. v. In confinio est locus Herc. f. 917. πῶς παισὶ στενακτὰν ἄταν ἄταν πατέρος ἀμφαίνεις; ubi ἄταν *calamitatem* interpretandum est, sed de furore Herculis intelligendum. Hinc (Phaedra) τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν — ὑπ' ἄτης Hipp. 276. φανερὰ δ' εἶλέ σε (Theseum) ἄτα ib. 1289; v. s. ἔχειν. Hinc denique 3. de ipsa *culpa* dicitur, quam quis mente captus admittit. ἄτη πατέρων El. 1307. (γενέτορες ἐμέθεν (Electrae) δόμων) πατρῷον ἄτας Or. 988. τὸν οὐδὲν ἄτας αἴτιον (Hippolytum) Hipp. 1149. Ceterum prosae orationis scriptoribus non usitatum fuit vocabulum ἄτη. Nec mirum: nam origine et natura sua proprium est aetatis mythicae.

ἀτημελής, *incuriosus, securus.* Μοῦσάν τινα χρημάτων ἀτημελῆ Antiop. fr. XXVII.

ἀτηρός (ἄτη), *perniciosus.* ἀτηρὸν — φυτόν Hipp. 630. ἀτηρὸν κακόν Andr. 353. ἀτηρὰ γλῶσσα, *pestifera,* fr. inc. tr. CLVIII, 3.

Ἀτθίς, *Atthis, Attica.* γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος Ion. 13. Ἀτθίδος ἔγων ἐξήκοντα νῆας ὁ Θησέως παῖς Iph. A. 247. χῶρος τίς ἐστιν Ἀτθίδος (Ἀλαί) Iph. T. 1450. πύργος Ἀτθίδος Phoen. 1700. Cognatum cum Ἀττική. Ambobus enim subest stirps ἀκτή.

ἀτίετος, *pass.* 1. *inultus.* 2. *inhonoratus, contemtus. Active* sumendum videtur Ion. 701. πόσις δ' ἀτίετος φίλων. Certe *passiva* vis, quoquo te vertas, inepta est. Nunc autem hic sententiarum nexus: *illa quidem* (Creusa) *calamitate afflicta ad senectutem venit, maritus vero coniugem repudians rebus secundis fruitur.* Haec liberius disposuit poeta. De *activa* adiectivorum in — τος notione v. *Matth.* gr. p. 511. ad Hec. 680. ad Iph. A. 992. *Const. M.*

ἀτίζειν, *non honorare, contemnere, repudiare.* οὗτοι σ' ἀτίζων Alc. 1040. ὀρθῶς ἀτίζεις καπίμομφος εἶ φίλοις Rhes. 327. πόλιν τὴν σὴν ἀτίζων Dict. fr. XIII (IV), 2. νόμιμ' ἀτίζοντες θεῶν Suppl. 19. φεύγων (Capaneus) τραπέζαις ὅστις ἐξογκοῖτ' ἄγαν τἀρκοῦντ' ἀτίζων ib. 865. V. *Barnes.* ad l. ποτὶ Μυσῶν ὃς ἐμὰν συμμαχίαν ἀτίζει Rhes. 252. Schol. Vatic. ὁ τὴν συμμαχίαν ἀτίζων, ὅ ἐστιν εὐτελίζων, πρὸς Μυσῶν ἐστίν, ita ut proverbium Μυσῶν ἔσχατος respiciatur. Probat hanc explicationem *Dindorfius* Praef. Poet. Scen. p. XXI. Nec ego improbarem, nisi ipsi Mysi inter socios Troianorum fuissent (v. 542). V. s. Μυσός.

ἀτιμάζειν, *contemnere, male habere* (*misshandeln*). ἡμᾶς (Hippol.)

ἀτιμάζει πατήρ Hipp. 1192. (Iason) ὃς σφε νῦν ἀτιμάσας ἔχει Med. 33. ἀτιμάσας λέχη (Iason) ib. 1354. μὴ γαμεῖν ἄλλην ποτὲ γυναῖκα —, μήδ' ἀτιμάσειν ἐμέ (Admetum) Alc. 373. τίς ἀδικεῖ, τίς σ' ἀτιμάζει, γέρον; Bacch. 1319. οὐκ ἔσχεν αἰδῶ τὸν γέροντ' ἀτιμάσαι; Herc. f. 556. ἀτιμάζων τὸ σὸν (Pheretis) γῆρας Alc. 661; v. s. προδιδόναι. ἀτιμάζειν ξένους Alc. 570. μηδαμῶς ἀτιμάσῃς τοὺς Ἡρακλείους παῖδας Heracl. 228. ἀτιμάζει θεούς ib. 79. τὸ σεμνὸν Ζηνὸς ὅρμ' ἀτιμάσας Hipp. 886. θέσφατ' ἀτιμάσας Suppl. 230. μὴ σφαλῇς ἀτιμάσας (τὰ τῶν θεῶν) ib. 302. ἀτιμάζων νέκυς Antig. fr. XVII (XVI), 4. τὸν τεκόντ' ἀτιμάσας Hipp. 1040. ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς ib. 611. πατρῴας γῆς ἀτιμάζων ὅρους Dict. fr. IV, 4. ἠτιμασμένος (Oedipus) Phoen. 884, *ignominia affectus*. Μήδεια ἠτιμασμένη Med. 20. ἀνάξι' ἠτιμασμένη (Iphigenia) Iph. A. 943. τύμβος ἠτιμασμένος El. 323. C. *inf.* οὐκ ἀτιμάσω θεοὺς προσειπεῖν Herc. f. 608, *non indignos habebo quos alloquar*.

ἀτιμία, *contemtus*. στέφη μιαίνεται, πόλει τ' ὄνειδος καὶ θεῶν ἀτιμία Heracl. 72. V. *Matth.* gr. p. 971. ἐν τῷ πένεσθαι ἐστὶν — ἡ ἀτιμία βίου Erechth. fr. XX (II), 17, *pauperis vita honoris expers*.

ἄτιμος, *honoribus privatus, abiectus, ignominia notatus, infamis*. ἄτιμος ἐξελαύνομαι χθονός Phoen. 630 et 1749. ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι Bacch. 1312. φυγὰς χώρας ἄτιμος ἐλαύνει Med. 438. Hinc sensu forensi est *capitis deminutus, infamis*. V. *Passov.* s. v. 3. *Adv.* ἀτίμως, *sine honore, turpiter, ignominiose*. τίς ὧδ' ἀτίμως δαιμόνων σ' ἀπώλεσε; Med. 1208. τρέμουσα, μὴ — ἀτίμως δωμάτων ἀποσταλῇ Andr. 810. γυναῖκα κτείνεις ἀτίμως ib. 635. *Inhonoratus, contemtus, neglectus, vilis*. ἄτιμοι δ' ἐσμὲν οἱ πρὸ τοῦ φίλοι Med. 696. Cf. Hom. Il. α', 171. 516. Etiam de rebus. τινὸς οὕνεκ' ἄτιμον ὀργάναν χέρα τεκτοσύνας Ἐνναλίῳ προσθέντες μεθεῖτε Τροίαν; Andr. 1014, ubi τεκτοσ. cum ὀργ. χέρα iungendum (*arbeitsame Künstlerhand*), hoc ut sit pro ὄργανον τεκτονόχειρ, in ἄτιμον autem, quod ad προσθέντες referendum, prolepsis est. *Inultus*. Huc pertinet Hipp. 1417. οὐ γὰρ οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφον θεᾶς ἄτιμοι Κύπριδος — ὀργαὶ κατασκήψουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας. [Sed ἄτιμος ita tantum *inultus* est, ut amicum iniuria affectum *non honores* (ἀτιμάζειν), sed negligas ac deseras. Quod quum in ὀργάς nullo pacto cadat, *inulti* tamen significatio propter ea, quae sequuntur, omnino sit necessaria, fortasse rectius scribetur ἄτιμον, hoc ut pertineat ad verba εἰς τὸ σὸν δέμας. Et sic demum apte confertur locus a *Valckenario* collatus Aesch. Ag. 1252. οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν· ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος. Cetera optime illustravit *Valckenar. Const. M.*]

ἀτιμοῦν, *ignominia afficere.* ὡς ἀνάξι' ἠτιμώμεθα Hel. 462. Cf. Iph. A. 943.

Ἀτλάντειος, *Atlanteus.* τὸν Ἀτλάντειον πόλον Pirith. fr. III, 5.

Ἀτλαντικός, *Atlanticus.* ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός Androm. fr. II. In proverbii consuetudinem venit Ἀτλαντικῶν πέρα ὅρων Herc. f. 234, h. e. quam longissime, ubi etiam nos: *bis an der Welt Ende.* Sic etiam πέραν γε πόντου καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν Hipp. 1053 et πόντου τερμόνων τ' Ἀτλαντικᾶν εἴσω Hipp. 3, h. e. longe lateque.

Ἄτλας, n. pr. Ἄτλαντος δόμον ἐλθών (Hercules) Herc. f. 405. Ἄτλας, ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν — ἐκτρίβων, θεῶν μιᾶς ἔφυσε Μαῖαν Ion. 1 sq. οὐρανοῦ, τὸν Ἄτλας ἔχει, Hipp. 747. Cf. Aesch. Prom. 348 sqq. Causam fabulae tetigit *Hermannus* Opusc. II. p. 186. Cf. *Nitzsch.* ad Hom. Od. T. I. p. 18.

ἀτμός (ἄω), *vapor.* ἐν νεκροῖς — ζῶσ' ἦδ' ἀνίησ' ἀτμόν Phaëth. fr. IV, 2: locus mutilus; v. *Matth.* p. 264.

ἄτοιχος, *sine parietibus.* ἀτοίχους περιβολὰς σκηνωμάτων ὀρθοστάταις ἱδρύετο Ion. 1133, *patentes.*

ἄτοκος, *sine partu.* ἄτοκος οὖσ' ἐν τῷ πάρος El. 1127, *quae numquam antea pepererim.*

ἄτολμος. Oed. fr. XI (VI), 2. συνετὸν ἄτολμον, *non temerarium:* opponitur θρασύς.

ἄτοπος, propr. dicitur de re, quae *non suo loco* est; hinc est *incommodus, alienus, inceptus, absurdus, iniquus.* δειμαίνω —, ἐφ' ὅ ποτε βάσεται ἄτοπος· ἄτοπα γὰρ παραδίδωσί μοι, τῳδί ποτ' εὔφημα Ion. 690 sq. Μοῦσαν τιν' — ἄτοπον ἀσύμφορον Antiop. fr. XXVII. *Insperatus.* ἄτοπον ἡδονὰν ἔλαβον Iph. T. 842.

ἄτρακτος, *sagitta.* ἀτράκτων τοξόται Rhes. 312. *Etym. M.* p. 165, 12. ἀτρακτυλίς, εἶδος ἀκάνθης. εἴρηται δὲ, ὅτι αἱ τῶν ἀγροίκων γυναῖκες ἀπ' αὐτῆς τοὺς ἀτράκτους (*fusos*) ἐποίουν. V. *Kiessling.* ad Theocr. 4, 52. Hinc ἄτρακτος etiam *sagitta* est, nempe ἀπὸ τῆς τοῦ ξύλου ὁμοιότητος εἴρηται μεταφορικῶς. *Hesych.* ἄτρακτος· μεταφορικῶς βέλος.

Ἀτρείδης (⏑), *Atrides* i. e. Agamemno. χαίρων, Ἀτρείδη, γῆν ἵκου Φρυγίαν Iph. A. 1627. βέβακε δ' Ἀτρείδας ἁλόχου παλάμαις Andr. 1026. *Plur.* Ἀτρεῖδαι, i. e. Agamemno et Menelaus. δισσοὶ Ἀτρεῖδαι Hec. 510. Or. 817. Ἀτρεῖδαι πᾶς στρατός τε Iph. A. 1577; cf. Hec. 1091. τὰν βασιλίδ' ἑστίαν Ἀτρειδᾶν Rhes. 718. τῶν Ἀτρειδᾶν τῶν κλεινῶν Iph. T. 142. Ἀτρειδᾶν Σπάρταν οἰχομένων Ἰλιάδος παρ' ἀκτᾶς Rhes. 365. Cf. praeterea Iph. A. 818. 842. 1254. Tr. 461.

El. 451. 712. *δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν* Iph. T. 898, i. e. Iphigeniae et Oresti. De accentu v. *Goettl.* p. 14, 3. De toto Atrei genere. *οἶμοι τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων* Iph. T. 186. *ἕτερον εἰς ἀγὼν' αὖ δόμος φοβερὸν ἀμφὶ τοὺς Ἀτρείδας πιτνεῖ* Or. 1538; cf. ib. 809.

ἀτρέκεια, *veritas*. *ἀτρέκεια δ' ἄριστον ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίᾳ πέλει* Alcmen. fr. III, 1. V. *ἀτρεκής*.

ἀτρεκεῖν. Bus. fr. III. *Hesych. ἀτρεκήσασα· ἀκριβωσαμένη. Εὐριπίδης Βουσίριδι*. V. s. *ἀτρεκής*.

ἀτρεκής a *τρέχω* inepte derivant *Orion* Thebanus in Etymol. s. v. atque *Dammius*. Stirps vocis *τρέω* (s. v.), unde etiam *τρέμω*, *τρέπω*, *τρέχω*. Quod quum *motionem* designet, *ἀτρεκής* proprie est *immotus*, hinc *stabilis*, *firmus*, *constans*, *certus*, *verus*, *beständig*, *zuverlässig*, *wahr*. Simillime *wahr* dictum a *währen*. Cognata igitur *ἀτρεκής* et *ἀτρεμής*, nisi quod propriam *immobilitatis* vim in priore *stabilitatis*, in altero *quietis* notio excepit. Et quidem proprie dictum *ἀτρεκεῖ ποδί* Pind. Nem. 3, 72, h. e. *immoto s. firmo pede*. Nec multum distant *ἀτρεκεῖς ἁρμοί* Eur. Cretens. fr. II, 9. Tralate Eur. Hipp. 1115. *δόξα δὲ μήτ' ἀτρεκὴς μήτ' αὖ παράσημος ἐνείη*, *stabilis s. sempiterna gloria*. Similiter *τὸ ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν ψυχὰν χαλεπὸν βάρος* —, *βιότου δ' ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις φασὶ σφάλλειν πλέον ἢ τέρπειν* Hipp. 261. Quae ita dicta sunt, ut prior enuntiatio (*τὸ μίαν ὠδ. ψυχὰν χαλ. βάρ.*) respondeat verbis *χρῆν μετρίας φιλίας ἀνακίρνασθαι* etc. (v. 253 — 55), altera (*βιότου δ' ἀτρεκ. ἐπιτηδ.* etc.) verbis (*χρῆν*) *εὐδίους εἶναι στέργ. φρενῶν* (v. 256 sq.). Hinc patet *ἀτρεκεῖς βιότου ἐπιτηδ.* esse *constantia vitae studia*, h. e. *vitae studia in constantia posita*, *vitam constantem*. Minus recte cum scholiasta hunc locum explicat *Matthiae*. Obiter autem monemus etiam adv. *ἀτρεκέως*, quod Homerus toties usurpat, de eo dici, qui *non huc illuc tergiversatur*, sed in iis *perstat*, quae revera sunt, h. e. qui *vere* dicit. Hinc fluxit adverbii *ἀτρεκές* asseverandi vis *revera*.

ἀτρέμα, *ἀτρέμᾰς*, propr. *sine motu* (v. s. *ἀτρεκής*), hinc *quiete*, *tranquille*, *placide*, *leniter*, *still*, *gemach*, *leise*. *μέν' — ἀτρέμα σὺς ἐν δεμνίοις* Or. 258. *πρόσιθ' ἀτρέμας*, *ἀτρέμας ἴθι* Or. 149 sq. *ἐς θὸν μεθίει βλάστημ' ἄνω ἀτρέμα* Bacch. 1070. *ἀτρέμας*, *δρᾶς χροὸς ἑλκώδους ἅπτεσθε* Hipp. 1358. Par. A. *ἀτρέμα*, quod celeriter receperunt *Brunck.* et *Monk*. De terminatione v. s. *ἑκάς*.

ἀτρεμαῖος, *tranquillus*, *lenis*, *placidus*. *οὐκ ἀτρεμαῖα θυμὸν αἰάξετε*; Herc. f. 1053, i. q. *ἀτρέμα*. *ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα καὶ εὔφρονα πώλοις μεταφέρων ἰθύνει* (Amphiaraus) Phoen. 182. *ἀτρεμαίαν*

— *φέρω βοάν* Or. 147. Corrupte vulgo in prioribus duobus locis legebatur *ἀτρεμέα.*

ἄτρεστος, intrepidus, metu vacuus (unerschrocken). Λοξίου ἐν δόμοις ἄτρεστα ναίουσι (πέλειαι) Ion. 1198, *securae.*

Ἀτρεύς, n. pr. *τοῦ δὲ (Πέλοπος) Ἀτρεὺς ἔφυ* Or. 11. *Πέλοψ Οἰνομάου γαμεῖ κόρην, ἐξ ἧς Ἀτρεὺς ἔβλαστεν* Iph. T. 3. *Ἀτρέως Ἀγαμέμνων ἔφυ Μενέλεώς τε* Or. 16. *Ἀτρέα —, ὃς ἐξέφυσεν Ἀερόπης λέκτρων ἄπο Ἀγαμέμνον' ἐμέ τε Μενέλεων* Hel. 397. Cf. Iph. A. 30. 266. 321. 474. 1233. Iph. T. 545. *Ἀτρέως παιδί* Hel. 1084. 1561. 1608. Tr. 414. *Ἀτρέως γόνος* Hel. 1557. *ἀγεννῶς Ἀτρέως τ' οὐκ ἀξίως* Iph. A. 1458. *οἴκων Ἀτρέως ἀνάστασιν* Tr. 364. *(Στρόφιος) ἐστί γ' Ἀτρέως θυγατρός —;* Iph. T. 918. *Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν;* ib. 812. *κρυφίαις εὐναῖς πείσας (Θυέστης) ἄλοχον Ἀτρέως* El. 722. *ἔδαισέ νιν τέκν' ἀποκτείνας Ἀτρεύς* Or. 15. *λόχευμα — τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς — τέρας ὅλοὸν ὅλοὸν Ἀτρέος* Or. 1005. *Genitivum Ἀτρέος* h. l. revocavit *Porson.* V. *Matth.* gr. p. 233. not. 2. *Ἀτρέως* bisyllabum est Hel. 1084. 1608. Tr. 414. Or. 10. Iph. A. 266. Iph. T. 545. 812. 918. Stirpem vocis ipse Euripides aperuit in Iph. A. 321, ubi ad Menelai verba: *βλέψον εἰς ἡμᾶς* respondet Agamemno: *μῶν τρέσας οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον Ἀτρέως γεγώς; num ego Intrepidi filius trepidus deiiciam oculos? Netremum* interpretatur *Herm.* de hist. Gr. prim. Op. II. p. 211.

ἀτριβών i. q. *ἀτριβής*, propr. *non tritus*, hinc tralate *imperitus. λέσχης ἀτρίβωνα* Licymn. fr. I, 3. V. *Schaef.* ad Dionys. Hal. p. 415.

ἄτρωτος, invulnerabilis. τίς ὧδ' ἄτρωτος, ὅστις —; Phoen. 597. V. s. *ἄκλαυστος* p. 90.

ἀτύζεσθαι proprie is dicitur, qui obcaecatus vel errore mentis (*ἄτη*) captus nescit, quid agat. Significat igitur *obstupefactum s. perturbatum esse (verblüfft — verwirrt sein)*, hinc *sui non compotem, exanimatum, desperationis plenum esse (ausser sich sein). τί σοι καιρὸς ἀτυζομένᾳ δέμας — καταλείβειν;* Andr. 131. Nec Tr. 808 *ἀτυζόμενος πώλων* simpliciter est Hercules *iratus*, sed vituperio adsperso *caeca propter equos ira abreptus.*

αὖ. Stirpem esse *ἀνά* notiones docent ambobus particulis communes *reversionis* et, quae inde fluxit, *repetitionis.* Neque adversa etymologia. Quin duplex derivandi ratio. *Ἀ* quidem et *intensivum* et *privativum* quod vocant ex *ἀνά* (*ἀν*) factum esse constat (v. s. *ἀνά* in. et 3); pariterque *ἀνά*, quod *reversionem* indicat, frequenti paulatim usu praecisum esse hoc magis est consentaneum, quod ex ipsa demum

reversionis notione privativum α exortum est. V. s. ἄν p. 190. Habes igitur praeter *intensivum* et *privativum* etiam aliud α (ἀν), quod *iterativum* appellarim. Hoc vero aut simpliciter in αὖ productum est (v. s. αὐτός), aut digamma assumto (ἀF) in αὖ mutatum. Et quidem haec altera explicatio mirifice confirmatur verbo αὐερύειν, quod qui ex αὖ et ἐρύειν conflatum arbitrantur vehementer errant; imo ex ipso ἀνερύειν eiecto ny et digamma vicissim sumto (ἀερύειν ἀFερύειν) natum est. Porro favent αὐίαχος (ἀίαχ. ἀFίαχ. v. *Passov.* s. v.), καυάξαις (κατάξαις καάξαις καFάξαις), εὔαδε (ἤαδε ἔFαδε). Denique etiam in ἄψ, quod ex αὖ sine dubio prodiit, Aeolicae literae vestigium apparet. Ceterum pro αὖ Ionibus, imprimis epicis ac Pindaro etiam αὖτε (unde Lat. *autem* et *aut*) usitatum, quod ab αὖ differt, ut ὅστε ab ὅς: nam τε illud (s. v.) terminatio est *demonstrativa*, quae eadem non solum in ὅστε, sed etiam in ὅτε τότε πότε (ποτέ) ὥστε ἔστε ἄλλοτε ἐνίοτε *iste tute* aliis comparet. Etiam Attica poësis αὖτε aliquoties sibi sumsit. Ut igitur ἀνά (s. v. 3), sic αὖ

1. *recessum* vel *reversionem* indicat: *retro, rursus* (i. e. *reversus*). Huc referenda sunt ἠλάστρουν μ' ἀεὶ (Furiae), ἕως ἐς ἀγνὸν ἦλθον αὖ Φοίβου πέδον Iph. T. 972. σπονδὰς — φέρων ἐνθένδ' ἐκεῖσε δεῦρό τ' αὖ Phoen. 98. αὖ ἄγειν El. 590. Cf. Soph. Phil. 952. O. C. 1418. Quamquam etiam haecce quodammodo ad sequentia vergunt. Omnino perrara haec vis localis: mox enim ei cessit notioni, qua

2. ad actionem tralatum *repetitionem* s. *iterationem* significat. Qua vi etiam ἀνά persaepe verbis praefigitur. Et quidem a) de eiusdem rei repetitione dicitur estque aa) *rursus, iterum, denuo, wieder, wiederum, abermals.* κεκλημένους μὲν ἀναkαλούμεθ' αὖ θεούς Suppl. 626: qui locus aptissimus est ad stirpem particulae indicandam; quod enim ἀνά verbo praepositum, idem deinde αὖ est. Et sic Iph. A. 1156 pro τἀμὰ δ' ἔσχες αὖ λέχη etiam τἀμὰ δ' ἀνέλαβες λέχη dici potuisset. τί δῆτ' ἐρεῖ τις, ἤν τις αὖ φανῇ στρατοῦ ἄθροισις —; Hec. 313. αἰδ' αὖ πάρεισι τοῖς ἐμοῖς θρηνήμασι φίλαι ξυνφδοί Or. 132. ὃδ' αὖ τὸν αὐτὸν μῦθον οὐ λήξει λέγων Rhes. 874. bb) *rursus, pariter, item, etiam, wieder, wiederum, auch wieder, ebenfalls, auch.* In talibus αὖ cum vi pronuntiandum. τοῦτ' αὖ παρωχέτευσας εὖ Bacch. 479, *hoc non minus scite s. etiam hoc scite declinasti;* cf. v. 475. τοῦτ' αὖ κατορθοῖς Hel. 1073; cf. v. 1069 et v. *Matth.* ad l. νῦν δ' ἐπὶ τῷδ' αὖ χέρα τοξήρη φρουρεῖς ὁπλίσας Alc. 34, quae interrogative malim sumere: *sed nunc etiam propter hancce manum armatam habes?* Cf. v. 32. Frequens haec significatio etiam alibi. Cf. Xen. An. 3, 2, 27. 6, 5, 29. Nec minus usitatum αὖ b) ubi, si non *eadem* res iteratur,

tamen *aliud* vel *novum* quid *eiusdem generis* evenit: *rursus, denuo, wieder, wieder einmal.* τάδ' ἄλλο καινὸν αὖ λέγεις κακόν Med. 705. παρακαλεῖ δ' ἐκεῖθεν αὖ λύπη τις ἄλλη Hec. 587. οἵδ' αὖ διάφοροι τῶν πάρος λελεγμένων μύθων Iph. A. 402. ὅδ' αὖ λόγος σοι τοῦ πρὶν εὐγενέστερος Heracl. 553. ὁρᾷς; ἄν' αὖ σὺ ζωπυρεῖς νείκη νέα El. 1121; v. s. ἄν II. Cf. Hypsip. fr. VI (IV), 2. ἀλλ' ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ — δέρκομαι Phoen. 374; v. *Matth.* ad l. Sic etiam in exclamatione. οἷαν οἷαν αὖ σοι λώβαν — ὤρσεν τις δαίμων Hec. 200. Et in interrogatione. τί τόδε καινὸν αὖ λέγεις; Or. 790. τί τόδ' αὖ παράφρων ἐῤῥίψας ἔπος; Hipp. 232. μῶν τίς σ' αὖ βιάζεται παρὼν κήρυξ ἀπ' Ἄργους; Heracl. 647. ποῖ μ' αὖ τήνδ' ἐς ἄρκυν ἤγαγες; Iph. T. 78. ποίας μηχανὰς πλέκουσιν αὖ; Andr. 66. τίν' αὖ δέδορκα τόνδ' Ἀχαϊκὸν λάτριν στείχοντα; Tr. 702. Huc pertinent etiam τόνδ' αὖ θέλεις τὸν δαίμον' — εἰσφέρων νέον ἐμπύρων μισθοὺς φέρειν; Bacch. 255, quae *Herm.* interrogandi signo tacite subtracto depravavit. Perperam etiam affirmative legebantur Orci ad Apollinem verba Alc. 30. ἀδικεῖς αὖ τιμὰς ἐνέρων ἀφοριζόμενος καὶ καταπαύων; Interrogationem primus restituit *Matthias*, cuius eum correctionis nequaquam debebat poenitere. Ceterum v. *Wuestemann.* ad l. Quum vero quae *bis fiunt s. iterantur* sibi invicem respondeant, hinc αὖ

3. etiam *vicissitudinem* et *oppositionem* exprimit (*Entsprechen, Gegenüberstellung*). V. *Matth.* ad Hipp. 269. *Rost.* gr. p. 703. ed. 5. *Hartung.* part. I. p. 155, 2. Itaque per αὖ alterum alteri ex adverso ponitur s. apponitur, res rei, homo homini, tempus tempori. Eademque vi et Latinis usitatum *rursus*, h. e. *ex altera parte, vicissim, contra*, et nobis *hinwiederum*, h. e. *auf der andern Seite, anderseits, dagegen.* αὐδᾶ μὴ χρίμπτειν θρίγκοις — · μάρψω σ' αὖ (*vicissim, mutuo*) τόξοις Ion. 158. εἰ τόνδ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνή, χὠ τοῦδε παῖς αὖ μητέρ' ἀνταποκτενεῖ Or. 509, ubi quod αὖ significat insuper etiam ἀντί verbo praeposito expressum est. Sic etiam ὅστις μ' εἶναί φησι μῶρον —, ἴστω — αὐτὸς αὖ (*contra*) τοιοῦτος ὤν El. 53; v. *Scidl.* ad l. Clara imprimis oppositio in Homericis ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον —, νῦν αὖ τοὺς ἄλλους ἐπιείσομαι Il. λ', 367. τὸν μὲν — Ἄντιφον αὖ ib. 109. ἵπποι μέν —· ἀνδρῶν αὖ β', 768. πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι —, ἀρχοὺς αὖ ἐρέω ib. 493, ubi αὖ pro θή poni permira est *Hermanni* observatio ad Vig. p. 780. Quum vero, si quae duo ex adverso ponuntur, ea inter se coniungere coniunctionum provincia sit, hinc αὖ longe saepissime coniunctionum comes est, imprimis particularum δέ et τε. a) δ' αὖ. ὁ θὴρ ὅδε (Bacchus) —· ἃς δ' αὖ σὺ Βάκχας εἵρξας — Bacch. 443. Ἀθηναίων ἄναξ —· ὃ δ' αὖ

(Mycenarum rex) Heracl. 828. Et sic *τὴν δ' αὖ τάλαιναν* Iph. A. 450. *τῶν δ' αὖ λογίων* Ion. 602. *τὰ δ' αὖ Διὸς βουλεύματα* Hel. 36. *τὸ δ' αὖ δύνασθαι* Or. 686. *σὺ δ' αὖ* Hel. 874. Hec. 609. Cf. Suppl. 741. Or. 823. Phoen. 1196. 1258. El. 1104. Hec. 591. Hipp. 630. Cresph. fr. XIII (I), 3. Sic etiam *ἦν δ' αὖ* Phoen. 581. Andr. 188. Antig. fr. VI, 4. Evidentior oppositio praecedente *μέν*. *λόγος δ' ὁ μὲν σὸς ἦν ὅδε —· οὑμὸς δ' ὅδ' ἦν αὖ* Iph. A. 1226. *Ζεῦς μέν —· σὺ δ' αὖ* Tr. 82. *νῦν δὴ μὲν —, νῦν δ' αὖ* Hipp. 234. *ἐγὼ μὲν —, ἡ δ' αὖ* Heracl. 41. *τοῖς μὲν —, τοῖς δ' αὖ* Med. 305. Cf. Syl. fr. V (I), 1. Cycl. 399. Tr. 658. Iph. A. 570. Or. 1063. Med. 300. Huc refero etiam locum Hel. 1390. *τὰ μὲν κατ' οἴκους εὐτυχοῦμεν —· κάλλιστα δ' αὖ τύχην ἀνήρπασεν πόσις*. Sic enim scribendum esse ostendimus s. v. *ἁναρπάζειν*. Etiam *οὐδ' αὖ* Hipp. 1308. Iph. T. 59. Hel. 508. Autol. fr. I, 7. b) *τ' αὖ*. Phoen. 455 Iocasta ad Eteoclem: *ἐπίσχες*, deinde v. 460 ad Polynicem conversa: *σύ τ' αὖ πρόσωπον πρὸς πεφυγμένον στρέφε*. Cf. Ion. 1603. *Ἑλένη μάργος ἦν ὅ τ' αὖ* (Menelaus) *λαβὼν ἄλοχον κολάζειν οὐκ ἠπίστατο* El. 1027. Cf. Suppl. 682. Tr. 1116. Or. 1160. Antiop. fr. XXXI (XII), 2. *ἦν τ' αὖ* Dict. fr. VI, 2, ut *κἂν αὖ* Oenom. fr. II, 7. *τε — τ' αὖ* Ion. 571. *εἴτε — εἴτ' αὖ* Hec. 1190. Hel. 895. *οὔτε — οὔτ' αὖ* Hec. 957. Andr. 868. Cycl. 50. El. 381. Tr. 729. Ion. 1136. Sisyph. fr. I, 4. Cresph. fr. I, 7. *μήτε — μήτ' αὖ* Hipp. 1115. Plisth. fr. II (I), 2. Quoniam vero, si alteri alterum opponitur, hoc novum est aliquid et aliud quam prius, hinc *αὖ*

4. etiam *continuationi* inservit, quippe omnino *novum* vel *aliud quid opponens* vel *subiiciens: porro, deinde, iam, ferner, nun*. V. *Hartung*. part. I. p. 155. Etiam hic fere cum *δέ* consociatum est. *τῶνδε δ' αὖ πέλας Ἥλιδος δυνάστορες (ἦσαν)* Iph. A. 279. *οἱ τῶνδε δ' αὖ παῖδες — Κυκλάδας ἐποικήσουσι νησαίας πόλεις* Ion. 1581. *ὁ δ' αὖ τρίτος* Suppl. 881. *τὸ δ' αὖ τέταρτον* Thes. fr. VII (V), 8. Cf. Hom. Il. β', 618. 671. 678. 681 etc. Etiam in interrogatione. *πῶς δ' αὖ κατάρξει θυμάτων —;* Phoen. 576. Huc pertinet locus Ion. 863, si vera est *Matthiae* emendatio *πρὸς τίν' ἀγῶν' αὖ τιθέμεσθ' ἀριστῆι* pro *ἀγῶνα τιθέμ.*, quod vulgo contra metrum legitur. V. s. *τιθέναι*.

5. Consulto huc usque reservavi similium adverbiorum coacervationem *πάλιν αὖ, αὖθις αὖ, αὖθις αὖ πάλιν*, quia haec sic cumulata non eodem ubique sensu, sed alias alia vi usurpantur. *πάλιν αὖ* Iph. A. 843 est *item* (*αὖ*, 2. bb) *rursus* (*πάλιν*), *ebenfalls wieder; αὖ πάλιν* Suppl. 1081 *pariter s. item* (*αὖ*) *denuo* (*πάλιν*), *ebenfalls zum zweiten Male; αὖ πάλιν* Iph. T. 377, *rursus* (*αὖ*) *retro* (*πάλιν*), *wieder zurück*; eodemque sensu *αὖθις αὖ* dictum videtur Heracl. 796, ubi Iolaus

dicitur e *senectute rursus* (αὖ) *recessisse* (αὖθις μεθέστηκε) *adolescens* (h. e. et adolescens factus esse). Porro αὖθις αὖ Phoen. 490 et Ion. 1513 est *postea* (αὖθις) *rursus* (αὖ), *später — dann wieder*; αὖθις αν πάλιν Soph. O. C. 1418 *postea* (αὖθις) *rursus* (αὖ) *retro* (πάλιν), *später — in der Folge wieder zurück*. Denique αὖθις αὖ Or. 279 est *vicissim s. iam* (αὖ, 4) *rursus, nun wieder*; αὖθις αὖ Hel. 536 et Soph. Tr. 1088, *rursus denuo, von neuem wieder*, et αὖθις αὖ πάλιν εἶσειμι Soph. Phil. 952, *rursus denuo redeo, von neuem wieder zurück*, prorsus ut ap. Plaut. Poen. Prol. 79. *revertor rursus denuo* Carthaginem. Addo praeterea locum imprimis memorabilem Xen. Cyr. 4, 6, 4. πάλιν λέοντος παρατυχόντος ὃ μὲν αὖ ἥμαρτεν, ὃ δ' αὖ ἐμὸς παῖς αὖθις τυχὼν κατειργάσατο τὸν λέοντα, h. e. *leone iterum* (πάλιν) *obvio ille quidem iterum* (αὖ) *aberravit, vicissimque* (δ' αὖ) *filius meus leonem iterum* (αὖθις) *telo ictum confecit*. Haec enumeravi propter caecam quorumdam doctrinam, qui in his alterum quodque supervacaneum esse opinantur. Nihil enim in appositis exemplis est, quod non vel perspicuitati conducat vel etiam plane sit necessarium. Hinc etiam patet non recte factum esse ut in Helenae loco 938 inde a *Cantero* omnes confidenter scriberent πάλιν μ' ἀνάξουσ' εἰς τὸ σῶφρον αὖθις αὖ: nam αὖ illud, quoquo te vertas, inutile est. Libri αὖθις ἄν. Quod aptissimum est, modo etiam rescribas πάλιν μ' ἂν ἄξουσ' εἰς τὸ σῶφρ. αὖθις ἄν. V. s. ἄν p. 217. *Reisigii* mirabile de αὖθις αὖ πάλιν iudicium iam satis redarguit *Ellendtius* lex. Soph. I. p. 254 sq.

Quod reliquum est, in loco Andromachae 240 cave cum *Pflugkio* et *Dindorfio* e Par. A. Flor. A. legas οὐκ αὖ σιωπῇ Κύπριδος ἀλγήσεις πέρι; Quamvis enim οὐκ αὖ et οὐδ' αὖ non minus quam simplex αὖ (v. supr. 2) in interrogatione usurpentur (v. *Bergk.* ad Anacr. fr. 55. p. 174), tamen αὖ hic ineptissimum. Optime habet quod in plurimis aeque ac praestantissimis libris est οὐκ ἄν: modo pro ἀλγήσεις corrigas ἀλγήσαις, quod e codicum Par. B et Flor. 15 lectione ἀλγήσης dudum reponere debebant critici. Haec igitur iis addenda, quae s. ἄν p. 217. extr. disputavimus. Etiam Hel. 1034 falso olim legebatur σὺ δ' αὖ θανὼν μοι πάτερ. Recte iam *Dind.* et *Pflugk.* e Flor. 1. 2. restituerunt σὺ δ', ὦ θαν. μοι πάτερ. *Const. M.*

αὐγάζειν, 1. *lucere, fulgere*, et vi *transitiva, illustrare* (*beleuchten*). καλλίστην (Helenam) ὁ — Ἅλιος αὐγάζει Hec. 637. 2. *Spectare*, quatenus αὐγή (s. v.) etiam est *oculus*. Huc pertinet mutilus locus Hel. 1333. αὐγάζων ἐξ οὐρανίων, ubi Iovis nomen excidisse videtur et genitivus substantivi, velut ἕδρῶν. V. s. οὐράνιος. C. *acc.* μ'

ξυγος αὐγάζοντα καὶ θηρώμενον Rhes. 793. Eadem vi *medium* extare videtur Bacch. 596. πῦρ οὐ λεύσσεις οὐδ' αὐγάζει Σεμέλας ἱερὸν ἀμφὶ τάφον; quod ne corrigas exemplum dissuadet Homeri Il. ψ', 458. ἵππους αὐγάζομαι. Sed *medium* in his locis quid sibi velit, vix aperis. Puto igitur αὐγάζεσθαι *passivum* proprie significatum habuisse: *collustrari*, h. e. *luce* vel *claritate al. rei attingi*, deinde vero cum accusativo rei, *ad quam pertinet* vel claritas vel lux, coniunctum *clare videndi s. cernendi* vim recepisse. Eadem et formae et accusativi ratio quum aliis in verbis tum in αἰσχύνεσθαι (s. v.) et φυλάττεσθαί (s. v.) τι vel τινά. Passivo αὐγάζεσθαι etiam Sophocles utitur in Tyr. fr. XV, 6. V. *Ellendt.* lex. s. v.

Αὔγη, n. pr. Αὔγη Ἀλέου παῖς με (Telephum) τῷ Τιρυνθίῳ τίκτει — Ἡρακλεῖ fr. inc. tr. XCVIII. Cf. Apollod. 2, 7, 4.

αὐγή, *lux*, praecipue solis. ξίφος εἰς αὐγὰς ἀελίοιο δεῖξαι Or. 820. θανόντες εἰς αὐγὰς πάλιν ἁλίου ἂν ἔβαν Herc. f. 661, *in vitam* λαμπρόταται θεοῦ (Solis) φαεσίμβροτοι αὐγαί Heracl. 750. ἁλίου — αὐγαῖσιν ἐν ταῖς χρυσέαις Hel. 182. [πρὸς αὐγὰς ἡλίου fr. dub. XVII.] ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος Iph. T. 194 [corrupta; v. s. ἀλλάττειν p. 131 sq. *Const. M.*]. Porro Ὠρίων ἢ Σείριος πυρὸς φλογέας ἀφίησιν ὅσσων αὐγάς Hec. 1104. ἀναφλέγω πυρὸς φῶς ἐς αὐγὰν, ἐς αἴγλαν Tr. 321 [v. gr. p. 1348]. σοὶ μομφὰν πρὸς τάνδ' αὐγὰν αὐδάσω Ion. 886, quod alibi est πρὸς φῶς; v. not. ὑπ' αὐγὰς λεύσσουσαι πέπλους Hec. 1154 [ubi etiam nos *beim Licht besehen* h. e. *näher — genau betrachten*. V. Ruhnk. ad Tim. p. 264. *Nitzsch.* ad Hom. Od. T. I. p. 94. *Const. M.*]. αὐγὰς εἰσορῶ Alc. 670. Hel. 1389, *de vivente*, ut αὐγὰς προσορᾶν Alc. 871 et βλέπειν αὐγάς Andr. 936. Tribuitur etiam oculis. ὄμματος αὐγαῖς ἐπινωμᾶν τι Phoen. 1557. ὀμμάτων ἐν φαεννοῖς αὐγαῖς Ion. 1072. γοργῶπες ὀμμάτων αὐγαί Herc. f. 132. Hinc oculi simpliciter dicuntur αὐγαί, utpote *lucidae* corporis partes. εἰς τίνα φίλον αὐγὰς βάλλων τέρψομαι; Andr. 1181. κατ' εὐφρόνην ἀμβλῶπες αὐγαί Rhes. 737. Eodem sensu Latini tum *lumina oculorum* dicunt tum simpliciter *lumina*. Hinc omnino *splendor*. ἀμβρόσιος αὐγὰ (πέπλου) Med. 983. ἐνόπτρων ἀτέρμονες αὐγαί Hec. 926. δακρύων αἱ ἠλεκτροφανεῖς αὐγαί Hipp. 741. *Aug. M.* [Αὐγή ab ἄω dictum propter *spirabilem* lucis naturam. Cognatum igitur cum ἀήρ αἰθήρ αὔρα αἴθος (*aestus, aestas*) αἴγλη ἀχλύς, quibus omnibus communis est *spirabilis materiae* potestas. V. s. αἴγλη. *Const. M.*]

αὐγήεις, *lucidus, radiatus*. Vox alias ap. Eurip. non obvia, e nostra vero coniectura reponenda Iph. T. 194. ἀλλάξας ἕδρας ἱερόμματος εὐ-

γαέσσας ἅλιος, ubi vulgo legebatur ἀλλάξας δ' ἐξ ἕδρας ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος. V. s. ἀλλάττειν p. 131 sq. *Const. M.*

αὐδᾶν [(αὔειν ἄειν; v. s. ἀΰειν), *flando edere* vel simpliciter *edere*. κραυγὰν αὐδᾶν Ion. 893. *Eloqui, proferre.* αὐδῶ δυσφήμους φάμας Hec. 195. σοὶ μομφὰν αὐδάσω Ion. 886. *Const. M.*]. *Dicere.* σοὶ μὲν τάδ' αὐδῶ· σοὶ δὲ, Πολύνεικες, λέγω etc. Phoen. 571. Cf. Hel. 1678. αὔδα Phoen. 1548. Med. 181. Hel. 686. σαφῶς αὐδᾷ συμμάχους ὀλωλότας Rhes. 755. αὐδᾷ· θύραν τίς οἴξει μοι; Cycl. 500; cf. Herc. f. 74. 988. Sthenel. fr. V (IV), 2. οὕτω καὶ φάτις αὐδᾷ Ion. 225. τί Φοῖβον αὐδᾷς; Ion. 1483. αὔδησον, τίς ὀνομάζεται; Phoen. 125. ηὔδας Tr. 1182. εἰς οὓς ἑκάστῳ δυσμενεῖς ηὔδα λόγους Andr. 1092. ἵνα σύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ Iph. A. 118. τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν Phoen. 1723. πῶς ἂν μύθων αὐδαθέντων δέξαιτ' ὀμφάν; Med. 174. αὐδῶν δεινὰ πρόσπολον κακά Hipp. 583. *Dicere*, i. e. *significare, meinen.* Ἱππόλυτον αὐδᾷς Hipp. 352. τί τόδ' αὐδᾷς; Alc. 106. πῶς τάδ' αὐδᾷς; Ion. 552. τοῦτον αὐδῶ Rhes. 677. *Vocare.* Λητοῦς κόρη σ' αὐδῶ Hipp. 1285. σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν αὐδῶ Ion. 219. τὸν Λατοῦς αὐδῶ ib. 907. σὲ τὸν θάσσοντα δυστήνους ἕδρας αὐδῶ Herc. f. 1215; cf. Bacch. 1318. Absolute ἰὼ πάλιν αὐδῶ Bacch. 580. *Invocare.* ἐγώ σ', ὦ Ζεῦ, αὐδῶ Herc. f. 499. *Appellare*, i. q. ὀνομάζειν. Θεσσαλὸς νιν λεὼς Θετίδειον αὐδᾷ Andr. 20. οὗτος Μυκηναῖος αὐδᾶται γένος Phoen. 126. *Iubere.* ἐκποδὼν αὐδῶ πολίταις τοῦδ' ἔχειν μιάσματος Iph. T. 1226. αὐδῶ Λυκίους ἐγείρειν ἡμᾶς Rhes. 562. αὐδῶ λοχαγοῖς πῦρ ἐνιέναι Tr. 1260. αὐδῶ με μὴ δεῖν Bacch. 504. αὐδῶ μὴ χρίμπτειν θριγκοῖς Ion. 156. *Aug. M.*

αὐδή (αὔω, v. s. ἀΰειν), *vox.* κλύων μὲν αὐδήν, ὄμμα δ' οὐχ ὁρῶν τὸ σόν Hipp. 86; cf. Soph. Ai. 15 sq. κλύεις αὐδὴν θεᾶς Iph. T. 1447; cf. Bacch. 576. ἄϊε ματέρος αὐδάν Hec. 175. μάθετε ματρὸς αὐδάν Tr. 1303. αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω Hipp. 567. τίνα θροεῖς αὐδάν; Or. 1248. Hipp. 571. Tr. 1239. αὐδὴν λακών Iph. T. 976. τίν' αὐδὰν ἀΰσω, βοάσω; Ion. 1446. ἔῤῥηξεν αὐδὴν, ὥσθ' ὑπηχῆσαι χθόνα Suppl. 710. ἀπωλόμην· φρούδη μὲν αὐδή Andr. 1079. εἰς οὓς αὐδὰν καρύξω Ion. 911. τίν' αὐδὰν τάνδε προφέρεις νέαν; Suppl. 600, ubi est *nuntiantis vox*, h. e. *nuntius.* V. *C. Matth.* Quaest. Soph. p. 76. Ad res inanimas tralatum est *sonitus.* χαλκοῦ αὐδὰν χθονίαν Hel. 1362. σάλπιγγος αὐδήν Rhes. 144. 989.

ἀΰειν, *vocem edere, vocare.* Distractum ex αὔειν, hoc autem ex ἄειν factum, unde etiam ἠμί (ἦν ἤ) φημί (ἄδω) ἀείδω αὐδάω et mutato sono (ῥέω) ῥῆμα ἐρέω (ἔπω) εἶπον: nam *vox* nil est nisi *spiritus* (ἄημα) s. *flatus sonans.* C. accus. *eventi* (*Resultat*). τίν' αὐδὰν

ἀΰσω; Ion. 1446, *edam*. Sic etiam στεναγμὸν τῶν κατὰ χθονὸς νεκρῶν ἀΰσατε, ἀπύσατε (s. v.), Suppl. 800.

αὐθάδης (αὐτός, ἀνδάνω), *ipse sibi placens* (*selbstgefällig*), *ad suam libidinem agens*, hinc *libidinosus*, *insolens*, *ferox*. El. 1117 Electr. τί πόσιν σὸν ἄγριον εἰς ἡμᾶς ἔχεις; Clyt. καὶ σὺ αὐθάδης ἔφυ. Sic etiam ἄγριον ἦθος στυγερόν τε φύσιν φρενὸς αὐθάδους Med. 104. αὔθαδες ὁ θεός· πρὸς δὲ τοὺς θεοὺς ἐγώ Herc. f. 1243. *Contumax*, *pervicax*. αὐθάδης γεγώς (ὡτός) Med. 223, scil. οὐ προσχωρῶν πόλει. πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα γίγνου θαλάσσης Hipp. 304. V. *Valck.* ad l.

αὐθαδία, *morositas*, *pervicacia*. σοὶ δ' οὐκ ἀρέσκει ταὐγάθ', ἀλλ' αὐθαδίᾳ φίλους ἀπωθεῖ Med. 621. πατέρα παισὶν (δεῖ) συνεκφέρειν ἔρωτας ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν Dict. fr. VII, 2. ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας Med. 1028. Formae αὐθάδεια *Passovio* probatae nullam invehi vestigium. Vanum etiam quod a schol. ad Or. 261 traditum renovarunt *Valck.* ad Phoen. 1475 et *Elmsl.* ad Bacch. 1112. V. s. ἀμαθία.

αὐθαίρετος, *voluntarius* (*selbstgewählt*, *freiwillig*). οὐκ αὐθαίρετοι βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ' ἑκουσία νόσος Dict. fr. VII, 3. πρὶν φυγῇ πρὸς Ἄργος διαβαλεῖν αὐθαίρετος (Polynices) Suppl. 931, *ultro*. Hinc etiam de malis dicitur, quae quis ipse sibi elegit, h. e. *quae quis sua sibi culpa contraxit* (*selbstverschuldet*). νόσοι θνητῶν αἱ μὲν εἰσ' αὐθαίρετοι, αἱ δ' ἐκ θεῶν πάρεισιν Beller. fr. XXIII (XIX). τὰ πλεῖστα τῶν κακῶν αὐθαίρετα fr. dub. XXI.

αὐθέντης (αὐτός, ἵεμαι) eum proprie describit, *qui sua se sponte* (αὐτός) *movet* (ἵεται), αὐτόματον, deinde vero de homine vel populo usurpatur, *qui liber est ac sui iuris*, *penes quem summa est potestas vel auctoritas* (*eigenmächtig*, *Gewalthaber*). δῆμος αὐθέντης χθονός Suppl. 442 (*souverain*). Quem vocis usum stirpi convenientissimum nescio cur Atticistis adstipulans indignetur *Lobeckius* ad Phryn. p. 120. Hinc ad abusum libertatis vel potestatis tralatum est *licens*, *libidinosus*, *violentus* (*eigenmächtig*, *willkürlich*, *gewaltsam*). Huc pertinet (Hercules) πορεύσας δι' Ἀχερούσιον πόρον τὸν καλλίπαιδα στίφανον αὐθέντῃ φόνῳ Herc. f. 839, *violenta nece*. Cf. Aesch. Ag. 1554. Eum. 203. Sed longe creberrime de eo ipso dicitur, *qui mortem violentam* vel sibi vel *alii consciscit*. Ap. Eurip. *homicidae* tantum s. *parricidae* vi legitur. πῶς με κηδεύσουσιν αὐθεντῶν χέρες; Rhes. 873. εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν εὖ φρονήσομεν Iph. A. 1190; cf. v. 1185. ὅταν τις παισὶν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμων fr. inc. tr. III. a. 4. In Troadibus 655 Andromacha: Ἀχιλλέως με παῖς ἐβουλήθη λαβεῖν δάμαρτα· δουλεύσω δ' ἐν

αὐθεντῶν δόμοις, quae schol. Vatic. recte explicat τοῖς τῶν φονέων οἴκοις. Hinc Andr. 171 sq. eidem Andromachae exprobrat Hermiona: παιδὶ πατρὸς, ὃς σὸν ὤλεσεν πόσιν, τολμᾷς ξυνεύδειν καὶ τέκν' αὐθέντου πάρα τίκτειν. Ibid. 615 Peleus ad Menelaum: αὐθέντην σε μιάστορ' ὣς τιν' εἰσδέδορκ' Ἀχιλλέως. Denique Hercules de se dicit in cognom. fab. 1359: ὁρᾷς παίδων ὄντα μ' αὐθέντην ἐμῶν.

αὐθιγενής, *indigena*, *ingenuus*. αὐθιγενὴς κυπάρισσος Cret. fr. II, 6. Obscurius dictum ἰαλέμῳ αὐθιγενεῖ, τέκνον, σ' ὀλοφύρομαι Rhes. 895. *Luctu domestico* interpretatur *Barnes*. At frigida haec esset sententia neque αὐθιγενής est *domesticus*, οἰκεῖος. Haud dubie *ingenuo* h. e. *sincero* s. *vero luctu* filium lugere se dicit Musa.

αὖθις (αὖθι *Iac.* Anth. Pal. p. 537 sq.), αὖτις (αὖτι *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 551 sq.). Ex αὖ per paragogen factum constat (αὐ-θ-ι-ς). V. s. ὄθι. Neque a primitivo differt nisi quod formae gravioris gravior significatio est. Itaque sponte intelligitur insigniores notiones, ut localem *retro* et temporalem *postea*, pleniori potissimum formae αὖθις inhaesisse, tenuiorem autem *vicissitudinis* vel *oppositionis*, quae saepe sentiri magis quam reddi potest, leniori potius αὖ mansisse. Quamquam hac vi etiam αὖθις usurpatur, ubi distinctior est et gravior. Falsus enim *Poppo* in Ind. ad Xen. An. s. αὖθις p. 462. V. infr. 3.

1. *Retro*, *rursus*. V. s. αὖ 1. οἳ δ' ἔστρεφον πώλους ἐς ἀλκὴν αὖθις εἰς παραιβάτας Suppl. 679; v. *Herm.* ad l. πλεύσαντες αὖθις Hec. 1205. μολὼν εἰς Ἄργος αὖθις Iph. T. 589. δεῦρο καὶ αὖθις ἐκεῖσε Hel. 1155. ch. Sic etiam Tr. 286. mel. Porro δεῖ με — εἰς τόνδ' αὖθις ἱδρῦσαι δόμον Ἄλκηστιν Alc. 844, *restituere*. Alia id genus v. s. 5. Tralate ἐπεὶ ἐγενόμην, αὖθις ὁ σπείρας πατὴρ κτείνει με Phoen. 1594. πείθωμεν αὖθις πατέρα βέλτιον φρονεῖν Iph. A. 1011, i. q. ἀναφρονεῖν, *ad sanam mentem redire*; cave enim αὖθις cum πείθωμεν iungas. Ceterum αὖθις hac vi locali etiam aliis scriptoribus frequentissimum. V. *Damm.* in lex. s. v. *Sturz.* in lex. Xen. I. p. 468, qui quintam fecit particulae vim, quae prima est.

2. *Rursus*, *iterum*, *denuo*. V. s. αὖ 2. θύρσον ἐκλελοιπότα κισσῷ — αὖθις ἐξανέστεφον Bacch. 1053. μὴ — ἐλπίσῃς, ὅπως αὖθις πατρώας ζῶν ἔμ' ἐκβαλεῖς χθονός Heracl. 1052. οὐχὶ συγκλήσεις στόμα καὶ μὴ μεθήσεις αὖθις αἰσχίστους λόγους; Hipp. 499. οὐκ ἐῶ σε κερτομεῖν ἡμᾶς τόδ' αὖθις Hel. 626. ἵν' αὖθις ὄνομα δὶς κλύων μάθῃς Iph. T. 779; v. *Herm.* ad l. αὖθίς μοι φράσον Hel. 478. Cf. Herc. f. 561. Bacch. 1086. Hel. 1432 et 1433. ποῦ σ' αὖθις ὀψόμεσθα; Iph. A. 1026. Cf. Hec. 411. Alc. 205. Phoen. 636. Huc trahenda etiam formula μάλ' αὖθις Phoen. 1076. Cf. Or. 1020. Med. 1009. Tr. 625. V. *Herm.*

ad Vig. p. 780, 392. Porro huc pertinent ἐγὼ γὰρ ἐκβαλεῖν μὲν αἰδοῦμαι δάκρυ, τὸ μὴ δακρῦσαι δ' αὖθις αἰδοῦμαι Iph. A. 452, ubi est *iterum s. pariter* (v. s. αὖ 2, a, bb), et τὸ δὲ (κακὸν) ἐκπέφηνε αὖθις ἐξ ἀρχῆς νέον Aeol. fr. XXI (XVI), 2 (v. s. αὖ 2, b). Ambiguum est, *iteratio* an *vicissitudo* exprimatur, Electrae in loco 597. φίλας μὲν ἡδονὰς ἀσπασμάτων ἔχω, χρόνῳ δὲ καὖθις αὐτὰ δώσομεν. Etenim αὖθις

3. etiam *oppositionem*, hinc *mutuum s. vicissitudinem* indicat. V. s. αὖ 3 et supra in. ὕβριζ' ὑβρίζων τ' αὖθις ἀνταπώλετο Suppl. 743. ἡμεῖς σ' ἄρ' αὖθις ἀντοικτείρομεν Ion. 312. (βίος) εὐδαιμονεῖ τε καὖθις οὐκ εὐδαιμονεῖ Antiop. fr. XLIV (XXV), 3. Cf. Hel. 720. 870. Antig. fr. I, 2. εἰ δὲ τούσδ' ὠσαίατο, αὖθις τὸ νῦν ὑπεῖκον ἥρασσον πέτροις Iph. T. 327. Quum vero et in his, quae *vicissim* fiunt, et in illis, quae *iterum* fiunt (2), fere alterum in alterius locum *succedat* vel alterum eveniat *post* alterum, ut in illis εὐδαιμονεῖ τε καὖθις οὐκ εὐδαιμονεῖ, quae etiam sic accipi possunt: *nunc felix est, deinde s. postea non felix*, hinc αὖθις

4. etiam *successionem* indicat: *alias, alio tempore, deinde, posthac, in posterum, ein ander Mal, nachher, späterhin, künftighin, in der Folge.* πρῶτα μὲν Λυκάονι, αὖθις δὲ Κύκνῳ (χρὴ μάχην ξυνάψαι) Alc. 506, *deinde.* ὡς δ' ἐς Αὖλιν ἦλθες αὖθις Iph. A. 350. Cf. Herod. 8, 60. αὖθις τὰ τῶνδε σημανῶ, τὰ δ' ἐν ποσὶ παρόντ' ἄκουσον Iph. T. 1312. αὖθις τόδ' ἔσται, νῦν δ' ἐπείγεσθαί με δεῖ Alc. 1155. ὑμᾶς δὲ γυναῖκας αὖθις ποινασόμεσθα, νῦν δέ — Iph. T. 1432. γνώσει αὖθις ἁμπλακών Hipp. 892. τοῦδ' ἀνδρὸς αὖθις λίσσομαι (σε) σιγᾶν πέρι ib. 312. κἂν μὴ παραυτίκ', αὖθίς εἶσι χρήσιμος πόλει Or. 908. Alia id genus collegit *Stallb.* ad Plat. Ap. Socr. p. 37. Locum corruptum Iph. T. 754 felicissime emendavit *Hermannus.* V. s. καιρός.

5. Etiam αὖθις cum aliis eiusdem familiae particulis consociatur. Quod temere nequaquam fieri ostendimus s. αὖ 5. De αὖθις αὖ et αὖθις αὖ πάλιν ibidem iam dictum. Restat igitur αὖθις πάλιν. Quod Alc. 186. Herc. f. 1101. Rhes. 779. Hel. 938. Soph. Phil. 127. 1232. Ai. 305. Tr. 341 est *rursus retro* vel *rursus re*— (*wieder zurück*); eodemque sensu πάλιν — αὖθις dicitur Heracl. 488 et πάλιν αὖθις κτᾶσθαι ib. 708, h. e. *rursus recuperare.* Porro idem αὖθις πάλιν Iph. A. 108 est *postea rursus* (*später wieder*), Soph. O. C. 364 *rursus de integro* (*wieder von neuem*), et φράσον αὖθις πάλιν Soph. Phil. 342 *rursus repete.* De Helenae loco 269 v. s. λαμβάνειν.

Ceterum in his omnibus cum editoribus plerisque tacite perscripsi ανθις, etsi non desunt loci, ubi etiam Ionica forma αὖτις in libris vel editionibus reperiatur. Cuius discrepantiae ne mentionem quidem facerem, nisi vir diligentissimi ceteroqui iudicii *Seidlerus* ad Eur. Iph. T. 316 formae non aspiratae patronus exstitisset. Is vero nimium hac in re tribuit codicibus. Duobus tantum in locis αὖτις librorum scriptura est: hi sunt Iph. T. 327 (*vicissim*) et Iph. A. 1011 (*retro*): nam Iph. T. 754 *Hermanni* acumen non latuit in αὖτις latere οὔ τις. Praeterea quinque sunt loci, ubi αὖτις vel unus codex vel una editio exhibeat: Bacch. 1053 solus Pal. αὖτις (*denuo*), Iph. A. 350 solus Vict. (*postea*), Iph. T. 589 sola Ald. (*retro*), ib. 779 sola Ald. (*denuo*), ib. 1312 sola Ald. (*postea*). At vero exempla, ubi sine ulla varietate αὖθις legitur, plus quadraginta sunt. Itaque a codicibus perexigua apud Euripidem Ionicae formae fides est; nec maior apud Sophoclem et Aeschylum. V. *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 259. Quod si exempla ista duo, ubi αὖτις vulgo legebatur, melicorum essent, poetas ut solent etiam epicum αὖτις in melicis hic illic usurpasse crederem; sicut in Sophoclis loco O. C. 235 *Herm.* dubitat, an epica forte forma a plerisque codd. exhibita utpote in numero dactylico tolerari possit. Atqui septem illi loci, etiam Iph. T. 327 et Iph. A. 1011, omnes diverbiorum sunt; contra qui soli in melicis reperiuntur Tr. 286 et Hel. 1155, itemque melici ap. Soph. loci, Phil. 844. 1190. O. C. 1455. 1714. 1731. 1735. Ant. 810, si a loco ante memorato O. C. 235 discesseris, omnes librorum in αὖθις consensu tuti sunt. Iure igitur critici iam dudum e tragicis expulerunt formam Ionicam, quam librariorum fortasse negligentia, fortasse etiam discrimen inter αὖθις et αὖτις a grammaticis quibusdam excogitatum invexit (v. *Ellendt.* l. c. p. 258. extr.). Quamquam discrimen illud prorsus inane esse neque αὖθις et αὖτις nisi dialecto differre quum alia multa declarant, tum illud, quod versus Hom. Il. α', 26 sq. *μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω ἢ νῦν δηθύνοντ' ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα* sic in Atticum sermonem convertit Plato de rep. 3. p. 393, E. *ὁ δὲ Ἀγαμέμνων ἡγοῖτ' ἂν ἐντελλόμενος νῦν τε ἀπιέναι καὶ αὖθις μὴ ἐλθεῖν.* V. *Schaef.* ad L. Bos. Ind. p. 866. *Elmsl.* ad Soph. O. C. 234. *Rost.* ap. Damm. s. αὖθις. Unum restat nequaquam omittendum: nam loci illi, ubi αὖτις vel libri veteres suppeditant vel vetus editio, uno Baccharum excepto omnes e duabus sunt Iphigeniis. Cuius rei causam aliis aperiendam relinquimus. *Const. M.*

αὐλεῖν (αὐλός). Pass. αὐλεῖται δὲ πᾶν μέλαθρον Iph. T. 367. V. *Elmsl.* ad Soph. O. T. 1094 et ad Eur. Heracl. 402. Pindari locum

simillimum ἀείδετο πᾶν τέμενος Od. 10 (11), 92 etiam *Dissen.* contulit Comment. in Pind. p. 135.

αὔλειος, *id quod aulae est* vel *ad aulam pertinet.* πρὸς αὐλείοιον ἑστηκὼς πύλαις Hel. 445, quod ap. Hom. est ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσιν. V. *Bremi.* ad Lys. or. sel. p. 9. αὐλείοις, ὦ Πάν, τοῖσι σοῖς ἐν ἄντροις Ion. 500. Ita *Scalig. Barnes. Matth.* Ald. rell. αὐλίοις, quod recepit *Hermannus;* „nam αὔλειος esse ab αὐλή formatum." Et αὔλιος? Indidem est, sed notione differunt: αὔλειος enim denotat *ea, quae aulae sunt,* αὔλιος vero, *quae naturam habent* αὐλῆς h. e. *domus s. domicilii.* Atqui in promtu est hic *antra* dici, *quae naturam habent domiciliorum s. quae domicilia sunt* (*Grotten-Wohnungen*), quae alias simpliciter dicuntur αὐλαί (s. v. 2) vel αὔλια (v. s. αὔλιον). Hac igitur de causa praeferendum αὐλίοις. Et sic etiam *Dindorf.*

αὐλή propr. significat *perflabilem* (ἄω) s. *subdialem locum. Athenaeus* p. 189, 6: ὁ διαπνεόμενος τόπος αὐλὴ λέγεται. Similiter *Hof* (*Hoff*) cum *offen auf* cognatum videtur. Est igitur 1. *area ante domum subdialis, aula, cors* (*cour*), *Hofraum, Hof.* V. *Passov.* ἔρημα τὰ πρόσθ' αὐλᾶς Or. 1277. Rarior haec vis apud scriptores Atticos, tritissima apud Homerum. Atticismo consuetior ea significatio, qua 2. a parte potiore omnino de *sede* vel *domicilio* (*Wohnsitz Wohnung*) et hinc etiam de ipsa *domo* dicitur. Eamdem vim recepit vernaculum *Hof* in compositis, qualia sunt *Pfarrhof Gasthof Meierhof Freihof.* Ἄρτεμι, ἃ κατ' οὐρανὸν ναίεις εὐπατέρειαν αὐλάν, Ζανὸς πολύχρυσον οἶκον, Hipp. 68, ut (Hercules) Ἥβας ἐρατὸν χροΐζει λέχος χρυσέαν κατ' αὐλάν Heracl. 916. Cf. Hom. Od. δ', 74. Aesch. Prom. 122. ὑμνῳδοὺς κόρας ἦλυθεν (Hercules) ἑσπέριον ἐς αὐλάν Herc. f. 395. ἦλυθον, Ἠλέκτρα, ποτὶ σὰν ἀγρότειραν αὐλάν El. 168. σταθμοὺς ἔπι βούτα — ἔρημόν θ' ἑστιοῦχον αὐλάν Andr. 282, ubi bene schol. ὁ μὲν σταθμὸς θρεμμάτων, ἡ δὲ αὐλὴ ἀνδρῶν οἰκητήριον. Hinc τεκύων ἐς αὐλάν Alc. 261. De ipsa *domo.* ἐπλάθης φιλίαν πρὸς αὐλάν Rhes. 347. ὦ κατ' αὐλὰν ἀλαίνων — δεμνίοις ἰαύων Phoen. 1532. ὁ Βρόμιος φάσμ' ἐποίησεν κατ' αὐλήν Bacch. 630. πρὸς τάνδ' αὐλάν Hec. 172. Hinc etiam de *antro,* quatenus pro *domicilio* est; v. αὔλιον. εἰς αὐλάν ποτ' ἀμφιβαλεῖς —; Cycl. 60. De *templis,* quatenus deorum *sedes* sunt. πρὸς σὰν (Dianae) αὐλὰν πόδα πέμπω Iph. T. 128. εὐκίονες αὐλαὶ θεῶν Ion. 185. Omnes hi loci sunt melicorum praeter Bacch. 630.

αὐλίζεσθαι cum αὐλις et αὔλιον ab αὐλή est, quatenus *domum* significat. Itaque proprie est *domum habere* vel *domi esse,* praecipue

vero ut αὔλις de bestiis (*stabulari*) et exercitibus (*castra habere s. posita habere*) dicitur. ἄγγελλ' οἵοις ἐν πέπλοις αὐλίζομαι El. 304, ubi esse i. q. οἰκεῖν vel ναίειν rectissime contra *Schaeferum* στολίζομαι corrigentem monet *Seidler.* Nolim tamen cum eodem *Seidlero* et *Hesychio* simpliciter interpretari *vitam agere*, ἐνδιατρίβειν, sed miserum haud dubie ac stabulo simile *domicilium* suum significat Electra (cf. v. 305), ita ut αὐλίζεσθαι respondeat nostro *hausen*, quod idem est ab *Haus* (αὐλή). Quum autem fere *pernoctandi* causa et pecudes in stabulis et exercitus in castris sint, hinc αὐλίζ. etiam *pernoctandi* vim recepit. Quam vim perperam in primo loco posuerunt lexicographi.

αὔλιον quodvis propr. *domicilium* denotat, hinc etiam *antrum*, quatenus pro *domicilio* est. V. s. αὐλή 2. extr. et s. αὐλίζεσθαι. In *plurali* plerumque exstat ut ἄντρον (s. v.). ἔσωθεν αὐλίων Cycl. 589. τίν' ὄχλον τόνδ' ὁρῶ πρὸς αὐλίοις; ib. 221. *Sing.* ἕρπετ' εἴσω, τῷ κατ' αὔλιον θεῷ ἵν' εὐωχῆτέ με ib. 344.

αὖλις i. q. αὔλιον (s. v.). χαιρέτω μὲν αὖλις ἥδε Cycl. 362.

Αὐλίς, n. pr. Non cum αὐλή, sed cum αὐλός et αὐλών (s. vv.) cognatum videtur. Hinc στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα Iph. A. 81. Αὐλίδος κοίλους μυχούς ib. 1600. ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος Iph. T. 9. 1082. τὸν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας, Αὔλιν ἀκλύστων, Iph. A. 121. Porro πρυμνοῦχον Αὔλιν El. 1022. φαμάθων Αὐλίδος Iph. T. 215. μή μοι ναῶν πρύμνας ἆδ' Αὐλὶς δέξασθαι ὤφελεν Iph. A. 1321. (Graeci) ἁπλοίᾳ χρώμενοι κατ' Αὐλίδα ib. 88. ἴτω στρατεία διαλυθεῖσ' ἐξ Αὐλίδος ib. 495. Αὐλὶς ἔλαβε σφάγι' ἐμῆς ὁμοσπόρου (Iphigeniae) Or. 658; cf. Iph. T. 26. 339. 770. 1418. τὴν ἐνθάδ' Αὔλιν (Tauricam) ib. 358. Ἀρτέμιδι — Αυλίδος ἀνάσσῃ Iph. A. 434. Αὐλίδι Iph. T. 538. ἐν Αὐλίδι Iph. A. 353. κατ' Αὔλιν ib. 14. ἐς Αὔλιν ib. 350. Iph. T. 818. De tono in Αὔλιν v. *Ellendt.* s. v. Grammaticorum de origine vocis ineptias suppeditat *Barnes.* ad Iph. A. 14.

αὐλός (ἄω). Origine quidem sua quodvis instrumentum, unde sonus *flando* elicitur, designat (*Blasinstrument*), sed proprium est de *tibia.* πρὸς Λίβυν λακεῖν αὐλόν Alc. 348. Cf. Herc. f. 684. Φρυγίων αὐλῶν Iph. A. 577. Bacch. 128. Κρητικοὺς αὐλούς Polyid. fr. VI (X), 2. αὐλῶν κτύπος Alc. 432. αὐλῶν παιᾶνι στυγνῷ Tr. 126. βαρύβρομον αὐλόν Hel. 1367. μετὰ αὐλοῦ γελάσαι Bacch. 379. ἐπεὶ ἐς αὐλοὺς ἦκεν εἰς κρατῆρά τε Ion. 1177. Hinc αὐλός dictum quidquid *tibiae* formam repraesentabat. Quare et *fistulam* depingit (*Röhre*), et *rivum*, etiam sanguinis et lacrimarum (Hom. Il. ϱ', 297. Od. χ', 18), et *canalem*

(*Rinne*) et adeo *stadium*. *Etym. M.* p. 170, 20. αὐλός, στάδιον, καὶ τὸ δίσταδιον δίαυλος. *Const. M.*

αὐλών. Significat quodcumque *fistulae* speciem habet, πᾶν τὸ στενὸν καὶ ἐπίμηκες. Neque enim ab αὐλή est, sed ab αὐλός. Quod miror recentiores lexicographos vel non vidisse vel omisisse. V. *Damm.* et nos s. αὐλός. Itaque imprimis *angustias* vel terrae vel maris denotat, *fauces*, *convalles*, *fossas*, *canales*, *rivos*, *freta*. Ita *convalles* Soph. in Scyth. fr. III vocat ἐπακτίας αὐλῶνας. De *fossis* Graecorum castrensibus dictum πέρασας κοῖλον αὐλώνων βάθος Eur. Rhes. 112, quod ante est τάφρους ὑπερβάς. Τάφροι καὶ αὐλῶνες iunguntur etiam Xen. An. 2, 3, 10, ubi *fossas et rivulos* intelligas. Et de iisdem *rivulis* accipiendi videntur αὐλῶνες κελαδεινοί Hom. h. Merc. 95. *Const. M.*

αὔξειν, αὐξάνειν (ἀέξειν). Etymologiam neglexerunt lexicorum auctores; alioqui notionem *augendi* (*vermehren*, *vergrössern*) non tamquam propriam ac primariam venditassent. *Dammii* nugas iure profligavit *Rostius*. Quamquam nec huius ab ἄγειν (h. e. προάγειν) derivatio cuiquam probabitur. Imo cum αὔειν ἄζειν (ἄλειν *alere*) ἀλδαίνειν ἄλθειν ad stirpem ἄω (ἄημι) referendum: his enim omnibus communis est *afflandi* notio, unde partim *arefaciendi* ac *torrendi* partim *calefaciendi* ac *fovendi* significatio fluxit. V. s. ἄλσος. Et quidem formarum ἀέξω — αὔξω eadem ratio est ac verborum ἀήρ (ἀερ) — αὔρα, ἀείδειν (ἀέδω p. 42) — αὐδᾶν. Est igitur 1. *fovere*, h. e. *facere ut quid vigeat* vel *crescat* vel *floreat*, hinc *alere*, *promovere*, *augere*, *ornare*, *nähren*, *fördern*, *zu Ansehn — Ehren bringen*, *in Ehren halten*, ubi nos simillime *warm halten*. (αἰθὴρ) χειμῶνα αὔξει Dan. fr. IV (I), 4, *facit ut hiems vigeat*, *hiemem gignit*. [ὁ μακρὸς ηὔξανεν ταύτην (Danaën) χρόνος Dan. prol. 25.] πολέμους αὐξάνουσ' ἄνευ δίκης Suppl. 233, *fovent*. Sic etiam φιλόπλουτον ἅμιλλαν αὔξοντες μελάθροισιν Iph. T. 413. κεῖνα νῦν αὔξει θεός Med. 966. Frequens imprimis formula αὔξειν οἶκον — πόλιν — πατρίδα, ubi est *iuvare*, *prodesse*. V. *Sturz.* lex. Xen. I. p. 409 sq. πατρίδα αὔξειν χρεὼν καὶ μὴ κατᾶξαι Suppl. 507. μείζω πόλιν αὔξει Iph. A. 572. τὸ κοινὸν αὔξειν ib. 967. τὸ σὸν μέλαθρον αὔξουσα ib. 1160. Etiam de personis, ubi est *fovere*, *honorare*, *colere*. μηδ' αὔξε (ἄνδρα) καιροῦ μεῖζον Plisth. fr. II (I), 4. τοὺς πονηροὺς μή ποτ' αὔξειν ἐν πόλει Erechth. fr. XX (II), 28. τοὺς μὴ τὰ θεῶν αὔξοντας Bacch. 885. δεῖ Διόνυσον αὔξεσθαι μέγαν ib. 183. Et de eodem Baccho δι' ἀριθμῶν οὐδὲν αὔξεσθαι θέλει ib. 209, *non ita vult coli*, *ut ii*, *qui eum honore prosequi debeant*, *qui non*, *dinumerentur et a se secernantur*. Sic recte *Matth.* V. 206.

Passiv. est *foveri*, hinc *vigere*, *florere*, *crescere*. μολπαὶ ηὔξοντ' ἐραταί El. 718, *vigebant*. Sic etiam στυγνὸν ὀφρύων νέφος αὐξάνεται Hipp. 173. τυράννους διὰ μακρῶν ηὐξημένους In. fr. XXII (XVI), 1, *qui diu viguerant s. floruerant*. τοῖς μὲν αὔξεται βίος, τῶν δὲ φθίνει In. fr. XVIII (XVII), 4, ut fr. inc. tr. CLX. ὦ πολύμοχθος βιοτὰ —, ὡς τὰ μὲν αὔξει, τὰ δ' ἀποφθινύθεις. Sic enim haud dubie scribendum, nec vulgatum αὔξεις ex loco Hesiodi op. 5 longe diverso tueri debebat *Matth.* Creberrima vero *crescendi* vis. ὃ μὲν νεοσσός ἐστιν, ἢ δ' ηὐξημένη Iph. A. 1248, *adulta*. τροφαῖσιν ηὐξόμην Hec. 20. ἀλλ' αὐξάνεσθε Med. 918. ἀρετὴ ὅσῳπερ μᾶλλον ἂν χρῆσθαι θέλῃς, τοσῷδε μᾶλλον αὔξεται λειουμένη fr. inc. tr. IV, 5. ἐν τοῖς πόνοισιν αὔξεται (πατρίς) Suppl. 323, ut ἐκ τῶν πόνων τοι τἀγάθ' αὔξεται βροτοῖς Erechth. fr. IX (X), 1. σὺν τοῖσι δεινοῖς αὔξεται κλέος βροτοῖς fr. inc. tr. XLVI. Hinc 2. est *maius s. plus facere, augere, amplificare*, *vergrössern, vermehren*. (ὁ χρόνος) τὸ μεῖον αὔξων Beller. fr. XXVII (XX), 5. αἰὼν πλοῦτον μόνον αὔξει Herc. f. 672. χθὼν αὔξει εὐδαιμονίαν θεοῖς (s. v.) Hipp. 750.

ἄϋπνος, *insomnis*. ἐγὼ ἄϋπνος θάσσω Or. 83. ἐννύχιος ἄϋπνος ὢν Ion. 1077. φυσήματα — ἄϋπνος οἶδα τλάς Rhes. 442. δράκων πάγχρυσον δέρας ἔσωζε — ἄϋπνος ὤν Med. 481. μάλα τοι γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνον Iph. A. 4. ἄϋπνον βλέφαρον Or. 302. ἄϋπνα ὀμμάτων τέλη Suppl. 1136. Tralate *Μοῦσα ἄϋπνος ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν λήξει* Hipp. 1135, *vigil, non quiescens*. Φινεΐδας ἀΰπνους ἀκτάς Iph. T. 423, *scopulos vigilantes*, h. e. qui praeternavigantibus numquam non nocent. [Ἄϋπνος secunda producta legitur Med. 481. Or. 302. Hipp. 1135. Iph. A. 4. Iph. T. 423; eadem correpta Or. 83. Suppl. 1136. *Aug. M.*]

αὔρα [αὔω ἄω], *flatus*, *aura*. αὔρα, ποντιὰς αὔρα Hec. 444. ναυσίπομπον αὔραν Phoen. 1706. λινοπόροις αὔραις Iph. T. 411. πυκναῖς αὔραις Iph. T. 7. θοαῖς αὔραις Tr. 454. αὔραις νοτίαις Iph. T. 433. αὔραις ἐναλίαις Hel. 1475. τίς αὔρα (te huc advexit s. pertulit); Suppl. 1048. αὔραν ἱστίοις καραδοκῶν Tr. 456. μετρίας ἀνέμων ἡδυπνόους αὔρας Med. 839. Ζεὺς μειλίσσων αὔραν ἄλλοις ἄλλαν θνατῶν Iph. A. 1325 [v. s. μειλίσσειν]. ὑπήνεμος αὔρα Cycl. 44. ὅταν αὔραις πέλαγος νήνεμον ᾖ Hel. 1471. αὔραν αὔραν πρὸ παρηίδος ἄσσων Or. 1427, *flabello ventulum faciens* [v. s. ἀΐσσειν p. 80]. Tralate δι' ἐμᾶς ἦξεν ποτὲ νηδύος ἆδ' αὔρα Hipp. 165, de partus doloribus [ubi αὔρα mirifice concordat cum vernaculo *Wehen*]. φρόνημα σὸν μετεστάθη πρὸς αὔραν El. 1202, de mutatis temporibus [nos ubi similiter *den Mantel nach dem Winde hängen*]. Sic etiam

μετάτροποι πνέουσιν αὔραι δόμων ib. 1147. γαμέτας συντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις γενναίας ἁλόχῳ ψυχᾶς Suppl. 1029, de mutui amoris conspiratione. V. not. ad l. p. 308. *Aug. M.*

αὔριον, *cras.* ἐς αὔριον Alc. 321; cf. Rhes. 600. τὴν αὔριον μέλλουσαν Alc. 787, *crastinum diem.* V. *Pflugk.* ad l. τὸν αὔριον χρόνον Hipp. 1117. *Αὔριον* (αὔριος) ex αὔρα factum esse quum per se clarum sit tum nostrae linguae similitudo comprobat, ubi adverbium *morgen* (*cras*) proprie nil est nisi *den Morgen* (*mane*). Eademque ratio est adverbii ἠῶθεν. Scilicet αὔρα et ἠώς ab ἄειν, *flare*, descendunt indeque proprie *tempus*, *ubi aura flat frigidiuscula*, h. e. *tempus matutinum* s. *mane* indicant. Cf. *O. Mueller.* hist. Gr. gent. T. III. p. 526. *Hartung.* cas. p. 201. Iam si quis dicit se *mane* quid facturum esse, sponte intelligitur eum *sequens mane* dicere. Hinc factum ut et ἠῶθεν non raro significaret *cras mane* et αὔριον paulatim de toto *crastemo die* usurparetur. Cf. *Buttm.* lex. I. p. 120 sq. *Const. M.*

αὐτανέψιος, *consobrinus.* αὐτανέψιος νεκροῦ τοῦδε Rhes. 944. σοὶ μὲν (Alcmenae) αὐτανέψιος γεγώς (Eurystheus) Heracl. 987. αὐτανεψίῳ πατὴρ ἂν εἴη σός τε καὶ τούτων γεγώς ib. 212.

αὐτάρκης (αὐτός ἀρκεῖν; v. *Passov.*). αὐτάρκη φρονεῖν πέποιθε Aeol. fr. XIV (IV), 3, *se per se satis sapere confidit*, non alios consulens.

ἀΰτειν (ἀΰειν), *vocem edere, vociferari, clamare.* τί χρῆμ' ἀΰτεῖς; Cycl. 665. ἰδὼν ἀΰτει· χαίρετ', ὦ ξένοι El. 779. διττῶς ἀΰτῳ Phoen. 1347. C. *infin.* ἀΰτει τὰν κερόεσσαν ἔχειν χρυσόμαλλον ποίμναν El. 724. C. *accus. eventi* (*Resultat*). βοὰν ἀΰτῳ Hec. 1092, *edo*; v. s. ἀΰειν. C. *accus. causae, quo* pertinet clamor (*beschreien, bejammern*). πάρα στενάχειν τάδ', ἀΰτειν Phoen. 1546, *lamentari.* C. *accus. obiecti.* Rei: τίν' ἔκπληξιν νέαν φίλοις ἀΰτεῖς; Phoen. 1277, *clamitas.* σφαγὴν ἀΰτεῖς τήνδε μοι El. 757, ubi malim ἀΰτει, hoc ut ad μέλος vel βοή referatur. Cf. *Seidl.* ad l. Ut hic nominis accusativus, sic infinitivus *necessitati* inservit Rhes. 668. ὑμᾶς ἀΰτῳ θηκτὰ κοιμίσαι ξίφη. Personae: Ἄρτεμιν ἀΰτειν Hipp. 168, *inclamare.* Cf. Hom. Il. λ', 258.

ἀΰτή, *clamor.* τί χρῆμ' ἀΰτῆς πᾶν τόδ' ἐπλήσθη στέγος; Heracl. 646.

αὐτεπάγγελτος, *qui ultro* aliquid *declarat* s. *promittit, ultro pollicitus.* ὑπέστητ' αὐτεπάγγελτοι (*ultro*) θανεῖν Herc. f. 706.

αὐτεπώνυμος, *qui id ipsum quod alius nomen habet, cognominis.* Μενοικέα σοῦ (Creontis) πατρὸς αὐτεπώνυμον Phoen. 776. V. *Valck.* ad l. et s. αὐτοσίδηρος.

αὐτίκα, *continuo, illico, statim.* ὄψει νιν αὐτίκ' ὄντα δωμάτων πάρος τυφλόν Hec. 1049. (λέγει) πόλιν ὅπλοις ἑλίξειν αὐτίκ' Ἀργείων στρατόν Phoen. 718. αὐτίχ' ἥξει Iph. T. 1080. Bacch. 639. ὡς κτενοῦντας αὐτίκα Or. 729. πειρώμενος τοῦτό γ' αὐτίκ' εἴσομαι Heracl. 270. πέσσα δάϊ' αὐτίχ' αἱμάξετον Phoen. 1308. αὐτίκ' ἐν τοῖς οὖκ ἔτ' οὖσι λέξομαι Alc. 323. ἀνόσια πράσσων αὐτίχ' εὑρεθήσεται Iph. A. 1105. αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει Bacch. 114. τὸ σὸν γένος ἄγονον αὐτίκα λυσσάδες δίκαι — ἐκπατάσσουσιν Herc. f. 886. Huc pertinet etiam θῆρας ξιφήρεις αὐτίκ' ἐχθροῖσιν φανεῖ (μέλαθρον) Or. 1272. In his igitur, quia de singula re proxime futura agitur, futurum fere exstat; nisi si res futura vel certa est vel tamquam certa ponitur; tunc etiam praesenti locus est, ut Herc. f. 886. Praesens autem legitimum in sententia generali, ubi res vel facta vel fieri solita commemoratur: in talibus αὐτίκα interpretandum *proximo momento, momentum, ad punctum temporis, in praesens, für den Augenblick, für den nächsten Augenblick.* ἡδὺ μὲν αὐτίκα τοῦτο βροτοῖσιν, ἐν δὲ χρόνῳ τελέθει ξηρόν Andr. 783. ὁ αὐτίχ' ἡδὺς — ἐσαῦθις ἔβλαψε Suppl. 414. τὰ μὲν νῦν, τὰ δὲ πάλαι, τὰ δ' αὐτίκα (φρονεῖς) Iph. A. 332, *proximo quoque momento.* Notandus praeterea usus solutae orationi proprius, quo αὐτίκα in exemplis afferendis ita ponitur, ut sententiae generali exemplum *continuo* obvium subiiciatur. In quibus falso plerique vertunt *exempli gratia* s. *verbi causa:* v. *Ruhnk.* ad Tim. p. 56 et *Koen.* ad Greg. Cor. p. 416. Imo etiam hic est *statim*, ipsumque *continuo* sic usurpavit *Virgilius* Georg. 1, 356; sed explicationis causa *exempli* mentionem de nostris adiicimus *ut statim exemplum afferam, zum Beispiel gleich.* V. *Stallb.* ad Phaedr. p. 40 et impr. *Bremi.* ad Lys. or. sel. p. 220. De stirpe vocis infelix est *Buttmanni* lexil. II. p. 227 coniectura τὴν αὐτὴν ἵκα in αὐτίκα latere opinantis. Abs qua etymologia non multum distat *Dammiana:* „ab ἵκω, venio, eo, et αὐτό, pro ἀνθίκα, quasi *eum ipso adventu* (!)." Scitius ibi *Rostius:* „est a pronomine αὐτός addita terminatione." Neque obstarem, si quis in illo κᾱ particulam κεν (καν) agnosceret. Nam vis affirmativa, quam huic voculae vindicavimus (p. 189 sq.), aptissima esset ad augendam adverbii potestatem. *Hartungii* certe rationem Cas. p. 232 et *Kuehneri* gr. §. 363. not. 7 prorsus reiicimus. Itaque ut αὐτός *eben der*, ita αὐτί-κα est *eben, so eben, auf der Stelle, den Augenblick:* etenim rem indicat, quae ipsum tempus praesens subsequitur vel quae fit proxime a tempore praesenti. *Const. M.*

αὐτοκασιγνήτη, *germana soror.* ὁ τᾶς Πολυνείκεος αὐτοκασιγνήτας νύμφας ὁμόγαμος Phoen. 138. mel. Inepta de huius et si-

milium compositorum etymo tradit *Wex.* ad Ant. 1. V. s. *αὐτοσ-δηρος.*

αὐτοκρατής, qui ipse regnat s. penes quem solum potestas est. σοφῶν πλῆθος ἀσθενέστερον φαυλοτέρας φρενὸς αὐτοκρατοῦς Andr. 483. Hinc et de eo dicitur, *qui plenam habet potestatem in re gerenda* (*Bevollmächtigter*), et de eo, *qui sui iuris est.*

αὐτοκτόνος, qui ipse occidit. φοινίαν τέκνοις προσβαλεῖν χεῖρ' αὐτοκτόνον Med. 1254. ch., *sua ipsius manu cruenta liberos occidere.* Alias de *mutua caede* usurpatur. V. *Wunder.* in Censura Aiacis Lobeck. ed. sec. p. 172.

αὐτόματος (*μάω*), propr. *qui ipse* vel *sua sponte* aliquo *tendit*, hinc *voluntarius* et de personis et de rebus. Sed commode plerumque vertitur *sua sponte.* αὐτόματον (τὸ βρέτας ἀπεστράφη) ἤ νιν σεισμὸς ἔστρεφε χθονός; Iph. T. 1166; cf. ib. 1167. αὐτόματα δεσμὰ διελύθη Bacch. 447. αὐτόματον τὸν δαλὸν εἰς τὸ κρανίον στείχοντα Cycl. 643. νῦν δ' ἔχει (Menelaus) αὐτόματα πράξας τἀγάθ' εὐτυχέστατα Hel. 725, *ultro, sine labore.* Apte Xen. Hier. 3, 5 ad haec adscripsit *Pflugk.*

αὐτόμορφος, qui sponte formam habet s. induit, nativus, i. q. *αὐτοφυής.* Deest haec vox in lexicis. Legitur tamen Eur. Andr. fr. X (XXIX), 3. (ὁρῶ) παρθένου εἰκώ τινα ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τυκισμάτων σοφῆς ἄγαλμα χειρός. *Τυκισμ.* emendavit *Dindorf.* Vlg. τειχισμάτων. Sed reliqua quoque vitiosa esse declarat contrariorum coniunctio. Puto haec ita corrigenda esse, ut Perseus per disiunctionem quaerat, utrum imago, quam videat, natura sit facta an arte. *Const. M.*

Αὐτονόη, n. pr. Ἀκταίονος μητέρ', *Αὐτονόην λέγω* Bacch. 230. Cf. ib. 680. 1128. 1226.

αὐτόῤῥιζος, sponte radicatus, nativus. κατ' Ἰδαῖον λέπας οἰκοῦμεν αὐτόῤῥιζον ἑστίαν χθονός Rhes. 288. „Sic Flor. A. 1. 2. 10. Vict. Havn.; neque hic causa erat cur unum ρ scriberetur." *Aug. M.* Vulgo erat *αὐτόριζον.* Quod inepte *Brodaeus* ad Phryges refert, quos omnium mortalium antiquissimos fuisse Herodotus testetur (2, 2). Imo ipsa Ida *αὐτόῤῥιζος ἑστία χθονός* vocatur, aut quia domicilium est *natura*, non ab hominibus *conditum* (*Naturheerd*), aut quia, priusquam Troia sub Idam a Dardano condebatur, Idam ipsa *natura factam* incolebant Troiani (*des Landes Ursitz*). Cf. Hom. Il. *ν'*, 216 sqq.

αὐτός, αὐτός. Copiose, sed minus accurate nec iusto ordine de hoc pronomine exposuit *Hermannus* Opusc. I. p. 308 — 342. Paulo celeriùs statim viro eximio exciderunt quae in limine dissertationis perscripsit, obscurum esse non posse dicens, quum nomen *αὐτός* ex

adverbio αὖτε ortum sit, propriam eius significationem hanc esse, quasi quis *iteratum* dicat. Nam nec ab αὖτε esse αὐτός tam certum est et exploratum, hinc ut significatio colligi tam confidenter possit, nec *iterativa* vis *idem* ullo pacto primaria pronominis significatio fuit (v. infr. III). Atque id ipsum in causa est cur etiam *Dammii* et *Kuchneri* gr. §. 342, 4 ab αὖ et τός derivationem licet ad formam probabiliorem non probem. An Pythagoreorum formulam istam αὐτὸς ἔφα, quae antiquissimam pronominis vim exprimit, sic interpretabere: *iterum is* s. *idem dixit*, ac non *iste* s. *ille dixit?* Et Homerum, qui „prima quasi sermonis Graeci stamina continet," si prima pronominis vis *iterativa* est, primitivam summum sexies, derivatam sexcenties usurpasse existimemus? Sed optima illa prae singulari aliorum derivatio. *Hartungium* quidem mirabilia captantem non miror tum e Sicilia (Cas. p. 269) tum e Creta et Laconica (Partic. II. p. 6) nomen Atticis et Homero familiarissimum petiisse. *Stuerenburgium* vero αὐτός ab ἀμός (ἄμς) et τός (ἀμστός ἀστός αὐτός) derivare eamque derivationem, qua nihil et ad formam et ad notionem ineptius, ad Cic. Off. Comment. II. c. 1. p. 172 etiam in lucem proferre potuisse, id sane quam maxime mireris. Quid multa? Certum vim propriam ac primariam pronominis αὐτός hanc esse, ut *rem* vel *personam diligentius monstret* vel *accuratius definiat* (*just — eben — gerade der — dieser*). Etenim formatum est ex ᾱ intensivo (v. s. ἀνά et ἀμός) et τός (ἀτός, αὐτός), ut αὕτη ex ᾱτη, οὗτος ex ὅτος, τοῦτο ex τότο, ταῦτα ex τάτα, ἐνταῦθα ex ἔνθαθα. V. s. αὖ. Et quidem τός respondet Latino *is* (ῖ, ἴ) et praefixum ᾱ idem valet Graecis quod Latinis suffixa *te dem pse le*, ita ut αὐτός ad amussim proprie respondeat pronominibus Latinis *is-te*, *i-dem*, *i-pse*, *i-lle*: nam origine haec sua nihil nisi terminatione differunt, sed variis formis varias paulatim notiones decrevit usus, neque vim propriam, qua ut αὐτός *rem* vel *personam gravius notabant*, ullum horum pronominum praeter *ipse* meram obtinuit. Apte igitur *Rost.* gr. §. 57 pronomen nostrum vocat „*Definitum zur nachdrücklichen Sonderung eines Individuums von andern.*"

I. Itaque prima ac propria pronominis definiti vis est, qua personam vel rem *definit*: *ipse* (*Zumpt.* gr. §. 695. *Matth.* Misc. phil. II. p. 96), *is ipse*, *hic ipse*, *ille ipse*, *hic potissimum* s. *maxime* (*just — eben — gerade der — dieser, selbiger*). Neglexit hunc usum *Hermannus* in dissertatione licet et proprium et frequentissimum. Hom. Il. ο', 724. ἀλλ' εἰ δή ῥα τότε βλάπτεν φρένας εὐρύοπα Ζεὺς ἡμετέρας, νῦν αὖτὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει, *is ipse*, non *idem*, ut explicat *Herm.* l. c. p. 333. Eur. Bacch. 775. κἀκεῖνό φασιν αὐτὸν, τὴν ἄμπελον δοῦναι

βροτοῖς, *hunc ipsum*. Sic etiam in prosa. Plat. Phaedr. p. 273, A. αὐτά γε διελήλυθας, *illa ipsa*. V. *Stallb.* ad l. et impr. ad Rep. II. p. 107. Saepe ut in Latinis etiam *personale* vel *demonstrativum* adiunctum pronomini *definito* nunc sequenti nunc praecedenti. πῶς δίκαιον τοὺς νόμους ὑμᾶς βροτοῖς γράψαντας αὐτοὺς ἀνομίαν ὀφλισκάνειν; Ion. 443, *vos ipsos, gerade ihr, die ihr* —. τοιγάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγώ, *eas ipsas*, Bacch. 32, quae male intellexit *Elmsleius*. αὐτὰς ἐκείνας εἰσορᾶν δοκῶ ib. 925. In Iph. A. 1361 Clyt. ἆρ' ὁ Σισύφου γόνος; Ach. αὐτὸς οὗτος. Hinc τοῦτ' αὐτό, *id — hoc ipsum*, Andr. 906. Suppl. 1067. Iph. A. 1375. El. 261. fr. dub. XXVII. αὐτὸ τοῦτο Or. 664. 1177. Hipp. 419. Iph. A. 1351. Tr. 643. 955. Hel. 312. Alop. fr. V (III). ἐπ' αὐτὸ τοῦτο Bacch. 957. Andr. 916 et 42, ubi v. *Pflugk*. Additur etiam persaepe ipsum nomen seu nudum seu cum articulo. κρήναις ἐπ' αὐταῖς Bacch. 765, v. s. ἐπὶ χρόνου τὸ μῆκος αὐτὸ συντρέχει Or. 1215, ubi nos *gerade zutreffen*. αὐτὸ τὸ σιγᾶν Iph. A. 1142. αὐτὰ τἀναγκαῖα Suppl. 855. αὐτὰ τὰν ποσίν Tr. 938. [In Iph. A. 1139 patienter tulerunt editores ineptum ἐ νοῦς ὅδ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει. Scribe αὐτὸν νοῦν: *haec mens ipsa mente caret*. Huc referendum adverbium αὐτοῦ (s. v.), i. e. *hoc ipso in loco*. Huc etiam formulae ὑπ' αὐτοῖς τείχεσιν Phoen. 759, *sub ipsis muris*, ubi nos: *gerade — ganz — dicht an der Mauer*; cf. ib. 79. πόρπαχ' ὑπ' αὐτόν ib. 1134. ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδα ib. 1185. πέτραν παρ' αὐτήν Hipp. 30; cf. ib. 1187. κρήνην παρ' αὐτὴν Ἄρεος Suppl. 660. παρ' αὐτὰς ἑπτὰ πυρκαιὰς νεκρῶν ib. 1206. παρ' αὐτὴν τρίοδον Ἰσθμίαν ib. 1211. θριγκοῖς ὑπ' αὐτοῖς Iph. T. 74; cf. ib. 969. 1196. πρὸς αὐτῇ τῇ πέτρᾳ Cycl. 678. γέννν παρ' αὐτὴν Bacch. 456. πρὸς αὐταῖς εἰσόδοις Ion. 34. Cf. El. 513. 636. 1271. Alc. 1145. Or. 1194. ἐπ' αὐτάς γ' εἰσίτω δόμων πύλας El. 661. Vlg. εἰσίω. Quod cum *Matthia* et *Dindorfius* dedit et nos dedimus non intelligens correxerat *Musgravius*. Non hoc dicit senex Agamemnonis olim nutricius: *imo sane: modo ipsas aedium portas ingrediatur Clytaemnestra, sed: sane vero ipsas aedium portas ingrediatur*, ubi nos: *gerade — direkt in's Haus herein*. Similiter in Schilleri Wallensteinio Piccolomini iunior: *o ging's von hier gerad' in's Feld des Todes*. Sunt haec eius, qui vel alium vel se ipsum perire vehementer cupit. Incommoda *Seidleri* correctio εἰσιῶ. ὡς ἐπ' αὐτοῖς δὴ Κυκλωπείοισιν ὤν Herc. f. 998: nos: *gerade als hätt' er die Cyklop. Mauern vor sich*, vel, *als hätt' er die leibhaftigen Cyklop. Mauern vor sich*. Talibus egregie confirmantur ea, quae ego de obscuris apud Sophoclem verbis ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στέγην ἔχων El. 720 in Quaest. Soph. p. 66 disputavi.

Quae esse *sub ipsam metam* etiam *Wundero* me video persuasisse. Falso explicuerat *Hermannus*. Sic etiam de tempore. ἀκμήν γ' ἐπ' αὐτὴν (ἦλθον) Phoen. 1088, *ganz zum Kampfe, zum vollständigen Kampfe*. Soph. Ai. 1168. εἰς αὐτὸν καιρὸν οἵδε πάρεισιν, *gerade zur rechten Zeit, ganz wie gerufen*. Quo ex loco in Oreste v. 384 dudum rescribi debebat ἀφῖξαι δ' αὐτὸν εἰς καιρὸν κακῶν pro ineptissimo ἀπ. αὐτὸς εἰς καιρ., quod miror hucusque tolerasse editorum patientiam. Ceterum etiam haec praeivit Homerus Il. ν', 614. De eadem pronominis in compositis potestate v. s. αὐτοσίδηρος. *Const. M.*] Et ex hoc quidem usu, qui proprius est, duplex deinceps significatio profecta est.

1. Primum enim *cum vi notat* vel rem vel personam, ubi a nobis *ich, du, wir, ihr* vel *der, die, das* (*dies*) vel *er, sie* maiore cum vi pronuntiata et a Latinis eiusdem generis pronomina cum adverbio *quidem* consociata usurpantur. De re: ἀλλ' αὐτὸ μὴ δύσνοιαν ἠγήσῃ σέθεν Hec. 973, *das*. Et sic ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς αὐτὸ θήσομαι Med. 532. μυρίοι τοι πεπόνθασ' αὐτό Iph. A. 366. ἆρ' αὖτ' ἀλάστωρ εἶπε; El. 979. πῶς τις αὐτὰ — ὀρθῶς κρινεῖ; ib. 373. νῦν αὖτ' ἰδὼν οὐκ οἶσθα Tr. 1171. Ζεῦ ξένι', ὅρα τάδ· εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις, ἄλλως νομίζει θεός Cycl. 354. οὐδεὶς αὐτὰ καταβάλλει λόγος Bacch. 202. Cf. Ion. 1546. 1566. ἀλλ' αὖτ' ἐάσω Tr. 361. Cf. Aesch. Prom. 439. Huc pertinent, si integra sunt, illa ex Iph. T. 874. ἃ δ' ἐπ' αὐτοῖς τίς τελευτά; ubi nos: *und bei alle dem wie wird es enden?* Eiusdemque rationis est locus Bacch. 1149. τὸ σωφρονεῖν, κάλλιστον οἶμαί γ' αὐτὸ καὶ σοφώτατον θνητοῖσιν εἶναι χρῆμα, quam egregiam librorum lectionem temere alii aliter mutarunt; v. s οἶμαι. Verte: *bescheiden sein, das halt' ich für das beste und für das klügste, was Menschen thun können*. Sic etiam intelligenda Platonica illa Lys. p. 204, B, in quibus explanandis operam perdidit *Stallbaumius*: αὐτοῦ πρῶτον ἡδέως ἀκούσαιμ' ἄν, ἐπὶ τῷ καὶ εἴσειμι καὶ τίς ὁ καλός, *erst möcht' ich gern das noch wissen* —. Non ipsum αὐτό, ut *Stallb.* arbitratur, est *id quod caput rei atque summum est*, sed quia quod Socrates deinde addit caput est rei, idcirco pronomen *definitum* ad illud notandum adhibetur. Longe etiam magis de his a vero aberrarunt *Heusdius* Spec. crit. p. 96 et *Heindorfius* ad Soph. p. 437. Alia id genus exempla Platonica ipse *Stallb.* ad l. c. adscripsit. De persona. In his quamvis αὐτός commode plerumque interpreteris *ipse*, tamen hic usus valde differt ab eo, de quo s. II dicetur. Huc prae omnibus trahendum Pythagoricum illud αὐτὸς ἔφα, i. e. *er hat's gesagt*, et Homericum Il. ι', 449. τὴν αὐτὸς φιλέεσκεν, *die er liebte*. Ex Homero alia huius modi attulit *Herm.* in dissert. Op. I. p. 317.

Quamquam quae his in sequenti pagina s. VII adiecta sunt, quid ūs faciam non scio: nam et inter se ipsa et ab his, quae praecedunt, diversissima sunt. αὐτῷ θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι πᾶσίν τε Θηβαίοισιν Eur. Baech. 47, *dem* vel *ihm*. πέποιθ' ἀποκτείνασα κοιράνους χθονὸς ἀθῶος αὐτὴ φεύξεσθαι; Med. 1300, *glaubt sie der Strafe zu entgehn, sie, die —*. ἀλλ' ἔσχε μαργῶντ' αὐτὸν Περικλύμενος Phoen. 1164, *ihn, den Rasenden*. οὐ γὰρ ἄνδρ' αὐτὼ καλῶ Or. 1555, *sie — diese nenn' ich keine Menschen*. κλαίων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται Hipp. 1086, *von denen einer*. Et sic ἀδύνατοι γεγῶτες αὐτοὶ διαφυλάξασθαι πόλιν Iph. A. 369. δοκῶ γὰρ αὐτὴν εἰσορῶν γυναῖχ' ὁρᾶν ἐμήν Alc. 1069. τίς γὰρ ἐπ' αὐτῷ; Rhes. 540. οὐ γὰρ αὐτῆς φροντίδ' ὡς τέκνων ἔχω Med. 1301. Sic etiam τὰ τῶν φίλων αἴσχιστον ὅστις καταβαλὼν εἰς ξυμφορὰς αὐτὸς σέσωσται Iph. T. 607, *wenn man den Freund zu Grunde gehen lässt, während man für seine Person — seinerseits sich rettet*. οὐκ ἐξαμαρτὼν αὐτὸς, ἀλλ' ἁμαρτίαν τῆς σῆς γυναικὸς ἰώμενος Or. 649, *nicht er für seine Person*. (λέγει) ἡμᾶς μὲν ἄλλην γαῖαν εὑρίσκειν τινὰ, αὐτὸς δὲ σῶσαι τήνδε βούλεται χθόνα Heracl. 498, *er für seine Person*. (Ἄρτεμις) βροτῶν μὲν ἤν τις ἅψηται φόνου, βωμῶν ἀπείργει —, αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται Iph. T. 384, *während sie an Menschenopfern Gefallen findet*. Cf. similem locum Ion. 680. οἱ δυστυχεῖς τοῖσιν εὐτυχεστέροις αὐτοὶ κακῶς πράξαντες οὐ φρονοῦσιν εὖ Iph. T. 353, *weil sie von Glück verlassen sind*. V. s. κακός et ἄρα p. 380. ἐγὼ γὰρ αὐτῆς ἄλλον τιμωρήσομαι Hipp. 1420. Passim γε insuper associatum habet pronomen, ut Suppl. 771. Hel. 104. Interdum etiam relativum refertur ad pronomen definitum. ἀπέπτυσ' αὐτὴν, ἥτις ἄνδρα τὸν πάρος — ἀποβαλοῦσ' ἄλλον φιλεῖ Tr. 662. ἐμὴν αὐτὴν, ἧς λέχος γ' ἐπῆνεσα, κρίνω δάμαρτα Or. 1092. καλοῦσι δ' αὐτὸν, ᾧ λατρεύομεν, Πολύφημον Cycl. 24. De Iph. A. 1025 v. s. ἄν p. 221. Sciendum autem multum in his interesse inter definitum et demonstrativum pronomen. Ita Cyclopis in loco verba ᾧ λατρεύομεν etiam abesse possent: persona enim, ad quam refertur αὐτόν, iam antea memorata est nec nisi explicationis causa illa adduntur (*ihn, dem wir dienen*); sin scribitur τοῦτον pro αὐτόν, verba ᾧ λατρεύομεν adeo sunt necessaria, ut si omitterentur sententia manca et imperfecta esset: persona enim, ad quam refertur αὐτόν, nunc demum memoratur (*denjenigen, welchem wir dienen*). Omnino non recte factum ab editoribus et grammaticis ut *Heindorfo* ad Plat. Lys. p. 4, *Hermanno* l. c. p. 316 s. VI, *Matthia* gr. p. 1036, 8, *Kuehnero* gr. §. 630, not. 5, ut αὐτός in talibus pro οὗτος vel ἐκεῖνος exstare praeciperent: multo enim gravius quiddam sonat pronomen

definitum, magis ut demonstrativis cum γε particula consociatis respondere videatur. Quin etiam ad primam et secundam personam *cum vi notandam* usurpatur αὐτός. Med. 1384. αὐτὴ γαῖαν εἶμι τὴν Ἐρεχθέως, *ich für meinen Theil, für meine Person*, ut τῶνδε μὲν τεθνηκότων, αὐτὴ δὲ σωθεῖσα Heracl. 522. οὐκ οὖν δίκαιον — αὐτὸν ἐκδῦναι κακῶν Iph. T. 602, *dass ich meinerseits dem Unglück entrinne*. Cf. ib. 679. γυναῖκα τὴν ἐμὴν οὐ βούλομαι λυπεῖν — αὐτὸς εὐτυχῶν Ion. 658, *während ich glücklich bin*. τῶν ἀρίστων τἄκγον' αὐτὸς ὢν κακὸς δεδοίκας Herc. f. 208, *weil du ein Feigling bist*. μήτ' ἀναγκάσῃς ἐμὲ κακὴν γενέσθαι περὶ σὲ μήτ' αὐτὸς γένῃ Iph. T. 1184, ubi recte *Schillerus: zwinge mich nicht schlimm an dir zu handeln, handle du nicht so an uns*. Cf. Med. 749. Et sic Heracl. 506, ubi cum vi est *wir*, ib. 422, ubi est *ihr*, Tr. 488. Phoen. 1749, ubi est *ich*. Sic etiam πότερον ἵν' αὐτὴ παῖδας ἀντὶ σοῦ τέκω —; Andr. 199, *ich statt deiner*, ut ib. 34 et in δοὺς τῷδ' ἀνάσσειν ἐνιαυτοῦ κύκλον, ὥσθ' αὐτὸς ἄρχειν αὖθις Phoen. 481. ἢν δυνώμεθα σωθέντες αὐτοὶ καὶ σὲ συσσῶσαί ποτε Hel. 1405, *wir*. εὐτυχίᾳ δ' αὐτὸς ὁμιλεῖς Or. 354, *du*, ut Heracl. 686. τί δεῦρ' ἀφίκεσθ' — αὐτοὶ φιλοψυχοῦντες; Heracl. 519, *ihr, die ihr* —. Similiter nos: *was willst du da? αὐτοὶ μὲν οὖν τὴν ἔξοδόν γ' εὑρίσκετε* Hel. 1023, *das Ende mögt ihr nun finden*; quamquam hic etiam *ipsi* interpretari licet. In his igitur αὐτός personali pronomini cum γε particula coniuncto par est. Eodem pertinent exempla, ubi persona, quae antea in universum nominata erat, enuntiatione deinde apposita accuratius definitur, etiam singulis, qui cum ea coniuncti sunt, memoratis. αὐτός τε καὶ γῆ Tr. 868, *sowohl er als das Land*, ubi Latini *et ipse et terra*. αὐταί τε πῶλοί τε Iph. A. 422, *sie und die Rosse*, et *ipsae et equi*. Sic etiam αὐτόν τε ναύτας τε Cycl. 600, ubi nomen, ad quod refertur haec enuntiatio, postpositum est. ξέρξοις νυν αὐτὸς χὴ ξυνοικήσασά σοι Alc. 737, *du und dein Weib, et ipse et coniux tua*. Huius modi loci probe examinandi sunt, ne iis talia admisceas, qualia sunt Iph. A. 464. Suppl. 656. 738. In his enim non appositio est, sed vera distinctio. V. s. II.

2. Ut vero Latinum pronomen *is*, licet proprie *determinet* (*Billroth.* gr. Lat. §. 199), et vernaculum *derselbe*, quod proprie *definit*, sic etiam αὐτός multo usu ita attritum ac debilitatum est, ut in obliquis casibus pro pronomine relativo frequentaretur ac simpliciter *notaret* rem vel personam, de qua sermo est. Quae significatio cur aliena sit a nominativo, scite exposuit *Herm.* l. c. p. 330. De collocatione pronominis v. *Ellendt.* in lex. p. 266. οὐχ ἕξεις' αὐτόν; He 1282 et Hipp. 1034. οὐχ ὅσον τάχος αὐτὸν ἐκβαλεῖτέ ποι; Hec.

1285. σῶσόν νυν αὐτόν (χρυσόν) ib. 996. λαβοῦ δ' αὐτοῦ Phoen. 853. νομίζετ' αὐτόν Hipp. 1265 et Heracl. 1050. φροῦδος ἐπ' αὐτὸν Μενέλεως Andr. 73; cf. ib. 81. οὐκ ἂν αὐτὸν γνωρίσαιμ' ἂν εἰσιδών Or. 379; cf. ib. 505. κατέστησ' αὐτὸν εἰς μοναρχίαν Suppl. 353; cf. ib. 330. δίδοικα δ' αὐτόν Rhes. 863. λαμβάνετ' αὐτόν Tr. 781. ἄκουσον αὐτῆς ib. 906. κάτθες αὐτὸν εἰς μέσον Cycl. 547. ὅταν γε καλέσῃς αὐτόν Bacch. 499. καλοῦσιν αὐτὴν Θεονόην Hel. 13; cf. Ion. 74. 800. El. 413. ὅπως κάλλιστ' ἐνέγκαιμ' αὐτόν Hipp. 393. ὁ φύτευσας αὐτόν Andr. 49. Cf. ib. 445. 584. πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν βουλεύματα Phoen. 700. τέχνην μαντικὴν ἐμεμψάμην πρὸς αὐτόν ib. 780. σιγῶμεν αὐτά Iph. T. 925; cf. Ion. 1341. ἄθρησον αὐτό Bacch. 1280. τὸν δόντα αὐτῷ θυγατέρα Med. 262; cf. ib. 701. 775. πέμψω αὐτῇ δῶρα Med. 947. οὔκουν ἐπ' αὐτῇ πράσσεται τὰ πρόσφορα; Alc. 146. Sic recte *Matth.* et *Dind.* cum codd. et optimis et plurimis. Solus Flor. 2 et edd. Lasc. Ald. ἐπ' αὐτοῖς, quod cum *Hermanno* celerius recepit *Pflugk.* ἐμπλήσας σκύφος Μάρωνος αὐτῷ τοῦδε προσφέρω Cycl. 411. Sic optime *Dind.* pro vulg. αὐτοῦ τῷδε. τὸ γῆρας οὐκέτ' ἔστ' αὐτοῖς βαρύ Alc. 676. γυνὴ δ' ἐπ' αὐτοῖς εἵπετο ib. 1035. τροπαῖον αὐτοῦ στήσομαι Andr. 763. πῶς εἶδετ' αὐτούς; Iph. T. 252; cf. ib. 326. ἔγνω τὴν συμφορὰν αὐτοῖν πέλας ib. 317; cf. Phoen. 887. ἐκείνη χὠ κτανὼν αὐτὴν Iph. T. 565. μετ' αὐτὸν ἄλλος Rhes. 496. ἔσται αὐτῷ θάνατος ἐξ ἄλλης χερός ib. 607. κοὐδὲν πρὸς αὐτῶν οἶδα πλημμελὲς κλύων ib. 858. σὺν αὐταῖς ἡ Λάκαινα Tr. 34. αὐτῶν δίχα Iph. T. 925. αὐτοῦ μέτα Tr. 940. ἅμ' αὐτῇ ib. 1010. μετ' αὐτοῦ τ' Ἀνδρομάχῃ ib. 1130; cf. El. 278. οὔκουν ἅπαντες αὐτὴν διεκροτήσατ' ἐν μέρει; Cycl. 180. αὐτόματα δ' αὐταῖς δεσμὰ διελύθη Bacch. 447. τῷ θεῷ αὐτὸν (πλόκαμον) τρέφω ib. 494. δότ' αὐτοῖς χεῖρα Heracl. 308. ἔστ' ἔνδον αὐτῷ ξύμμαχος Hel. 825. τοία γὰρ αὐτῷ μηχανὴ — ἔστηκεν φόνου Andr. 995. ἵν' αὐτὸν ἐξέθηκε Ion. 350. γέλωτ' ἐν αὐτοῖς λήψομαι ib. 600. ὑπ' αὐτῆς μισήσομαι ib. 611. χωρεῖ πρὸς αὐτήν Herc. f. 720. λέγω τάδ' αὐτῷ El. 280. εἰσιδὼν αὐτούς El. 548. ἔπτ' ἄνδρας αὐτοῖς καὶ σὺ πρὸς πύλαις ἕλου Phoen. 748; cf. ib. 731. 744. οἳ μὲν αὐτῶν Hec. 573. Bacch. 1052. τις αὐτῶν Hipp. 1086. Med. 398. Rhes. 72. μέτοχος αὐτῶν Bacch. 960. τίς ὁ τρόπος αὐτοῦ (τοῦ κακοῦ); Phoen. 393. οὐδέτερον αὐτοῖν ib. 548. αὐτῶν φόνου ib. 725. παίδων αὐτοῦ Med. 487. αὐτῶν ἡ τεκοῦσα Alc. 165. εἰς πλῆθος αὐτῶν εἶμι Suppl. 355. αὐτῶν τολμήματα ib. 844. αὐτῶν σώματα ib. 1211; cf. Herc. f. 244. αὐτοῦ βίον Tr. 974. τὸ μῶρον αὐτῶν ib. 1059. τὸν δίβον αὐτοῦ Iph. T. 551. αὐτοῦ πρὸς τάφον El. 509. πρὸς δεξιὰν αὐτοῦ Or. 574. αὐτῆς ὄψιν Bacch. 1230. αὐτοῦ μνῆμα Hel. 473. αὐ-

τῆς πλόκους Ion. 1266. τὸ σῶμα — αὐτῆς ib. 1278. τοὔνομ' αὐτῶν ἐξερεῖς ib. 1414. τὰ τέκν' αὐτῶν El. 950. Et sic Hec. 264. 594. 866. 958. Or. 500. 539. 569. 701. 896. 1114. 1121. Phoen. 83. 401. 518. 703. 710. 1289. Med. 37. 344. 372. 376. 385. 784. 930. 1057. 1380. Hipp. 102. 442. 646. 667. 895. 964. 970. 1166. 1172. Alc. 27. 74. 390. 421. 761. 849. 1124. Andr. 31. 265. 419. 1108. Suppl. 174. 266. 412. 535. 536. 1222. Iph. A. 393. 423. 447. 962. Iph. T. 637. 640. 804. 1295. 1341. Rhes. 100. 180. 187. 321. 338. 583. 614. 776. 877. Tr. 75. 255. 259. 359. 382. 432. 711. 873. 881. 913. Cycl. 154. 420. 451. 523. Bacch. 306. 356. 511. 616. 632. 640. 793. 822. 847. 928. 930. 1094. 1256. Heracl. 226. 339. 885. 962. 968. 1042. Hel. 96. 116. 1673. Ion. 397. 781. 788. 829. 1009. 1026. 1112. 1200. 1298. Herc. f. 576. 713. 831. 840. El. 286. 540. 634. 657. 924. 1074. Ceterum in melicis tragicorum αὐτός rarum quidem hoc sensu, sed tamen obvium. Ap. Eurip. in melicis est El. 1311. Ap. Soph. Phil. 164. 167. 193 in anapaesticis, O. T. 469. El. 1270 et Trach. 656 in melicis. Celerius igitur *Herm.* in O. C. 121 pro λεύσσετ' αὐτόν correxit λεῦσσέ νιν, postquam in Elem. d. m. p. 768 rectissime restituerat λεῦσσ' αὐτόν. Idque *Reisig. Elmsl. Dindorf.* receperunt.

II. Propriae autem pronominis significationi proxima, ut non ex ea, sed una cum ea orta videatur, haec est, qua rem vel personam *distinguit* (*individualisirt*), h. e. ita definit, haec ut per se et ab omnibus aliis discreta cogitetur: *ipse*, *selber* (*selb*), *selbst*. Saepe etiam est quod nos dicimus *persönlich*, *in Person*, *in eigener Person*. Sponte igitur apparet primarium huius notionis usum versari in discretione vel oppositione. 1. *Ipse*, non alius. αὐτὸς κτανὼν, οὐκ ἄλλος Iph. A. 1178. αὐτὴ τάδ' εἶλον· μηδὲν ἄλλον αἰτιῶ Med. 605, ut Rhes. 179. λαφύρων γ' αὐτὸς αἱρήσει παρών. ναίω αὐτὴ μὲν ἐκμοχθοῦσα πέπλους, αὐτὴ δὲ πηγὰς φορουμένη El. 306. ἔνιψεν αὐτὸς τῶν ταλαιπώρων σφαγάς; Suppl. 765. τοὺς ἐνθάδ' αὐτοὺς ἀνθρωποκτόνους εἰς τὸν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ Iph. T. 389. ὅτῳ δὲ μὴ θέμις παρεῖναι —, αὐτῷ μελήσει Med. 1055, *ipsi curae erit*, non *is videat*, ut explicat *Pflugk.* γνώσει αὐτὴ ζημίας ἀποστροφήν Med. 1223. τὸ δεσπότου τάχος ἀφεῖλετ' αὐτὴν παῖδα μὴ δοῦναι τάφῳ Tr. 1146, *die Eile des Gebieters verhinderte sie den Knaben selbst zu bestatten.* Cf. Hel. 1420. αὐτός μ' ἀφαιροῦ (θύρσον) Bacch. 496; cf. ib. 498. αὐτὴ δ' ὄπισθε δέσμ' ἔχουσα τοῖν ξένοιν ἕστειχε χερσί Iph. T. 1333. ἔστω — αὐτὸς αὖ τοιοῦτος ὤν El. 53. τοιούτους γάμους γήμειας αὐτός Iph. A. 464, ut Cycl. 270. αὐτὸς ἔχε [h. e. *ipse tibi habe imprecatio-*

nes tuas, quas in nos effudisti. Aug. M.]. Cf. Hec. 1276. σὺ αὐτός, εἴ σοι θυμὸς, ἐξώθει χθονός Hipp. 1087. αὐτὴ ξίφος λαβοῦσα κτενῶ σφε Med. 393; cf. Iph. T. 621. Cycl. 15. τίθησι δ' αὐτὸς ὁρμάτων ἔπι (χέρα μητέρος) Phoen. 1461. αὐτὸς κομίζει (ὅπλα) Hel. 1393. γάμους ἔκρυπτον αὐτή Ion. 1544. Sic etiam Suppl. 591. Heracl. 140. 279. Iph. T. 742. Herc. f. 601. Cycl. 563. Hel. 1443. Porro θάψεις αὐτὸς ὧν αὐτῆς φονεύς Alc. 733. σὺ δ' αὐτὸς αὐτὴν εἶσαγε δόμοις ib. 1115. Et sic saepius duo huius modi pronomina aliud alio casu consociantur. αὐτοὶ ὑπ' αὐτῶν (ἔπιπτον) Andr. 1143. τί — ἕστηκας αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά; Med. 51. αὐτὸς ἐξέσω' ἐμαυτόν Bacch. 614. Plura id genus v. s. ἑαυτοῦ. 2. *Ipse*, non ab alio edoctus, nos ubi saepe: *mit eignen Augen, mit eignen Ohren, mit eignem Munde.* εἶδον αὐτή Tr. 483, opp. οὐκ ἄλλων πάρα κλύουσα. Cf. ib. 622. Iph. T. 822. 901. Heracl. 391. 848. Sic etiam αὐτὸς ὅσσοις εἶδόμην καὶ νοῦς ὁρᾷ Hel. 122, *ipse eam oculis vidi et mente habeo cognitam.* V. s. νοῦς. ὦ παῖδες, αὐτοὶ δὴ τάδ' εἰσηκούσατε Alc. 371. ὡς αὐτὸς λέγεις ib. 565; cf. Andr. 356. ὃ φησιν αὐτή Ion. 342. ὁρᾷς γὰρ αὐτός Herc. f. 1117. ἰδὼν αὐτὸς σαφῶς Or. 730. αὐτὸς ἐντόσω El. 639. αὐτὸς οἶδεν Heracl. 719; cf. Bacch. 173. αὐτὸς σὺ γίγνωσκε Hel. 1273. γνώσει τάδ' αὐτός Ion. 1357. Similiter αὐτὴ μὲν οὖπω ναὸς εἰσέβην σκάφος, γραφῇ δ' ἰδοῦσα καὶ κλύουσ' ἐπίσταμαι Tr. 681. 3. *Ipse*, h. e. ipsis oculis conspicuus, non animo obversans, ubi nos saepe *leibhaftig.* αὐτὸς Ἄρης (Rhesus) Rhes. 385, *ipse s. germanus Mars.* Imprimis frequens haec significatio, ubi quis antea commemoratus nunc ipse subito in conspectum venit. καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς ἔρχεται (Demophon) Heracl. 119; v. 115. καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς Ἄδμητος πορεύεται Alc. 510. Cf. Suppl. 1031. Hipp. 899. 1156. Similiter Cycl. 129. αὐτὸς δὲ Κύκλωψ ποῦ 'στιν; 4. *Ipse*, missis aliis vel rebus vel personis. φιλοῦσί μ' Ἕλληνες Ἕκτορός τ' ἄπο αὐτή τ' ἀμαυρὰ ἦν Andr. 204, *et* (si ab Hectore discesseris s. misso Hectore) *ipsa eram ignobilis.* ἦκω πόλλ' ἔχων λέγειν φίλα αὐτός τε σωθείς Suppl. 635, *et* (si ab his discesseris s. his missis) *ipse servatus.* σιγῶσα τὸν τοῦδε νεκρὸν οὐκ ἄθαπτον ἂν λίποις αὐτή τ' Ἀχαιῶν πρεσβυτέρων τίχοις Tr. 734, *et* (misso puero, *vom Knaben abgesehn*) *ipsa Graecos haberes aequiores.* Et sic ὅσοι γραφάς τε τῶν παλαιτέρων ἔχουσιν αὐτοί τ' εἰσὶν ἐν μούσαις ἀεί Hipp. 452. (Medea) ἀνδάνουσα φυγῇ —, αὐτή τι πάντα συμφέρουσ' Ἰάσονι Med. 13. Ἓν ἐγὼ εὕρημα δή τι τῆσδε συμφορᾶς ἔχω, ὥστ' εὐκλεᾶ μὲν παισὶ προσθεῖναι βίον, αὐτή τ' ὄνασθαι Hipp. 718; v. *Matth.* ad l. οὕτως ἔρως σοὶ πρὸς θεῶν τελεσφόρος γένοιτο παίδων κἀντὸς ὄλβιος θάνοις Med. 714. θάρσος δ' ἐνῶρα

παντὶ στρατῷ, αὐτὸς θ' ὅπλισμα λαβὼν ἐσφενδόνα Suppl. 715. βέβακε δ' Ἀτρείδας ἀλόχου παλάμαις, αὐτά τε φόνον πρὸς τέκνων ἀπηύρα Andr. 1027. Eiusdem rationis loci sunt Alc. 562. Suppl. 656 et ib. 738 c. not. *Matth.* Eodemque pertinent ἐπεὶ Τροία θ' Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται ψυχὴ πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη, αὐτός τε (πατὴρ) πίτνει Hec. 23. Libri variant inter αὐτός τε et αὐτὸς δέ. Quorum utrum in talibus rectius sit difficile iudicatu est. Quamvis enim consentaneum sit τε poni, ubi duo orationis membra coniungantur, δέ, ubi opponantur, tamen, quum δέ etiam coniunctioni inserviat, in scriptoris saepe arbitrio situm est, utrum usurpare velit. Ad codices igitur omnia hac in re redeunt. Atqui in Hecubae loco optimi et plerique libri τε tuentur, idque etiam sententiae aptissimum, quum quae ibi enumerantur ad unam omnia summam pertineant. Magna igitur *Pflugkii* negligentia fuit, qui δέ recepit ne adnotata quidem codicum varietate. Contra δέ recte habet in his: νεὼς μὲν πίτυλος εἷς λελειμμένος —, αὐτὸς δ' ἀνῆκται Νεοπτόλεμος Tr. 1126, *ipse vero* (si a nave discesseris). μή μ' εὐλογείτω τἀμά τις κτείνων τέκνα· αὐτὸς δὲ θνήσκειν ἕτοιμος Phoen. 975, *ipse vero* (missis liberis). Tutum δέ, quamvis coniungantur potius quam opponantur sententiae, etiam in his est: νῦν πόλις μὲν πᾶσ' ἀνέστηκεν δορί, αὐτὴ δὲ (Hecuba) — ἐπὶ χθονὶ κεῖται Hec. 495. Cf. locum simillimum Andr. 12. Sic etiam σύμφυρτα δ' ἦν ἅπαντα· σύριγγές τ' ἄνω τροχῶν ἐπήδων —, αὐτὸς δ' ὁ τλήμων ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς ἕλκεται Hipp. 1236. ὦ Τροία, — εἰλέ σ' Ἄρης καὶ τὸν ἐμὸν πόσιν Ἕκτορα —· αὐτὰ δ' ἐκ θαλάμων ἀγόμαν Andr. 109. ἧτις σφαγὰς μὲν Ἕκτορος κατεῖδον οἰκτρῶς τ' Ἴλιον πυρούμενον, αὐτὴ δὲ δούλη — ἔβην ib. 399. 5. *Ipse*, missis aliis, qui idem vel agunt vel patiuntur. In quibus quum par vel eadem esse duorum condicio dicatur, nos tum *selbst* tum etiam *gleichfalls ebenfalls* vel simplex pronomen adiecto *auch* usurpamus (*auch ich*, *auch er*). Sic ἀνὴρ ὁπλίτης τοῖσι συνταχθεῖσιν οὐσι μὴ ᾽γαθοῖς αὐτὸς τέθνηκε Herc. f. 190 sq. κακῶν ἔσχατον ἄλλους τυράννους αὐτὸν ὄντα βασιλέα βίον προσαιτεῖν Hel. 518, *wenn man selbst — ebenfalls ein Herrscher ist.* τὰ κείνου τέκνα σώζω αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας Heracl. 11. τί δεῖ με πατέρα τῶνδε λυποῦσαν αὐτὴν δὶς τόσα κτᾶσθαι κακά; Med. 1047, *wozu dem Vater wehe thun und auch mir* (*vom Vater abgesehn*) *ein doppelt Weh bereiten.* στυγεῖ δὲ τοὺς τεκόντας αὐτὸς οὐ θέλων θανεῖν Alc. 961. ὀνειδίζεις φίλοις αὐτὸς ὢν κακός; ib. 705. μῶρος δὲ θνητῶν ὅστις ἐκπυρθῶν πόλεις ναούς τε — ἐρημίᾳ δοὺς αὐτὸς ὤλεθ' ὕστερον Tr. 97. μητέρα κατακτὰς αὐτὸς ἀνταπόλλυμαι Iph. T. 715; cf. Hel. 106. δέχει τὸν Ἀχίλλειον σκύμνον ἐς οἴκους,

οὐχ ὡς σὺ θέλεις· αὐτός τε κακοῖς εἰς ἓν μοίρας συνέκυρσας Andr. 1171. V. s. κυρεῖν. Et sic iam Homerus Od. δ', 670. κ', 298. 308. ο', 167, alibi. Eodem pertinent ἔρωτα δέδωκας, ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης Iph. A. 585. ἦξω, ἥνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, πρὸς οἶκον Iph. T. 1010. Vlg. ἥνπερ καὐτός. Emendavit *Marklandus*. (σοφόν ἐστι) τὸν ὑμνοποιὸν αὐτὸν ἂν τίκτῃ μέλη χαίροντα τίκτειν Suppl. 180. Ita cum *Scaligero* legendum. Quem incredibile est editorum neminem secutum esse. Vlg. sine sensu αὐτός. Cf. v. 178. Saepe ad aequalitatem accuratius indicandam pronomen cum καί et in sententia negativa cum οὐδέ copulatur, ubi Latini *ipse quoque* vel *et ipse* et *ne ipse quidem*. ἐγώ σ' ἀπ' ὄσσων ἐκβαλόντ' ἰδὼν δάκρυ ᾠκτειρα καὐτὸς ἀντα-φῆκά σοι πάλιν Iph. A. 478. καὐτή γε λυπεῖ καὶ κακῶν κοινωνὸς εἶ Med. 1361. ἐγὼ δὲ καὐτὴ τῆσδε κοινωνῶ τύχης ib. 302. ἐγὼ δὲ καὐτὸς ἆμ' ἑσπόμην ib. 1142. πολλάκις δὴ καὐτὸς βαρυνθεὶς οἶδ' ἄγαν γ' αἰνούμενος Heracl. 205. μανθάνω καὐτός Hel. 708. ἔγνωκα καὐτός Alc. 1083. καὶ γὰρ αὐτὸς οἶχομαι Or. 763. In El. 561 Orest. τί δὲ κυκλεῖ πέριξ πόδα; El. καὐτὴ τόδ' εἰσορῶσα θαυμάζω. Cave huc numeres Tr. 120, ubi γ' αὕτη pro καὐτή scribendum est. Ceterum sic iam Homerus, ut Il. ζ', 363. π', 497. λ', 835. ω', 569, et saepius. Neglexit etiam hunc usum *Hermannus* in dissertatione. 6. *Ipse*, non alio iubente, monente, hortante, h. e. sponte, ubi etiam nos vel *selbst* vel *von selbst*. Ex Homero exempla suppeditavit *Herm.* p. 313. μὴ νῦν τρέσῃς — · ἐγὼ γὰρ αὐτὴ πρὶν κελευσθῆναι θνήσκειν ἑτοίμη Heracl. 502. In Hec. 1263 Hec. πρὸς τοῦ τυγχάνουσαν ἁλμάτων; Polym. αὐτὴ πρὸς ἱστὸν ναὸς ἁμβήσει. Sic etiam αὐτὴ γῆς ἀπαλλάσσου πόδα Med. 729. ἁμφὶ κομᾷ θήσει τὸν Ἅιδου κόσμον αὐτά γ' ἐν χεροῖν λαβοῦσα ib. 982. ἦ τόδ' ὑπέστη, πόσιν ἐκλύσασ' αὐτὴ προθανεῖν Alc. 37. Eodem pertinent Phoen. 921. Andr. 358. Med. 483. 727. Ipsum ἑκών insuper adiectum Phoen. 479. ἐξῆλθες ἑκὼν αὐτὸς χθονός. 7. *Ipse*, non alio adiutore, comite, socio, ubi Latini *ipse, per se ipse, ipse per se*, nos *selbst, für sich selbst, an und für sich, für sich allein*. οὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων· ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν Phoen. 474, *per se ipsa valent s. vigent*. ἦν μὲν ἑκάσῃς γραφὴν, αὐτὴ φράσει σιγῶσα τἀγγεγραμμένα Iph. T. 763, *per se ipsa, sine interprete*. ἀλλ' ἔτι νεάζων αὐτὸς εὑροιμ' ἂν βίον; Phoen. 1613, *für mich allein*. Sic etiam ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων; ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων Or. 668. [Eodem pertinent, nisi vitiosa sunt, οὐδεὶς αὐτὸς τύχοι ποτέ Tr. 1207, quae *Matth.* cum *Scidlero* interpretatur: *nemo per se ipse* h. e. *suo Marte s. sua opera felix est*. Sed aliud quid

requirere videtur sententiarum nexus. *Dind.* αὐτός. Recte. Quamquam quae nunc prodit sententia, in hac ἀεί non magis deesse posse existimo quam in illis e Phoen. 87. χρὴ δ' οὐκ ἐᾶν βροτῶν τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυστυχῆ καθεστάναι. Itaque scribendum videtur οὐδεὶς αὐτὸς εἰς τύχην ποτέ. *Const. M.*] Porro illuc pertinent αὐτὸ σημανεῖ Bacch. 974. Phoen. 627, *res per se ipsa indicabit.* αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον Or. 1129, ubi v. *Matth.* πλοῦς αὐτὸς σημανεῖ Hel. 151. αὐτὰ δ' εἰκάσαι πάρεστι ib. 428. Cf. *Stallb.* ad Plat. Prot. p. 82. Sic etiam αὐτὸς ἕκαστος. τὰ χρηστὰ δ' αὖθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους Hec. 1227. ταῦτ' αὖθ' ἕκαστα — εἶπον Phoen. 497. λέγ' ἡμῖν αὖθ' ἕκαστα τἀν δόμοις Or. 1393; cf. ib. 1400. V. *Matth.* gr. p. 1036. Hinc αὐτός etiam *solus* est. Huc referenda formula αὐτοί ἐσμεν, de qua v. *Herm.* l. c. p. 314 et quos ibi citavit. Cyclops in cognom. fab. 530. οὐ χρή μ' ἀδελφοῖς τοῦδε προσδοῦναι ποτοῦ; Ulix. ἔχων γὰρ αὐτὸς τιμιώτερος φανεῖ. Porro ἔχει τυραννίδ' αὐτός Phoen. 486. ἔχειν γῆς σκῆπτρα τῆσδ' αὐτὸς θέλεις Herc. f. 213. κτείνει με —, ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ Hec. 27. Interdum, ut gravius res exprimatur, μόνος insuper additur. ἐγὼ αὐτὸς — μόνος συνάψω μάχην Phoen. 1235. Similiter αὐτὴ 'λόχευον κἄτεκον μόνη βρέφος. Cf. Hom. Od. ξ', 449, ubi οἷος adiectum est. 8. *Ipse*, non alius, ut exspectasses, vel *ipse*, id quod non exspectasses. In his quum pronomen memorabile vel praecipuum quid exprimat, apte convertitur *vel*, *adeo*, *sogar*. Quamquam etiam nobis in talibus *selbst* et Latinis *ipse* familiare est. Homerica id genus multa congessit *Herm.* l. c. p. 311 sq. Ex Euripide huc referendum καὐτὸν σε τοῦτον (κτενεῖ ἡ ἄλοχος) Hec. 1279, *atque te adeo, quin etiam te.* Imprimis autem huc pertinent formulae ὅν ποτ' ἐγὼ νύμφαν τ' ἐοίδοιμ' αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους Med. 164, *ipsa cum domo*, nos ubi *sammt dem Hause.* Ἑλλάδ' αὐτοῖς Φρυξὶ διελυμήνατο (Helenn) Or. 1515. τοὺς κακοὺς αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν (θεοί) Hipp. 1341. (Amphiaraum) θεοὶ ἀναρπάσαντες εἰς μυχοὺς χθονὸς αὐτοῖς τεθρίπποις Suppl. 927. αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις ἀναρπάσουσι γῆν Iph. A. 534. οὐκ ἂν αὐταῖς Ἀμύκλαις σ' ἤγαγεν πρὸς Ἴλιον (Venus); Tr. 986. τὰς Κιθαιρῶνος πτύχας αὐταῖσι Βάκχαις ὤμοις φέρειν Bacch. 944. ἦ δ' (ἔφερεν) ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις ib. 1132. Cf. Hipp. 1189. Non raro ad *coniunctionis* vim augendam additur σύν. αὐτῷ σὺν ἄγχει Ion. 32. αὐτοῖσι σὺν ναύταισι Cycl. 705. αὐτῷ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον Hipp. 1213, ubi v. *Matth.* (1203). Mira autem *Hermanni* opinio non dativos, sed *ablativos instrumentum* proprie significantes hos esse contendentis Opusc. I. p. 194. Si quiquam illi dativi sunt iique propria praediti

ne frequentissima vi *coniunctionis* (v. *Matth.* ad Hipp. 1179); quibus pronomen additur, ut coniunctio, quam indicat dativus, singulare vel memorabile quid esse declaretur. Quod quum coniunctum quid esse interdum propterea sit memorabile, quia, ni properatur, coniunctum non esse solet, hinc *festinationis* nonnumquam in talibus vel *celeritatis* significatio inest, ut in illis ex Hippol. 1189. αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἀμπέσας πόδα, de quibus dictum s. ἀρβύλη.

III. Gravior his significationibus, quas hactenus (s. I et II) expesuimus, tertia est, qua αὐτός cum pronomine ὁ ἡ τό consociatum personam vel rem simul et *definit* et *duplicat* (*idem*). Nempe quum αὐτός prima vi simpliciter *definiat* (*selbiger, eben der*), secunda ab aliis *distinguat* (*selbst*), ὁ αὐτός non solum *definit*, sed eum, quem definit, etiam bis quid pati vel facere significat (*selbiger wieder, derselbe*), id quod clarum est, si Horatianum illud: *hiemes reducit Iuppiter, idem submovet* cum *Hermanno* Op. I. p. 332 sic interpretaris: *qui hiemes reducit, Iuppiter est, qui eas submovet, Iuppiter est.* Incredibile est autem quemquam opinari potuisse, quod *Herm.* l. c. opinatur, pronomen αὐτός significare *idem* alius vocabuli penuria. Profecto Graeci, si decem alia vocabula in promtu habuissent, notioni isti vocabulum nec significantius nec accommodatius assignare potuissent. Scilicet *definiendi* vis in αὐτός ipsa natura inest, *dupliciter* autem ut quid cogitandum esse indicarent, subtiliter ipsum pronomen duplicarunt Graeci, ita ut ὁ αὐτός ad amussim respondeat vernaculo *der(ὁ)-selbe* (αὐτός), quod non ex *der-selbst*, sed ex *der-selbige* (v. s. I) factum esse patet. [Et nudum quidem αὐτός apud Atticos numquam significare *idem* post ea, quae *Matthias* in Add. ad Eurip. T. II. p. 502 sqq. disputavit, omnes hodie consentiunt. *Hermannus* certe quae ad Antig. 930 dixerat tacite correxit Opusc. I. p. 333 (v. ad Vig. p. 735. XI. ed. 4), et *Schaeferus* errorem suum ingenue confessus est App. Demosth. T. III. p. 61. Cf. *Lob.* ad Ai. p. 398 et *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 270. At ne epicis quidem articuli omissionem concedere debebant cum alii tum *Herm.* l. c. p. 332 et *Kuehner.* gr. §. 342, 4. Exemplorum ab *Hermanno* l. c. appositorum unum (Il. ο', 724) iam supra s. I excepimus. Alia, quae *Schaef.* citaverat ad Greg. Cor. p. 57 et 303 sq., ipse *Herm.* removit l. c. p. 335 sq. E reliquis, quae *Herm.* p. 332 sq. adscripsit, αὐτὰ κελεύθῳ Il. μ', 225 et αὐτὴν ὁδόν Od. θ', 107. κ', 263. π', 138 est *selbiges Weges* vel *auf eben dem Wege* (v. s. I), εἰς ὁδὸν αὐτήν Od. κ', 158 *gerade in den Weg* (v. s. I), ubi ineptum esset *in denselben Weg*, αὐτός h. Apoll. 179 *eben da*. Porro μύτῳ ἐνὶ χώρῳ Od. φ', 366 idem est quod simplex αὐτοῦ,

pro quo numquam dicunt τοῦ αὐτοῦ, et αὐτῇ νυκτί Hes. Scut. Herc. 35 et 37 est *in eben der — dieser Nacht*, *hac ipsa nocte*, ut αὐτῆς ἡμέρας ap. Plut. Mor. T. I. p. 893 *an eben dem Tage*, *hoc ipso die*. V. *Schaefer*. App. Dem. l. c. Contra ubi *idem* significare volunt, etiam epici usurpant duplicatum ὁ αὐτός. V. Hom. Il. ξ', 391. Od. η', 55. 326. π', 334. *Const. M.*] Itaque simplex αὐτός semper aut *definit* (s. I) aut *distinguit* (s. II), ὁ αὐτός vero ita *definit*, ut duplicite quid cogitandum esse h. e. *de uno duo praedicari* indicet. Notandum autem tragicos ὁ αὐτός τὸ αὐτό τοῦ αὐτοῦ τῷ αὐτῷ οἱ αὐτοί τὰ αὐτά per crasin scribere αὐτός ταὐτό ταὐτοῦ etc. V. gr. p. 158 et ad Bacch. 1219. ἀνὴρ ὅδ' οὐκ ἔθ' αὐτός Phoen. 927. V. *Valck.* ad l. ὃ δ' οὐκέθ' αὐτὸς ἦν Herc. f. 931. ἔθ' αὐτὸς (αἰθὴρ), ἢ σοι μεταβολὰς ἔχειν δοκεῖ Bacch. 1265; v. not. mean. ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ μίμνε fr. inc. tr. CCXXXV, 4. οὐδεὶς αὐτὸς ἐν πόνοις ἀνὴρ ὅταν τε πρὸς τὸ θάρσος ἐκ φόβου πέσῃ Iph. T. 729. ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν πέφυκεν Rhes. 106. ἡμῖν ὅδ' αὐτὸς μῦθος Hel. 1016. Cf. ib. 127. Iph. T. 1343. Hipp. 1001. οὗτος αὐτός ἐστιν αἰθὴρ, ος — Iph. A. 365. ἵν' αὐτὸς λόγος ἔχῃ μορφὰς δύο Tr. 1265. λόγος γὰρ ἓκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει Hec. 295, ubi v. not. ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πρὸς σὲ κἄμ' ἥκει λόγος Med. 252; cf. Hel. 565. καὶ πῶς ἂν αὐτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι; Alc. 140. His omnibus in locis codd. et edd. vett. αὐτός, nisi quod Alc. 140. Tr. 1265. Rhes. 106. Bacch. 1265 Ald. rell. ὠὐτός habent, in Rhesi loco etiam Havn. exstincto aspero ωὐτός, in Baccharum Pal. αὐτός, et Hec. 295 Flor. 25 ὁ αὐτός. Ubique in illis articulum inserendum esse quum *Valck.* ad Phoen. 927 docuisset, nisi quod perperam crasin Ionicam induxit, tum ego in Add. ad ed. meam T. VII. p. 502 sqq. demonstravi. Cf. not. ad Bacch. 1219. Neque, ut ibidem iam dictum, umquam in neutro vel in casibus obliquis articulum omittunt codices, ubi significatio *idem* obtinet. Ταὐτό (τὸ αὐτό). οὐ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἔφυ σοφόν θ' ἅμα Phoen. 502. Cf. Med. 564. Hipp. 1178. Iph. A. 1279. Iph. T. 657. El. 521. ταὐτὸ τοῦτο Ion. 1318. Or. 655. νόμισμ' εἰς ταὐτό γε Iph. T. 1471. εἰς ταὐτὸ χωρεῖ Hel. 764. Vel ταὐτόν seq. vocali. ἔχει γὰρ ταὐτόν Or. 308. πῶς ἂν ξίφος νὼ ταὐτὸν, εἰ θέμις, κτάνοι ib. 1052. Cf. ib. 736. Hipp. 348. Andr. 658. Tr. 628. 1049. Heracl. 408. Ion. 17. 354. 585. Herc. f. 31. El. 522. ταὐτὸν ἐλπίζεις τόδε Hipp. 96. εἰς ταὐτὸν ἥκεις Hipp. 273; cf. Hel. 949. El. 787. Archel. fr. XXIII. εἰς ταὐτὸν ἦκον Phoen. 1414, i. e. *manus conseruerunt*. εἰς ταὐτὸν ἥκεις σῷ πατρί Iph. A. 665. εἰς ταὐτὸν ἥκεις συμφορᾶς Tr. 679. Cf. Or. 1280. εἰς ταὐτὸν ὄμμασι βλέπων

Phoen. 461. *εἰς ταὐτὸν οἴσω ψῆφον* Hel. 1012. Etiam seq. conson. quum longa syllaba opus est. *ταὐτὸν ξυνεισέβησαν σκάφος* Med. 477. Cf. Iph. T. 1047. Ion. 1378. *ταὐτὸν πεπόνθατ' ἄρ' ἐμοί* Cyd. 638. Cf. fr. dub. XXXII. *ταὐτὸν γὰρ ἡβῶντ' ἄνδρα καὶ πρέσβυν θανεῖν;* Alc. 714. *ἐμοὶ σὺ συμπέπτωκας εἰς ταὐτὸν λόγου* Tr. 1036. *οὐ γὰρ εἰς ταὐτόν ποτε οὔτ' εἶσιν* — Rhes. 968. Praeterea v. Iph. T. 581. Hel. 494. [Formam *ταὐτό* rarissimam esse apud tragicos *Elmsleius* monet ad Suppl. 423. Soph. Oed. T. 734. class. journ. XVI. p. 437, sententiam tamen quodammodo retractans ad Med. 550. Cf. *Matth.* ad Suppl. 423. Phoen. 499. Bacch. 1104. Hipp. 1168. Circumspectior *Ellendtius* in lex. Soph. I. p. 269 *ταὐτόν* et *ταὐτό* ita differre monens, ut „*ταὐτόν* perpetuo sit ante vocales usu et ubi positione opus, *ταὐτό*, ubi syllaba finali brevi." Et vero, si excluseris locos Bacch. 1149, ubi verissimum est, quod libri habent, *οἶμαί γ' αὐτό* (v. supra I, 1), et Iph. A. 1368, ubi *ταὐτό* inutilis *Musgravii* correctio est pro vulgato *τοῦτο* (v. s. *ἀλλά* p. 119 et s. *ἥκειν*), *ταὐτό* et metrum requirit et libri habent sine dissensu Med. 564. Iph. T. 657. 1471. Hel. 764 et Or. 655. Vicissim *ταὐτόν* ubi vel propter metrum vel propter vocalem sequentem necessarium est, multi supra loci, incorrupti fere omnes, enumerati sunt. Etiam Iph. A. 1279 *ταὐτόν* a *Porsono* restitutum pro *ταὐτὸ γάρ* metrum efflagitat. Hactenus igitur probata regula *Ellendtiana*. Adversa tamen ei non pauca. Quamvis enim El. 521, ubi *χρῶμα ταὐτό* e *Scaligeri* coniectura legitur pro *χρώματ' αὐτῆς*, nihil tribuam, at ancipiti syllaba *ταὐτό* est Ion. 1318, nec libri variant; Hipp. 1178 *ταὐτόν* quidem exhibent Ald. rell., sed codd. Par. A. Flor. 2. 10. Flor. A. item Vict. et Lasc. *ταὐτό*, quod iure praetulit *Valck.* Neque Phoen. 502 MSS. illis quibusdam, quos *ταὐτόν* habere narraverat *Porsonus*, tantum fidei habeo, ut vulgatum *ταὐτό* cum *Elmsleio* deserendum putem; idque tenuit etiam *Valck.* Rursus Iph. T. 581 et Hel. 494 libri unanimi *ταὐτόν* nec metro iubente nec vocali sequente. Itaque sic potius statuo, tragicos, prout vel hiatus vel metrum exigeret, tum *ταὐτόν* tum *ταὐτό* posuisse, praeterea vero ad libidinem usurpasse utramque formam, sicut nos nostra voluntate tum *dieses* dicimus tum *dies*. Idque hoc magis est probabile, quod etiam in soluta oratione libera est et promiscua ambarum formarum usurpatio. Thucydides quidem, ut *τοιοῦτο* et *τοιοῦτον*, sic etiam *ταὐτό* et *ταὐτόν* ad arbitrium usurpat: ita 8, 87 vocali sequente est κατὰ *ταὐτό*, 1, 36 *ἐς ταὐτόν*. Porro Xenophonti longe usitatius *εἰς ταὐτό*, idem tamen etiam altera interdum forma utitur, ut Symp. 7, 4. Ages. 3, 2. Anab. 6, 3, 10, ubi *εἰς ταὐτόν* exstat. Apud Platonem crebr-

rimum ταὐτόν adverbiali vi positum; v. *Stallb.* ad Symp. p. 41 et Rep. VII. p. 151; neque id minus crebrum, ubi merum pronomen est; sed etiam altera forma saepe obvia; cf. Gorg. p. 479. 476. 451, C. coll. ib. p. 454, D. 462, E; hiatum vero nullum in his momentum fecisse ostendunt τὸ αὐτὸ ἡδύ ib. p. 495, περὶ τὸ αὐτὸ οὖσαι ib. p. 464, C, alia. Memorabile autem Platonem τὸ αὐτό fere divisim scribere, coniunctim vero ταὐτόν. Insignis huius modi locus est Gorg. p. 506, C. ἆρα τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀγαθὸν τῷ αὐτό ἐστιν; Οὐ ταὐτόν. Cf. Prot. p. 340, C. Demosthenes denique adverbiali sensu, quo Plato ταὐτόν, ταὐτό frequentat (v. *Schaef.* App. III. p. 338 et 342) idque etiam alibi saepe usurpat; sed etiam ταὐτόν ei non raro e codicibus vindicarunt editores; cf. *Schaef.* App. I. p. 194 et 294. III. p. 239; omninoque libris dissentientibus ταὐτόν praeferendum videtur, non quo id magis sit Atticum, sed partim ob hiatum partim quod haec rarior Demostheni forma est ideoque a librariis passim neglecta. *Const. M.*] Ταὐτοῦ (τοῦ αὐτοῦ). οὐχὶ ταὐτοῦ πατρὸς Οἰδίπου γεγώς Phoen. 631; cf. Iph. A. 406. Heracl. 54. El. 531. Alex. fr. XX (XVIII). Ταὐτῷ (τῷ αὐτῷ). ἐν ταὐτῷ πέδῳ Bacch. 1218; cf. Iph. T. 950. Tr. 350. Hel. 843. 1032. 1074. Ion. 969. El. 279. 646. Antiop. fr. XXXIII (VII). Τὸν αὐτόν. οὐκ ἐᾶν βροτὸν τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυστυχῆ καθεστάναι Phoen. 87. τὸν αὐτὸν πόνον Hec. 572. Cf. Or. 504. Phoen. 598. Suppl. 193. 1003. Tr. 709. 1139. Rhes. 874. Cycl. 110. 212. El. 125. 983. Τἀν αὐτάν. ἐξάρξω 'γὼ μολπὰν οὐ τὰν αὐτάν Tr. 148. Ταὐτά (τὰ αὐτά). ταὐτὰ καὶ πάσχειν με δεῖ Or. 1074. Cf. Hipp. 387. Alc. 1065. Suppl. 436. Iph. A. 37. Iph. T. 292. 669. Bacch. 189. Heracl. 680. Hel. 505. 651. 1409. Ion. 330. 771. El. 543. Τῶν αὐτῶν. καὶ σὺ τῶν αὐτῶν τύχοις Suppl. 1182. Ταῖς αὐταῖς. ἐν ταῖσιν αὐταῖς κέδροις Alc. 365. Τοῖς αὐτοῖς. ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοιαῖδ' ἔσταμεν λόγοις Heracl. 146. Cf. Hel. 1670. El. 1034. Τοὺς αὐτούς. ἢ κἀντιδώσεις τῷδε τοὺς αὐτοὺς λόγους; Iph. T. 737. Cf. Suppl. 1171. Praeterea notanda dativi cum ὁ αὐτός constructio. τὸν αὐτὸν τῷδέ σοι λόγον λέγω Suppl. 193. ταὐτ' ἐμοὶ πάσχεις ἄρα Bacch. 189. τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί Cycl. 110. Cf. ib. 638. Or. 504. πέπονθέ τις σῇ μητρὶ ταὔτ' ἄλλη γυνή; Ion. 330. ἐμοὶ σὺ συμπέπτωκας εἰς ταὐτὸν λόγου Tr. 1036. Cf. ib. 1024. τὸν αὐτὸν τῷδ' ἔρον ψυχῆς ἔχω El. 297. ταὐτὸν χεροῖν σοι λέξεται μίασμ' ἔχων Iph. T. 1047. οὐ ταὐτὸν τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν Tr. 628. *Aug. M.*] Et *dativi* quidem cum ὁ αὐτός constructio facilem explicationem habet: ponitur enim dativus propter *coniunctionis* notionem. Ita illud e Bacchis ταὐτ' ἐμοὶ πάσχεις etiam sic licet interpretari: *sensibus* s.

studiis tuis mecum coniunctus es. Quin etiam Latini: *idem mecum patcris s. sentis.*

[Huc reservavimus locum coniecturis obrutum Suppl. 248 sq. quem Ald. rell. corruptissime sic exhibent: χαίρων ἴθ' · μὴ οὐ γὰρ βεβούλευσαι καλῶς αὐτός, πιέζειν τὴν τύχην ἡμᾶς λίαν. Parr. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. χαίρων ἴθι δὴ μὴ γὰρ βεβ. καλ. etc. Singula emendarunt *Herm.* et *Matth.* Totum nemo restituit, ut sententia postulabat. Quae sic scribi postulat: χαίρων ἴθ' · εἰ γὰρ μὴ βεβούλευσαι καλῶς αὐτός, πιέζειν σὴν τύχην ἡμᾶς λίαν. *Ipse*, inquit, *s. tu si male deliberasti, tuam nos opprimere fortunam grave est.* Ita hic locus in iis est, de quibus dictum *s.* I, 1. extr. *Const. M.*]

αὐτοσίδηρος. ξιφοκτόνον δίωγμα λαιμορύτου σφαγᾶς αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἄμιλλαν Hel. 361. mel. In quibus αὐτοσ. ἄμιλλαν ad ξιφ. δίωγμα per epexegesin adiectum esse clarum est. Sed αὐτοσίδαρος ἄμιλλα quid sit nemo aperuit. Plane enim alienum quod *Pflugkius* cum *Musgravio* dici putat: *propriae manus ferrum adigentis impetus.* Nec *Matthiae* explicatio ἀμιλλωμένη αὐτὴ ἑμαυτῇ διὰ σαρκὸς σίδηρον διαπερῶ poetae verbis congrua. Mirum quantum erroris antiquitus crearit verborum cum αὐτός compositorum ignorantia. Quorum tria sunt genera. Unum, quod est tritissimum, complectitur ea, in quibus pronomen simpliciter est *ipse* (*a, um*) vel *sponte* vel *ab ipso* (*a*), ut αὐθάδης αὐθαίρετος αὐθέντης αὐτεπάγγελτος αὐτόματος (v. s. vv.). Et in his quidem pronomen non tantum ad *ipsum* aliquem, sed etiam ad totam eius familiam, *parentes, liberos, cognatos*, referri mirabilis doctorum quorumdam error est, quem a *Wexio* ad Antig. 1153 caeca loquacitate diffusum non denuo propagare debebat *Herm.* in eph. Darmst. 1838. p. 402. Num tandem cogitarunt illi hoc ipsum proprium esse pronomini αὐτός, ut unum quem *distinguens* alios excludat omnes? V. s. αὐτοσφαγής. Ad alterum genus minus adhuc perspectum ea pertinent, quae si dissolvis, nomen cum pronomine in *dativo* ponendum est. Cuiusmodi sunt αὐτόχειρ i. e. αὐτῇ χειρί (*αὐτοχειρί*), αὔτανδρος i. e. αὐτῷ ἀνδρί (*αὐτανδρί*), αὐτοετής i. e. αὐτῷ ἔτει (*αὐτοετεί*), v. p. 163; porro αὐτόδορος αὐτόκλαδος αὐτόκωπος αὐτόπρεμνος αὐτότοκος αὐτόφλοιος αὐτόφορτος αὐτόχθονος, etiam αὐτόχθων αὐτοψεί αὐτονυχί αὐτολεξεί αὐτόδιον αὐτοβοεί αὐτήμαρ (αὐθήμερον) αὔθωρος. Tetigit hoc genus *Damm. s.* αὐτός extr. Tertium denique genus, plane hucusque incognitum et intractatum, eorum est, in quibus pronomen respondet adverbiis αὐτόχρημα et αὔτως (*leibhaftig, ganz*), veritatem quippe vel sinceritatem vel inte-

gritatem vel soliditatem exprimens. Quorum originem declarant locutiones, qualis est αὐτοὶ Ἕλληνες, *ipsi per nos*, h. e. *germani s. sinceri Graeci*, Plat. Menex. p. 245, D. Huc una ex parte pertinent αὐθόμαιμος et αὐτοκασίγνητος (*leibhaftiger, leiblicher Bruder*) αὐτόλυκος (*leibhaftiger Wolf*), porro αὐτάδελφος αὐτανεψιός αὐτομήτηρ αὐτόπαις αὐτοπρόσωπος αὐτοσκαπανεύς, etiam quae *Vigerus* p. 160 non intellecta affert, αὐτοάνθρωπος (*der leibhaftige, wahre Mensch*) et Αὐτοβορέας (*der leibhaftige Boreas*); ex altera parte αὐτεπώνυμος (s. v.) αὐτοκληθῶς αὐτοδάξ αὐτόδεκα αὐτοσχεδόν (unde αὐτοσχέδιος), αὐτόνεκρος αὐτόπυρος αὐτόχαρις αὐτοχόωνος; imprimis αὐτόξυλος (*ganz von Holz, von purem blankem Holz*), αὐτολίθινος (*ganz von Stein, von purem blankem Stein*), αὐτοσίδηρος (*ganz von Eisen, von blankem Eisen*). Haec omnia sine ordine ac discrimine permiscuit *Vigerus* p. 168 sqq. V. s. αὐτός 1. Planum iam est αὐτοσίδηρον ἅμιλλαν esse *meri s. nudi ferri impetum. Const. M.*

αὐτοσφαγής, *a semet ipso interfectus.* ὄν (Menoeceum) αὐτοσφαγῆ — ἐκόμισ' ἐν χεροῖν Phoen. 1326, *voluntaria morte defunctum.* Graviter errant qui αὐτοσφαγῆ et quae sunt eiusdem generis etiam *a suis occisum* denotare censeant. Cui vi et usus et ipsa compositi natura tantopere adversatur, ut non modo *Lobeckium* ad Ai. v. 842 et *Ellendtium* s. v. de ea cogitasse, sed etiam *Hermannum* in eph. Darmst. 1833. p. 401 sq. eius patronum exstitisse vehementer mirer. Profligavit errorem *Wunderus* in Cens. Ai. Lob. ed. sec. p. 171 sq., quem argutiis refutare frustra studuit *Hermannus* l. c. V. s. αὐτοσίδηρος. Sophoclis loco Ai. 839 sqq., si vaticinatio est, absurda dici et olim iudicavi Quaest. Soph. p. 44 sq. et nunc iudico, ut iudicat *Wunderus* l. c. p. 165 sqq. *Const. M.*

αὐτοῦ, i. e. αὐτοῦ τοῦ χώρου s. τόπου, proprie *hoc ipso in loco, ibidem, eben da — dort — daselbst*, hinc vi paululum debilitata *hic, ibi, illic.* τήνδ' ἅπειμι αὐτοῦ λιπών Hec. 401. αὐτοῦ μενεῖς Alc. 491. Cf. Andr. 608. Cycl. 530. Hel. 1091. 1409. Ion. 1038. Herc. f. 603. αὐτοῦ θανεῖσθαι Tr. 430. αὐτοῦ νυν αὐτὸν κτεῖνε Ion. 1026. εἰς ἕδραν μ' ἐρείσατε αὐτοῦ Heracl. 604. Etiam, ut αὐτίκα, de tempore usurpari αὐτοῦ, plane ut apud nos *auf der Stelle* et Latinum *illico*, h. e. *in loco*, *Hermannus* monet Opusc. I. p. 313. Quod si verum, haud scio an illuc referenda sint Herculis furiosi verba in cognom. fab. 1397. αὐτοῦ γενοίμην πέτρος ἀμνήμων κακῶν. Vlg. interpretantur *hic.* Quod mirifice displicet. *Const. M.*

αὐτοῦ, v. s. ἑαυτοῦ.

αὐτουργός, *qui ipse agit* aliquid s. *opus facit, operarius. Hesych.*

ὁ δι' ἑαυτοῦ ἐργαζόμενος. Or. 918. ἀνδρεῖος ἀνὴρ, αὐτουργὸς, οἷος καὶ μόνοι σώζουσι γῆν de eo intelligunt, qui *sine servis agrum colit*, ut *schol.* eique concors *Damm.* s. ἔργον: αὐτουργός· ὁ τὴν ἰδίαν ἐργαζόμενος γῆν. Non rara haec significatio, sed huic loco angustior. Is de homine *laborioso* s. *industrio*, de *opifice* s. *operario* dictum, qui non, ut turba forensis, forum celebrat, sed sua sedulo negotia obit. Neque hac vi insolitum αὐτουργός. V. *Lobeck.* ad Phryn. p. 120, qui tamen notionum ordinem invertit.

αὐτοφόντης. ὁμογενῆ μιάσματα — αὐτοφόνταις ξυνῳδὰ θεόθεν πίτνοντ' ἐπὶ δόμοις ἄχη Med. 1269: „αὐτοφόντης non tantum est *qui sibi ipse mortem conscivit*, sed *qui suis ipse manibus caedem perpetravit.*" *Matth.* Adscripsi haec ad convellenda ea, quae paulo contemtim de Medeae loco contra *Wunderum* iecit *Hermannus* in eph. Darmst. 1838. p. 402.

αὐτοφυής, *sponte natus* s. *factus.* σὲ τὸν αὐτοφυῆ Pirith. fr. II, 1.

αὐτόφωρος „proprie est *in ipso furto deprehensus.*" Ita docti et in lexicis et in librorum veterum editionibus. Sed facilius est vocabulum vertere quam ostendere ita vertendum esse. Neque quisquam ostendit. Etenim de rebus est *ab ipso* aliquo *deprehensus* (v. *Ellendt.* s. v.), de hominibus *ipse deprehensus* (*selbstbetroffen*). Hinc demum ea fluxit significatio, qua est *in ipso facto deprehensus*, seu id furtum sit seu aliud facinus. Solemnis autem locutio ἐπ' αὐτοφώρῳ αἱρεῖν s. λαμβάνειν τινά, quod proprie est *aliquem ita convincere ut in ipso facto deprehendatur*, hinc itidem *in ipso facto deprehendere.* De caedendi conatu. ἐπ' αὐτοφώρῳ πρέσβυν ὡς ἔχονθ' ἕλοι Ion. 1214.

αὐτόχειρ, 1. *qui propria* s. *ipsa manu* (αὐτῇ χειρί, *eigenhändig*) aliquid *facit.* παῖδα σὴν πατὴρ αὐτόχειρ μέλλει κτανεῖν Iph. A. 873. ἃ (Clytaemn.) πόσιν ἔκανεν αὐτόχειρ El. 1159. Frequens etiam αὐτόχειρ φόνου, h. e. *qui propria manu caedem perfecit.* Indeque factum ut genitivo illo paulatim omisso etiam nudum αὐτόχειρ hoc sensu usurparetur. *Hesych.* αὐτόχειρες· οἱ ταῖς ἰδίαις χερσὶ φονεύοντες. V. *Ellendt.* s. v. extr. *Adiective.* De rebus, *quae ipsa* s. *propria manu fiunt.* θάνατος αὐτόχειρ Phoen. 887. αὐτόχειρι μοίρᾳ Med. 1281. αὐτόχειρι σφαγῇ Or. 945. Restat locus Or. 1040. ἀλλ' αὐτόχειρι θνῇσχ' ὅτῳ βούλει τρόπῳ. *Barnes. King. Brunck. Budaeus* Comm. l. gr. p. 813. *Steph.* Thes. IV. p. 440. F αὐτοχειρί, ut adverbium sit. *Porson. Dind.* e. libris αὐτόχειρι cum τρόπῳ iunctum. Medium tenent *Matth.* adiectivi quidem dativum esse putat, sed ut ἰδίᾳ et κοινῇ adverbii vim habere. Recte vero *Lob.* ad Ai. p. 370 adverbium illud seriori

netati assignavit. *Αὐτόχειρ τρόπος* est i. q. *τρόπος αὐτοχειρίας*. 2. *Qui propria s. ipsa alicuius manu aliquid patitur.* Huc pertinet Soph. Antig. 1175, ubi nuntium narrantem (*Αἵμων*) *αὐτόχειρ αἱμάσσεται*, i. e. *propria manu caesus est*, chorus interrogat: *πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός;* h. e. *patrisne propria an sua manu?* Interpretum nemo haec intellexit. Alii enim, ut *Brunck.* et *Nevius* (ad Ai. 841), *αὐτόχειρ* falsissime interpretantur *violenta manu* vel *nefario facinore*, alii, ut *Herm. Wex. Wunder.*, *suorum manu* explicant (v. s. *αὐτοσφαγής*), quasi non etiam nunc absurda fuisset chori interrogatio. Iudicio plane abstinuit *Ellendt.* s. v. *Const. M.*

αὐτόχθων, in ipsa terra (*αὐτῇ χθονί*) *natus, indigena.* *λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν, αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν* Erechth. fr. XVII (I), 8. *λαὸν εἰς αὐτόχθονα κλεινῶν Ἀθηνῶν* Ion. 29. *εἶναί φασι σὰς αὐτόχθονας κλεινὰς Ἀθήνας* ib. 589. V. *Herm. ἐκ γένους αὐτόχθονος* ib. 737.

αὔτως. Mirabilis erat *Buttmanni* error in lexil. I. p. 36 sq., quum *αὔτως* cum aspero scribendum atque hanc alteram pro *οὕτως* formam esse iudicaret. Evertit hanc opinionem neque ac stupida grammaticorum veterum commenta *Hermannus* Opusc. I. p. 338. Etsi miror eum ex solo Homero, non ex universa Graecorum lingua exterminasse formam omnino barbaram. Cf. *Herm.* ad Phil. 424. *Matth.* gr. p. 1420. *Thiersch.* gr. §. 198, 5. *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 275. Apertissimum est, ut *ὡς* ex *ὁ*, *οὕτως* ex *οὗτος*, sic *αὔτως* ex *αὐτός* esse factum. Itaque proprie est *hoc ipso modo, ipso illo modo, eben so, gerade so* (v. s. *αὐτός*). Exempla id genus v. ap. *Herm.* Op. I. p. 339 et ap. *Ellendt.* l. c. p. 274. Porro, ut *αὔτως* ex simplici *αὐτός*, ita ex *ὁ αὐτός, idem*, formatum est adverbium *ὡς αὔτως, eodem modo, item, pariter.* Idque etsi in *ὡσαύτως* paulatim coaluit, tamen ab Homero semper, saepe etiam ab aliis scriptoribus, divisim et *δέ* particula interserta *ὡς δ' αὔτως* scribitur. *γυνὴ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνήρ* Med. 319, *pariterque vir.* Vlg. *ὡς δ' αὖτως.* Quod quum dudum correxissent *Brunckius* et *Porsonus*, quis credat *Elmsleium* ineptissimam grammaticorum veterum ab *αὖτη* derivationem renovasse, *ἴσον γ' ἀνήρ τε καὶ γυνὴ σθένει ἀδικουμένη πρὸς ἀνδρὸς, ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ γυναῖκα μωραίνουσαν ἐν δόμοις ἔχων* Andr. 673. Lectionis varietas hic non notatur, nisi quod ap. *Stobaeum* hos versus repetentem LXXIV, 24 *ὡσαύτως* legitur. Probe autem ab *ὡσαύτως* et *ὡς δ' αὔτως, eodem modo*, discernendum *ὧδ' αὔτως* (Soph. Tr. 1037), quod est ab *ὅδ' αὐτός* significatque *sic ipso illo modo, gerade so* (*αὔτως*) *auf die Weise* (*ὧδε*), *so auf eben die Art*, item *ὡσαύτως οὕτως* (Plat. Gorg. p. 460, D), cui respondet *ὁ αὐτὸς οὗτος* (cf. ibid. E) et

quod vertendum *eodem illo modo*. V. *Coraëm* ap. *Stallb.* ad Plat. Gorg. p. 68. Ceterum ex propria illa adverbii αὕτως significatione, quae est *hoc ipso modo*, variae deinceps notiones profectae sunt. Eas *Matthias* explicuit in gr. p. 1420 sq. Cf. *Herm.* Op. I. p. 339 sqq. *Const. M.*

αὐχεῖν, *se iactare, gloriari, sich brüsten, prahlen.* ἤδη τιν αὔχει Hipp. 952. οὐδ' ἂν εἷς ἀνὴρ γυναικὸς αὐχήσειεν fr. inc. tr. LVIII. Saepe iungitur μέγ' αὐχεῖν (μεγαλαυχεῖν), ubi etiam nos *grossprahlen*. εἰ σὺ μέγ' αὐχεῖς Heracl. 354. αὐχοῦσιν μέγα fr. inc. tr. CCXVI. τοὺς μέγ' αὐχοῦντας δορί Rhes. 452. Cum *accusativo* rei, *quod pertinet* gloriatio. μηδὲν τόδ' αὔχει Andr. 464. Cum *dativo* rei, *qua* quis gloriatur. σκήπτρῳ νυν αὔχει Iph. A. 412. μορφῇ μόνον ηὔχεις Hel. 1384. Cf. Rhes. 452. C. *infin.* ηὔχεις τις εἶναι El. 939. μὴ τὸ κράτος αὔχει δύναμιν ἀνθρώποις ἔχειν Bacch. 310. Cf. Phil. fr. VII (V), 4. Quum autem *magniloquorum* propria sit summa fiducia, hinc αὐχεῖν etiam est *confidenter putare* aliquid, *confidere*, ubi nos *sich einbilden*. γλώσσῃ αὐχῶν τάδικ' εὖ περιστελεῖν Med. 582. σὲ μὲν ηὔχεις θεᾶς βρέτας σῶσαι τόδε Andr. 311. οὔ ποτ' αὐχῶ Ζηνά γ' ἐκφῦσαί σε Tr. 765. τὰ τῶνδ' αὐχῶ τοιαῦτ' ἔσεσθαι Heracl. 334. Acerbe dictum τίν' αὐχεῖς κακοῖς ἐλαύνειν ἀργυρώνητον σέθεν; Alc. 678. Hinc etiam simpliciter est *credere, putare*. In his quoque, si a primo loco discesseris, apte vertitur *sich einbilden*. πόσον τιν' αὐχεῖς πάταγον ἀσπίδων βρέμειν; Heracl. 832, ubi nos *meinen*. οὔ ποτ' ηὔχει χεῖρας ἴξεσθαι σέθεν ib. 931. οὐκ ἄν ποτ' ηὔχουν λαθεῖν Μενέλαον Hel. 1635. πόθεν; οὐκ αὐχῶ Alc. 95. Ceterum αὐχεῖν ab αὐχήν dictum ut *sich brüsten* a *Brust*. Simili metaphora nos etiam *sich in die Brust werfen, die Nase hoch tragen*. Itaque proprie est *cervicem extollere*, hinc *se efferre, se iactare* etc.

αὔχημα, *id quo quis gloriatur*. ὕδρας ἔχων λαιοῖσιν ἐν βραχίοσιν Ἀργεῖον αὔχημα Phoen. 1144.

αὐχήν, *collum (Hals)*. τὸν κλοιὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα Cycl. 183. ἀμφὶ αὐχέσι τεύχη φέρουσι κενά ib. 87. φάσγανον ἐπ' αὐχένος βαλεῖν Or. 51. διὰ μέσου αὐχένος ὤθει σίδηρον Phoen. 1466, ut Hec. 564. εἰ δ' ὑπ' αὐχένα χρῄζεις (παίειν), πάρεστι λαιμὸς εὐρεπὴς ὅδε. εἶλκον (πῶμα) εὐπτέρους ἐς αὐχένας (πίλειαι) Ion. 1200. Hinc de *freto* dicitur, quod formam habet *colli*. Quae vi mirifice congruit cum αὐλός (s. v.). βαρὺν θαλάσσης αὐχέν' Ἑλλησποντίας fr. dub. XIV. Sic etiam de *Isthmo*. Ἰσθμίας γῆς αὐχέν' ἐμβαίνων ποδί El. 1288, ubi scite *Barnesius*: „αὐχένα γῆς Ἰσθμίας με-

phrastice *Ἰσθμόν* vocat, quia similitudinem cum *collo* habet Isthmus.“ [Cf. Xen. An. 6, 4, 3. Plin. H. N. 4, 3. Stirpem vocis frustra quaeras, si *cervicem* ut lexica docent primam eius notionem esse credis. Id vero secus esse tralata verbi vis ostendit, qua idem est quod *αὐλός* (s. v.) et *αὐλών*. Etenim *collum* *αὐχήν* proprie designat, quippe per quod *spiritum ducamus* (*ἄειν αὔειν αὐ-χήν*, v. s. *ἄΰειν*), similiter ut nobis pars colli *Luftröhre* dicitur. Usu autem factum est, primum, ut *αὐχήν* ad omnia transferretur, quae *colli* speciem haberent, deinde, ut praecipue ad posteriorem colli partem s. *cervicem* referretur, quum priorem *δειρή* designaret. Incredibilia hac de voce posteris narravit *Dammius. Const. M.*] *Cervix (Nacken), pars colli posterior.* *αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ* Hec. 376. *αὐχένα ζυγηφόρον πώλων* Rhes. 303. *πληροῦτ' αὐχένας ξυναρίδων* ib. 987. *σιδήρῳ τέμνετ' αὐχένων φόβην (πώλων)* Alc. 431.

αὐχμηρός, immundus, squalidus, sordidus; opponitur *λιπαρῶς* (v. Xen. Mem. 2, 1, 31). *αὐχμηροὶ ὀρᾶν* Hel. 1556. *ὡς ἠγρίωσαι πλόκαμον αὐχμηρόν* Or. 387, *hirsutum.* *αὐχμηρὸν οὐδας* Alc. 950, *squalore obsitum.* V. s. *αὐχμός.*

αὐχμός, siccitas. *ἐρᾷ ὄμβρου γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ* fr. inc. tr. III, 6—8. Stirps *αὔω* (*αὕω*), *sicco*, cognatum illud cum *ἄω*, *flo*, quatenus flatu ventorum siccatur coelum. Ut igitur *αὐχμός siccatus*, sic *αὐχμηρός* proprie est *siccus* s. *aridus*, hinc etiam *illotus, non unctus.* Quod quum et aquis et unguentis munditiae causa uterentur, *αὐχμηρός* primum ad corpus *non cultum, immundum, squalidum* referri, deinde de quolibet *squalore*, imprimis vestium, usurpari coeptum est.

αὐχμώδης, immundus, squalidus; v. *αὐχμός.* *αὐχμώδη κόμην* Or. 223. Cf. ib. 387.

ἀφαγνίζειν, descerare. V. *ἁγνίζειν* p. 17 et *Monk.* ad. Alc. l. infr. cit. *πρὶν ἂν θεοῖσι τοῖσι νερτέροις ἀφαγνίσηται καὶ τρίτον μόλῃ φάος* Alc. 1149. De praepositionis vi v. s. *ἄπο* et *ἀπανδροῦσθαι.*

ἀφαιρεῖν, demere, detrahere, removere. Suppl. 359. *σέμν' ἀφαιρεῖτε στέφη μητρός.* Or. 224. *αὐχμώδη κόμην ἄφελε προσώπου.* Hipp. 202. *ἄφελε (κεφαλῆς ἐπίκρανον).* Hel. 1614. *ἀφελὼν σκαλμοῦ πλάτην.* Tralate [ubi cum *παύειν* plerumque convenit. *Const. M.*] Hipp. 1309. *ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, effecit ut iuriiurando fides non haberetur.* Antol. fr. I (III), 27. *μάχας ἀφαιρῶν καὶ στάσεις.* Dan. fr. VII (IV), 2. *γαστρὸς ἀφαιρῶν σῶμα κακοῖ, ventri detrahens (cibum) corpus debilitat.* Med. 455. *βασιλέων θυμουμένων ὀργὰς ἀφῄρουν*, ut ib. 1150. *ὀργὰς ἀφῄρει καὶ χόλον νεάνιδος.* Iph. T.

1272. *Πυθίων δόμων χθονίαν ἀφελεῖν θεᾶς μῆνιν.* Suppl. 448. *ὅταν τις τόλμας ἀφαιρῇ νέους.* In. fr. X (V). *τομαῖς ἢ ποτοῖς φαρμάκοις ἀφαιρεῖν νόσον.* [Iph. A. 1609. *λύπας ἀφαίρει.*] Herc. f. 99. *δακρυβρόους τέκνων πηγὰς ἀφαίρει, seda.* Or. 224. *ἢ* (Clytaemnestra) *κεῖν' ἀφῄρει, μήτ' ὅπλίζεσθαι χέρα μήτε στρατεύειν ἐκλιπόντα δώματα, effecit, ut nemo arma caperet* etc. Cf. Tr. 1146. *Med. auferre.* Cum *accus.* rei. Phoen. 560. *αὐτὰ* (τὰ χρήματα) *ἀφαιροῦνται πάλιν* (οἱ θεοί). Med. 1074. *τὰ δ' ἐνθάδε πατὴρ ἀφείλετο.* Andr. 776. *οὔτοι λείψανα τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀφαιρεῖται χρόνος.* Hel. 914. *ταλλότρια — ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ.* ib. 1652. *τὸ χρεὼν ἀφείλετο τὰ λέκτρα.* Herad. 902. *οὐ χρὴ τόδ' ἀφελέσθαι, τιμᾶν θεούς, abrogare.* Cum *accus.* personae. Tr. 1146. *τὸ δεσπότου τάχος ἀφείλετ' αὐτὴν παῖδα μὴ δοῦναι τάφῳ, impedivit eam.* Cf. *Heind.* ad Plat. Soph. §. 97. Sic Andr. 914. *κἄκτεινας, ἤ τις συμφορά σ' ἀφείλετο;* Herc. f. 509. *καί μ' ἀφείλεθ' ἡ τύχη.* Cum duobus *accus.* et rei et personae. Alc. 45. *οὐδ' ἐκεῖνον πρὸς βίαν σ' ἀφειλόμην.* Hec. 285. *τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἓν μ' ἀφείλετο.* Andr. 325. *Τροίαν ἀφείλου Πριάμου.* ib. 614. *ἀφείλου πατέρος τέκνα.* Iph. A. 895. *Μενέλεως ἀφείλεθ' ἡμᾶς* (τὴν δέλτον). Iph. T. 819. *οὐ γὰρ ὁ γάμος ἐσθλὸς ὢν μ' ἀφείλετο* (τὰ λουτρά), ubi v. not. Sic ib. 1267. *Γαῖα μαντείων ἀφείλετο τιμὰν Φοίβου.* Hel. 686. *Κύπριν ὡς ἀφέλοιτο Πάριν.* Pro *accusativo* eius, cui quid aufertur, ponitur *genitivus*, ad nomen rei relatus, ut Andr. 523. *φόβον οἴκων ἀφελέσθαι.* Non videtur *accus.* positus fuisse, nisi, cui quid auferretur, esset persona. Etiam *genit.* c. praep. *πρός.* Tr. 1034. *κἀφεῖλον πρὸς Ἑλλάδος ψόγον τὸ θῆλύ τε.* Sed v. not. ad v. 1028. [Ultima verba rectissime explicuit *Matthiae.* Sed etiam *ἀφελοῦ πρὸς Ἑλλάδος, de Graecia aufer s. tolle*, probum videtur (v. gr. gr. p. 932). In his praepositio vim auget nudi genitivi. Scilicet genitivus, etiam ubi nudus est, non semper ex adiuncto accusativo, qui rem declarat, sed ex ipso saepe verbo pendet, id quod apparet ex iis locis, ubi vel accusativus rei plane abest, ut Hom. Il. α', 430. Xen. Anab. 4, 4, 12 (v. not. *Popponis*), vel praeter genitivum ex accusativo re vera aptum etiam alter genitivus adest, qui cum verbo non potest non construi, ut Eur. Iph. T. 1272. Herod. 5, 83. Nec solum locum ante citatum Andr. 523 huc refero, sed etiam, ubi activum est, Or. 224. Hel. 1614. Hipp. 1309. Ceterum probe differunt activum et medium: illud enim simpliciter indicat *demtionem*, hoc *arbitrii* vel *libidinis* vim adspergit. V. s. *ἀφορμᾶν. Const. M.*] *Pass.* Hipp. 1207. *ἀφῃρέθη Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾶν, impedietur.* [Cum *accus.* rei, *quo* pertinet detractio. *C. M.*] ib. 644. *μορίαν ἀφῃρέθη*, ubi nos *benehmen.* Tr. 486. *ἃς δ' ἔθρεψα παρθένους ἐν*

χερῶν ἀφῃρέθην. Heracl. 163. ποῖα πεδί' ἀφαιρεθεὶς (φήσεις) πόλεμον ἔχειν; Hel. 944. νῦν δ' ὄντα καὶ σωθέντ' ἀφαιρεθήσομαι (πόσιν). Andr. XI (VII), 7. ἀφαιρεθήσῃ χάριτας. Tr. 1278. ὦ Τροία, τὸ κλεινὸν ὄνομ' ἀφαιρήσει τάχα. *Aug. M.*

ἀφανής, *non conspicuus, obscurus, incertus.* τὸ τῆς τύχης ἀφανὲς οἳ προβήσεται Alc. 788. πάντα τὰ τῶν θεῶν εἰς ἀφανὲς ἕρπει Iph. T. 477. τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς Hipp. 346. τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ Oenom. fr. VI, *ex iis, quae in promtu sunt, ea quae non sunt colligimus.* Similis sententia τἀφανῆ τεκμηρίοισιν εἰκότως ἁλίσκεται Phoenic. fr. V (I). γλῶσσ' εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν fr. inc. tr. CLVIII, 4. ψευδέσι μύθοις ἀλόχου πεισθεὶς ἀφανῆ Hipp. 1289, *ut crederes dubia s. incerta;* v. *Musgr.* ad l. et s. πείθειν. οἷά τις ἡμᾶς δράσας ἀφανῆ φροῦδος Rhes. 743, *occulta*, quia auctor ignorabatur. V. 800 sqq. et 810. ὡς κεῖνος ἀφανὴς — κλήζεται Hel. 125, *e conspectu sublatus esse s. evanuisse fertur*, ut Κάστορός τε συγγόνου τε διδυμογενὲς ἄγαλμα πατρίδος ἀφανὲς ἀφανὲς ἱππόκροτα λέλοιπε δάπεδα ib. 208. ἀφανεῖς ἂν ὄντες (*obscuri*) οὐκ ἂν ὑμνηθεῖμεν ἂν Μούσαις Tr. 1244. ὄνομα γᾶς ἀφανὲς εἶσιν ib. 1322, *dilabitur, perit.* Sic etiam ἦν ἡ δέλτος ἀφανὴς γέννηται Iph. T. 757, quod ib. 764 est ἦν γράμματ' ἀφανισθῇ. Hinc Oedipus *senex decrepitus* se vocat πολιὸν αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον Phoen. 1538, ubi etiam nos *unscheinbar.*

ἀφανίζειν, *e conspectu hominum abripere, tollere, delere.* ὁπότε — ἀφανίσει ἁ παρθένος (Sphinx) τιν' ἀνδρῶν Phoen. 1048. ἦν ἐν θαλάσσῃ γράμματ' ἀφανισθῇ Iph. T. 764; v. s. ἀφανής.

ἄφαντος, *e conspectu sublatus, non conspicuus, evanidus.* ἄφαντος οἴχεται Or. 1557, ut ἀρθεὶς' ἄφαντος Hel. 612, ubi nos *unsichtbar verschwunden.* Sic etiam ἐκ θαλάμων ἐγένετ' ἄφαντος Or. 1496. ὄρνις ὡς τις ἐκ χερῶν ἄφαντος εἶ Hipp. 828. εἰς δόμους ἡμεῖς (Lyssa) ἄφαντοι δυσόμεσθ' Ἡρακλέος Herc. f. 873, *non animadversa, non conspicua penetrabo.*

ἄφαρ (⏑⏑), *continuo, protinus, sofort, stracks.* γέλασε δὲ (Ζεῦς), ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα — θέλων λατρεύματα σχεῖν Iph. T. 1274; nam ταχύπους in Olympum contenderat Apollo (v. 1269). Ex ἅπτω (ἄπω) ortum putant *Damm.* s. v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 18. *Passov.* alii. Non refragor. Simplicius tamen videtur ab ἀπό derivare, quatenus hoc rem aliquam *ex alia re consequi* declarat (*von — weg*; v. *Matth.* gr. p. 1328. *Passov.* s. v. B). Quae *consecutionis* notio augetur et amplificatur adiuncto αρ (ἄρα), quippe quod rem, quae *continuo consequitur* (ἄπο), etiam *naturae* vel *rebus consentaneam esse* ideoque non solum tempore, sed etiam natura rerum consequi significet (v. s.

ἄρα 1 et 3). Itaque ἄφαρ accurate respondet vernaculo *sofort* i. e. *also* (ἄρα) *fort* (ἄπο) et salva sententia plerumque dissolvi potest ἀπὸ τούτου ἄρα. Ceterum vana est quam *Passovius* praeterea memorat significatio *continenter, uno tenore, sine intermissione.* Eaque hoc ipso in loco, quem ex Homero ψ', 375 affert, ineptissima esset. Dicit ibi poeta: *continuo intendebatur equorum cursus.* Et sic dudum explicuerat *Koeppenius.* V. s. ἄφνω.

ἁφαρπάζειν, *abripere, auferre.* ἁφαρπάζειν τεύχη σμικρὰ, μεγάλα δ' εἰσφέρειν Ion. 1178. V. s. ἀπαγγέλλειν.

ἀφᾰσία, *fandi* prae stupore vel terrore *impotentia*, hinc *stupor.* ᾽φασία μ' ἔχει Iph. A. 837. Herc. f. 515. ἔκπληξιν ἡμῖν ἀφασίαν τι προστίθης Hel. 556.

ἄφατος, *infandus.* ἄφατον ἄφατον ἀναύδητον λόγον ἐμοὶ θροεῖς Ion. 783. ἄφατα — ἄχεα El. 1191. *Elmsl.* et *Dind.* ἄφαντα.

ἀφεγγής, *luce carens, obscurus.* νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον Phoen. 546.

ἀφειδεῖν, *non parcere.* ἡμεῖς δ' ἀφειδήσαντες, ὡς ἐσείδομεν δόλια τεχνήμαθ', εἰχόμεσθα τῆς ξένης Iph. T. 1354. Cf. v. 1342 sq. Quum vero ei, cui parcendum erat, *non parcere* negligentis sit vel contemnentis, ut in ψυχῆς ἀφειδεῖν (S. El. 980) et aliis similibus, hinc ἀφειδεῖν etiam *negligendi contemnendi omittendi* vim assumsit, ut S. Ant. 414. εἴ τις τοῦδ' ἀφειδήσοι πόνου. V. *Herm.* ad l. Ceterum *genitivum* ἀφειδεῖν eadem ratione adsciscit qua ἀμελεῖν et similia.

ἀφέλκειν, *abstrahere.* βίᾳ ξένους θεῶν ἀφέλκειν Heracl. 114. πολὺν ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν Hec. 144.

ἄφετος. De Ione infante in cognomine fab. 822. ἐν θεοῦ δόμοισιν ἄφετος, ὡς λάθοι, παιδεύεται, ubi ambiguum est utrum simpliciter sit *dimissus*, an, ut ἄνετος (v. *Passov.* s. v. 3) et ἀφιέναι in τὰ νεογνὰ ἀφιᾶσιν τῇ θεῷ Xen. ven. 5, 14, ubi nos *ablassen abtreten überlassen*, puerum deo *cessum s. traditum s. dedicatum* significet. Etiam *Barnes.* „*tamquam deo dedicatus.*“

ἀφηγεῖσθαι, proprie *discedentem* vel *discedentibus* (ἄπο) *ducem esse* (ἡγεῖσθαι), *hinweg- und vorangehn*, hinc *abducere, educere, ducere*, et tralate *referre, afferre, exponere*, ubi nos quoque mirabili consensu et *anführen* et *ausführen* (*ausführlich*). V. s. διηγεῖσθαι. ἐγὼ δικαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε Suppl. 186. Eodem sensu ἀφηγεῖσθαι obvium ap. Xen. in Anab. 7, 2, 26.

ἄφθιτος, *aeternus, sempiternus.* ἄφθιτον θεόν Andr. 1257. *immortalem.* ἐξ ἀφθίτων ἄφθιτοι πεφυκότες (ἵπποι Ἀχιλλέως) Rhes. 185. V. Hom. Il. π', 150. ψ', 277. ζῆν νιν ἄφθιτον χρεών Or.

1635. ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ Sisyph. fr. I, 17. δόξαν ἄφθιτον Iph. A. 1606.

ἄφθογγος, *elinguis, mutus.* ὡς ξυνηρεφὲς πρόσωπον εἰς γῆν σὸν βαλοῦσ' ἄφθογγος εἶ Or. 956. ἄφθογγός εἰμι καὶ παρεῖσ' ἐῶ στόμα Tr. 690. τὸ θηριῶδες ἄφθογγον ἔφυ ib. 666. ἄφθογγα δάκη θηρῶν Hipp. 646. Prolepsis est in γῆρυν ἄφθογγον σχάσας Phoen. 967, quae non intellexit *Eustath.* p. 335, 14. V. s. σχάζειν.

ἄφθονος, *benignus, largus.* ἀφθόνῳ δοῦναι χερί Med. 612. Rhes. 772. πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα Cress. fr. XIII (IX), 6. Hinc *creber, multus.* (θεοὶ) θανάτους ἔθηκαν ἀφθόνου πληρώματος Or. 1642. σμικρὸν τὸ πλῆθος τῆσδε γῆς, οἱ δ' ἄφθονοι Phoen. 722. οὐκ ἄφθονον σχολὴν ἔχω Andr. 733, *non multum otii.*

ἀφιδρύειν, *deferre, deportare, transferre.* *Med.* πατρίδος θεοί μ' ἀφιδρύσαντο γῆς εἰς βάρβαρ' ἤθη Hel. 280. *Med.* indicat deos *suo* illud *consilio* vel *arbitrio* fecisse, ubi nos: *sie fanden sich bewogen — veranlasst mich zu versetzen.* Haec enim prima ac propria medii potestas, unde etiam ea fluxit, qua quis *sibi* aliquid facere significatur. *Const. M.*

ἀφιέναι, *abire sinere, dimittere, emittere, omittere, mittere.* ἐκ γῆς ἀφήσειν μὴ θανόντα βαρβάρου Iph. T. 739. οἵδ' οὐκ ἀφιᾶσι Herc. f. 629. εἶ δ' ἀφείην μὴ φρονοῦσαν —; Andr. 847 [v. s. ἀλλά p. 129, 7]. πάντ' ἀφιέναι στρατόν Iph. A. 95, *dimittere.* ἀφιέναι ναῦς ib. 352. τρεῖς (ἀγκύρας) ἀφέντι Phaëth. fr. XVI (IV), 2. οὗ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ δοῦναι χαλινοὺς, οὐδ' ἀφέντ' ἐᾶν κρατεῖν Cress. fr. II (XI). μελίκρατ' ἄφες γάλακτος οἰνωπόν τ' ἄχνην Or 115, *proiice.* ἀφῆκε μάρμαρον πέτρον Phoen. 1410. οἱ οὐκ ἔχοντες εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ' ἀφιᾶσιν κακά Suppl. 242. ἀφίεσαν λαιμῶν βροτείων οὔριον φόνον Heracl. 821. μυρίους οἰστοὺς ἀφείς Herc. f. 196. ἀφῆκε πόντιον Hec. 797 [Dan. prol. 43], pro εἰς πόντον. φλογέας ἀφίησιν ὄσσων αὐγάς Hec. 1104, *emittit ex oculis.* ἐλευθέρως ψυχὴν ἀφήσω Or. 1171, pro quo Hec. 367 est ἀφίημ' ὄμμάτων ἐλεύθερον φέγγος. ψυχὴν ἀφῆκεν Tr. 1135. Cf. Hel. 1447. ἀφῆκε πνεῦμα θανασίμῳ σφαγῇ Hec. 571. πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα fr. inc. tr. CXXVII, 2. Frequens etiam de voce. φωνὴν οὐκ ἀφῆκεν Phoen. 1449. φθογγὴν ἀφιέναι Hipp. 418. γλῶσσαν ἀφεῖναι ib. 991. ἀρὰς ἀφιέναι ib. 1324. γόους ἀφίην αἰθέρ' εἰς μέγαν El. 59 (aliter Or. 1122; v. infra). Porro ἀφίης αἵματός μ' ἐλεύθερον; Hipp. 1450, *dimittis me absolutum crimine caedis*, i. e. *absolvis.* πόλις μ' ἀφῆκεν Heral. 1012, *impunitum dimisit*; cf. ib. 1019. τὴν ἄγαν λύπην ἀφεὶς

πιεῖ, Alc. 797, *omisso s. deposito nimio luctu.* οἴκτῳ ἀφῆκεν ὠμότητι Ion. 47, *ex animo dimisit.* πρὶν ἂν ἐμὰς λύσσας ἀφῇ Herc. f. 866, *priusquam rabiem meam amiserit.* τὴν ἀρχὴν ἀφείς Andr. 392, *omittens id quod primum erat.* τύμβον ἀγέραστον ἀφέντες Hec. 117, *omisso, relicto.* ἀγῶν' ἀφιέναι Phoen. 1239. ταῦτ' ἀφέντες Suppl. 491. τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου Andr. fr. XXIX (XXIII). ἀφεῖσα τοὺς γυναικείους γόους Or. 1022, *omissis lamentationibus.* ἀθώπευτόν σε γλώσσης ἀφήσω τῆς ἐμῆς Andr. 460. ἄφες Alc. 263, *mitte me.* μέλλων σ' ἐρωτᾶν ἀφήσω Suppl. 839. οὐδὲ θείσασ' ἀφήσω τῷ φόβῳ τοὐμὸν καλόν ib. 300. γαμοὺς ἀφεῖναι σούς Andr. 974, ubi nos *fahren lassen, aufgeben.* Similiter (Psamathe) λέκτρ' ἀφῆκεν Αἰακοῦ Hel. 7. *Permittere, committere, cedere.* ἄφες τήνδε (δέλτον) ἐμοί Iph. A. 309. Cf. Phoen. 490. τὰ ἄλλ' ἀφεῖναι μηχανήματ' ἀνδράσιν Peliad. fr. VI, 5, ut ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα Antiop. fr. XXV (XXXIII). *Concedere,* propr. ab eo quod constitutum erat liberum *dimittere,* τήνδ' ἀφῆκεν ἡμέραν μεῖναί με Med. 373. ἐμοὶ τιμὰς πατρώους καὶ δόμους ἔχειν ἄφες Heracl. 810. *Remittere, condonare.* φυγὰς ἀφεῖναι παισί Med. 1155. *Pass.* ἀφεῖσαι, *dimissus es,* Or. 1325. ἀφεῖνται παῖδες φυγῆς Med. 1002. ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα El. 379. τῶνδ' ἀφειμένοι πόνων Hec. 1292. ἐπεὶ ἀφείθη πυρσός Phoen. 1386. *Med.* [sua sponte *dimittere* (ἐκὼν τυραννίδος ἀφεῖτο Xen. Hier. 7, 11), hinc *se abiungere* (S. O. T. 1521), *se removere, recedere, absistere, von etwas lassen — ablassen;* v. s. ἀφορμᾶν. *Const. M.*] οὐκ ἀφήσομαι πέπλων σῶν Hel. 1645, quod 1647 est οὐ μὲν οὖν σ' ἐάσομεν. De *gen.* v. gr. p. 805. Sine casu οὐδ' ἐγὼ ἀφήσομαι Iph. A. 310. *Aug. M.*

ἀφικνεῖσθαι, *pervenire, advenire* [v. s. ἀπανδροῦσθαι]. πολύδακρυς ἀφικόμην Phoen. 369; cf. Andr. 150. ἀφίκετο μετ' ἀνδρός Med. 32; cf. ib. 503. συμμέτρως ἀφίκετο Alc. 26. κλοπῇ ἀφῖγμαι Ion. 1254. ξένον ἐν κακοῖς ἀφιγμένον Alc. 775. ὠδίνουσα τῶν ἀφιγμένων Heracl. 644. συμφορᾶς ἀφιγμένης Hipp. 990; cf. Hec. 967. Or. 215. 384. ἡχὼ βαρεῖα προσπόλων ἀφίκετο Hipp. 791. νεωτέρων κακῶν ὕστερος ἀφῖγμαι Herc. f. 1174. C. praep. εἰς, πρός: de locis: τῷ δουλόσυνος πρὸς οἶκον κτηθεὶς' ἀφίξομαι; Hec. 449. mel. ὅθεν ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο Suppl. 532. εἰς ἄκρους τοὺς ὄνυχας ἀφίκετο Cycl. 158. πρὸς σὴν ἀφῖγμαι δύναμιν Tr. 58. τί δεῦρ' ἀφίκεσθε Heracl. 518; cf. Andr. 150. [Πυθοῖ' ἀφῖκτο Dan. prol. 7; v. not.] De personis: ἀφικόμην ἐχθροὺς ἐς ἀνδρός Phoen. 360. Sine praep. [quae genuina ac propria constructio est. *Const. M.*] ὅτου δῶμ' ἑστίαν τ' ἀφίξομαι Hec. 353. ὧν ἀφίκετο χθόνα Med. 12. πόλιν σὴν ὡς τάχιστ' ἀφίξομαι ib. 757. ἑστίαν ἀφικόμην Andr. 3.

Εὐρώπαν ἀφικέσθαι Andr. 802. ἀφίκου ναόν Ion. 316. τήνδ' ἀφιγμένος χθόνα Or. 737. ποῖον γαίας ἔρκος οὐκ ἀφίγμεθα; Heracl. 442. εἰ στράτευμ' ἀφίξεται Iph. A. 328. ἀφῖγμαι ναυτικὸν στράτευμα ib. 913. ἄλλως σ' ἰατρὸν τῶνδ', ἄναξ, ἀφίγμεθα Suppl. 252. Interdum *reditionis* notio e sententia redundat. (Ἀγαμέμνων) ἀφίκετ' εἰς τόδ' Ἄργος El. 6, ubi v. *Seidl.* ἐπεὶ δ' ἀφικόμην Hec. 964. Aliae formulae: οὐδ' εἰς πρόσωπον Θησέως ἀφίξομαι Hipp. 720. εἰς φόβον ἀφικόμην Phoen. 364. εἰς ἀθυμίαν ἀφίκεσθε Bacch. 610. ἀφίκου εἰς μέριμναν Ion. 404. εἰς τὰς μεγίστας συμφορὰς ἀφιγμένος Iph. A. 453. εἰς ἔριν ἀφικνεῖσθαι τινί ib. 319. εἰς ἀνάγκην δαιμόνων ἀφιγμένοι Phoen. 1007. εἰς καινὰ ἦθη καὶ νόμους ἀφιγμένην Med. 238. σοὶ ἡδὺς εἰς λόγους ἀφίξεται Phoen. 778. ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην, i. e. ἐλογισάμην σὺν ἐμοί, Med. 872. δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος; Hipp. 1164. εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι Iph. T. 782. εἰς ἄνδρ' ἀφίκου Ion. 322. εἰς ἀνθρωβρῶτας ἡδονὰς ἀφίξεται Meleag. fr. XV (XVIII), *eo deveniet, ut carne humana delectetur.* κρείσσονας Ἰλίου πόνους ἀφῖγμαι Cycl. 351. εἰς τοσοῦτον μωρίας ἀφίκετο Med. 371. χρείας εἰς τοσόνδ' ἀφιγμένη El. 57. ἀρ' ἐς τοσόνδ' ἀφίξομαι; Cycl. 619. εἰς πάντ' ἀφῖγμαι Hipp. 284. *Aug. M.*

ἄφιλος, de hominibus *amicis carens.* ἀνάδελφος ἀπάτωρ ἄφιλος Or. 310. Cf. ib. 710. Iph. T. 220. Tr. 1313. ἄφιλον τὸ δυστυχές Herc. f. 551, *infelicem deserunt amici. Non dilectus.* Huc pertinet, in quo pleonasmi spectrum temere viderunt, ἄφιλος φίλων Hel. 531. De rebus *ingratus, inimicus.* φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα τιθέμενος Tr. 287.

ἀφίπτασθαι, *avolare.* ἡ παῖς πρὸς θεοὺς ἀφίπτατο Iph. A. 1608. V. πέτεσθαι.

ἀφιστάναι, *seponere, reponere, removere, avertere.* οὐδέν μ' ἀποστήσει λόγου, *a dicendo retinebit,* Iph. T. 912. *Neutrali vi secedendi* ἀποστῆναι ἀφεστηκέναι ἀφίστασθαι usurpari notum. ἐγὼ δ' ἀποστᾶσ' ἐκποδὼν σιγήσομαι Hel. 1029, *secedens.* ἀποστᾶσα κλισμοῦ Or. 1440, *surgens.* ἀποστῆναι πρόσω Iph. T. 1330, pro quo Herc. f. 198 est ἐκὰς ἀφεστώς. ἀποστῆναι δόμων Hec. 980. δείσας ἀπέστης Suppl. 316, *refugisti.* ἀπέστην τοῦτ' ἐρωτῆσαι Hel. 543, *omisi.* ἐς ἄλλο σχῆμ' ἀποστάντες βίου Med. 1039, *in aliud vitae genus priore relicto transgressi.* οὔποτ' ἐκ φρενῶν εὔνοι' ἀπέστη Tr. 7, *excidit.* De loco Med. 1218 v. s. ἀποσβεννύναι. οὐκ ἀφίσταμαι Med. 742, *non recuso.* ἀφιστάμεσθ' ἀεί Hipp. 1330, *recedimus.* ἀφίστασθ' ἐκποδών Hel. 1644. ἀποστήσομαι θυμῷ ῥέοντι θρηνί Hec. 1054, *de via decedam.* οὐκ ἀφίστα-

σαι; El. 66, *non desistis.* οὐδ' ἀφίστανται φόνου Or. 1544, *non desistunt a caede.* Perf. act. sensu *activo* est fr. inc. tr. CXCI, 2. τοὺς αφεστήκασιν ἡμέραν τρίτην. Item aor. med. Phoen. 1094. πῶς Ἀργεῖον δόρυ πυλῶν ἀπεστήσασθε; *repulistis.* [Etiam hic notio subest *voluntarii s. spontanei impetus* et quem *sibi* h. e. pro patria ac libertate susceperant. Itaque in Hecubae loco statim sequente de pictore, quem *procul adspicere* simulacrum ars *iubet*, *passivum* usurpatur; v. s. ἀφορμᾶν. *Const. M.*] ὡς γραφεὺς ἀποσταθεὶς ἰδοῦ με κἀνάθρησον Hec. 807, a tabula *remotus.* V. s. γραφεύς. *Aug. M.*

ἄφλεκτος, *non incensus.* βωμοῖς ἄφλεκτοι πέλανοι Hel. 1350.

ἄφνω, *cito, celeriter, propere.* πατὴρ ἄφνω προσελθὼν δῶμα Med. 1205. Cf. v. 1177. *Inopinato, repente.* οὐκ ἄφνω κακὸν τόδε προσέπτατο Alc. 422. Ex ἀφανῶς contractum perperam opinatur *Passov.* Nec magis assentior *Lobeckio* ad Phryn. p. 18 ἄφνω αἶψα αἴφνης ἐξαπίνης cum ἄφαρ coniungenti et cuncta ex ἅπω (ἅπτω) ducenti. Quamvis enim haec omnia cognata primo adspectu videantur, mirum tamen esset ex eodem fonte fluxisse quae vi sua paene contraria sunt. Nam quum ἄφαρ *rem ex alia re continuo consequentem* indicet, ἄφνω contra et quae eiusdem familiae sunt *rem* potissimum *abrupte factam* h. e. *inopinatam* vel *subitam* describunt. Itaque (ἄπινος *Lob.* l. c. p. 19. not.) ἐξαπίνης (αἰπνος) κραιπνός (ἄφνος) ἄφνω (αἰφνος) αἴφνης ἐξαίφνης et stirpi proximum αἶψα ab ἄω αἴω repetenda censeo, unde etiam alia vocabula motum vel *celeritatem* signantia fluxerunt, ut ἀέλλα αἰόλος (*Buttm.* lex. II. p. 82) ἀνά ἄνεμος ἀπό ἄσσω ἀΐσσω. V. *Lob.* ad Ai. p. 97. Nunc ἄφνω cum cognatis suis accurate respondet Latino *cito* (cieo) et vernaculis *flugs fixs* (fugio) *eilends hastig.* Qua simplici *celeritatis* vi constanter usurpatur antiquissima illarum formarum αἶψα, saepe aetate proxima ἐξαπίνης, interdum etiam recentiores ἄφνω et ἐξαίφνης. Omnes enim praeter αἶψα deinceps etiam de re dicebantur tam *celeri*, ut praevideri et exspectari non potuerit, h. e. de re *improvisa*, *inexspectata*, *inopinata*, *subita.* De forma ἄφνω(ς) v. s. ἀμοχθεί p. 164 sq. *Const. M.*

ἄφοβος, *metu vacuus, intrepidus.* ἄφοβος ἔχε Or. 1273. εἰλίσσων θεοῦ χορὸς γενοίμαν ἄφοβος Phoen. 243; cf. ib. 246 sqq.

ἀφορίζειν, *definire* (*abgränzen*), hinc tum *circumscribere, recidere*, tum *finem constituere, finire*, et cum *genit.* personae i. q. ἀφαιρεῖν. ἀδικεῖς αὖ τιμὰς ἐνέρων ἀφοριζόμενος καὶ καταπαύων; Alc. 32. *Herm.* „*determinans, limitibus circumscribens.*“ Ego interpretor: *honores in-*

feris subtrahens (ubi nos vulgari sermone *abzwacken*) *et minuens* (καταπ.). Similiter schol. et *Matth.*, quos vide. *Medio* exprimitur arbitrium; v. s. ἀφιδρύειν. Cet. v. s. αὖ, 2.

ἀφορμᾶν, *abire, discedere, proficisci, davongehn, sich davon machen, aufbrechen.* ἀφώρμησ' ἐκ δόμων τῶν σῶν λάθρα Tr. 939. (δοκοῦσι) φυγῇ πρὸς οἴκους τῆσδ' ἀφορμήσειν χθονός Rhes. 98. Eodem sensu usurpatur *medium.* δέδοκται — τῆσδ' ἀφορμᾶσθαι χθονός Med. 1237. ἦ που τῶνδ' ἀφώρμηται δόμων Ὀρέστης; Or. 842. Notandum vero activum simpliciter indicare motum, medium *spontaneum* vel *voluntarium motum* describere, passivum *coactum* vel *invitum* significare. Itaque de Ulixe ad Polyphemum profecto Cycl. 694 est τυφλὴν ὄψιν ἐκ σέθεν σχήσειν μ' ἔφη (χρησμὸς) Τροίας ἀφορμηθέντος. Nam *ventis* illuc delatus erat, *non volens* venerat. De medio cf. ἀφιδρύειν.

ἀφορμή, *omne id, a quo quid proficiscitur*, hinc 1. *ansa, occasio, Anlass, Gelegenheit.* τὰ χρηστὰ πράγματα χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων Hec. 1239; *ansas sermonis dant* Cic. Sext. 10. Sic etiam ὅταν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς καλὰς ἀφορμάς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν Bacch. 267. σμικρὰς ἀφορμὰς ἦν λάβωσι τῶν λόγων (γυναῖκες), πλείους ἐπεισφέρουσιν Phoen. 207. ἆρ' οὐκ ἀφορμὰς τοῖς λόγοισιν ἀγαθοὶ ἔχουσι; Herc. f. 236. 2. *Ansa, via, subsidium, Mittel.* ἔχει — εὐδαιμονίας ἀκίνητον ἀφορμὰν, τέκνων οἷς ἂν λάμπωσιν ἥβαι Ion. 474; v. *Matth.* ad l. 3. Quodlibet *subsidium* s. *adiumentum*, imprimis *vivendi* et *belli gerendi*, ubi nos plurali *Mittel.* ἔασον (με) ξυμπερᾶναι φροντίδ', ἧ φευξούμεθα, παισίν τ' ἀφορμὴν τοῖς ἐμοῖς Med. 342, plane ut τοῖς παισὶ — ἀφορμὰς εἰς τὸν βίον καταλείπουσι Xen. Mem. 3, 12, 4. Similes hos esse locos vidit *Sturzius* in lex. Xen. I. p. 506, sed ambos non intellexit. Ἀφορμή et ἀφορμαί simpliciter dicuntur *vivendi facultates*, quod nos *Mittel zum Fortkommen.*

ἀφορμίζεσθαι, *e portu deducere.* οὐ μὴ ναῦς ἀφορμίσῃ χθονός Iph. T. 18. V. *Matth.* ad l. In *medio* liberae voluntatis s. arbitrii significatio inest. V. s. ἀφορμᾶν.

ἄφρακτος, *immunitus.* εἰ μὴ ὅρκοις θεῶν ἄφρακτος ἠρέθην Hipp. 657. Ita pro vulgato εὑρέθην corrigenti *Piersono* omnes adstipulati sunt. Nec *Valckenarius* initio haesitans remansit. Sed mire *Matthias* per prolepsin explicat ἄφρακτος. Quae prolepsis sic potius habere deberet: εἰ μὴ ὅρκοις ἔμφρακτος ἠρέθην. Recte adiectivum illud explicuit *Valckenarius.* Est enim tralata vi *incustoditus, non praeparatus, securus*, ita ut Hippolytus, qua fuit simplicitate, dicat: *wenn ich nicht das unverwahrte Herz durch einen Eidschwur hätte bethören*

lassen. Eadem vi obvium ἄφρακτος ap. Thucyd. 3, 42, 7. 43, 4, ubi male quidam verterunt *incautus.* Const. M.

ἄφραστος, *nefandus.* κηλὶς ἄφραστος ἐξ ἀλαστόρων τινός Hipp. 820.

Ἀφροδίτη, *Venus. Spumicitam* interpretatur *Herm.* Opusc. II. p. 177. τὰν Διὸς οὐρανίαν —, τὰν ἐρώτων πότνιαν, τὰν παρθένοις γαμήλιον Ἀφροδίταν Phaëth. fr. IV, 17. Κύπρον, νᾶσον τᾶς Ἀφροδίτας, Bacch. 401. Ἔρωτα τὸν τᾶς Ἀφροδίτας κληδοῦχον Hipp. 538. βίλος, οἷον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας ἵησιν ἐκ χερῶν Ἔρως ib. 531. Πάρις — ἄν (Helenam) ἔλαβεν, δῶρον τᾶς Ἀφροδίτας, Iph. A. 181; cf. Hel. 1131. εἴη δ' εὔχαρις Ἀφροδίτα Heracl. 894. φίλον Ἀφροδίτᾳ Phaëth. fr. IV, 26. Ἴακχον ᾠδὰν μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν Cycl. 70; cf. Aeol. fr. IX (XIX), 2. τὴν Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου Bacch. 225. τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς ὅση θεός; fr. inc. tr. III. b. 1; cf. ib. 10. τὰ μῶρα πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς Tr. 989; v. s. ἄρχειν. τῇ Ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεστι ποικίλα Aeol. fr. VII (X), 1. οὐχ ὁσίων ἐρώτων δεινᾷ — Ἀφροδίτας νόσῳ Hipp. 765. Hinc per metonymiam de *amore.* ὅσσοις χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων Bacch. 236. πνοαὶ Ἀφροδίτης φίλαι Iph. A. 69. De *coniugio* vel *concubitu.* λέκτρων Ἀφροδίτας ib. 546; cf. ib. 556. πρὸς Ἀφροδίταν ἄλλαν θέμενος χάριν Ion. 1103. εἰς Ἀφροδίτην σωφρονοῦσα Iph. A. 1159. τὴν Ἀφροδίτην καλλονῇ θηρώμενος Bacch. 459. De *gratia s. illecebra* (*Liebreiz*), ubi etiam Latini *Venus.* (αἱ ἐλπίδες) ἔχουσιν Ἀφροδίτην τιν' ἡδεῖαν κακῶν Phoen. 402; v. s. κακόν. De *vehementi desiderio s. libidine.* μέμηνε Ἀφροδίτη τις Ἑλλήνων στρατῷ πλεῖν ὡς τάχιστα Iph. A. 1264; quae celerius correxit *Hermannus.* V. s. μαίνειν.

ἄφροντις, *non curans, securus.* τοῦ θανεῖν ἄφροντις fr. inc. tr. CXVI.

ἀφρόντιστος, *inconsideratus.* ὑμῖν οὐκ ἀφροντίστως πατὴρ πολλὴν ἔθηκε προμηθίαν Med. 914. V. *Matth.* ad l.

ἀφρός, *spuma.* ἀφρὸν ἐξιεῖσα (Agave) Bacch. 1120. στάζων ἀφρῷ γένειον Iph. T. 308. στόμα ἀφρῷ καταστάζοντα Suppl. 587. ἀφρῷ διαβρόχοι γενειάδας Phoen. 1390. V. *Lob.* ad Ai. v. 10. p. 76. ἀφρὸν κατέστάζ' εὐτρίχου γενειάδος Herc. f. 934. ἀφρὸν πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι Hipp. 1210. ὁρᾷ διὰ στόμα χωροῦντα λευκὸν ἀφρόν Med. 1174. ἀφρὸν ἀπέψα Iph. T. 311. De radice vocis non liquet. Cognatum tamen videtur cum ἀβρός, abs quo nihil nisi aspiratione permutata differt (v. s. ἀμφί in.). Etiam notio ambobus *abundantiae* communis est. Stupida *Dammii* derivatio.

ἀφροσύνη, *dementia.* ἀφροσύνῃ θανεῖν Iph. A. 1431. Πενθεῖ τι μέρος ἀφροσύνης προσῆκ' ἐμῆς; Bacch. 1300. ἀνόμου ἀφροσύνας τί

τέλος δυστυχία ib. 386. τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς (Ἀφροδίτης) Tr. 990. De loco Hipp. 164 v. s. ἁρμονία et s. ὠδίς.

ἀφρώδης, *spumosus*. στόματος ἀφρώδη πέλανον (Orestis insanientis) Or. 220.

ἄφρων, *demens, imprudens, stultus*. De hominibus. ἄφρων νέος τ' ἦν Iph. A. 489. Et sic Iph. T. 574. Heracl. 361. Med. 885. fr. inc. tr. CCXIV. Alcmen. fr. IV, 1. Melan. fr. IX (XII), 1. Hel. 1166. fr. inc. tr. CXLVIII, 3. Archel. fr. extr. p. 94. Alc. 731. De rebus. τίς ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατέβαλε —; Herc. f. 758. ἡ προθυμία γ' ἄφρων ib. 310. ἄφρονά γε (βουλεύματα) Phoen. 1641.

ἀφυδραίνω, *abluo*. καθαροῖς δρόσοις ἀφυδρανάμενοι στείχετε νάους Ion. 97.

ἄφυκτος, *inevitabilis*. ἄφυκτον οἰστόν Med. 635. τόξοις ἀφύκτοις Hipp. 1422 et Med. 531; v. s. τόξον. ἐν ἀφύκτοισι χερῶν δεσμοῖς Alc. 987. [φίλτροις ἀφύκτοις κατασχεθείς Dan. prol. 27.] Forma ἄφευκτος, quam e Sophocle exclusit *Ellendtius*, apud Euripidem non magis invenitur, licet serioribus non rara. V. *Lob.* ad Phryn. p. 726 et C. F. *Herm.* ad Luc. de hist. conscr. p. 355.

ἀφύλακτος. ἀνδρὸς ἐρῶντος εἰς Κύπριν νεανίου ἀφύλακτος ἡ τήρησις Antig. fr. VI, 2, *difficilis est custodia*. V. s. τήρησις et ἄχαρις.

ἄφυλλος. ἱκέτης ἀφύλλου στόματος ἐξάπτων λιτάς Orestes dicitur in cognom. fab. 383. Ἄφυλλον στόμα *Eust.* memoravit p. 250, 26, inter duas aeque ac scholiasta explicationes fluctuans. Quarum verior videtur altera: δηλοῖ τὸ ἱκετεῦον δίχα συνήθων κλάδων, οὓς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς (O. T. 3). Cf. schol. ap. *Matth.* T. IV. p. 347.

ἀφυπνίζειν, *e somno excitare*. συμμάχων βᾶθι πρὸς εὐνὰς ἀφύπνισον Rhes. 25. Intransitivum est ἀφυπνοῦν.

ἀφύσσειν (ῦω, ἕω), *haurire*. ὁ Δαρδανίδας χρυσέοισιν ἄφυσσε σοιβὰν ἐν κρατήρων γυάλοις Iph. A. 1051. Cf. Hom. Il. α', 598. Od. ι', 9. ἀπὸ Κηφισοῦ ῥοὰς ἀφυσσαμέναν Κύπριν Med. 836. Clarissima ex his locis *activi* et *medii* differentia. V. s. ἀφορμᾶν.

ἄφωνος, *mutus*. εἰς τοὺς ἀφώνους μάρτυρας φεύγεις Hipp. 1076. εἶθ' ἦν ἄφωνον σπέρμα δυστήνων βροτῶν fr. inc. tr. CXL. τὰ τῆς ἠθῆς φάρμακα (γράμματα) — ἄφωνα καὶ φωνοῦντα Palam. fr. II, 2, *consonas et vocales*. Cf. *Stallb.* ad Plat. Cratyl. p. 71.

Ἀχαϊκός, *Achaicus*. De forma Ἀχαιϊκός, quam *Brunckius* (v. ad Aesch. S. c. Theb. 28) ut antiquiorem et Homero usitatam in tragicos induxit, v. *Seidler.* ad Eur. Tr. 674. *Matth.* ad Hec. 284. *Lobeck.* ad Phryn. p. 39. *Osann.* Inscript. 3. p. 110 sqq. Proprio sensu di-

ctum Ἀχαϊκὸν πόλισμα Heracl. 194, ubi v. *Pflugk.* Plerumque vero est *Graecus*, qua vi Latini quoque adiectivo *Achaicus* utuntur. V. Virg. Aen. 2, 462. Hor. Od. 1, 14, 35. λεὼς Ἀχαϊκός Hec. 510. Rhes. 857. Ἀχαϊκοῦ στρατοῦ Hec. 521. Tr. 236. στράτευμ' Ἀχαϊκόν ib. 652. 863. ἐπὶ ναῦς Ἀχαϊκάς ib. 1017. τόνδ' Ἀχαϊκὸν λάτριν (Talthybium) ib. 702.

Ἀχαιός, n. pr. Xuthi alter filius, abs quo *Achaei* dicti putantur. Ἀχαιὸς γῆς παραλίας Ῥίου πέλας τύραννος ἔσται, κἀπισημανθήσεται κείνου κεκλῆσθαι λαὸς ὄνομ' ἐπώνυμος Ion. 1592. V. *Barnes.* ad l.

Ἀχαιός, gentis nomen. 1. *Achaeus.* Αἰόλου τοῦ Διὸς γεγὼς, Ἀχαιός (Xuthus), Ion. 64; cf. ib. 292. 2. Plerumque vero Ἀχαιοί ad Homeri exemplum dicuntur *Graeci.* Ἕλλην, Ἀχαιῶν εἷς, Hel. 1223. Cf. Hec. 35. 105. 109. 220. 506. 525. 530. 532. 673. 863. 872. 983. 1018. 1091. 1140. 1197. 1218. 1244. Rhes. 62. 76. 110. 121. 172. 177. 254. 449. 453. 658. 851. 990. Tr. 19. 64. 66. 71. 81. 86. 294. 305. 358. 366. 393. 396. 521. 577. 590. 710. 729. 734. 1040. 1062. 1092. 1136. 1159. 1268. 1333. Hel. 73. 84. 110. 195. 391. 615. 483. 1018. 1124. 1138. Iph. A. 102. 105. 171. 172. 205. 514. 772. 801. 1197. 1519. [1545. 1573. 1591.] Iph. T. 13. 29. 527. 662. Or. 742. *Adiective* dictum Ἀχαιὸν Ἄρη Rhes. 239.

Ἀχαΐς, *Achais.* Cf. Ov. Metam. 5, 306. Ἀχαΐδος γῆς El. 1285. νεὼς Ἀχαΐδος Hel. 1560. De forma Ἀχαιΐς v. s. Ἀχαϊκός et impr. *Seidl.* ad Tr. 674.

ἀχάλινος, *infrenis.* αἳ (πῶλοι Διομήδεος) φονίαισι φάτναις ἀχάλιν' ἐθόαξον εἶτα γέννσι Herc. f. 383. V. s. θοάζειν. *Effrenatus.* ἀχάλινα στόματα Bacch. 385 et Melan. fr. XXIX (XX), 4. *Bekker.* anecd. p. 27, 19. ἀχάλινα στόματα· τὰ λοίδορα καὶ ἀφειδῆ πρὸς λοιδορίαν. Cf. *Matth.* ad Bacch. 365.

ἀχάλκευτος. (Theseus cum Pirithoo) πέδαις ἀχαλκεύτοισιν ἕρκται πόδας Pirith. fr. IV, *vinculis, quae faber non fabricatus est.* V. *Matth.* p. 304.

ἄχαρις, *ingratus, iniucundus.* (Cyclops) ἄχαριν κέλαδον μουσζόμενος, *dissonum strepitum*, Cycl. 487. ἄχαριν οἰκοῦσι χθόνα ib. 124. ἄθεος ἄνομος ἄχαρις ὁ φόνος Andr. 492. Notum oxymoron est in (Iphigenia) κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο Iph. T. 565. Innumeri notarunt hoc loquendi genus: vid. quos nominavit *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 66, porro *Barnes.* ad Eur. Med. 618. *Valcken.* ad Phoen. 1745. *Matth.* gr. p. 1006 et ad Hec. 608. *Lobeck.* Paralipp. p. 229 sqq. Causam rei nemo aperuit. *Pflugkius* enim quamvis ad Hec. 612 accuratius egerit quam ceteri, tamen quae ibi disputavit ma-

xima ex parte falsa sunt. Semel monemus *παρθένον ἀπάρθενον* ineptissime verti *virginem, quae non est virgo* vel *quae non amplius est virgo*, nec *γάμον ἄγαμον* ullo pacto esse *nuptias innuptas*, ut stupide reddidit vetus poeta ap. Cic. Orat. 3, 58. Imo ut apud nos *Unthier* non est *animal, quod non est animal*, sed *malum animal* s. *monstrum*, *Unthat* i. q. *Missethat*, *Ucbelthat*, *malum facinus* s. *maleficium*, *Unmuth* i. q. *Missmuth*, *malus animus* s. *stomachus*, sic etiam Graecum ᾱ s. ᾱν privativum, quae mater est vernaculi *un* (v. s. ἀνά 3 et *Adelung.* lex. Germ. T. IV. p. 1213), in formulis illis notionem adiecti nominis non *tollit* vel negat, sed tantum *circumscribit*, aliquid *non tale esse significans, quale oporteat*. V. ἄδουλος et ἀλλά I, 7. II, 5. Rem conficit quod, ut vernacula in lingua *un* et *miss* (*missa*), ita in Graecis illis formulis ᾱ et δυς vel κακο sibi respondent. Quod igitur ap. Hom. Od. ψ', 97 est *μήτηρ δυσμήτηρ*, Sophocli in El. 1154 dicitur *μήτηρ ἀμήτωρ*, pro *γάμος ἄγαμος* Eur. Hel. 696 in Phoen. 1054 est *γάμοι δύγαμοι*, atque eamdem sententiam habent *δύσπνοοι πνοαί* Soph. Ant. 588, *φρένες δύσφρονες* ib. 1261, *πόνοι δύσπονοι* ib. 1276. Itaque *γάμος ἄγαμος* proprie *coniugium* est, *quod malum est coniugium*, h. e. *infaustum coniugium*, *Miss — Unglücksheurath*, *unselige Heurath; νύμφη ἄννυμφος* Hec. 612 *sponsa, quae misera sponsa est*, *δύσνυμφος* s. *κακόννυμφος*, *Unglücksbraut*, *παρθένος ἀπάρθενος* ib. *virgo, quae misera virgo est*, *δυσπάρθενος* s. *κακοπάρθενος*, *Unglücksmädchen;* itemque *ἔργα ἄνεργα* Hel. 366 i. q. *κακουργίαι*, *Unthaten*, *ὁδοὶ ἄνοδοι* Iph. T. 838 i. q. *δυσοδίαι*, *Unwege*, *πόλεμος ἀπόλεμος* Herc. f. 1183 *Unglückskampf*, *πότμος ἄποτμος* Hipp. 1144 *Missgeschick*. V. *ἀσπούδαστος* et s. *δεσμός*. Et sic *χάρις ἀχάριστος* Phoen. 1745 vel *χάρις ἄχαρις* Iph. T. 566. Aesch. Choëph. 42. Prom. 545. Ag. 1525, quod perperam interpretantur schol. ad Phoen. l. et *Passovius*, proprie *gratia* est, *quae mala est gratia* h. e. *intempestiva*, *inepta*, *inutilis gratia*, ubi nos *übelangebrachte Gefälligkeit — Dank*. Etiam haec praeiverat Homerus, qui Irum Od. σ' 73 *Ἶρον Ἄιρον* (*Unglücks-Irus*) appellat. Quum vero singularis in his et verborum et sententiae nervus insit, non mirum est quum omnes in hoc genere tragicos tum maxime Euripidem verborum lusibus gaudentem luxuriasse. V. *Lob.* Paralipp. l. c. Huc pertinent etiam *ἄδωρος χάρις* fr. inc. tr. CCLIX i. q. *ἄδωρον δῶρον* Soph. Ai. 665, *μόρος ἄποτμος* Alc. 116 i. q. *πότμος ἄποτμος* Hipp. 1144, *ἀφύλακτος τηρήσις* Antig. fr. VI, 2 i. q. *ἀφύλ. φυλακή*, denique *ἄκληστ' ἄδουλα δώματα* Andr. 594, *das schlecht verwahrte schlecht bewachte Haus*. V. s. *ἄδουλος*. Quin etiam sigillatim nomina cum ᾱ priv. composita sic

usurpantur. Talia sunt ἄμορφος ἀπρόσωπος ἄβουλος ἄποτμος ἄμοιρος ἀτυχής etc. Denique quum ἀπό interdum idem sit quod α priv., hinc etiam adiectiva cum ἀπό composita passim hoc sensu exstant. V. s. ἀπόφθεγκτος et ἀπόφονος. *Const. M.*

ἀχάριστος, *ingratus*, i. e. gratiam non referens. λέκτρων προδότας ἀχαρίστους Ion. 880. ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμα, ὅσοι δημηγόρους ζηλοῦτε τιμάς Hec. 254. C. *dat.* ἀχάριστοι Δαναοὶ Δαναοῖς Hec. 140. *Iniucundus, molestus, gravis.* ἀχάριστος ὅλοιτο, Med. 659, *miserabiliter.* Ab his seiungendum χάριν ἀχάριστον εἰς θεοὺς διδοῦσι Phoen. 1745, quod iure tuetur *Matth.* Contra libros *Wellauer.* ad Aesch. Choëph. 42, *Elmsl.* in Mus. crit. Cant. n. 6. p. 290, *Herm. Dind.* metro dicunt poscente ἀχάριτον. At versus est iambicus trimeter brachycatal. Cet. v. s. ἄχαρις.

ἀχεῖν ap. Eurip. Dorica forma est pro ἠχεῖν et in melicis tantum obvia. μελιβόας κύκνος ἀχεῖ Phaëth. fr. II, 30. ἀχοῦσι προσπόλων χέρες, corpus suum pulsantium, Suppl. 72. Est etiam *factitivum* et cum *accusativo* rei, *quo evenit* sonitus, construitur. ἀχεῖ Μουσᾶν ὕμνους εὐαχήτους (cithara) Ion. 883, ut ἠχεῖ τις κωκυτόν Soph. Tr. 866. Incerta scriptura in πολὺς κοσσάβων ἀραγμὸς — ἀχεῖ μέλος Plisth. fr. VI (IV). De stirpe v. s. ἄχος.

Ἀχελῶος, n. pr. fluvius per Aetolorum et Acarnanum fines fluens. Ἀχελώου θύγατερ, εὐπάρθενε Δίρκα Bacch. 519. V. *Barnes.* ad l. Ἀχελῶον etiam omnem *aquam* fluviatilem ac fontanam dici multi observarunt. V. Hypsip. fr. IV (X) ap. *Matth.* p. 192. *Damm.* in lex. p. 1270. b. *Barnes.* ad Eur. Bacch. l. c. *Pflugk.* ad Andr. 167 et quos diligenter enumeravit *Passov.* ap. *Wellauer.* ad Aesch. Pers. 850. Artificiosior in hac re explicanda fuit *Herm.* Opusc. II. p. 304. Mihi Acheloi apud veteres celebritas a puris eius et liquidis aquis repetenda videtur. Unde non mirum et Dircen καλλιπόταμον Acheloi filiam appellari et ipsum Acheloum de omni fluminum ac fontium *aqua puriore* ac *liquidiore* dici. Ex Eurip. huc pertinent δεῖ σε σαίρειν δῶμα τοὐμὸν ἐκ χρυσηλάτων τευχέων σπείρουσαν Ἀχελώου δρόσον Andr. 167. δμωσὶν Ἀχελῶον φέρειν ἐννέπων Bacch. 625. Iota vulgo subscriptum omisimus. Est enim grammaticorum veterum inventum, qui ex epica forma Ἀχελώιος contractum temere putabant. V. s. ἀθῷος. *Const. M.*

Ἀχερόντειος, *Acheronteus.* Ἀχερόντειαν λίμνην fr. inc. tr. CCXLVII.

Ἀχερόντιος, *Acherontieus.* λίμναν Ἀχεροντίαν Alc. 445. λιμνᾶτα τὸν Ἀχερόντιον Herc. f. 770.

Ἀχερούσιος, *Acherusius.* δι' Ἀχερούσιον πόρον Herc. f. 838. V. *Matth.* ad Alc. 457.

Ἀχέρων, n. pr. flumen inferorum. δι' Ἀχέροντος ἴέναι Phoen. 1322. Stirpem recte indicavit *Passov.*

ἀχέτας, v. ἠχέτης.

ἀχθεινός (ἄχθος), *molestus.* ἀχθεινά μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά Hec. 1240. De homine. τίς οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν; Hipp. 94.

ἄχθεσθαι, *passivum* ex ἄχθος factum, *onerari*, et tralate *gravari, indignari.* V. *Rost.* ap. Damm. s. v. Cum *accusativo* rei, *quo* pertinet molestia s. indignatio, ap. Eurip. non legitur. V. Hom. Il. ε', 361. ν', 352. Cum *dativo* (v. s. ἀσχαλᾶν): *succensere, irasci.* (Κύπρις) σωφρονοῦντι ἤχθετο Hipp. 1402. ἡ Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν αχθεται Aeol. fr. IX (XIX), 2. Cum *participio* (v. *Matth.* gr. p. 1285): *graviter, moleste ferre.* λιπὼν ἂν οὐδὲν ἀχθοίμην βίον Heracl. 1017. τάδ' ἄχθονται βροτοὶ, εἰς γῆν φέροντες γῆν Hypsip. fr. VI (IV), 4. οὔ τι κωμάζοντ' ἂν ἠχθόμην σ' ὁρῶν Alc. 818. ἀνὴρ ὅταν τοῖς ἔνδον ἄχθηται ξυνών Med. 244. Absolute. ἄχθομαι, εἰ μή σε σώσω Iph. A. 1414. σὺ μηδὲν ἀχθεσθῇς, γέρον, Herc. f. 1264. Etiam Iph. T. 351 vulgo legebatur ἠχθόμην, φίλαι, ubi ἠσθόμην scribendum esse vidit *L. Dindorf.* Ceterum non verum est, quod *Passov.* et *Rost.* ap. Damm. s. v. narrant, ἄχθεσθαι etiam *gravem s. invisum esse* significare. Errorem excitavit ἤχθετο ap. Hom. Od. ξ', 366. Id vero non est ab ἄχθομαι, sed ab ἔχθομαι. V. s. ἀπέχθεσθαι.

ἄχθος. Cum ἄχος cognatum esse recte indicavit *Passovius*, neque erat cur αὖ ἔχω refugeret *Rost.* ap. Damm. s. ἄχθομαι. V. s. ἄχος. Differunt autem ita, ut ἄχος ipsum *gemitum* vel *dolorem* describat, ἄχθος id, quo efficitur *gemitus* vel sub quo *gemis* (ὑφ' οὗ τις ἀχεῖ) i. e. *onus, molem, molestiam, malum.* Hinc factum ut ἄχθος saepe cum genitivo rei, quae *oneris* s. *molestiae* causa est, coniungeretur. στειχέτω ἄχθη νεκρῶν Suppl. 940, *procedant mortuorum moles* i. e. *asportentur mortui.* ἅδε γᾶ καπφθίμενον φίλτατον ἄχθος οἴσει Rhes. 379, ut ap. Hom. ἄχθος ἀρούρης. πηγαῖον ἄχθος καρᾷ φέρουσαν El. 108. Tralate ἔχοντες μυρίων ἄχθος κακῶν Phoen. fr. IX, 8. πόλλ' ἐνεγκὼν τῶν ἐμῶν ἄχθη κακῶν Iph. T. 710. συμφορὰ, ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις Or. 3. τῆς ὑπεραλγεῖν μέτριον ἄχθος Alc. 887. ἄχθος ἐπ' ἄχθει τῷδε προσθέσθαι διπλοῦν Andr. 396; cf. ib. 475. δισσαί εἰσιν (αἰδοί)· ἡ μὲν οὐ κακὴ, ἡ δ' ἄχθος οἴκων Hipp. 386. δούλου φρονοῦντος οὐκ ἔστιν ἄχθος μεῖζον Alex. fr. VI, 3, *nihil molestius est.* ἄχθος ἡμῖν ἐγένεθ'

ἡ Φρυγῶν πόλις Iph. A. 682. ἄχθος τὸ γῆρας βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων ἐπὶ κρατὶ κεῖται Herc. f. 637, cui simile *pondus* ap. Ovidium *senectae*.

Ἀχίλειος, Ἀχίλλειος, *Achilleus*. τὸν Ἀχίλλειον τύμβον Hec. 128 χῶμ' Ἀχιλλείου τάφου ib. 221. μνῆμ' Ἀχιλλείου τάφου Tr. 39. πρύμναις σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ Iph. A. 241. τὸν Ἀχίλλειον σκόπον Andr. 1170. Ἀχιλλείου τόκου Tr. 1124. Forma μονόλαμβος in anapaesticis exstat Hec. 130. τῆς Ἀχιλείας λόγχης.

Ἀχιλεύς, Ἀχιλλεύς, n pr. *Molestinum* interpretatur *Herm.* Opusc. II. p. 193. Forma μονόλαμβος exstat in anapaesticis Hec. 95. 110 (v. *Matth.* ad v. 105). Iph. A. 124. 128. Tr. 575. *Genit.* Ἀχιλῆος in numeris dactylicis Iph. T. 436. V. *Herm.* ad v. 421 et ad S. O. T. 1216. *Accus.* Ἀχιλῆ El. 439, et Ἀχιλῆα Iph. A. 207. In unum coalescit εως Hec. 24. 95. 525. Or. 1657. Andr. 25. 125. 149. 212. 343. 971. 1069. Iph. T. 663. Rhes. 182. 491. Tr. 274. 619. εα Rhes. 977. Producitur α accusativi Andr. 1237. Hel. 98. V. *Barnes.* ad Andr. l. c. *Ellendt.* s. v. p. 283. ὁ Πηλέως παῖς Ἀχιλλεύς Hec. 38; cf. Iph. A. 803. Hel. 98. Πηλεῦ, — ἀπώλεσ' ἐκ σοῦ παῖδα τὸν ταχὺν πόδας Ἀχιλλέα τεκοῦσα (Thetis) Andr. 1237; cf. Iph. A. 708. Hel. 853. τὸν ἰσάνεμον ποδοῖν λαιψηροδρόμον Ἀχιλῆα Iph. A. 207. τὸν τᾶς Θέτιδος κοῦφον ἅλμα ποδῶν Ἀχιλῆ El. 439. Ἀχιλλέα δόμους ναίοντα νησιωτικους Λευκὴν κατ' ἀκτήν Andr. 1261. λευκὰν ἀκτὰν, Ἀχιλῆος δρόμους καλλισταδίους, Iph. T. 436. V. de hac re *Barnes.* ad Iph. T. l. c. et quos hic citavit, *Pflugk.* ad Andr. l. c. *Bachmann.* ad Lycophr. 193 et imprimis librum Petropoli a. 1827 editum: *Memoire sur les iles et la course consacrée à Achille dans le Pont Euxin.* Πάρις ὃς ἔπεφν' Ἀχιλλέα Andr. 655. ἦλθ' ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς φάντασμ' Ἀχιλέως Hec. 95; cf. ib. 38. λέγεται δόξαι σὴν παῖδα (Polyxenam) Ἀχιλεῖ σφάγιον θέσθαι Hec. 110; cf. ib. 263. πρὸς πυρὰν Ἀχιλλέως Hec. 386. 437. τύμβῳ Ἀχιλλέως Tr. 263. πέμπειν Ἀχιλλεῖ θυγατέρα (Iphigeniam) ὡς γαμουμένην Iph. A. 100; cf. ib. 362. 667. 885. 1341. Iph. T. 25. 856. El. 1020. ἡμῖν Ἀχιλλεὺς ἄξιος τιμῆς θανὼν ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος κάλλιστ' ἀνὴρ Hec. 309. Ἕκτορ' ἐξ Ἀχιλλέως θανόντα Andr. 8. παῖς Ἀχιλλέως (Neoptolemus) Hec. 24. 224. 523. 528. Andr. 21. 25. 125. 268. 881. 993. 1069. 1119. 1149. 1163. Tr. 274. 575. 619. 654. Ἀχιλλέως γόνος Andr. 971. 1239. δίκας Ἀχιλλέως πατρὸς ἐξαιτοῦντι (Neoptolemo) Or. 1657; cf. Andr. 343. τῶν Ἀχιλλέως δόμων Andr. 149. ἵππους Ἀχιλλέως Rhes. 182. Ἀχιλλέως ὄχον ib. 190. Ἀχιλλέως καὶ στρατοῦ κατὰ στόμα ib. 491. Ἀχιλλέως ὄνομα Iph. T. 663. Αἰδης Ἀχιλλεὺς ἦν ἀρ',

οὐχ ὁ Πηλέως Iph. T. 369. οὔτε σφ' Ἀχιλλέως οὔτ' ἂν Αἴαντος δόρυ σχέθοι Rhes. 601; cf. ib. 461. Μενέλεως δὲ μοι μείζων Ἀχιλλέως Andr. 212. μιάστορ' ὥς τιν' Ἀχιλλέως (Menelaum) ib. 615. βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα Teleph. fr. III (IV); v. *Matth.* Ἀχιλλεῦ Iph. A. 815.

ἀχλαινία, *vestium inopia.* ἀντὶ τῆς ἀχλαινίας ἐσθῆτα λήψει σίτά τε Hel. 1298.

ἄχλοος, *non virens.* ἄχλοα πεδία γᾶς Hel. 1343.

ἄχνη. Subtile verbum, cuius quae notio sit nonnisi recta etymologia dispicitur. *Dammii* quidem et scholiastae ad Eur. Or. 115 derivatio ab ᾱ et ἔχω aperte stupida. Etiam a χνόη falso deducunt *Passov.* et *Rost.* ap. Damm. s. v. Nec melior aliorum a χνόος derivatio, quod verbo ἄχνη multo recentius est. V. s. χνοῦς. Stirpem facile invenissent, si attendissent vocabulum et forma cognatum et usu simillimum ἄωτος, quod egregie explanavit *Buttmannus* lexil. II. p. 15 sqq. Nempe ut ἄωτος, ita ἄχνη (λάχνη, ἄχνρον) ab ἄω (ἄημι) profectum *quidquid facile diffiatur* vel *diffluit* h. e. omne *flabile, mobile, tenue, leve* significat. V. *Buttm.* l. c. p. 20, 6. *Etym. M.* p. 181, 48. *Suidas*: ἄχνη· πᾶσα λεπτότης ὑγροῦ καὶ ξηροῦ. Quam explicationem mirifice confirmant Latina vocabula item a *flando* dicta *flos* et *floccus*, quorum prius interdum eadem plane vi qua ἄχνη usurpatur. Itaque ἄχνη de *palea* volitante dicitur ut ἄχυρον, de *tela* ut in ἀράχνη (ἄρειν et ἄχνη), de *lanugine* et *pluma*, de *pulvisculo* metallorum, quem Latini quoque *florem* dicunt, de *rore*, „quem serenitas *tenuiter* spargit" (Apul.), de *fumo* „*volucri*" (Virg.), et imprimis de *spuma* fluxa et dissolubili. Huc pertinet οἰνωπὸς ἄχνη Eur. Or. 115, in quibus explicandis frustra se torquent scholiastae. Inepte autem vulgo vertitur *vini spuma:* imo *vinum spumans*, in quo prolepsis est: nam effusum demum spumat. Ap. Soph. Captiv. fr. VIII, 8. ἄχνη κέρκιδος non κάταγμα, sed *tenuissima telae fila* denotat. Nec δακρύων ἄχνη Soph. Tr. 844 cum *Passovio* vertendum *die perlenden Thränen*, sed *lacrimarum ros* (Ov. Metam. 10, 360. 14, 708).

ἀχόρευτος, *choreis carens*, hinc *lugubris, flebilis.* ἄτας κελαδεῖν ἀχορεύτους Tr. 121.

ἄχορος i. q. ἀχόρευτος. ἀχόρους στοναχὰς μέλποντο Andr. 1038.

ἄχος(-), *anhelitus, suspirium, gemitus.* τόδε κακὸν — ἔλακες ἄχος ἐμοὶ στένειν Ion. 777. στένεις ἐπ' ἀμφοῖν ἄχη Suppl. 820. τίς ὄρνις ὀδυρμοῖς ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός; Phoen. 1519; v. *Matth.* ad l. λιγυρὰ ἄχεα μογερὰ βοᾷ τὸν προδόταν Med. 205; v. *Matth.* ad l.

μεγάλων ἀχέων μέγαν οἶκτον Hel. 163. ἄχεα λύπης Hel. 386. Hinc id quod gemitum efficit, *dolor, moeror.* θεαὶ τῷδ' ἄχει πεπληγμέναι El. 1270. ἄχει τέκνων ἔπεσ' ἀμφὶ τέκνοισιν Phoen. 1570. μελέα τῶν σῶν ἀχέων Med. 358. δυοῖν ἄχη ματέρι τ' ἔλιπε Suppl. 1156. κοινὸν τόδ' ἄχος πᾶσι πολίταις ἦλθεν Hipp. 1462. κοινὰ φίλων ἄχη Phoen. 250. πρὸς ἐμὲ κακῶν ἔμολε τῶνδ' ἄχη ib. 357. κακῶν τοσῶνδε τοιάδ' ἄχεα φανερά ib. 1515. μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα Iph. A. 1334. ἔφερες ἄχεα πατρίδι φόνια Phoen. 1037. ἄφατα φανερὰ ἄχεα El. 1192. ἀχέ' ἄχεσιν (προσέβα) Iph. T. 198. Cf. Hel. 369. Oedipus ἄχη Thebarum vocatur Phoen. 1053. V. *Matth.* ad l. Denique id quod dolorem efficit, *aerumna, malum.* τὸ κοινὸν ἄχος (mortem) μετρίως ἀλγεῖν σοφία Alex. fr. IV (XVII), 1. πάντα συνάγαγεν ἀμετέροισι δόμοισιν ἄχη θεός Phoen. 1574. θεόθεν πίτνοντ' ἐπὶ δόμοις ἄχη Med. 1270. μεγάλων ἄρ' ἀχέων ὑπῆρξεν, ὅτε — Andr. 273. κήρυξ ἀχέων Hec. 108. ἔπαθον ἄχος ἀβίωτον Ion. 764. Sed v. s. ἀβίωτος, ubi quod conieci ἄχεος βίοτον confirmat locus Med. 649. αἰῶν' οἰκτροτάτων ἀχέων. Ἄχος et ἦχος (ἠχή) diversas habere radices mirum *Buttmanni* iudicium est lexil. II. p. 119. Ἄχος quidem cum ἀχεῖν ἄχεσθαι ἄχνυσθαι ab ἄημι, *flare*, descendere et quemlibet proprie *flatum* s. *sonitum* indicare certum est. V. ἄϋειν et exempla *Buttmanni* l. c. p. 117—119. Sed non minus consentaneum est ἄχος propter soni similitudinem (*ach*) nonnisi de *flebili* ac *lugubri sonitu* usurpari coeptum (*Aechzen, Seufzen*), nova autem forma ἦχος (ἠχή ἠχεῖν) tum simpliciter *sonitum* s. vocem tum sono ἦ convenienter *gravem* ac *raucum* sonitum expressum esse. V. s. ἦχος.

[ἄχραντος, *impollutus.* ἄχραντον αἷμα καλλιπαρθένου δέρης Iph. A. 1574.]

ἀχρεῖος, *inutilis, inanis.* De hominibus. ἀνὴρ ἀχρεῖος fr. dub. XXIII, 15. δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι Med. 299. γέροντ' ἀχρεῖον Herc. f. 42. De rebus. βίον ἀχρεῖον ἀνόσιον κεκτημένοι Herc. f. 1302. οὐκ ἀχρεῖον δραμὼν ἀγῶνα El. 883. ἀχρείους ἡδονάς Autol. fr. I (III), 15. τὴν σὴν ἀχρεῖον δύναμιν Heracl. 58. V. *Matth.* et *Pflugk.* ad l. ὡς ἀχρεῖον τὰς γυναῖκας εὖ λέγειν Suppl. 299.

ἀχρήμων, *inops.* ὡς μήτ' ἀχρήμων ἐκπέσῃς μήτ' ἐνδεής τον Med. 461.

ἄχρηστος, *inutilis.* κοὐδέν γ' ἄχρηστον οὐδὲ χρήσιμον παρόν Iph. A. 521. χρυσὸς ἀμαθίας μέτα ἄχρηστος Antig. fr. XII, 2. πόλις ἄχρηστος (ἀνήρ) Heracl. 4. οὐ τὸ τοῦ θεοῦ γ' αἴτιον γενήσεται πτοεῖν ἄχρηστον θέσφατον Iph. T. 121, *non dei culpa fiet, ut inane*

sit s. ad irritum cadat oraculum. Quo in loco nec a consueta adiectivi significatione recedendi nec iota subscribendi causa erat. Utrumque fecit *Herm. Activa* vi *non utens* exstat ἄχρηστος Tr. 667. τὸ θηριῶδες ξυνέσει τ', ἄχρηστον τῇ φύσει τε λείπεται. V. *Matth.* ad Hec. 680.

ἄχρωστος, *intactus.* C. *genit.* οὐκ ἄχρωστα γόνατ' ἐμῶν ἕξει χερῶν Hel. 837. V. s. χρώζειν.

ἀχώ, v. ἠχώ.

ἄψ, *retro.* „In scena Attica inauditum." *Valck.* Temere igitur *Barnesius* intulit ap. Eurip. in Meleagr. fr. XIII (XVII), 2. V. *Matth.* p. 229. Stirps autem quamvis primo adspectu ἀπό esse videatur, tamen, quum *reversionis* notio in ἀπό rara sit ac fortuita, in ἄψ primaria ac propria, cum αὖ potius cognatum existimandum est. Neque obscura origo est. Nam ᾱ illud *iterativum*, de quo diximus s. αὖ, quum assumsisset digamma (αF), hinc una ex parte ἀβ (ἀβς) ortum, ex altera parte αὖ. V. *Matth.* gr. p. 52. Ita etiam vetustas particulae explicationem habet. *Const. M.*

ἀψευδής, *non mentiens, verax.* ἀψευδὴς θεός Or. 364. μάντις ἀψευδέστατος fr. inc. tr. CCXL. (Phoebus) θάσσει ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ Iph. T. 1254. οὐδ' οἱ σοφοί γε δαίμονες πτηνῶν ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι ib. 571. ἀψευδὲς στόμα Heracl. 891. ἀψευδὲς ἦθος Suppl. 869, *ingenui, sinceri mores.* ἧς (δυσπραξίας) μήποθ' ὅστις καὶ μέσως εὔνους ἐμοὶ τύχοι φίλων ἔλεγχον ἀψευδέστατον Herc. f. 59, *certissimum*, ubi etiam nos *untrüglich.* De *accus.* v. s. ἄτη et ἔλεγχος.

ἀψίς, *apsis*, hinc *rota.* ἀψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος Hipp. 1233. κρᾶσιν ὑγρὰν οὐκ ἔχων ἀψῖδα σὴν κάτω διήσει Phaëth. fr. IX (VII), 2. Παρνησιάδες ἄβατοι κορυφαὶ καταλαμπόμεναι τὴν ἡμέραν ἀψῖδα βροτοῖσι δέχονται Ion. 88. Ita Ald. rell. Flor. 1. τὴν πραεῖαν. *Cant. Herm.* ἡμερίαν. Id est spuria emendare. Recte *Dindorfius:* „ἡμέραν qui hic intulit, non puto adiectivum esse voluit, sed substantivum, quo illud ἀψῖδα interpretaretur. Id deinde expulit adiectivum illud, quod ad ἀψῖδα addiderat Euripides quodque neque ἡμερίαν neque πραεῖαν fuit." V. s. ἡμέρα. De origine vocis v. *Passov.*

ἄψοφος, *quietus.* (Ζεῦς) δι' ἀψόφου βαίνων κελεύθου Tr. 887. V. *Barnes.* ad l.

ἀψῡχία, *ignavia.* Phereti tribuitur pro filio mori tergiversato. πάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ Alc. 645, ut ib. 699. ἐμὴν ἀψυχίαν λέγεις. 720. σημεῖα τῆς σῆς ἀψυχίας. 959. ἀψυχίᾳ πέφευγεν Ἅιδην.

ἄψῡχος, *inanimus.* ἀψύχῳ νεκρῷ Tr. 619. οὐκ ἂν προδοίην καί-

περ ἄψυχον φίλον Protes. fr. VII, quod Hec. 808 est μὴ βλέποντα, De rebus. ἄψυχον εἰκὼ σώματος Med. 1162. κέρασιν ἐν ἀψύχοις ἀχεῖ Ion. 883. δι' ἀψύχου βορᾶς σίτοις κατήλευε Hipp. 952. V. *Matth.* ad l. De victu Orphico cf. *Lob.* Aglaoph. p. 622 sq.

ἀωρί, *intempestive*. ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέος περῶντα fr. inc. tr. CLXXV, 1. De terminatione v. s. ἀμοχθεί p. 164 sq.

ἄωρος, *intempestivus*, *immaturus*. ὦ τῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλίας τύχης Hec. 425. πότμον θανάτου τ' ἀώρου Or. 1030. θανάτους ἀώρους Thes. fr. V (IV), 4. μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον Iph. A. 1218. θανεῖν ἀώρους παῖδας Alc. 166. V. *Rost.* ap. Damm. s v. ἀώς, v. s. ἠώς.

B.

Βαβαῖ, *babae*, prae stupore exclamantis interiectio. βαβαῖ· χρεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος Cycl. 156. Falso acuitur ap. *Matth.* et *Dind.* V. s. ἄ p. 1 sq. et αἰ p. 55.

βαδίζειν (βάω), *meare*. νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον ἡλίου τε φῶς ἴσον βαδίζει τὸν ἐνιαύσιον κύκλον Phoen. 547. Cf. *Doederl.* Synonym. IV, p. 57.

βαδιστής, *pedes*. δρόμου ταχὺς βαδιστής, *cursor*, Med. 1182, quod El. 824 est δρομεύς.

βάζειν, proprie *garrire*, inde omnino *loqui*. μάταια βάζει Hipp. 119. πολλὰ τὴν βασιλίδ' ἑστίαν κακῶς ἔβαζε, *maledicebat*, Rhes. 719. ch. Cum φημί (φάω φράζω φάσκω, βάω βάζω βάσκω) ex ἄω factum. V. s. ἄϋειν. Simul autem per onomatopoeiam (βα, βαβαῖ, βαβάζω) depingit primas quas infans balbutit voces, ut Lat. *balare*, *balbutire*, *lallare*, et nostrum *lallen*. Eiusdem originis nostrum *Papa*, *Mama*.

βάθος, *profundum*, *altum* (v. s. βαθύς). κοῖλον αὐλώνων βάθος Rhes. 112. βάθος πόντου Tr. 1. Tralate εἰς τοσοῦτον ἦλθομεν βάθος κακῶν Hel. 310, ubi *Pflugk.* apte comparat πέλαγος, κῦμα κακῶν. *Altitudo.* σκύφος εἰς εὖρος τριῶν πηχέων, βάθος δὲ τεσσάρων ἐφαίνετο Cycl. 390. *Amplitudo*, *laxitas*. ἐς αἰθέρος βάθος Med. 1297, *in immensum aetherem*, ut Phoen. 816. αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς.

βάθρον. Non recte *Ellendtius* in lex. Soph. interpretatur *locum quo quis consistit*, *terram*, *solum*. Cui notioni origo vocabuli repugnat. Nempe cum βάσις βῆμα βαθμός a βάω (βαίνω) descendit, quatenus est *gradi* s. *scandere* (*steigen*), plane ut *gradus* dicitur a *gradiendo*, *Steige* a *steigen*. Itaque locum proprie altiorem denotat, in quem *gradum faciens* vel *scandens* pervenis. 1. *Gradus*, *scala* (scando),

i. q. βαθμός s. βαθμίς. (Capaneus) κλίμακος ἀμείβων ξέστ' ἐνηλάτων βάθρα Phoen. 1186; cf. v. 1180 et Suppl. 729. πρὸς ἀγνοῖς θάσσειν ἑστίας βάθροις Herc. f. 715. πρὸς κρηπίδων βάθροις πέπτωκε Πρίαμος Ζηνὸς Ἑρκείου θανών Tr. 16. Cf. Soph. O. T. 142. O. C. 1591. 2. *Pulpitum, agger, suggestus* (*Erhöhung*), i. q. βῆμα. πετρίνοις ἐπιστὰς κάρυξ ἰάχει βάθροις El. 707. 3. *Basis, sedes*, i. q. βάσις. *Hesych.* βάθρον· βάσις, ὑποπόδιον. Cf. *Etym. M.* s. v. et *Polluc.* III, 90. τί τόδε (θεᾶς ἄγαλμα) μεταίρεις ἐξ ἀκινήτων βάθρων; Iph. T. 1157, ut ib. 1201. οὔ ποτ' ἄν νιν ἡράμην βάθρων ἄπο. Quod quum *basis* pro fundamento sit, hinc βάθρον etiam trālate de *fundamento* dicitur. εἴ σε (Troiam) μὴ διώλεσε Πάλλας —, ησθ' ἂν ἐν βάθροις ἔτι Tr. 47, *stares*. γίγας πόλιν μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βάθρων Phoen. 1139, ut Ἰλίου ποτ' ἐξαναστήσας βάθρα (Hercules) Suppl. 1197. Τροίας ἐξανεστάθη βάθρα Hel. 1668. De homine. ἄνδρα (Herculem) αὐτοῖσιν βάθροις ἄνω κάτω στρέψασα (Iuno) Herc. f. 1306, i. e. *funditus*, ut ἐκ βάθρων ἀνῆρησαι φίλοις El. 608. V. *Seidl.* ad l. 4. *Scamnum* (scando), *sedes*: nam *sedendo* aptus quivis locus altior. θάτερον λαβὼν βάθρον (Orestes reus) Iph. T. 962, ubi v. *Barnes*. Cf. Soph. O. C. 101 cum v. 19 et ib. 263 cum v. 233. Hinc 5. *sedes, domicilium*. Absolute hac vi dicuntur Κυκλώπων βάθρα Herc. f. 944. Huc referenda metaphora, qua Cyclopis antrum κινδύνου βάθρα vocatur Cycl. 351, *Wohnsitz der Gefahr*, ubi inepte nonnulli intelligunt *periculi limen s. viciniam*. Saepissime vero hac potestate circumlocutioni inservit βάθρον. Quod loquendi genus multum fefellit interpretes. Huc e Sophocle pertinent Phil. 1000. Ai. 135 et 860, quae non recte interpretatus est *Wunderus* ad Ai. 135, licet recte explicuerit verba γῆς ἀλύπητον βάθρον O. C. 1562. Huc ex Euripide numeranda Τροίας κλεινὸν βάθρον Iph. A. 1263. στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα ib. 81. Ita Θεσπρωτὸν οὖδας repetitur verbis σεμνὰ Δωδώνης βάθρα Phoen. 989. Sic etiam οἰκεῖς σεμνὰ Πηλίου βάθρα Iph. A. 705. τρίαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις Erechth. fr. XVII (I), 47. In talibus non singulum terrae vel urbis locum, sed ipsam terram vel urbem, quatenus *sedes* est, significari apparet ex iis, quae de hoc usu monui Quaest. Soph. p. 19 sq. *Const. M.*

βαθύξυλος, *arboribus densus*. ὕλης ἐν βαθυξύλῳ φόβῃ Bacch. 1136, quod poetico more dictum ut πρῶραι ναῶν ὠκεῖαι Tr. 122. Cf. Hom. Il. ε', 555. λ', 415. π', 766. ν', 491.

βαθύπλουτος, *opibus abundans*. Εἰρήνη βαθύπλουτε, *opum dives*, Cresph. fr. XV (IV), 1. Bene *Grotius*: *Pax, circumfusa beato sequitur quam copia cornu.*

βαθύς proprie dicitur locus spatiosus, per quem longe incedendum est (βατέον), priusquam ad finem pervenias, vel qui longo porrigitur s. pertinet (*der weit geht*), nos ubi simillime *weitläufig*: nam est a βάω (βαίνω). Itaque pro diversa loci regione aut *profundus* est aut *latus*. *Profundus, altus.* βαθύς γέ τοι Διρκαῖος ἀναχωρεῖν πόρος Phoen. 737. βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν Hipp. 1138. βαθεῖαν ἄλοκα τραύματος Rhes. 796. Huc referas etiam πολλάκις ξηρὰ βαθεῖαν (i. e. *feracem*) γῆν ἐνίκησε σπορά Andr. 638. V. *Matth.* ad. l. et s. βαθύσπορος. *Latus, amplus.* ἐκ βαθείας αἰθέρος fr. inc. tr. CXXXII, 3, ut Med. 1297. αἰθέρος βάθος. Tralate vero est *infinitus, immensus, ingens, magnus*, ubi etiam Latinis saepe *altus* et nobis *hoch, tief* usurpatur. Huc pertinent praeter βαθὺς πλοῦτος — κίνδυνος, βαθεῖα φρήν — φρόντις, βαθὺ κλέος etiam οὐ βαθεῖαν κυλίκων νείμεν ἐμοὶ τέρψιν Soph. Ai. 1200, *den Hochgenuss.* Sic Ald. Bar. 1. Aug. C. Βαθειᾶν, quod vulgo legitur, non modo a tragoediae gravitate abhorret, sed etiam ab orationis concinnitate: sequitur enim οὔτε γλυκὺν αὐλῶν ὄτοβον. Iniuria igitur *Ellendtium* βαθεῖαν praeferentem obiurgat *Herm.* in eph. ant. Darmst. II. p. 759. *Const. M.*

βαθύσπορος i. q. βαθύγειος. De agro dicitur *soluto* ac *pingui*, qui *alte* demittit *semina.* γύας βαθυσπόρους Phoen. 651, ut ib. 673. εἰς βαθυσπόρους γύας. *Schol.* βαθυσπόρους, ἃς Ὅμηρος ἐριβώλακας λέγει. ἔπαινος δέ ἐστι γῆς τὸ μὴ ξηρὰν αὐτὴν εἶναι, ἀλλὰ λιπαρῆ, καὶ εἰς βάθος παρέχουσαν ῥιζοῦσθαι τὰ σπέρματα. V. s. βαθύς.

βαίνειν (βάω). Ex ἄω condensato spiritu natum esse patet, unde sono mutato etiam synonymum ἴέναι (ἔω). Itaque

I. transitivam proprie seu potius factitivam *movendi* potestatem habet. V. p. 41. 42. Qua antiquissima vi etiam antiquissimae potissimum verbi formae, fut. βήσω et aor. 1 ἔβησα, usurpantur. V. Hom. Il. ε', 164. λ', 756. π', 810. Pind. Ol. 6, 40. Ex Euripide huius modi sunt θεοκλυτεῖ Θέμιν (Medea), ἃ νιν ἔβασεν Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον Med. 209, *duxit.* τειχέων ἔντος οὐ βαίνω πόδα El. 94, ut ib. 1173. βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα, ubi Latini quoque *pedem movere.* Plura congessit *Wunderus* in Censura Aiacis Lobeckiani p. 27 sq. Quamquam quae ille de hoc verbo disputavit in eodem libello p. 31 non vera esse ex iis, quae ante diximus, apparet. Neque βαίνειν πόδα et ἄΐσσειν χέρα diversa esse umquam quisquam evincet. Ambo enim verba ex ἄω quippe facta *movere* proprie significant. Unde explicandum quod verbi βαίνειν etiam *passivum* (v. *Matth.* gr. p. 543) et *medium* βήσομαι, me movebo (ἐβησάμην), reperiuntur. V. p. 80.

II. Mox vero invaluit neutralis verbi significatio, qua omisso pre-

nomine ἑαυτόν (v. s. ἄρχεσθαι et *Lob.* ad Ai. p. 188 sq.) est *se movere*, ubi etiam Latini neutrali sensu *movere*. Hinc 1. est *gradi*, *ingredi*, *incedere*, *ambulare* (*schreiten*, *treten*, *wandeln*, *einher gehn*). Τροίας οὕνεκ', ἔνθα βαίνομεν (Athena et Poseidon) Tr. 57, ut ap. Virg. *ego quae Divum regina incedo.* ὦ χρυσέαις ἐν οἰνοχόαις ἁβρὰ βαίνων (*Ganymedes*) Tr. 821. διὰ λαμπροτάτου βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος (Athenienses) Med. 830. ἁβρὸν βαίνουσα παλλεύκῳ ποδί (Glauca) ib. 1164. V. ἁβρός. εἰσορῶ πρὸ δωμάτων βαίνοντ' Ὀρέστην ἐπτοημένῳ ποδί Or. 1505. νεβρὸς ὑψικόμων πέραν βαίνουσ' ἐλατᾶν σφυρῷ κούφῳ Alc. 589. Sic etiam Ion. 1166. ἐν δ' ἄκροισι βὰς ποσὶ κήρυξ ἀνεῖπε —, nisi hic legendum στάς, quum *incedendi* notio per se potius flagitet praesens βαίνων, quam aor. βάς. Praeterea huc referenda τᾷδε τᾷδε βᾶθί μοι Phoen. 1712, *tritt hieher*. Cf. vv. 1710 et 1713. εἰς ἴχνος βᾶσ' ἀρβύλης σκέψαι βάσιν El. 532, *vestigiis insistens*, ubi etiam nos *in die Fusstapfen treten*. Tralate ὀρθῷ βῆναι ποδί Hel. 1465, *felici esse in statu*, quod Soph. El. 979 est εὖ βεβηκέναι. (Ζεῦς) δι' ἀψόφου βαίνων κελεύθου Tr. 888, ubi v. *Barnes*. 2. *Scandere* (*steigen*). Cum nudo *accus.* (v. s. 3). πατὴρ ὄπισθε νῶτα σειραίου βεβὼς ἵππευε Phaëth. fr. IX. X (VII. VIII), *tergo pone conscenso*. Cf. Hom. Il. γ', 262. 312. V. infr. 6. Cum εἰς vel ἐπί. βὰς εἰς θάλασσαν Iph. T. 1382. εἰς ταὐτὰ βαίνων ἅρματα El. 320. εἰς ἄκρα βῆναι κλιμάκων ἐνήλατα Suppl. 729. δούλη ναῦς ἐπ' Ἀργείων ἔβην Andr. 402. Φθιάδων ἵππων ἐπ' ἄντυγα βαίη Rhes. 238. βαῖνε πύργων ἐπ' ἄκρας στεφάνας Tr. 778. 3. *Vadere* (quod ex ipso βάω factum), *ire*, *proficisci*. Cum nudo *accusativo*: quae propria ac primitiva et verbi constructio est et accusativi notio. τὸν ἱππευτὰν Ἀμαζόνων στρατὸν ἔβα (Hercules) — κόρας Ἀρείας φάρος, ζωστῆρος ὁλεθρίους ἄγρας Herc. f. 408 sqq. V. *Matth.* ad l. ἴθι, Διθύραμβ', ἐμὰν ἄρσενα τάνδε βᾶθι (*subi*) νηδύν Bacch. 527. τὰς Κασταλίας βαίνετε δίνας Ion. 96. πρόβα· βᾶθι κεὐθος οἴκων Alc. 875. λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην Iph. T. 1138. τίν' ἀνὰ (s. v.) χεῖρα δόμους ἔβα Λοξίου; Ion. 1455. μόνος ἔτλα ναύσταθμα βὰς κατιδεῖν Rhes. 244. ὄρος βᾶσα Hipp. 233. σ' ἄστρων ὡς βεβηκυῖαν μυχοὺς ἤγγελλον Hel. 623; cf. v. 611. Hinc οὐδὲ γήρως ἔβας τέλος σὺν τᾷδε Alc. 416, *pervenisti*. Huc pertinent formulae πᾶ βῶ, πᾶ στῶ, πᾶ κέλσω; Hec. 1057. πᾶ στῶ, πᾶ βῶ, πᾶ κάμψω; ib. 1079. ποῖ βῶ; πᾶ στῶ; τί λέγω; τί δὲ μή; Alc. 866. V. *Ellendt.* lex. I. p. 289. Alius rationis *accusativus* est in his: θανόντες εἰς αὐγὰς πάλιν ἀλίου δίσσους ἂν ἔβαν διαύλους Herc. f. 662. πρόσω βάντι ποταμὸν Ἦλις κάθηται Cresph. fr. VII. p. 124 ed. *Matth.*, i. q. καταβάντι. In his *accus.* non *finem*, sed ipsam *viam*, *ad quam* pertinet itio, significat.

Casus vero notio fere augetur adiecta praepositione. *Εἰς, ἐς, ἔσω. βᾶτε, βᾶτε δ' εἰς δόμους* Hel. 338, *intrate, ingredimini.* Et sic *βέβηκ' ἐς Ἅιδου τὸν κύνα εἰς φῶς ἀνάξων* Herc. f. 24. *ἐς οἴκους βᾶσα* Hel. 1093. *εἰς δαφνώδη γύαλα βήσομαι τάδε* Ion. 76. *βαίν' ἔσω δόμων* Or. 1624. Cf. Med. 1019. Or. 301. Andr. 818. El. 689. Herc. f. 955. *ἀγρόθεν πυλῶν ἔσω βαίνων* Or. 865. *τειχέων ἔσω βεβώς* Bacch. 1221. *βάσομαι ἐς αἰθέρα πολὺν ἀερθείς* fr. inc. tr. CLIV, 2. Cf. Hel. 611. 623. Hinc tralate *νῦν καλλίνικοι γενησόμεσθα κεἰς ὁδὸν βεβήκαμεν* Med. 766, ubi nos: *die Sache ist im Gange.* Patet autem hysteron proteron in his inesse. (*Ἕλληνες*) *ὅπλων ὄντες καὶ μάχης αἴστορες ἔβησαν εἰς τἀνδρεῖον* Andr. 684, *ad fortitudinem venerunt. πικρᾶς ἐς ἀρχὰς βαίνεις* Hel. 667. *τί ποτ' εἰς φανερὰν ὄψιν βαίνουσι (θεοὶ) βροτοῖσιν;* El. 1237, *in adspectum veniunt. τῶν χρωμένων τῇ πόλει εἰς ἀξίωμα βάς* Ion. 603. *οὐ γὰρ ἐλπίδων εἴσω βέβηκα* Hel. 1540, ubi nos: *ich will nicht hoffen — fürchten.* *Ἐπί.* C. *dat.* *Ἰσμηνοῦ ἐπὶ χεύμασι βαίνων* Phoen. 800. *ὃ μὲν πάρ' οἴαχ', ὃ δ' ἐπὶ λαίφεσιν βεβώς* Tr. 685. C. *gen.* *ἐπ' οἰάκων βάς* (Menelaus) Hel. 1626. *ἐπ' ἀπείρου γᾶς ἔβασαν* Hipp. 763, *egressi sunt, exierunt in terram.* Tralate *σὺς ἀλάστωρ ἐπὶ παῖδας ἔβα* (*irruit*) *σούς* Phoen. 1552. *δειμαίνω συμφορὰν ἐφ' ὅ ποτε βάσεται ἄτοπος* Ion. 688. *ὧδ' ἔβητ' ἐπὶ ξυροῦ;* Herc. f. 630; v. *Passov. s. ξυρόν.* *Ὑπό. βᾶτε Πλειάδας ὑπὸ μέσας* Hel. 1505. *Πρός. βέβηκε πρὸς τάφον* Or. 1185. *βᾶθι πρὸς εὐνάς* Rhes. 1. 24. *Διά. ἔβα* (Hercules) *δι' Εὔξεινον οἶδμα λίμνας* Herc. f. 410. Hinc tralate *δι' ὀδύνας ἔβας* Alc. 877. Cf. El. 1210. Phoen. 1554. *διὰ δίκας ἔβα θεῶν νέμεσις ἐς Ἑλέναν* Or. 1361. V. de talibus nos *s. διά, Matth.* gr. p. 1353, e, et quos citavit *Pflugk.* ad Andr. 175. Porro notanda: *ἀνὰ στέγας φυγάδες ἔβησαν* Hec. 1172, *fugerunt. βαῖνε λευστήρων πέλας* Tr. 1039. Cf. Hel. 1357. *πρόσθε ναοῦ τοῦδε ὅπως βαίης πέλας* Heracl. 657. *ἐκ τοῦδε βαίνων* (Hercules) *ἕρματ' οὐκ ἔχων ἔχειν ἔφασκε δίφρου τ' εἰσέβαινεν ἄντυγα* Herc. f. 947. *πυκνὴν βαίνων ἴλυσιν μόλις περᾷ* Phoen. 851, ubi e *περᾷ*, non e *βαίνων*, pendet accusativus *ἴλυσιν. βᾶσά νιν δεῦρο πόρευσον* Med. 180, ubi nos: *geh und führe sie hieher.* Cf. Rhes. 563 et 544. Similiter etiam *ὑμᾶς βάντας χρὴ προταινὶ τάξεων φρουρεῖν* Rhes. 523. Difficilis locus est *μέτεσσι (τοῦ φωτὸς) οὐδὲν πλὴν ὅσον χρόνον ξίφους βαίνω μεταξὺ καὶ πυρᾶς Ἀχιλλέως* Hec. 437, quae ad sensum aptissime vertit *Boissonadius: dum ambulo hinc ad gladium et ad rogum.* Falsum certe quod putat *Pflugkius βαίνω* esse i. q. *βέβηκα, adsto.* V. *s. μεταξύ.* 4. *Accedere, venire.* Scilicet etiam *venire* proprie simpliciter erat *sese movere.* Neque enim compositum illud videtur ex *vēnum ire*, sed eiusdem

stirpis esse, cuius est vehere, ventus. V. s. ἀνά in. πόθεν ἔβας; πο-δαπὸς εἶ; Rhes. 682. τίς ἀνδρῶν ὁ βάς; quis est qui venit huc, ib. 692. Cf. ib. 710. γέλασε (Ζεὺς), ὅτε τέκος ἄφαρ ἔβα Iph. T. 1274; v. s. ὅτι. ξύναψον, παρθέν' · εἰς καιρὸν δ' ἔβης Phoen. 106. ἔβας ὦ χρόνῳ γαῖαν πατρῶαν ib. 302. ἔβας ἔβας ὦ πτεροῦσσα —, Καδ-μείων ἀρπαγά ib. 1026. ὦ Τελαμὼν, ἔβας Ἴλιον Ἴλιον ἐκπέρσων Tr. 802; cf. ib. 806. ὦ Διὸς γένεθλον (Epaphe), βᾶθι βᾶθι τάνδε γᾶν Phoen. 687. ἔβαν (tres deae) Πριαμίδαν Andr. 286. (Παρθενοπαῖος) ἐπ' ἐμὰν πόλιν ἔβα πέρσων Phoen. 155. Ἑλλάδος ἐκ γᾶς πλωτήρων εἴ τις ἔβα δουλείας ἐμέθεν πανσίπονος Iph. T. 449. ἔβα καὶ πάρος κατὰ πτόλιν (Ulixes) Rhes. 710. ἤδη τις ἔβα Δαναῶν κήρυξ; Tr. 184. χρόνῳ ἔβα — Οἰδίπους Θηβαίαν τάνδε γᾶν Phoen. 1052. Τύριον οἶδμα λιποῦσ' ἔβαν ib. 210. τίνες ποτ' ἄρα τὸν εὔυδρον λιπόντες Εὐρώταν — ἔβασαν ἔβασαν ἄμικτον οἶαν —; Iph. T. 402. πατρὸς ὕδωρ βᾶτε λιποῦσαι Νύμφαι Herc. f. 786. Cf. Alc. 583. οὐδ' ἔβα πάλιν (Hercules) Herc. f. 429, rediit. Hinc locutio μοῦσαν ἐπὶ καλλίνικον οὐράνιον ἔβαν αἰνιγμ' ἀσύνετον εὑρών Phoen. 1720, i. e. aenigmate soluto gloriosam propter victoriam (καλλίν.) in coelum (οὐράν.) elatus sum carminibus h. e. celebratus sum. Similiter nos: zu Ruhm und Ehre kommen. Notandus autem in his omnibus constans aoristi usus. Nam si quis in locum aliquem pervenit, itio, quam proprie designat βαίνειν, absoluta est. Contra, si quis nondum advenit, sed adhuc in via est, vel perfectum ponitur (v. s. 6), ut in loco Iph. A. 1103, de quo diximus s. ἄρα, 3, a. extr., vel praesens, ut si nova persona in conspectum venit. ὅδε πατὴρ βαίνει πέλας Suppl. 1031; cf. Iph. T. 410. οἵδ' ἐκ δόμων βαίνουσι λαιψηρῷ ποδί El. 549. Tralate praesens positum Or. 976. παρ' ἐλπίδας μοῖρα βαίνει. 5. Exire, discedere, abire. ἔξω τῶνδε βήσομαι δόμων Hipp. 53. ἐκ γῆς βησόμεσθα βαρβάρου Iph. T. 908. ἐμὲ λιποῦσα βήσει ῥοθίοις πλάταις ib. 1133. πύργων ὀλλυμένων ἐνὶ ναυσὶν ἔβαν ib. 1109; v. s. ἐν, 1. τίς οὐκ ἔβα νεανίδων, τίς οὐ γεραιὸς ἐκ δόμων; Tr. 527. παλαιᾷ φυγᾷ πατρώων ἀπὸ δωμάτων ἀλαίνων ἔβα, fugit (Orestes), El. 589. βᾶθι ἱερῶν δαπέδων ἄπο, βᾶθι Suppl. 271. ὦ τέκνον, ἔβας ib. 1162, quae quo sensu et ad quem dicantur incertum est. Quod si quem discessisse nec dum rediisse vel rediturum esse significatur, ubi nos dicimus fort sein, solemne est perfectum. ἦ δ' ἐκ δόμων βέβηκεν Alc. 770. βέβηκ' ἀδελφὴ σὴ δόμων ἔξω Phoen. 1332. Ἑλένη βέβηκ' ἔξω χθονός Hel. 1531. Cf. ib. 1538. 1629. Suppl. 1039. Bacch. 645. Andr. 1062. ἄρτι κἀπ' ἐμοῦ βέβηκ' ἀποσπασθεῖσα Κασάνδρα Tr. 613. μῶν λόχος βέβηκε ποι; — ἴσως ἐφ' ἡμῖν μηχανὴν στήσων τινά Rhes. 577. βεβᾶσι

φροῦδοι δίπτυχοι νεανίαι Iph. T. 1289. οἶσθ' ὅπη βεβᾶσιν ἄνδρες; Rhes. 689. βασιλεὺς βέβηκε πρὸς ἀλκὴν Μυκηνίδα Phoen. 868. Cf. Herc. f. 621. βέβηκεν Suppl. 1043. Cf. Iph. T. 1478. Tr. 1145. Ion. 749. Saepe hac vi *perfectum* ad mortem vel interitum transfertur estque *periisse* vel *interiisse*, ubi simillime Latini *decedere* vel e *vita discedere*, nos: *dahin sein*, *dahingegangen sein*. βέβακε γὰρ βέβακεν, οἴχεται γέννα Πέλοπος Or. 969. βέβηκεν, οὐκέτ' ἔστιν Ἀδμήτου γυνή Alc. 393. ἄπο δὲ φθίμενοι βεβᾶσιν Ἰλιάδαι βασιλεῖς Andr. 1022. βεβᾶσιν, οὐκέτ' εἰσί σοι, ματερ, τέκνα, βεβᾶσιν Suppl. 1139. μαῖα δὴ κάτω βέβακεν, οὐκέτ' ἔστιν ὑφ' ἁλίῳ Alc. 395. βέβακε δ' Ἀτρείδας ἁλόχου παλάμαις Andr. 1026. βέβακ' ἄναξ ὁ καινός Herc. f. 768. Similiter βέβηκεν (Helena) προς αἰθέρος πτύχας ἄφαντος Hel. 611. Paulo aliter βέβακα δυσποτμος Tr. 290, quod ut ὄλωλα et Lat. *perii* desperantis est: *ich bin verloren*. Etiam de rebus. βέβακεν ὄλβος, βέβακε Τροία Or. 582. βέβακεν ὅρκων χάρις Med. 439. λουτρὰ γυμνασίων τε δρόμοι βεβᾶσιν Tr. 834. 6. Quum vero, quatenus βαίνειν proprie est *ire* *movere*, perfectum etiam *continuatam* in loco *motionem* indicet, hinc βεβηκέναι etiam de eo dicitur, qui alicubi *versatur* s. *commoratur* (*sich herumtreiben*, *verweilen*). Unde factum ut pariter atque Lat. *versari* saepissime idem denotaret quod εἶναι (*sich wo befinden*). Tetigit hanc vim *Wunderus* ad Soph. O. C. 52 (v. ad Ant. 977), falso tamen statuens eam inde ortam esse, quod, si quis *venit* in locum, ibi *versetur*. Originem notionis declarat locus ab *Ellendtio* hanc in rem citatus Soph. O. C. 52. τίς ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ', ἐν ᾧ βεβήκαμεν. Quibus simillima sunt ἐλευθέρα γαῖ', ἐν ᾗ βεβήκαμεν Eur. Heracl. 62. Θόας ποῦ κυρεῖ βεβώς; Iph. T. 1285. ἔστιν ἐν οὐρανῷ βεβακὼς τεὸς γόνος Heracl. 910. κυρεῖ κήποις ἐν καταῤῥύτοις βεβώς El. 777. ἐν λιμέσιν Ναυπλίοισι βεβῶτος ib. 453. ἐν μάχῃ βεβώς Suppl. 850. ἐν οἷς (τεθείποις) βεβηκώς Herc. f. 178. οὗτος τίς κυρεῖ, ὃς ἅρμα — ἡνιοστροφεῖ βεβώς; Phoen. 176; v. *Matth.* gr. p. 914, b; quamquam non refragor, si quis ut in Beller. fr. IX. X (v. s. 2) interpretatur *curru* *conscensa* vel etiam illa cum his componit. Porro πάτερ, τί κλαίεις τηλόθεν παιδὸς βεβώς; Herc. f. 1112. οὗ (Ἐτεοκλέους) παρ' ἀσπίδα βέβηκας ἀεί Phoen. 1081. ἐγγὺς, οὐ πρόσω βεβηκώς, sc. qui te occidet, ib. 599. Sic optime *Wakefield.* *Porson.* *Dindorf.* e *Musgravii* coniectura. Vlg. incommode βέβηκας; quod si verum esse vis, μόρου certe supplendum erit. Porro huc pertinent θανάτου πέλας βεβῶσι Or. 1044. ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκοτα fr. inc. tr. LXVIII, 1. ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες Antiop. fr. XLIV (XXV), 4. Etiam de rebus. οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι (φημὶ) δόμον εὐτυχίᾳ Heracl. 610. Cf. Soph. El. 1095. Scien-

dum autem βεβηκέναι per se numquam disertam *standi* vim habere, quam toties ei tribuunt interpretes, sed ita tantum, ut omnino sit i. q. εἶναι. Nam saepe qui in loco est, stans est in eo, et qui in loco stat, ibi est. Cf. Phoen. 1081. Herc. 178. Suppl. 850 etc.

Ut vero ap. Lat. *ire* et *venire*, sic ap. Graecos βαίνειν etiam de rebus dicitur. Cuius modi singula iam singulis in locis dedimus. Plura nunc afferam. πᾶς οἶκος βήσεται δι' αἵματος Phoen. 20. V. s. διά et *Matth.* gr. p. 1353, e. διά μου κεφαλᾶς φλὸξ οὐρανία βαίη Med. 145, *percutiat.* ἃ ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων Heracl. 625, similiter ut nos: *der Tugend Pfad ist steil.* κατ' ὄσσων δάκρυ μοι βαίνει Hipp. 245, *delabitur.* ἄδιστος ἔβα (ὕπνος) βλεφάροισι πρὸς ἀυῦς Rhes. 555, ubi nos simillime: *der Schlaf kommt mir an.* καὶ νῦν ὀδύνα μ' ὀδύνα βαίνει Hipp. 1371, *invadit.* Sic etiam πόθεν θανάσιμος τύχα σὰν ἔβα καρδίαν; ib. 841. ἔνεπέ μοι τί ποτ' ἔβα κακόν; ib. 581. τί χρέος ἔβα δῶμα; fr. inc. tr. CXCV. V. *Matth.*

Etiam Tr. 128 vulgo olim legebatur βαίνουσαι. Quod propter accusativum Ἴλιον aliunde adiectum fuisse vidit *Hermannus*, cuius egregiam legas ap. *Seidler.* adnotationem.

βαιός. Originem vocis recte indicavit *Dammius.* Nam ut φαιός a φάω (φαίνω), γηραιός a γηράω, ita βαιός a βάω (βαίνω) profectum proprie de spatio dicitur, quod unum quasi gradum habet vel quod *gradu* (βαίνων) emetiris. Itaque plane respondet Latino *exiguus:* nam etiam hoc proprium est de spatio vel tempore, quod facile *exigitur.* De spatio: *exiguus, angustus, parvus, schmahl, eng, klein.* Huc pertinet βαιᾷ τῇδ' ὑπὸ στέγῃ S. Phil. 286. Etiam de temporis spatio: *exiguus, brevis.* χρόνον οὐχὶ βαιόν S. Tr. 44. Cf. ib. 334. Translate et de hominibus et de rebus: *exiguus, parvus, tenuis, parcus, levis, gering, klein, unbedeutend.* De homine dictum: μετὰ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν ὀρθοῖτο S. Ai. 160. De re: κρείσσων δὲ βαιὸς ὄλβος Phrix. fr. XI (XIV), 1. Ita *Scalig.* pro βίος. βαιὸν δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ οἴσω Rhes. 974. V. *Matth.* ad l.

βάκτρευμα, *fulcrum.* τί μ', ὦ παρθένε, βακτρεύμασι τυφλοῦ ποδὸς ἐξάγαγες —; Phoen. 1534. Quod inepte intelligunt de *baculo*, quo innisus educeretur Oedipus. Apertum est ad Antigonam referri dativum βακτρεύμασι, ita ut pater eam compellet: *quid caecum me fulciendo s. fulciens educis?*

Βάκτριος, *Bactrianus.* Βάκτρια τείχη Bacch. 15.

βάκτρον. A βάω (βαίνω) descendere clarum est pariter atque *baculum.* Itaque 1. instrumentum denotat *eundi* h. e. *baculum, scipionem*, et 2. quum baculo nos fulciamus, omne *fulcrum* et *adminiculum.*

Ap. Eurip. prior tantum significatio obvia. *βάκτρῳ ἐρείδου περιφερῆ στίβον χθονός* Ion. 743. *ἀμφὶ βάκτροις ἕρεισμα θέμενος* Herc. f. 108; v. p. 177. *ἐγὼ δὲ* (Hecuba) *τῷ πρόσπολος ἀ τριτοβάμονος χερὶ δεμομένα βάκτρου;* Tr. 276; v. *Seidl.* ad l. Hinc de quovis *radio* (*Stab*), ut thyrso, qui *κίσσινον βάκτρον* vocatur Bacch. 363 et Ion. 217. Tralate *ἥδε* (Polyxena) *ἐστί μοι πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ*, quae Hecubae verba sunt in cognom. fab. 281. Duo restant difficiliores loci. Unus est in Phoen. 1711. *πόθι γεραιὸν ἔχνος τίθημι; βάκτρα πρόσφερ', ὦ τέκνον*, de quibus v. s. *προσφέρειν*. Neque certum iudicium est de altero loco, qui in iisdem Phoenissis legitur v. 1542. *οὐδ' ἄλοχος* (*λεύσσει φάος*), *παρὰ βάκτροις ἃ πόδα σὸν τυφλόπουν θεραπεύμασιν αἰὲν ἐμόχθει. Ἃ* post *Grotium* et *Barnesium* sic collocarunt *Matth.* et *Dind.* eamque veram pronominis sedem esse et metrum probat et plurimorum codicum scriptura *ἃ παρὰ βάκτροις ἃ πόδα σόν* etc. Librarii, ut structuram explanarent, in fronte sententiae posuerant pronomen; unde factum ut in utroque loco relinqueretur. Praeterea Flor. 2. 10. 33. coniunctim *παραβάκτροις*, quod ut elegantissimum et vere poeticum iure praetulerunt *Herm.* et *Seidler.* Denique structuram *πόδα σὸν θεραπεύμ. ἐμόχθει* expedivit *Matthiae*: hic enim sensus: *curis* (*θεραπ.*) *baculo adiunctis* (*παραβ.*) *circa pedem tuum* (*πόδα σόν*) *laborabat* (*ἐμόχθει*), h. e. *caecum te baculo innitentem ipsa etiam magno labore sustentabat et fovebat. Const. M.*

Βακχεία, ἡ, v. *Βάκχειος* 2.

Βάκχειος, *adiective* 1. *Baccheus.* *ὦ λάμπουσα πέτρα πυρὸς δικόρυφον σέλας ὑπὲρ ἄκρων Βακχείων* Phoen. 236, ubi *schol. ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἄκραις τοῦ Παρνασσοῦ εἰσὶν ἱεραὶ, τὸ μὲν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, τὸ δὲ Διονύσου.* Ita etiam *ἐνθὰ πῦρ πηδᾷ θεοῦ Βάκχειον, ὡς σφαγαῖσι Διονύσου πέτρας δεύσειε δίσσας* Ion. 1126. V. *Barnes.* ad l. et Bacch. 306 sqq. *Βάκχειον ἀντέκλαζον ἀλλήλαις μέλος* (*Βάκχαι*) Bacch. 1055. (Bacchum) *σείοντα Βάκχειον κλάδον* ib. 308, *thyrsum* (v. s. *βάκτρον*). Ald. rell. *Βάκχιον*. 2. *Βάκχεια* etiam per metonymiam dicuntur ea, quae *furoris plena* sunt vel *concitationis.* *εἰ αἴ. κατάρχομαι νόμον Βάκχειον* Hec. 685. mel. *Schol. τῶν μανικῶν. Βακχείῳ ποδὶ στείχειν* Bacch. 1228. *τὸ Βάκχειον κάρα τῆς Θεσπιῳδοῦ Κασάνδρας* Hec. 676, ubi v. schol. *Substantive.* 1. *Βάκχειος*, ὁ, sc. *θέος*, i. q. *Βάκχος. ὦ φίλε Βάκχειε, ποῖ οἰοπολεῖς —;* Cycl. 73. V. s. *Βάκχιος* 2. 2. *Βακχεία*, ἡ, *bacchatio, bacchanal.* *σφᾶς παύσω κακούργου τῇδε Βακχείας* Bacch. 232. *ἐκερτόμει θεὸν σάς τε Βακχείας* ib. 1292. *πλαγαῖσι Βακχείαισιν* ib. 218. De Bacch. 126 v. s. *Βάκχιος*. 3. *Βάκχειον*, τό, a) *bacchanal.* b) *vinolentia.* *ὃ δ' ἡδονῇ δοὺς εἰς τε Βακχεῖον*

πεσών Phoen. 21, *vino gravatus, inebriatus.* Certa in his omnibus scriptura, ut nesciam quo iure hanc formam productiorem in dubium vocet *Ellendtius* s. vv. *Βάκχιος* et *Βακχιώτης.*

βακχεύειν, 1. *bacchari.* ὦ μάκαρ, ὅστις θιασεύεται ψυχὰν ἐν ὄρεσι βακχεύων ὁσίοις καθαρμοῖσι Bacch. 76. ὀρῶ νάρθηκι βακχεύοντα (Cadmum) ib. 251. τὸν θεὸν εἰς γῆν δέχου καὶ σπένδε καὶ βάκχευε ib. 313. ξυνέθεσθε τάδ', ἵνα βακχεύητ' ἀεί ib. 806. οὐ μὴ βακχεύσεις ib. 343. Etiam de rebus, quibus hominis notio subiecta est. τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ Παρνάσιον κορυφάν Iph. T. 1243; v. s. *Βάκχειος* in. et cf. Bacch. 725. βακχεύουσα ἕθειρα Βρομίῳ Hel. 1380. Ambigua sunt Thesei ad Hippolytum verba αὔχει — Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων βάκχευε Hipp. 954, quae *Ratallerus* vertit: *sacrata Libero colo orgia.* Tralate *bacchari, furere, insanire, delirare.* τὰν βακχεύουσαν Κασάνδραν Tr. 169, ut ib. 341. βακχεύουσαν κόρην. Cf. ib. 347. οὐ γάρ τι βακχεύσας μέμνημαι φρένας Herc. f. 1122, de Hercule furente, ut ἦ γὰρ συνήραξ' οἶκον, ἦ 'βάκχευσ', ἐμόν; ib. 1142. Ita *Heath.* Ald. rell. et codd. ἦ βάκχευσ' ἐμόν. [Inutilis *Heathii* scriptura, quam *Matthiam* et *Dindorfium* sibi sumsisse miror. Nec melior *Hermanni* coniectura ἐμβάκχευμ'. Scribendum εἰ 'βάκχευσ'. Ἦ et εἰ quoties confusa sunt. *Const. M.*] Sic etiam de Lyssa οὔ ποτ' ἄκραντα δόμοις Λύσσα βακχεύσει, αἳ αἳ, κακῶν Herc. f. 898, *infectis malis in domo non debacchabitur.* V. s. αἳ p. 56. De columba veneno infecta εὔπτερον (πέλεια) δόμας ἔοεισε κἀβάκχευσεν Ion. 1204. 2. *Transitive* vel potius *factitive* est *bacchantem facere, in furorem adducere, perturbare, exagitare.* V. ἀναβακχεύειν. αὐται (Furiae) σὲ (Orestem) βακχεύουσι συγγενεῖ φόνῳ Or. 411, ut ib. 833. βεβάκχευται μανίαις. οὔτι που φόνος σε (Herculem) ἐβάκχευσεν νεκρῶν; Herc. f. 966.

βάκχευμα, *bacchatio.* ὦ φάος μέγιστον ἡμῖν Εὐίου βακχεύματος, quibus ipse Bacchus denotatur in cognom. fab. 603. ἀντὶ Εὐίων βακχευμάτων ποίμνας Κύκλωπος ποιμαίνομεν Cycl. 25. ἐκίνουν θύρσον εἰς βακχεύματα, *ad bacchandum*, Bacch. 723. δεῖ πόλιν τήνδ' ἐκμαθεῖν ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων, inquit Bacchus ib. 40. ἥξει (Εὔιος) χορεύσων ἅμα βακχεύμασι ib. 568. καὶ ἐν βακχεύμασιν οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται ib. 317, *casta quidem mulier etiam inter bacchandum servabit castitatem.* θέλετε θηρασώμεθα — Ἀγαύην ἐκ βακχευμάτων; ib. 719, *de bacchantibus* vel *ut bacchari desinat.* Tralate *βάκχευμα* dictum Tr. 367, ubi Casandra de se ipsa dicit: ἔνθεος μέν, ἀλλ' ὅμως τοσόνδε γ' ἔξω στήσομαι βακχευμάτων, *absque divino furore* i. e. *sine vaticinandi arte.* V. Hec. 676 et s. μαντική.

Βακχεύς i. q. Βάκχος. Βρόμιος ἄλλον — κισσίνοισι βάκτροις ἐναίρει Γᾶς τέκνον ὁ Βακχεύς Ion. 218. mel. Eadem forma in melicis recurrit Bacch. 145.

βακχεύσιμος, *bacchabundus*. τὸ βακχεύσιμον καὶ τὸ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει Bacch. 298. V. s. μαντική.

βάκχευσις, *bacchatio*. πικρὰν βάκχευσιν ἐν Θήβαις ἰδών Bacch. 357.

Βάκχη, *Baccha*. Frequens *pluralis* de *Baccharum* turba Bacchum celebrantium. ὦ ἴτε Βάκχαι, ὦ ἴτε Βάκχαι, — μέλπετε τὸν Διόνυσον βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων Bacch. 152. mel. ἐκεῖ Βάκχαισι θέμις ὀργιάζειν ib. 415. mel. Βάκχαις συμμετασχήσω χορῶν ib. 62. ὄχλος πᾶς Βακχῶν ib. 1128. εὐάσμασι Βακχᾶν ib. 129. mel. Θύρσοισι Βακχῶν ib. 798. Βάκχαι Θυρσόφοροι Cycl. 64. ἴτε Βάκχαι, ἴτε Βάκχαι Βρόμιον παῖδα κατάγουσαι Φρυγίων ἐξ ὀρέων Bacch. 83. mel. Βάκχας ποτνιάδας —, αἳ τῇδε γῆς οἴστροισι λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν ib. 663. Βάκχαις σὺν λευκόπωλοις Cycl. 72. Βάκχαι Καδμεῖαι Bacch. 1158. Ἀσιάδες Βάκχαι ib. 1167. Ἰὼ, ὦ Βάκχε, θηραγρέτα Βακχᾶν περίβαλε βρόχον ib. 1019 sq. ἄθυρσοι οἷαί νιν δραμόντε Βάκχαι σκύμνον ξυνήρπασαν (Orestes et Pylades) Or. 1492. ἐξηλύξαμεν Βακχῶν σπαραγμόν Bacch. 734. ὕβρισμα Βακχῶν ib. 778. Ceterum cf. eiusdem fab. vv. 51. 259. 443. 499. 577. 636. 673. 689. 758. 784. 790. 835. 840. 845. 938. 944. 984. 1028. 1091. 1222. 1385. *Singularis*: σκευὴν γυναικὸς Μαινάδος Βάκχης ἔχων (Pentheus) Bacch. 913. κῶλον ἄγει ταχύπουν σκιρτήμασι Βάκχα ib. 167. πότερα θύρσον δεξιᾷ λαβὼν χερὶ ἢ τῇδε Βάκχῃ μᾶλλον εἰκασθήσομαι; ib. 940. ὡς δρομαία πῶλος ἢ Βάκχη θεοῦ Hel. 550. Cf. Bacch. 1088 sq. Hinc tralate „Βάκχαι vocantur, quaecumque gravi animi motu, ira, dolore, metu, percitae sunt, ut sui non sint compotes; quarum furor si aliis exitium affert, Αἴδου Βάκχαι appellantur, ut Hec. 1076 et Herc. f. 1119. Similiter Hercules liberis occisis vocatur Αἴδου Βάκχος." *Matth.* ad Hipp. 550. Ita etiam (Iolen) δρομάδα τιν' Ἄϊδος ὥστε Βάκχαν Ἀλκμήνας τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν Hipp. 550: „Iole enim exitii causa fuit Herculi et Deianirae." *Matth.* ad l. Alio sensu Phoen. 1496 Antigona dicitur Βάκχα νεκύων, quod non inepte converteris *Leichenbacchantin*. Scilicet Βάκχη appellatur propter corporis habitum animique commotionem et Βάκχη νεκύων ut ἀγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον (v. 1499). Denique μαντιπόλος Βάκχη Hec. 123 Casandra vocatur divino furore percita. V. *Pflugk.* ad l. et nos s. βάκχευμα extr.

βακχιάζειν, *bacchari*. βακχιάζων ἐξ ἕδρας μεθώρμισα (πλόκαμον) Bacch. 929. τί βακχιάζετ'; οὐχὶ Διόνυσος τάδε Cycl. 203.

Βάκχιος, 1. *adiect. Bacchicus*. In trimetris non legi hanc formam,

nisi quando ipse Bacchus intelligendus sit, *Elmsleius* monet ad Bacch. 308; cui assentitur *Matth.* ad v. 289. V. etiam *Herm.* ad Bacch. 130. Mirabile igitur *Ellendtii* iudicium in lex. Soph. I. p. 291 et 292. V. s. Βάκχειος. Βάκχιον χόρευμα παρθένοισι Θηβαίαισι καὶ γυναιξὶν Εὐίοις Phoen. 658. mel. Edd. vett. et codd. Βάκχειον. Correxit *Valck.* Adiective etiam dictum Βάκχιος in loco obscurissimo Bacch. 126. mel., qui in edd. vett. ita legitur: ἀνὰ δὲ βακχεία συντόνῳ κέρασαν ἡδυβόα Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι. Ed. Commel. βακχεία, ut edidit *Barnes.* Par. G. βάκχια. Varias doctorum coniecturas enumerans *Elmsleius*, *tandem*, inquit, *veram scripturam*, *metro quoque necessariam*, *protulit Matthiae.* Sic enim scripserat *Matthias*: ἀνὰ δὲ βάκχια συντόνῳ κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι. Idque recepit *Dindorf.* V. Praef. Poet. Scen. p. XXIX. Rursus *Hermannus* ab Euripide ita scriptum esse aut potuisse scribi pernegat et propter sensum et propter Βάκχια. Neque ego scripturam istam probo. Non magis tamen quae *Herm.* protulit approbari possunt. Primum enim paulo licentius in textum ingessit suum Βακχάδι, insolentissimum illud et forma et genere (v. *Matth.* ad l.), deinde tmesin istam ἄνα Βάκχια κέρασαν imperite factam dicens non cogitavit etiam Homerum imperite scripsisse ἄνα κρητῆρα κέρασσεν οἶνον Od. γ', 390. V. *Matth.* ad l. et nos s. ἀνά 2. Proba illa tmesis ac certa. Nec minus certum quod ex uno codice reposuit *Matth.* Βάκχια. Sic enim scribendus locus: ἄνα δὲ Βάκχια συντόνως (vel συντόνων) κέρασαν ἡδυβοᾶν Φρυγίων αὐλῶν πνεύματα, h. e. *illi vero* (tympano) *congruenter miscuerunt Bacchica dulcium tibiarum Phrygiarum flamina.* Dativum πνεύματι librarii posuerunt, qui *tympanum* supplendum esse non intelligerent, indeque reliqua vitia fluxerunt. Ἄνα nunc plane est nostrum *darunter.* Βάκχιος autem tralata vi sumendum *Bacchicum sonans*, *concitatum turbidum*, *Bacchantisch*, *schwärmerisch.* 2. *Substantive* a) de ipso deo, i. q. Βάκχος. Originem nominis declarat τὸν Βάκχιον εὐαζομένα θεόν Bacch. 67. Hinc omisso θεός: μόνοι Βακχίῳ χορεύσομεν; Bacch. 195; cf. ib. 1151. τῷ Βακχίῳ τῷ Διὸς δουλευτέον ib. 366. Cf. Cycl. 705. ἀναλαλοῦσα Βάκχιον (Agave) Bacch. 1143. βαβαῖ, χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος Cycl. 156. περὶ τὰ σά, Βάκχι', ὄργια Bacch. 996. εἰς φανάς γε Βακχίου (ἦλθον) Ion. 550. ὁ Βάκχιος δέ τις θεὸς νομίζεται; Cycl. 519. Inepte vlg. τίς. ἀναφαίνω (s. v.) σὲ τόδ' (Διθύραμβος), ὦ Βάκχιε, Θήβαις ὀνομάζειν Bacch. 529. ἵνα (in Parnasso) Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας λαιψηρὰ πηδᾷ νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις Ion. 716 sq. ὁ Βάκχιος κυναγέτας σοφὸς σοφῶς ἀνέπηλεν ἐπὶ θῆρα τόνδε

(Pentheum) *Μαινάδας* Bacch. 1187. *ἤσθησθ', ὡς ἔοικε, Βακχίου διατινάξαντος τὰ Πενθέως δώματα* ib. 605. *ἐκ Βακχίου κατείχετο* (Agave) ib. 1122. *Μαινάσιν Βακχίου* Ion. 552. *Βακχίου πρὸς ἡδοναῖς* ib. 553. *τὰ Βακχίου μέλαθρα* Cycl. 428. *Μάρων ὁ Βακχίου παῖς* ib. 143. Cet. cf. Cycl. 9. Bacch. 632. 1087. *τὴν Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου* Bacch. 225. *Βακχίου φιλανθέος* fr. inc. tr. CLXIX. Huc trahunt etiam Cycl. 73. Sed libri illic *Βάκχειε*, quod mutare non opus, si ita disponis versus: *ὦ φίλος, ὦ φίλε Βάκ | χειε, ποῖ οἰοπολεῖς | ξανθὰν χαίταν σείων;* De Cycl. 38 v. s. *κῶμος*. b) Ut vero *Βάκχος*, sic etiam *Βάκχιος* per metonymiam dicitur de *vino*. Viam ad hanc vim monstrat *ἐγὼ τοῦ Βακχίου τούτου τρίβων εἰμ', ὃν πιεῖν ἔδωκά σοι* Cycl. 518, ubi tamen *τοῦ θεοῦ* pro *τούτου* scribendum esse sequentia ostendunt. Cf. vv. 524 et 526. Sic etiam *ἡσθεὶς Βακχίου ποτῷ* Cycl. 445. Hinc *εἰς ἄγγος ἴδιον ἴσον ἅπασι Βακχίου μέτρημα πληρώσαντες εἶχον ἡδονήν* Iph. T. 953. *ὅταν ὑπνώσῃ* (Cyclops) *Βακχίου νικώμενος* Cycl. 453. Cf. ib. 572. Oen. fr. IX (VIII), 1. *Const. M.*

Βάκχος, *Bacchus* deus. *Διογόνοιο Βάκχου* Hipp. 560. *ἀνετείνεχ' ἑλθὼν ὁ Βάκχος δῶμα* Bacch. 623. *ἔθ', ὦ Βάκχε*, ib. 1018. *Βάκχου προφήτης* (Lycurgus) Rhes. 972. *ὡς θρασὺς ὁ Βάκχος οὐκ ἀγύμναστος λόγων*, Penthei verba sunt Bacch. 491. Fragmentum memorabile est Licymn. IV, de quo Macrob. Satur. I, 18: *ne quis opinetur diversis diis Parnassum montem dicatum, idem Euripides in Licymnio Apollinem Liberumque unum eumdemque deum esse significans scribit: δέσπότα φιλόδαφνε Βάκχε, Παιὰν Ἄπολλον εὔλυρε.* Cf. *Lobeck.* Aglaoph. I. p. 80. De ipso *vino Βάκχος* ap. Eur. non dicitur; affinia tamen sunt *ἐπὶ δαῖτα τὰν θεῶν κρατῆρα τε Βάκχου* Iph. A. 1061. *Βάκχου οἰνηρὰς λοιβάς* Iph. T. 164. Tralate *Αἴδου Βάκχος* vocatur Hercules liberis occisis Herc. f. 1119. V. s. *Βάκχη*. Sed *Κουρητῶν Βάκχος ὀσιωθείς* Cret. fr. II, 16 *sacerdos* esse videtur *divino spiritu s. furore afflatus*. Ceterum *Βάκχος* cognatum cum *Ἴακχος* (s. v.) eodem modo quo *βάλλειν* cum *ἰάλλειν*. V. s. *βάλλειν*. Infelix *Eustathii* et qui eum sequitur *Stephani* in thes. a *βάζειν* derivatio.

βαλβίς. Torsit haec vox grammaticos, ut quibus mirum videretur idem vocabulum duo contraria, *initium* et *finem*, significare. Quod non mirati essent, si etymologiam consulere vel voluissent vel scivissent. Farraginem grammaticorum accurate congessit *L. Dindorfius* in novo Thes. Steph. Vol. II. p. 77. Ex qua solum Pollucis testimonium mentione dignum est, qui III, 147 haec habet: *καὶ ὅθεν μὲν ἀφίενται, ἄφεσις — καὶ βαλβίς. ἵνα δὲ παύονται, τέλος καὶ πέρας καὶ βατήρ·*

ἔνιοι δὲ καὶ βαλβίς. Enimvero βαλβίς e βάλλειν factum. Iam ut βατήρ et locum, unde quis βαίνει, et locum, quo quis βαίνει, denotat, sic βαλβίς et *locum, unde* quis βάλλει, et *locum, quo* quis βάλλει. 1. Prioris notionis luculentum exemplum praebet Philostratus Imag. 1, 24, ubi βαλβὶς τοῦ δίσκου vocatur *statio s. locus, unde discum proiiciunt.* Inde βαλβίς ad quemvis *locum* refertur, *unde certamen instituitur*, imprimis ad *carceres stadii* vel *circi.* V. *Musgr.* ad Soph. Ant. 131. Falsus *Piers.* ad Moer. 104. Notabilis huius modi locus est Apoll. 2, 1271. τόσσον δὲ προτέρω πέλεν ἄστεος ἀντιπέρηθεν, ὅσσον τ' ἐκ βαλβῖδος ἐπήβολος ἅρματι νύσσα γίγνεται. Hinc sumta comparatio, qua Aristoph. Equ. 1159 allantopola cum Cleone certans, ἄφες, inquit, ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί. Cf. v. 1161. Hinc etiam similitudo ducta, qua Eur. Herc. f. 867 de Hercule iamiam in rabiem delapsuro dicitur: καὶ δὴ τινάσσει κρᾶτα βαλβίδων ἄπο. In quibus *limen* significari mira est *Hermanni* opinio ad S. Ant. 131. Imo, ut athleta vel discobolus *a carceribus* currendi vel iaciendi *impetum capiens*, ita Hercules *in eo* esse dicitur *ut contra liberos prorumpat.* Unde statim sequitur: ἀμπνοὰς δ' οὐ σωφρονίζει ταῦρος ὡς ἐς ἐμβολήν. Denique a *carceribus* s. *cursorum statione* βαλβίς ad *limen* et *initium* quodlibet tralatum est. Hinc formula ἀπὸ βαλβίδων i. e. ἀπ' ἀρχῆς. V. Arist. Vesp. 548. 2. Ex altera potestate primum *metae* significatio fluxit, quae etiam vocabulo βαλβιδοῦχος subest. *Hesych.* βαλβίς· ἀφετηρία —· ἔνιοι δὲ καμπτῆρα. Cf. *Poll.* l. c. *Suid.* et *Bachm.* anecd. I. p. 178. Hinc sumta metaphora, qua Sophocles in Ant. 131 Capaneum dicit βαλβίδων ἐπ' ἄκρων ἤδη νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι, ubi rectissime schol. τὸ βαλβίδων μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν δρομέων. V. *Musgr.* ad l. et *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 292. A *meta* autem tralatum ad quemvis *terminum* ac *finem.* Huc pertinet locus Eur. Med. 1245, ubi Medea liberos occisura dicit: ἄγ', ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμή, λάβε ξίφος, λάβ', ἕρπε πρὸς βαλβῖδα λυπηρὰν βίου, *vade ad tristem finem vitae* h. e. *ad necem.* Aptissime ad haec *Iacobsius* in Anthol. Pal. III. p. 48 adscripsit Opp. Cyn. 1, 513. εἰσόκε τέρμα βίοιο καὶ εἰς βαλβῖδα περήσῃ. Lycophr. v. 286. τὴν παυστάτην δρομῶν βίου βαλβῖδα. Cf. ib. v. 13. Itaque haec potius quam absurdam scholiastae glossam apponere debebat *Pflugkius.* Fatendum tamen Euripidem parum explicate locutum esse, quum Medeam illa dicentem faceret, quae instantem potius ipsius mortem quam liberorum necem indicare videantur. *Const. M.*

βαλιός, *varius.* βαλιὰν ἔλαφον Hec. 90. βαλίαις ἐλάφοις Hipp. 218. βαλιαὶ λύγκες Alc. 582. βαλιαῖσι πώλοις Rhes. 356. τοὺς ζυγίους λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς Iph. A. 222. De Iph. A. 1081

v. s. ἅλιος. Stirps est βάλλειν, unde βαλιός factum plane ut gewürfelt a werfen. Cf. Goettling. de acc. p. 295. De tono v. eumdem l. c.

βάλλειν. Fuse de hoc verbo disserit *Eustathius* p. 1404, 47. Falsissima vero quam statuit derivatio: κυρίως μὲν βάλλειν, τὸ βίᾳ ἢ ἐκ βιοῦ ὅ ἐστι τόξου ἰάλλειν ἢ ἅλλεσθαι τὸ ἀφιέμενον. Imo vero cum αἴσσειν ἰάλλειν ἰάπτειν ἶέναι cognatum est: nam his omnibus communis et radix ἄω et notio *motionis*. V. p. 41 et 42. Ut vero ex ἀγεῖν et Ἴακχος et Βάκχος, ita ex ἄω stirpe adaucta (v. s. ἀμιλλᾶσθαι) ex una parte ἰάλλειν et ἰάπτειν, ex altera βάλλειν confectum est. Itaque βάλλειν omnino est *movere*. Hinc l. *mittere*, *im-emittere*, *iacere*, *iaculari*, *con-pro-iniicere*. De talis. βέβληκ' Ἀχιλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα Teleph. fr. III (IV), ubi v. *Matth.* Cf. Aesch. Ag. 32 c. not. *Blomfieldii* et Plat. Leg. 12. p. 968. extr. Hinc metaphora in re militari notissima ἄλλα βλήματ' ἐν κύβοις βαλεῖν Suppl. 330. V. *Markl.* ad l. et Plut. Pyrrh. c. 26. De quavis re mobili s. missili. πέτρους ἐβάλλομεν Iph. T. 1376; cf. ib. 319. δρυὸς κορμοὺς ἐσχάρας βαλὼν ἔπι Cycl. 383. ὑπὲρ κάρα βαλὼν ξύλον καθῆκε παιδὸς εἰς κάρα Herc. f. 992. (φάρμακον) εἰς οἶνον βαλών Ion. 1184, ut ib. 1034. τόδε κάθες βαλὼν εἰς πῶμα. τίν' ἔπι πρῶτον ἀπὸ χαίτας σπαραγμοῖσιν ἀπαρχὰς βάλω; Phoen. 1524. εἰς μέσην βαλὼν Κύκλωπος ὄψιν (ἀκρίμονα) Cycl. 457, *immittere*, *intrudere*, ut φάσγανον θήξαντ' ἐπ' αὐχένος βαλεῖν Or. 51. ἐς ἡμᾶς ὀξὺ φάσγανον βαλεῖν Iph. T. 785. δὸς ἔγχος ἡμῖν εἰς στέρν' ἀδελφοῦ βαλεῖν Phoen. 1384. Similiter φάσγανον πρὸς δέρη βαλόντες Or. 1350. Porro (κοῦρον) εἰς εὐνὰν βάλλω τὰν σάν (antrum Apollinis) Ion. 899. ὡς βάλῃς εἰς Τάρταρον (με) Or. 265. τὴν Ἑλλάδος μιάστορ' εἰς Ἅιδου βαλεῖν ib. 1584. εἴ με γῆς ἔξω βαλεῖς, *eiicies*, Phoen. 1615, ut πρὶν ἄν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω Med. 276. ἐμὲ δὲ πατρίδος ἄπο — ἔβαλλε θεὸς ἀπό τε πόλεος Hel. 701. Πρίαμος ποτὲ βρέφος ἀπαλὸν ἔβαλε μητέρος ἀποπρὸ νοσφίσας — Πάριν Iph. A. 1286. *Immittere*, *iniicere*, *infundere*, *mittere*, *fundere*. γάνος μελίσσης εἰς πυρὰν βαλὼ Iph. T. 634. νοτερὸν ὕδωρ βάλλων Ion. 150; cf. ib. 146. λουτρὰ ἐπὶ χροὸς βάλε Or. 303. Eiusdem modi est κατ' ὄσσων βάλλειν δάκρυ Ion. 1369, ubi etiam Latini *lacrimas effundere*, *demittere*, *proiicere*. Cf. Hipp. 1396. Hel. 957. Herc. f. 1356. Hom. Od. δ', 198. *Immittere*, *iniicere*, *ponere*. ἀμφὶ τραύματα τελαμῶνας βαλεῖν Phoen. 1663. ἐπ' ὀμμάτων φάρη βαλοῦσα Suppl. 287. στολὴν ἀμφὶ χρῶτα βαλεῖν Bacch. 823 In quibus si quis *sua sponte* vel *suo studio sibi* vestem vel aliud quid *iniicere* declaratur, *medium* exstat. V. s. ἀφιδρύειν. ἀσπίδα — ἀμφὶ πλεύρ' ἐβάλλετο (Hector) Tr. 1137. Cf. Iph. A. 1530. Hom. Il. κ', 333.

', 372. Porro περὶ γόνυ χεῖρας ἱκεσίους ἔβαλον ἔβαλον Ἑλένας Or. 1415. περὶ δὲ γυῖα χέρας ἔβαλον ἔβαλον Hel. 640. ἀντίασον ονάτων ἔπι χεῖρα βαλοῦσα Suppl. 272. βρέφη περὶ πέπλους ἔβαλλε ατρὶ χεῖρας Tr. 558, *tendebant*. πρὸς γένειον χεῖρα καὶ δέρην αλῶν Herc. f. 987, *applicans*. πέρι δ' ὠλένας δέρᾳ βάλοιμι Phoen. 70, ut Ovid. Met. 3, 389. *iniicere brachia collo*. Sic etiam βάλε, ρόσπτυξον σῶμα El. 1325, *adiice*. Porro φέρε νυν ἐν πύλαισιν ἱκοὰν βάλω Or. 1282, *aures admoueam*. ὑπὲρ κεφαλὰν ἔβαλεν κα-όν Andr. 293; v. s. κεφαλή. Denique ἐπὶ γᾶν ποδὸς ἴχνος βαλεῖν hes. 721, ut δεινὸν ἴχνος βάλλουσ' ἐπὶ σοὶ χειροδράκοντες (Furiae) l. 1345: qua formula apte depingitur personae abominandae vel hor-endae incessus. *Mittere, vertere, flectere*. εὖδον πρὸς πέδῳ κάρα αλοῦσαι Bacch. 685. Cf. Hom. Il. Θ', 306. Ψ', 697. Hinc etiam ad iculos refertur, ut Hom. Od. π', 179. εἰς τίνα δὴ φίλον αὐγὰς βάλ-ων τέρψομαι; Andr. 1181, *coniiciens*, ubi nos quoque *werfen*. Sic tiam τί πρὸς γῆς ὄμμα σὸν βαλὼν ἔχεις —; Ion. 582, *deiectos habes iculos*, ut πρόσωπον εἰς γῆν σὸν βαλοῦσ' ἄφθογγος εἶ Or. 956.

Tralate dicta sunt praeter ea, quae suo iam loco inseruimus, ἐς δεσπότας βαλεῖς χαράν Ion. 751. φόνον ἕτερον ἐπὶ φόνῳ βα-ών Herc. f. 1085. μέλαιναν κῆρ' ἐπ' ὄμμασιν βαλών Phoen. 57. (Oedipus) σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλών ib. 1530. ὁ τῆσδ' λεθρος εἰς φόβον βαλεῖ τὸ μῶρον αὐτῶν Tr. 1058, ubi Latini in-ersa ratione: *timorem iniicere alicui*. μὴ — εἰς ἐμ' αἰτίαν βάλῃ b. 305. νεανίας λόγους ῥίπτων ἐς ἡμᾶς οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει Alc. 83, „ubi βαλών per abundantiam quamdam additur, nec quidquam dees-et, si dictum esset ῥίπτων ἐς ἡμᾶς οὐχ οὕτως ἄπει. Sed addidit αλῶν ob proverbium βαλόντα ἐκφεύγειν, de quo v. *Wyttenb.* ad lut. de sera num. vind. p. 6 sq.“ *Matth.* Adde Plat. Symp. p. 189, . c. not. *Stallb.* σὺ γάρ νιν θωΰξασ' ἔβαλες ἐξ ὕπνου Or. 168. f. locum Cycl. 571, de quo infra sub finem dicetur. δύσκλειαν πὸ συγγόνου βάλετε βαρβάρων λεχέων Hel. 1523. Dubius locus st ἀ τάλαιν' ἐῶν πέπλων ἔβαλεν ἔδειξε μαστόν El. 1207; v. s. ἑός. e Bacch. 1185 v. s. ὑπό, de Heracl. 130 s. ἐκβάλλειν. In his fere om-ibus etiam Latini *con-in-pro-de-ab-obiicere* tralato sensu dicunt. *Medium* ipsius animi impulsum s. studium indicans (v. s. ἀφιδρύειν et φορμᾶν) usurpatur Thes. fr. V (IV), 2. εἰς φροντίδας νοῦν συμφο-άς τ' ἐβαλλόμην, quae paulo liberius convertit Cic. Tusc. disp. 3, 14. *uturas mecum commentabar miserias*. V. *Matth.* ad l. [Sciendum au-em solutae orationis scriptores, imprimis seriores, inverso fere ordine icere βάλλεσθαί τι εἰς νοῦν, idque significare *in animum inducere*

al. h. e. *animum appellere* ad al. vel *apud animum statuere* aliquid. Cf. Plut. Thes. c. 24. Diverso etiam sensu adhibita est formula Herodotea *ἐς ἑωυτοῦ βάλλεσθαί τι* h. e. *in se recipere, suo consilio* vel *periculo agere* al. Rursus ad exemplum Euripideum accedit locutio Homerica *ἐνὶ φρεσὶ s. ἐνὶ θυμῷ βάλλεσθαί τι*, quae interpretanda vel *in animo s. secum animo volutare s. considerare cum animo suo* (*bekerzigen, zu Herzen nehmen*), vel *in animo agitare s. habere* indeque *cogitare* (*im Sinne haben, worauf sinnen, etwas — an etwas denken*; cf. Il. ι', 434. ν', 195), vel denique *in animo volvere* indeque *fovere* (*im Gemüthe tragen, hegen*; cf. Il. ξ', 50). Medii eadem in his omnibus potestas. *Const. M.*]

2. *Ferire, percutere, attingere* (*treffen*). Quem significatum a *iaculandi* vi derivatum perperam et *Passov.* cum proprio confundit et *Ellendt.* in lex. Soph. tamquam proprium et primum ponit. Nimirum hic inde ortus, quod, si quis *in rem* aliquam *iaculatur* neque aberrat, *eam attingit* ac *ferit*. Ita Homericum illud *βάλεν κατ' ἀσπίδα* hanc duplicem vim habet: *er warf an den Schild*, et, *er traf an den Schild*; hoc altero vero sensu perinde est utrum *βάλεν κατ' ἀσπίδα* dicas an *βάλεν ἀσπίδα*, sicut et *ἐπὶ σκόπον βάλλειν* (*an das Ziel treffen*; cf. Xen. Cyr. 1, 6, 29. Luc. Amor. 16) et *σκόπον βάλλειν* (*das Ziel treffen*; cf. Hom. Od. χ', 6) dicunt Graeci. Indidem etiam vernaculum *werfen* et Latinum *iaculari* tum *iaciendi* vim habent tum *feriendi*. *βάλε βάλε βάλε βάλε, θέν θέν* Rhes. 675. Sic Flor. 1. 2. 10. Havn. (*βάλε* etiam Vict. *θέν* Vatic.). Vlg. quater *βάλλε* et bis *θεῖνε*. *Θέν*ε primus *Dindorfius* edidit; quem v. Praef. Poet. Scen. p. XXI. *βάλλων, ἀράσσων* Hec. 1175. Cf. Andr. 1155. Iph. T. 310. *ἔβαλλον ἐκ χειρῶν πέτροις* Andr. 1129; cf. Or. 918. *συντρίψω (σε) βαλών* Cycl. 721. *βάλλων οἴκων τῶνδ' ἀναῤῥήξω μυχούς* Hec. 1040. *πᾶν ἐρείψιμον στέγος βεβλημένον πρὸς οὖδας ἐξ ἄκρων σταθμῶν* (*ἔδοξε*) Iph. T. 49. *ἐνάντιον σταθεὶς βάλλει (παῖδα) πρὸς ἦπαρ* Herc. f. 979. *ἄτεροι προσκείμενοι ἔβαλλον αὐτούς* Iph. T. 326. *τίς ἁ βαλοῦσα πρώτα* (Pentheum)? Bacch. 1176. *βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί*; Or. 271. *βάλλει κεραυνῷ Ζεὺς νιν* Phoen. 1188. *βάλλειν Ἀχαιούς (πυρὶ κεραυνίῳ)* Tr. 81. *πυκνοῖς ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασιν κάρα γέροντος* Oen. fr. IX (VIII), 1 sq. (Paris) *παῖδα Θετίδος ὤλεσεν τόξοις βαλών* Hec. 388.

Etiam de rebus fluidis. *Θερμὸς κρουνὸς βάλλει με — αἵματος νέου* Rhes. 791. *θνήσκουσι — οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί* Iph. T. 58. Hinc *contegere, perfundere, conspergere*. *τὴν θανοῦσαν ἐκ χερῶν φύλλοις ἔβαλλον* Hec. 574. *λαβὼν προχύτας ἔβαλλε βωμούς* El. 804, quibuscum *Herm.* componit *προχύται (πάρεισιν) βάλλειν πῦρ καθάρσιον χεροῖν* Iph. A. 1112, *ignem (mola falsa) perfundere*. At

edd. vett. hic ἐκ χερῶν atque id ipsum in his formulis solemne. V. Hec. 574. Andr. 1129. Itaque χεροῖν valde dubium. V. s. καθάρσιον.

Tralate λαμπρὰ ἀκτὶς ἡλίου — ἔβαλλε γαῖαν Suppl. 651, *collustrabat*. V. *Matth.* ad Bacch. 288. Ita etiam χθόνα Ἥλιος χρυσέᾳ βάλλει φλογί Phaëth. fr. I, 3. Porro κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος Iph. T. 1200, *tetigit*. ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων; Herc. f. 1219, *polluet*. De μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ El. 902 v. s. ὑβρίζειν.

[Duo supersunt loci. Unus, qui est in Bacch. 308, sic vulgo scribebatur: ὄψει (Bacchum) πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα, βάλλοντα, καὶ σείοντα Βακχεῖον κλάδον. Ubi mirum est in quas ineptias inciderint interpretes. Neque felicior fuit *Hermannus* verba πλάκα βάλλοντα de Baccho *rupem* facibus *collustrante* accipiens. His erroribus convictis πάλλοντα pro βάλλοντα verissime restituit *Matthias*, quem secutus est *Dindorfius*. Comma post βάλλοντα iam *Brunckius* expunxerat. V. s. πάλλειν. Cet. cf. Eur. Hypsip. fr. I, quod opportune contulit *Boeckhius* de trag. gr. p. 310. Alter locus est Cycl. 571. εἰς ὕπνον βαλεῖς. Sic libri. Sed quum βάλλειν nusquam ap. Eurip. intransitiva vi reperiatur, recte haud dubie *Musgravius* correxit βαλεῖ. Fragmentum certe illud εἰ πρὸς νέφη βάλοι (Sphinx) etc., quod ex Eur. Oedip. desumtum putabat *Valck.* diatr. p. 194, vix est Euripidis. V. *Matth.* T. IX. p. 441. *Const. M.*]

βάξις (v. βάζειν), 1. *sermo* (*Rede*). πικρὰν βάξιν ἐχθαίρω σέθεν Med. 1374. Hinc *mandatum*, *iussum*. νέαν τιν' ἐφιέμενοι βάξιν (στρατός) Rhes. 46, „i. e. ἱέμενοι ἐπὶ βάξιν.“ *Matth.* 2. *Rumor* (*Gerede*). διὰ πόλεως ἔρχεται βάξις Hel. 226. [τίς δεσπότην ἐμὴν βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν; Dan. prol. 54.] θανόντος εἰ βάξις ἔτυμος ἀνδρὸς ἅδε μοι Hel. 357. κενὴν ἀκούσας βάξιν, ἣν — ἤγγειλέ μοί τις Or. 1558. εὖ μὲν νόστον ἀγγέλλεις σέθεν τήν τ' ἀμφὶ Θησέως βάξιν Suppl. 642. Vlg. τάξιν. Correxerat iam *Reiskius*. *Marklandum* πρᾶξιν praeferentem refutavit *Matth.* De acc. cf. *Lob.* Ai. p. 274.

βάπτειν. Cum ἰάπτειν et βάλλειν (s. v.) cognatum proprie communem *immittendi* vim habet. Itaque non tralate, ut *Ellendt.* in lex. I. p. 294 censet, verum proprie dicta sunt φάσγανον εἷσω σαρκὸς ἔβαψεν Phoen. 1572, ubi ante *Valck.* glossa ἔπεμψεν legebatur, et ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ; Soph. Ai. 95. V. s. βάλλειν 1. Mox vero generalis ista notio singulari *in aquam immittendi* h. e. *immergendi s. demergendi* cessit. Schol. ad Hec. 610. βάπτειν ἐστὶ τὸ χαλᾶν τι εἰς ὕδωρ ἢ εἰς ἕτερόν τι ὑγρόν. *Transitive* (*eintauchen*). εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν (δαλόν) Herc. f. 929, ubi v. *Barnes*. Inde *intin-*

gendi, *imbuendi*, *implendi* significatio fluxit. *Intransitive* (*untertauchen*). *ναῦς ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν* Or. 706, *demergi solet*. V. s. *ἄρχειν*. Restat locus Hec. 610. *λαβοῦσα τεῦχος βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλός*, ubi *βάπτειν hauriendi* vi sumunt et genitivum explicant ut in *ἔφαγε τοῦ ἄρτου*, *ἔπιε τοῦ οἴνου* (*partitivus* inepte dicitur). De genitivo non refragor. Nec absonum est *βάπτειν*, ubi de urna hauriendi causa in aquam demissa dicitur, in ipsam *hauriendi* vim abire. Atqui hanc vim seriores tantum, Theocritus Eratosthenes, quin etiam hi nonnisi semel quisque usurpant, nec eam admodum cognitam fuisse ex scholiis apparet ad Hec. l. adscriptis, quorum unum est *πλήσασα*, alterum *ὠθήσασα κατὰ τοῦ ὕδατος*: de *haustu* nihil. Itaque *βάπτειν* etiam in Hec. loco vulgatam *immergendi* vim obtinere arbitror, quae sententiae egregie convenit. *Urnam*, inquit, *sumtam immerge et aquam affer*. Nec repugnarem, si quis *τεῦχος* ad *ἔνεγκε* referre mallet et *ποντ. ἁλός* cum *βάψασα* construere, sicut Aratus 951 dixit *ποταμοῖο ἐβάψατο*. Cf. ib. 649. 858. Quae genitivi ratio plana erit, si *κατά* vel *ὑπό* adiectum finges. V. s. *βαπτός*. *Const. M.*

βαπτός. Hipp. 123. *πέτρα βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν προτείσα κρημνῶν*. Quae respiciens *Hesych. βαπτάν· ἀντλουμένην*. Idque creduli adoptarunt interpretes. At hoc unicum totius Graecitatis exemplum esset, ubi *βαπτός* hanc vim haberet, quam habere nulla ratione potest. Quin ipse *Valckenarius* quos locos affert, ii *mergendi* vim confirmant, non *hauriendi*. In loco Antiphanis ap. Athen. 3. p. 123, C *βάψασα* ipse convertit *immersam* (urnam) *ubi replevero*, Callimachum autem illud *σάμερον μὴ βάπτετε*, quod etiam *L. Dindorf.* in novo Thes. Steph. II. p. 113 huc trahere videtur, nequaquam est *ne haurite*, sed *ne mergite* nim. urnas. Accedit autem quod etiam absurde diceretur *πηγὴ ἀντλουμένη* de fonte vivo. Hic enim non magis hauriri potest quam rivus vel fluvius, sed e fonte, e rivo, e fluvio hauritur aqua. *Rupes* ab Euripide significatur, *quae fontem emittit urnis ad immergendum aptum* h. e. *fontem* ad urnas immergendas aptum. Nempe *βαπτός* aut est *immersus* (*eingetaucht*) aut *ad immergendum aptus* (*eintauchbar*); hoc alterum autem rursus duplicem vim habet: indicat enim tum id, *quod immergi potest*, tum id, *in quod* aliquid *immergi potest*, ut in loco Eurip. Quam vim nemo mirabitur, qui meminit etiam *ἐμβάφιον* sic usurpari et Latinos quoque poetas *mergere* interdum ita dicere, ut sit *mersum* aliquid *excipere*. V. Ov. Met. 10, 697. Ib. 344. *Const. M.*

βάρβαρος, *barbarus*. De hoc vocabulo post ea, quae *Passovius* accuratissime disseruit, non est quod multa addam. Nempe factum per onomatopoeiam hominem proprie *aspere* et *horride loquentem s. balbutientem* exprimens (*crassilinguem* apte interpretatur *Stephanus*). Hoc sensu iam Homerus Cares appellat βαρβαροφώνους Il. β', 867, quem versum propter Thucydidis verba (1, 3) temere nonnullos expunxisse egregie demonstravit *L. Dind.* in novo Thes. Steph. II. p. 119. Cf. Strab. 14. p. 662 cum Aesch. Ag. 1021 et Pers. 626. Quum vero Graeci hoc linguae vitio gentes non Graecas laborare cognoscerent, hos omnes βαρβάρους appellare coeperunt, ita ut βάρβαροι unam quasi nationem efficiant Graecis oppositam. *Substantive.* τίς Ἑλλὰς ἢ βάρβαρος ἢ τῶν πρόπαροιθ' εὐγενετᾶν ἕτερος —; Phoen. 1513. μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ Bacch. 18. βάρβαροι ὄντες γένος Ἕλλησιν ἄρξουσι; Andr. 666. βαρβάρων Ἕλληνας εἰκὸς ἄρχειν, ἀλλ' οὐ βαρβάρους Ἑλλήνων Iph. A. 1400. Ἕλληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν; Teleph. fr. XVII (XXIII). μηδὲ βαρβάροις ὕπο Ἕλληνας ὄντας λέκτρα συλᾶσθαι βίᾳ (δεῖ) Iph. A. 1274. Cf. ib. 952. Hel. 606. Philoct. fr. IX, 2. οὐ τυραννίδ' ὥστε βαρβάρων ἔχω Heracl. 424. ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος Θόας Iph. T. 31. χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις βεβαρβάρωσαι Or. 485. οἱ βάρβαροι δὲ μήτε τοὺς φίλους φίλους ἡγεῖσθε, μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας θαυμάζετε Hec. 328. πᾶς ἀναχορεύει βαρβάρων τάδ' ὄργια Bacch. 482. τὰ βαρβάρων δοῦλα πάντα Hel. 283. αἴλινον αἴλινον ἀρχὰν θανάτου βάρβαροι λέγουσιν, αἲ αἲ, Ἀσιάδι φωνᾷ Or. 1396. Cf. Bacch. 1332. 1351. βαρβάρων χθόνα Iph. A. 1265. βαρβάρων νόμοισιν Andr. 242. βαρβάρων ὑφάσματα Ion. 1159. Hinc βάρβαροι qui vocantur a Graecis ipsi se vocant hoc nomine, ut Hector se Troianosque Rhes. 404. βάρβαρος (ὢν Rhesus) βαρβάρους Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος. Auriga ib. 833. βάρβαρος βαρβάρου γνώμην ὑφαιρεῖ τὴν ἐμήν. Sic etiam Hecuba ad Helenam Tr. 1021. προσκυνεῖσθαι βαρβάρων ὕπ' ἤθελες. *Adiective.* φῶτα βάρβαρον Hec. 877. ἀνδρὸς βαρβάρου Hel. 302. 1620. fr. dub. VIII. βάρβαρος γυνή Tr. 477. Cf. Andr. 650. 871. Hel. 264. Bacch. 604. βαρβάρου κόρας Herc. f. 417. βαρβάρου νεανία Hel. 672. βαρβάρους ὀπάονας Or. 1110. τὸ βάρβαρον γένος Hec. 1200. Cf. Andr. 173. βάρβαρα φῦλα Iph. T. 887. βάρβαρον στρατόν Bacch. 1353. βαρβάρου στρατεύματος Rhes. 612. γῆς βαρβάρου Med. 256. Iph. T. 739. 775. 906. 1400. βαρβάρου χθονός Med. 536. Cf. ib. 1330. Hel. 869. Iph. T. 629. 1086. 1422. Hel. 604. 1048. πόλεις βαρβάρους Iph. T. 418. βαρβάροισιν πελάγεσιν Hel. 1226. βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαί Bacch. 405. νόστον βάρβαρον Iph. T. 1112,

ubi v. *Matth.* βαρβάροισι δραομοῖς Or. 1374. βαρβάρου πλάτας Hel. 192. 238. 1125. βαρβάρους βάριδας Iph. A. 297. βαρβάροις πυλώμασιν Hel. 795. βαρβάροισι νόμοισιν Or. 1430; cf. ib. 1507. Hel. 806. βάρβαρ' ἤθη Hel. 281. βαρβάρῳ βοᾷ Or. 1386; cf. Phoen. 685. 1311. βάρβαρον ἰαχάν Iph. T. 180. βάρβαρα μέλη Iph. T. 1337; cf. Bacch. 1033. βαρβάροις λιταῖς Phoen. 686. βάρβαρον ἀκοάν ib. 826. βαρβάρου στολᾶς Hel. 1144. βαρβάροις ἐν εὐμαρίοις Or. 1370. βαρβάροις ἐσθήμασι Tr. 991. βαρβάρῳ χλιδήματι Iph. A. 74. βαρβάρου χερός Heracl. 132. βάρβαρα φάσγανα Hel. 870. βαρβάρων γάμων Iph. A. 271. *propter connubium cum barbaro coniungendum.* βάρβαρον λέχος Med. 591; cf. Hel. 226. 1523. Tralate βάρβαρον dicitur quodcumque *rude, immane, durum, absonum.* ἀνὴρ βάρβαρος φρένας Hel. 508. ὦ βάρβαρον σὺ θρέμμα Andr. 260. ἐκβαλὼν καρδίας τὸ βάρβαρον Hec. 1129. ὦ βάρβαρ' ἐξευρόντες Ἕλληνες κακά Tr. 759. βάρβαρα συρίζων (Paris) Iph. A. 576. ἄμουσ' ὑλακτῶν ὥστε βαρβάρῳ μαθεῖν fr. inc. tr. CXLVII, 2. Ceterum cognata cum βάρβαρος videntur βάρακον (*Hesych.* τὸ ἄνουν καὶ βάρβαρον), βαρκάζειν (*Suidas*: βαρβαρίζειν, cf. *Etym. M.* s. v.) καρβάζειν (*Hesych.* καρβάζοντες· βαρβαρίζοντες), κάρβανος (Aesch. Suppl. III) et καρβανίζειν, quin ipsum etiam nomen Κᾶρες. Simillime etiam nobis *Bramarbas* dicitur homo insolenter glorians vel ferocitatis speciem prae se ferens. Haec addidi, ut etymologiam infringerem *Doederlini*, qui βάρβαρος cum βάρος cognatum arbitratur (Syum. IV. p. 226; cf. I, 65). E Syria autem, id quod nonnulli fecerunt, hanc vocem repetere nugae sunt.

βαρβαροῦν. Tralate *barbarum* i. e. *agrestem* s. *ferum reddere, efferare.* βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις Or. 435. Eadem vi a Sophocle Ant. 1002 dictum esse recte statuunt *Wunder.* et *Ellendt.*

βάρβῐτος, ὁ, etiam ἡ βάρβιτος et τὸ βάρβιτον, *barbiton.* Incerto genere Eur. ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι Cycl. 40. οὔ ποτ' οὔτ' ἂν βαρβίτου θίγοιμ' ἔτι — Alc. 346. *Hesych.* βάρβιτος· εἶδος κιθάρας ἢ ὀργάνου μουσικοῦ, ἢ λύρα. οὕτω καὶ Βαρβίτῳ (an: βαρβιτῷ i. e. βαρβιτίζω?). *Etym. M.* εἴρηται δὲ οἱονεὶ βαρύμιτός τις ὤν, ὁ βαρεῖαν τὴν φωνὴν καὶ τὸν φθόγγον ἀφιείς· μέτους γὰρ τὰς νευρὰς ἔλεγον· ὅθεν καὶ οἱ *Αἰολεῖς* βάρμιτον αὐτὸ διὰ τοῦ μ φασί. [Sic etiam schol. ad Eur. Alc. 357 (*Matth.*) et *Pollux* IV, 59. *Genericum fidium genus* s. *instrumentum musicum* —, et βαρύμιτον *a gravi sono dictum.* V. *Forcell.* lex. s. v. Quam derivationem et rei et verbo accommodatissimam nescio cur aspernetur *Dindorfius* in novo Thes. Steph. II. p. 124. Nec ea diluitur Strabonis loco (10. p. 471), qui suam qualemcumque sententiam tradidit, non rem compertam. Refellunt

autem Strabonem duo Athenaei loci, quorum in uno, 4. p. 175, E, Neanthes narrat *Ἀναχρέοντος εὕρεμα* esse *βάρβιτον*, in altero, 14. p. 635, D, qui summi momenti est, Pindarus Terpandrum dicit *ἀντίφθογγον εὑρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον*, idemque inventum ab aliis, ut Aristoxeno, Sapphus fuisse perhibetur. Quin etiamsi ex his locis sic tantum colligas, Terpandro Alcaeo Sapphoni primum ac plurimum barbiti usum fuisse, unde *Lesboum* vocat Horatius Od. I, 1, 34, tamen quid probabilius, quam instrumenti Aeolicis poetis usitatissimi nomen Aeolicum obtinuisse? *Βαρύμιτον* utrum veteres usurparint nihil refert: tutum enim *βάρμιτον*, neque id *Dindorfius* Graecis eripere ausus est. Hinc igitur (*βάρπιτος*) *βάρβιτος*. Et hoc quidem ut a *gravi fidium* (*μίτος*) sono appellatum est, ita simillimum instrumenti genus a *gravi carminis ratione* (*οἶμος οἴμη*) *βάρωμος*. Quod verbum in lexicis omissum Athenaeus habet 4. p. 182, F, idemque reponendum apud Athen. 14. p. 636, C, ubi vulgo legitur vox non Graeca *βάρμος*. *Const. M.*]

βᾶρις. *Αἴας ἐσχάτοισι συμπλέκων δώδεκ' εὐστροφωτάτοισι ναυσίν — · ᾧ τις εἰ προσαρμόσει βαρβάρους βάριδας, νόστον οὐκ ἀπολοῖτο* Iph. A. 297. Lectio certa, sed in incerto loco. Obscura etiam ipsa vox. Quamvis enim Euripidis in loco *navigia* significari clarum sit, tamen adhuc neque originem vocabuli indagare neque diversissimas, quas veteres ei attribuunt, significationes (v. infra) inter se coniungere potuerunt viri docti. Et *ratem* quidem s. *cymbam* s. *scapham* significare *βᾶρις* turpis lexicographorum error est. Nempe contrarium, *grave ac tardum navigiorum genus*, proprie denotat. *Forcell.* „*baris* genus navigii, quod contis propellitur, *magnorum* quidem *ponderum capax*.“ Idque verum esse ex tribus Herodoti locis (2, 41. 60. 96) luculentissime apparet, quorum in altero *magnam* utriusque sexus *multitudinem ἐν ἑκάστῃ βάρι* fuisse narratur, in ultimo autem tam clare depingitur *navis grandior* et *lentior*, ut eos, qui de cymba cogitarint, aut non legisse Herodotum aut caecos fuisse credam. Persicas naves *βάρεις* appellat Aeschylus Suppl. 545, quas *cymbas* non magis quisquam dicet, quam navem Argoam itidem *βᾶριν* vocatam a Lycophr. 747. Apud Propert. 3, 11 (4, 10), 44 *baris* opponitur navibus *Liburnis*, quibus nullas expeditiores fuisse constat; atque eadem oppositio in Euripideo loco inest. Neque obstat quod Charonis *cymba* *βᾶρις* vocatur Anthol. Pal. 7, 167 et 365. Imo in utroque loco cymba illa venustissime dicitur *navis onusta* et *gravata*, scilicet in priore *defunctis* (*μέγα βρίθεται βᾶρις ἀποφθιμένων*), in altero *luctu defunctorum* (v. *Iacobs.* ad Anth. Pal. p. 304). Haec reputanti perspicuum

erit ipsius fortasse navigii inventores Aegyptios fuisse, nominis tamen originem inepte ab Aegyptiis vel Persis vel Indaeis repeti. Sole enim clarius est βᾶρις a βαρύς descendere (*Schwerschiff*). Neque primae productio me movet. Syllabarum enim *quantitas* quam vocant ita in casu et arbitrio posita est, eius ut perleve in vocibus derivandis momentum sit. Et quidem βᾶρις ad amussim convenisse videtur cum eo navium genere, quod *corbitas* dixerunt Romani. Non. 13, 2. *corbita*, genus navigii *tardum* et *grande*. Cf. Plaut. Poen. 3, 1, 4. 40. Βάρις autem etiam alias res nuncupatas esse, quae *baridos* formam repraesentarent, non magis mirum quam apud nos *Schiff* dici rem navi conformem. *Ammon.* βᾶρις λέγεται καὶ ἡ μεγάλη οἰκία, h. e. *domus turrita*. *Etym. M.* βάρεις· τείχη, στοαὶ, αὐλαὶ, πύργοι, σφαῖραι· τινὲς δὲ λέγουσιν αἱ μεγάλαι καὶ ὑπόβαθροι πέτραι. Eadem fere *Etym. Gud.* *Suid.* *Hesych.* *Zonaras* c. 373 et schol. ad Lycophr. 747. Praeterea *Etym. M.* σημαίνει καὶ τὴν κλίνην (schol. ad Lycophr. l. c. Θρόνους). In his σφαῖραι aeque ac σφῦραι, ut *Etym. Gud.* habet, aperte corrupta; στοαί et αὐλαί aut item corrupta aut e falsa interpretatione profecta; nec τείχη et πύργοι cum *barida* consociari possunt, nisi *moenia turrita* intelliguntur. *Domus* autem *turritae* cum *barida* similitudo plana, nec absonum quaedam *fulcra* fuisse et *lecticas*, quae talem formam referrent. *Const. M.*

βάρος, *pondus*, *onus*. τρισσῶν ἁμαξῶν ἀγώγιμον βάρος Cycl. 384, ut ib. 471. ἁμαξῶν ἑκατὸν βάρος. τευχέων βάρος Heracl. 723. ἐπ' ὤμοις συὸς φέρων βάρος fr. inc. tr. CLXXII. σίδηρον ἢ χαλκοῦ βάρος Hipp. 621. Hinc πλούτου βάρος El. 1287. ὄλβου βάρος Iph. T. 416, sicut nos: *schweres Geld*. Pariter ὦ πλοῦθ', ὅσῳ μὲν ῥᾷστον εἶ βάρει φέρειν Plisth. fr. III (VI), 1. Porro Penthei corpus exanime dicitur ἄθλιον βάρος Πενθέως Bacch. 1214, ut χειρὸς ἄθλιον βάρος corpus Alcestidis Alc. 202; v. *Matth.* ad l. Ambigue βάρος οὐκ ἀβριθές (scil. μέλη πατρός) Suppl. 1125, ubi βάρος simul et propriam *oneris* et tralatam *doloris* vim habet. Eademque ambiguitas inesse videtur Tr. 12, ubi ligneus equus vocatur ὀλέθριον βάρος. Incerta sunt ὡς βάρος φέρων τροχηλάτοιο κώλου (senilis) Herc. f. 123 (cf. ib. 120); v. s. φέρειν. Itaque tralate βάρος est quidquid *gravat*, *premit*, *urget*, *onus*, *molestia*, *dolor*, *aegritudo*. Metaphoram declarant πᾶ φύγω βάρος κακῶν; Hipp. 878. πημάτων γ' ἅλις βάρος Suppl. 818. Hinc ἔχω τοσόνδε βάρος, ὅσον μ' ἀπώλεσεν Suppl. 1158. ἀλλ' ὅμως βάρος ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν Alc. 354. V. s. ἀπαντλᾶν. ἀγγελίας βάρος ἀραμένα μέγα σοί τε κήρυξ ἀχέων Hec. 107. ἡ αἰσχύνη βάρος τοῦ ζῆν Heracl. 201. τὸ σφαγῆναι τόνδε μοι βάρος μέγα Iph. T. 598. βάρος τι κἀν τῷδ'

ἐστίν, αἰνεῖσθαι λίαν Or. 1162. τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν ψυχὴν χαλεπὸν βάρος Hipp. 259. [Etiam tralatam *ponderis s. momenti* vim habet. Huc trahenda Amphitruonis in Herc. f. 1205 verba: βάρος ἀντίπαλον δακρύοις συναμιλλᾶται, quae nemo interpretum penitus intellexit. Fefellit hos plena post συναμιλλᾶται interpunctio, ubi ponendum erat colon: nam quod pater senex ἱκετεύει — πολιὸν δάκρυον ἐκβαλών, id ipsum est βάρος ἀντίπαλον. Amphitruo, *pondus*, inquit, *idem valens s. non minus grave cum lacrimis tuis certat: mentum et genu et manum amplectens atque lacrimam senilem emittens te obtestor*, h. e. si dolor facit ut te contegas, at patris grandaevi preces lacrimaeque te commovere debent, ut faciem detegas. Herculem flevisse patet e versu 1356; βάρος autem ἀντίπαλον ut hic de re, ita de homine βάρος ἰσόῤῥοπον dicitur Plut. Pericl. c. 37. in. *Const. M.*] De stirpe *Etym. M.* p. 188, 51. τὸ δὲ βάρος παρὰ τὸ βίᾳ αἴρεσθαι. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ βῶ τὸ βαίνω. Quas ineptias *Damm. s.* βαρύς iteravit. Nec *Doederlini* Synon. IV. p. 226 rationem probo βάρος a βάρω, quod cum βαστάζω cognatum censet, derivantis. Imo ut ἄω in universum denotat *id quod vitale est s. viget* (*geistige Kraft*), ita *BAPΩ*, βάρος (quorum vocabulorum cum stirpe ἄω cognatio cernitur in Ἄρ — ης, ἀρ—ετή, ἀρ—είων, ἄριστος, ἀρι—, ἀῤῥ—ην) ad id transfertur, quod in corporibus vitale est s. viget (*physische Kraft*), h. e. ad *nutum s. pondus*, quo omnes res corporeae ex alto ad imum feruntur (*Schwerkraft*). Hinc βάρος in universum dicitur de eo, quod *pondus s. onus* habet, quod *grave* est. Ita etiam Lat. vocabula *movere*, *moles*, *moliri* inter se cognata sunt. [Non habeo quod huic derivationi contradicam, nisi quod subtilior videatur et paulo altius repetita. Itaque nescio an potius cum (βάρω) βαστάζω φέρω *fero bären bahren* (*Bahre Bürde*) *fahren führen*, quibus omnibus *motionis* notio subest, ab ἄω (ἔω), quatenus omnino *motum* notat (v. s. βαίνω), derivandum sit. Ita βαρύ proprie esset *quod portatur*, h. e. quod non sua se sponte movet, sed aliena opera promovetur, hinc *tardum* (v. s. βραδύς), *grave* (*schwerfällig*, *plump*, *schwer*). Cui rationi primum favent vocabula *vehendi* (ἔω ἴημι) et *portandi* (*pro porro*), quorum propria *motionis* notio in eamdem *ferendi* vim deflexit. Porro ut βαρύς (βάρος) ab ἄειν (β-α-ρ-ειν), ita *tardus* a *trahere*, *träg* a *tragen* dictum. Denique in hanc deductionem omnium maxime cadit verborum Latinorum *moveo* et *moles* comparatio. V. s. βαστάζειν. *Const. M.*]

βαρύβρομος (βρέμειν), *graviter sonans s. strepens.* βαρύβρομον αὐλόν Hel. 1367. βαρυβρόμων τυμπάνων Bacch. 156. βαρύβρομοι βρονταί Phoen. 190. βαρύβρομον κῦμ' ἅλιον Hel. 1321.

βαρυδαίμων, *gravi fortuna conflictans, infortunatissimus.* ἦ βαρυδαίμονα μήτηρ μ' ἔτεκεν Alc. 868. De re: *gravi fortuna immissus, miserrimus.* δύστηνος ἐγὼ τῆς βαρυδαίμονος ἄρθρων κλίσεως (νῶτ' ἐν στερρ̣οῖς λέκτροισι ταθεῖσα) Tr. 112.

βαρύθυμος, *importunus.* V. Plut. Alex. 9. Artax. 6. „Implacabilis ira Medeae exquisite βαρύθυμος (ὀργὰ) dicitur." *Pflugk.* ad Med. 176. Quidni simpliciter *importuna ira?* Cf. 38. 1266.

βαρύνειν, *gravare.* *Passiv.* εἴ τις τόκοις βαρύνεται, *gravida est,* Iph. T. 1228. Alcestis moritura in cogn. fab. 386. καὶ μὴν σκοτεινὸν ὄμμα μου βαρύνεται, „i. e. σκότῳ βαρύνεται." *Pflugk.* Cf. Opp. Hal. 4, 666. Tralate a) *opprimi, affligi,* ubi nos quoque *niedergedrückt werden.* ἀνδρὸς συμφοραῖς βαρύνομαι Alc. 43, ut ἄλις συμφοραῖς βαρύνομαι ib. 1051. b) *Molestia affici, indignari, ira incendi.* πολλάκις βαρυθεὶς οἷδ' ἄγαν αἰνούμενος Heracl. 205. Cf. S. O. T. 781. Phil. 890.

βαρύποτμος i. q. βαρυδαίμων, *infelicissimus, miserrimus.* βαρύποτμον ἄνδρα Heracl. 609. τύχαν βαρύποτμον Hipp. 827. οἵ μοι ξυμφορᾶς βαρυποτμωτάτας Phoen. 1354. Ald. Herv. 1. 2 et plerique codd. βαρυποτμοτάτας. At „quum πότμος, τέκνον, et similia, secundum Atticas rationes priorem syllabam corripiant, consequitur, ut βαρυποτμώτατος δυσποτμώτερος, εὐτεκνώτατος (Hec. 585. 624) antepenultimam producant." *Porson.* ad Phoen. 1367.

βαρύς [*tardus* (*schwerfällig, plump;* v. s. βάρος). οἱ σὺν γήρᾳ βαρεῖς Soph. O. T. 17, *senectute tardi,* ut *tarda senectus* Hor. Sat. 2, 2, 38 et βαρὺς ὑπὸ γήρως Ael. V. H. 9, 1. V. *L. Dind.* in novo Steph. Thes. s. βαρύς, in. (II, 148). *Const. M.*]. *Gravis, onerosus, molestus.* βαρὺ τὸ φόρημ' οἵησις ἀνθρώπου κακοῦ Polyid. fr. XI, 1. βαρὺ μὲν, οἰστέον δ' ὅμως Hel. 275. βαρέα μὲν φέρειν, ὅμως δέ — Alc. 894. ἄχθος τὸ γῆρας βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων Herc. f. 639. τὸ γῆρας οὐκέτ' ἐσ' αὐτοῖς βαρὺ Alc. 675. βαρὺ κῶλον (senile) Herc. f. 119. βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν Hipp. 201. Tralate σιωπῆσαι βαρύ fr. inc. tr. CC. τοῦδ' ἡμῖν βαρύ, εἰ — Herc. f. 209. Imprimis de *gravi, acerba* sorte. δαίμων βαρύς Hec. 723; cf. ib. 1087. βαρείᾳ συμφορᾷ πεπλήγμεθα Alc. 406; cf. ib. 859. δαίμονος τύχα βαρεῖα Rhes. 728. ἰὼ ἰὼ συμφορὰ βαρεῖα ib. 731. τύχης βαρείας τὰς ἐμάς El. 301. τὰ τοῦ δαίμονος βαρέα Ion. 1375. οὐ τὰ μέν σοι βαρὺ κακῶν, τὸ δ' οὐ βαρύ Phoen. 1635. βαρὺς αἰὼν Iph. T. 1122. Cf. Soph. Tr. 5. ἐμοὶ θάνατος οὐχ οὕτω βαρύς Andr. 454. ὦ τύχα, ὡς μοι βαρεῖα καὶ δόμοις ἐπεστάθης Hipp. 819. De *gravi, molesto, importuno* homine. ἐκεῖνος οὐκέτ' ἔσται σοι βαρύς El. 1119. βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ Med. 809. [τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρὺς

Dict. fr. XVII, 2 est e Sophoclis Alete; v. *Matth.* T. IX. p. 160.] τοῖς κακοῖς βαρύν Hipp. 980. ἐπικείσομαι βαρύς Rhes. 101. Insignis imprimis locus est λυπηρὸς οὐκ ἦν, οὐδ' ἐπίφθονος πόλει, οὐδ' ἔξεριστὴς τῶν λόγων, ὅθεν βαρὺς μάλιστ' ἂν εἴη δημότης τε καὶ ξένος Suppl. 894. Sic etiam πόλει τ' ἄχρηστος καὶ συναλλάσσειν βαρύς Heracl. 4, *ad usum molestus* h. e. *tam molestus, ut aegre eo utaris*, quibus ad structuram simillima sunt δεινὸς οἶνος καὶ παλαίεσθαι βαρύς Cycl. 674, de vino *gravi s. valido*. De *gravi s. valida* manu, ut Hom. Il. α', 219. ε', 81. βαρείας χειρὸς ὁρμᾶται βέλος Hec. 1041, ubi tamen etiam *violenta s. importuna* manus intelligi potest, ut Il. α', 89. De *gravi, importuno* animo. φρενῶν βαρὺς χόλος Med. 1266. βαρεῖα φρὴν κοὐκ ἀνέξεται κακῶς πάσχουσα Med. 38. [φυγῇ βαρὺς κέαρ Dan. prol. 63.] De *gravi, rauco, fusco* sono. βαρὺν βρόμον, φρικώδη κλύειν Hipp. 1202. ἠχὼ βαρεῖα Hipp. 791. φάρυγος αἰθέρ' ἐξιεὶς βαρύν Cycl. 409, de Cyclope *graviter ructante*, quamquam id etiam de *graviter anhelante, spiritum vix sufferente*, potest accipi.

βασίλεια, *regia uxor*. Plerumque ita vocatur mulier aut *regio orta genere* aut cum *rege* vel viro *regiae stirpis* matrimonio iuncta: Hecuba Tr. 178. 341. 966. Clytaemnestra El. 977. 988. Iph. A. 599. Phaedra, uxor Thesei, Hipp. 158. 176. Alcestis Alc. 81. Hermiona Andr. 1056. *Domina*. τῶν δὲ λέκτρων ἄλλα βασίλεια κρείσσων δόμοισιν ἐπέστα Med. 445. V. s. βασιλεύς.

βασίλειος, *regius*. βασιλείων δόμων Or. 1366. Cf. Iph. A. 863. Hel. 143. 466. 1542. δῶμα βασίλειον Med. 960. Bacch. 60. βασίλεια ἀμφιβλήματα Hel. 70. βασιλείοις κόραις Bacch. 746. Ἀγαμέμνονος κούρα τᾷ βασιλείᾳ El. 187, *regiae stirpis*. De genere v. *Matth.* gr. p. 297.

βασιλεύειν, *regnare*. ἵν' ἐλπίζει βασιλεύσειν Ion. 1087. βασιλεύει χθονός El. 12.

βασιλεύς, *rex, princeps*. βασιλεὺς Μενέλαος ἄναξ Or. 348. βασιλεῦ χώρας τῆς πολυόλβου Archel. fr. III (XXXIII), 1. γᾶς βασιλεῦσι Phoen. 806. ἐκ τῶν εὐόλβων Ἄργει βασιλέων Iph. T. 190; sed v. s. ἀλλάσσειν. γαίας τυραννεύσουσι φίλοι βασιλῆες El. 877; v. infra. βασιλέα δ' ἐκ τοῦδε χρὴ ἄλλον δι' ἄλλου διαπερᾶν Μολοσσίαν Andr. 1248. In Tr. 100 Hecuba: οὐκέτι Τροία τάδε καὶ βασιλεῖς ἐσμὲν Τροίας, Priami scilicet familiam dicens. Temere *Elmsleius* βασιλῆς, id ut *reginam* significet. ὦ βασιλεῦ Τελαμών Tr. 795. Καδμείων βασιλῆας Phoen. 836. Ἰλιάδαι βασιλῆες Andr. 1023. μέγας ὦ βασιλεῦ Rhes. 380. ὦ κάκιστε βασιλέων Herc. f. 182. ἀνὴρ βασιλεύς Suppl. 444. ἀνδρὶ βασιλεῖ Iph. A. 645. τὴν τοῦ βασιλέως Ἰφιγένειαν Iph. A. 591. παῖδα γῆμαι βασιλέως Med. 554. 783. γῆμαί

με λέκτρα βασιλέως ib. 594; *Matth. Pflugk.* (at v. ad Hel. 638), *Dindorf.* c. *Elmsl.* βασιλέων; v. s. λέκτρον. βασιλεῦσι νύμφη (ἐθρίφθην) Hec. 352. προσπόλοισι βασιλέως Hel. 1042. ὑπασπιστῶν (τις) βασιλέως Rhes. 2. τύχας βασιλέως Alc. 240. τὰ τῶν βασιλέων παθήματα Iph. T. 670. βασιλέων αἷμα Or. 1397. βασιλέων θυμουμένων ὀργάς Med. 455. αὐτὸν ὄντα βασιλέα Hel. 518. βασιλεῦ Iph. A. 43. 140. Cf. Rhes. 886. Ceterum cf. Phoen. 868. Phaëth. fr. III, 18. Rhes. 993. El. 760. Alc. 130. Andr. 501. Iph. T. 109. Heracl. 295. 368. 1055. De accus. βασιλέα constat: v. *Matth.* gr. p. 233, not. 3. Neque in dubium vocari potest βασιλῆας Phoen. 836. ch. Nomin. plur. βασιλῆς unanimi praebent libri El. 877. ch. et Andr. 1022. ch. At ambobus in locis βασιλῆες est contra metrum. Hinc recte, ut videtur, corrigunt βασιλῆ̃ς. V. *Matth.* gr. p. 234. not. 5. [Nego tragicis hanc formam non tantum accusativi, sed etiam nominativi. Et βασιλῆας quidem Phoen. 836 certum. Andromachae autem in loco 1023 non librorum, sed editorum scripturam metro obstare *Hermannus* docuit in novissima editione, qui optimo iure retinuit vulgatum βασιλῆες. Denique Electrae l. c. antequam βασιλῆες, quod etiam hic in libris est omnibus, corrigerent, strophicum potius versum mendosissimum emendare debebant. V. s. τελεῖν. Etiam apud Sophoclem et Aeschylum formam βασιλῆς eclerius induxerunt editores. Scilicet haec omnia e melicis sunt. In his igitur *Attica* quam dicunt forma usos esse poetas statuunt. V. s. σφαγεύς. De origine vocis βασιλεύς res miras excogitarunt viri docti. V. impr. *Etym. M.* s. v. Alii enim ex βάσις ἴλης, alii ex βάσις λεώς, alii denique, ut *Dammius*, ex βάσις ἴλεως compositum putarunt. Absonum profecto nomen vetustissimum, quale βασιλεύς est, a verbo deducere, cuius recentiores tantummodo significationes aliquantulum in deductionem istam quadrant. Primitiva vocis forma est βᾶς (v. *Dindorf.* in novo Thes. Steph. Vol. II. p. 156), unde βασιλεύς formatum ut ἀγυλεύς ex ἄγος. Βᾶς autem illud in promtu est a βάειν (βαίνειν) proficisci huiusque verbi antiquissimam vim in voce derivata obtinere, quae est *movere*, *ire facere*, *ducere*. V. s. βαίνειν, in. Ita βασιλεύς plane respondet Latino *dux* et vernaculis *Herzog* (i. e. *Heerführer*) et *Hermann* (i. e. *Heermann*): nam copiarum potissimum *duces*, non rei publicae gubernatores, antiquissimo tempore fuerunt *reges*. De discrimine, quod inter βασιλεύς ἄναξ δεσπότης τύραννος intercedit, erudite exposuit *Grodefend.* in Erschii et Gruberi Encycl. T. VIII. p. 29. *Const. M.*]

βασιλήιος, Ion. pro βασίλειος. Exstat haec vox Phaëth. fr. III. 29. mel. Neque enim subscribere possum iis, quae *Matthiae* ad El. 186

Seidlero pro *κούρᾳ τᾷ βασιλείᾳ* corrigenti *βασιληίᾳ* respondet: „terminationes Ionicae — *ήϊος* pro — *ειος* nusquam in tragicis leguntur, nec adstrui possunt formis *πολιῆται, ἀδελφέαν, βασιληΐδα τιμάν*." Cf. ad Phaëth. fr. T. IX, p. 263. Non meminit pater dilectissimus formae *Φοιβήιον*, quae inviolata stetit Iph. A. 756. Multa id genus alia apud tragicos invenit recentior aetas, multa etiam nunc latent. V. *Pflugk.* ad Heracl. 542. *Dindorf.* Praef. Poet. Scen. p. XXIV. *Bergk.* eph. ant. Darmst. 1836. p. 68 et impr. *Wunder.* not. crit. ad Soph. O. T. 1191. *Seidleri* in Electrae l. emendationem iure recepit *Dindorf.* V. s. *Φοιβήιος.*

βασιληίς, adiect. fem., *regia. συμπάντων δὲ βασιληΐδα τιμάν, Κύπρι, τῶνδε μόνα κρατύνεις* Hipp. 1281. ch. Cf. Hom. Il. ξ', 193. Hes. Theog. 462. 892.

βασιλικός, *regalis*, deinde i. q. *βασίλειος*, *regius. βασιλικῶν δόμων* Phoen. 1836. Cf. El. 947. *βασιλικῶν δωμάτων* El. 306. *βασιλικῶν θαλάμων* Ion. 486. *βασιλικοῦ σηκὸν τάφου* Polyid. fr. II (IX), 1. *βασιλικῶν δεμνίων* Tr. 495. *βασιλικὰ λέκτρα, torum regis*, Tr. 259. Pariter *γάμοι βασιλικοί, nuptiae regiae*, Tr. 354 sunt *nuptiae cum rege faciendae, Verheurathung mit einem König, Fürsten*, at Med. 18 et 547 *nuptiae cum regia virgine factae, Verh. mit einer Prinzessin.* Tralate *τοὔξυθυμον καὶ τὸ βασιλικὸν λίαν (δέδοικα)* Bacch. 670, *animum nimis regalem, tyrannicum, superbum.*

βασιλίς. ἐν νεκροῖσι δούλη κεκλῆσθαι βασιλὶς οὖσ' αἰσχύνομαι Hec. 552, quae Polyxenae verba sunt. Phaedra Hipp. 267 vocatur *βασιλίς*, at ibid. 778 *βασιλὶς γυνή*, ut Glauca *νύμφη βασιλίς* Med. 1003. Praeterea notanda *τὰν βασιλίδ' ἑστίαν* Rhes. 718. *Διὸς ἄνακτος εὐναῖσι βασιλίσιν* Iph. A. 1306. Apparet ex his *βασιλίς* proprie esse adiectivum femin. generis ut *βασιληίς*, suppresso autem substantivo *νύμφη* vel *γυνή* interdum vices obire substantivi, ut Hec. 552 et Hipp. 267.

βάσις (*βάω*), *gressus, incessus* (*Schritt, Gang*). *ποδῶν βάσει* Hec. 837. *τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν* Phoen. 311. *ποδῶν φέρουσα φιλτάταν βάσιν* Tr. 334. *ἀρβύλης σκέψαι βάσιν* El. 532, *vestigium. κρυπτὰν βάσιν αἰσθάνομαι γυναικῶν* Hec. 1069. *Pes* s. *pedes*, ut per quos *βαίνομεν. ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν* Iph. A. 421, i. q. *θήλεας πόδας. λεοντόπουν βάσιν* (Sphingis) Oed. fr. I (XVI), 1, i. q. *λεοντείους πόδας*. Cf. Apollod. 3, 5, 3. *βάσιν χερσὶ προσθίαν καθαρμόσας καὶ κῶλα κώλοις* Rhes. 210, h. e. *in anteriores* (pellis lupinae) *pedes manibus, in pedes* (posteriores) *pedibus immissis.* Aliquid cum his similitudinis habere videntur, sed obscurius dicta sunt

πᾶ κέλσω τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου τιθέμενος ἔπι χεῖρα κατ' ἴχνος Hec. 1058; v. s. ἴχνος. Tralate αὗται (γραμμαὶ) συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν, coëunt, Thes. fr. VII (V), 12. Alias praeterea significationes βάσις cum βάθρον communes habet, ubi v.

βάσταγμα. δεινὸν μὲν ἦν βάσταγμα, grave quidem erat curare (mortuos), Suppl. 767. V. v. 765. sq. et s. βαστάζειν extr. Alias βάσταγμα est id quod portatur, onus.

βαστάζειν, portare, gerere, gestare, sustinere, tenere. ἣν (δέλτον) πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις Iph. A. 36. φρουρήσω πρόχειρον ἔγχος χειρὶ βαστάζουσα El. 696. φιλίας ἀλόχου χέρα βαστάζων Alc. 920, contrectans, amplectens, quod est signum amoris. ἣ (Alcestis) νῦν — ἐν χεροῖν βαστάζεται ψυχοῤῥαγοῦσα Alc. 19, tenetur. γέροντα βαστάζων νεκρόν ib. 727, efferens. σύνηθες αἰεὶ ταῦτα (τόξα) βαστάζειν ἐμοί Alc. 41, gerere, gestare. Tralate μάχας πρὸ χειρῶν καὶ δόρη βαστάζομεν Rhes. 274, in quibus, si incorrupta sunt, memorabile zeugma est. [Ex iis, quae s. v. βάρος de stirpe huius verbi monui (cf. Lob. ad Ai. p. 90), apparet propriam eius vim esse portandi h. e. porro movendi s. promovendi indeque ferendi (v. Ellendt. lex. Soph. s. v.), unde οἱ βαστάζοντες sunt baculi s. geruli. Ex portandi autem vi triplex manavit significatio, una tollendi (tral. extollendi), altera tenendi, tertia contrectandi (tral. considerandi). Quum autem portandi vis de mortuis praecipue frequentaretur (hinaus — zu Grabe tragen), hinc plane ut synonymum κομίζειν etiam mortui efferendi s. sepeliendi vim accepit. V. Alc. 727. Soph. Ai. 827. 920. Ab attrectandi vi hanc potestatem non recte deducit Wunder. ad S. Ai. 808. Const. M.]

[βατεύειν. Suppl. 1003 Evadne: προσέβαν πυρὸς φῶς καθέξουσα τάφον τε βατεύουσα τὸν αὐτόν (quem Capaneus). Sic vulgo. Sed perrarum verbum est βατεύειν nec nisi de initu animalium usitatum. Itaque e Marklandi coni. ab omnibus perscriptum ματεύουσα. Ipse tamen Markl. ματεύσουσα; idque et Musgravius probat et codd. confirmant, in quibus est βατεύσουσα. Sine σ̄ Ald. Brub. Herv. 1. 2. Cet. v. s. κατέχειν. Const. M.]

βαυβᾶν. Bekk. anecd. p. 85, 10. βαυβᾶν ἀντὶ τοῦ καθεύδειν. Εὐριπίδης Συλεῖ· βαυβῶμεν εἰσελθόντες, dormiamus. Est ap. Matth. Syl. fr. VI, 1. Stirps vocis, ut recte iam Passov. monet in lex. s. βαυκαλᾶν, est ἄω, αὔω. Ut enim βαυκός proprie de eo dicitur, quod flatu movetur (αὔω), indeque de tenero, molli, delicato, sic βαυβᾶν proprie est molliter s. delicate habere, fovere, mulcere, imprimis infantes (hätscheln), unde βαυβώ, hinc ut βαυκαλᾶν etiam molliter sopire (einschläfern) et intransitive somnum molle capere, dormire (ein-

schlummern), unde ad *concubitus delicias* trālatum est, quin etiam ad *connubium* et *nuptias*. V. *Bergk.* in ephem. Darmst. 1837. p. 43.

βαφή (βάπτειν), *tinctus*. μαινομένῳ πιτύλῳ πλαγχθεὶς (Hercules) ἑκατογκεφάλου βαφαῖς ὕδρας Herc. f. 1188.

βέβαιος, *permanens, stabilis, firmus, solidus*. ὁ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος Phoen. 561; cf. Herc. f. 512. Beller. fr. XXVI (VI), 3. Erechth. fr. X (IX), 3. βέβαιον οὐδὲν τῆς ἀεὶ τύχης ἔχων Hel. 721, *stabili numquam utens fortuna*. μῶρος ὅστις εὖ πράσσειν δοκῶν βέβαια χαίρει Tr. 1205. βέβαια οὐδεὶς εὐτυχεῖ fr. inc. tr. LXIX. βέβαιον οὐδέν ἐστιν ἐν θνητῶν γένει ib. CCXXVIII. πνοὰς θερμὰς πνέω, μετάρσι', οὐ βέβαια Herc. f. 1093, de Herculis furore *non permanente*. *Firmus, constans, certus*. νοῦς οὐ βέβαιος (*inconstans*) ἄδικον κτῆμα Iph. A. 334. εἰ βεβαίως εὖ φρονεῖς Herc. f. 1121. ἡ φύσις βέβαιος, οὐ τὰ χρήματα El. 941, quae quid sibi velint sequentibus explicatur. τὴν σαυτοῦ φύσιν σώζων βεβαίως, ὥστε χρυσὸς ἐν πυρί fr. inc. tr. CCCXXXV. καὶ βέβαια τἀπὸ σοῦ; El. 280. τὸ σὸν βέβαιον (*tua fides*) ἔτι μοι μένει; Or. 1275. βέβαιον εἶναι (*fidum esse*) — τοῖς φίλοις (χρεών) Iph. A. 347. ἵν' (in Areopago) εὐσεβεστάτη ψῆφος βέβαια τ' ἐστὶν — θεοῖς El. 1263, *certum iudicium*, quamquam etiam *firmum* s. *permanens iud.* intelligi potest. De genere adiectivi El. 941 (coll. v. 1263) v. *Matth.* gr. p. 297. Stirpem ipse indicat Euripides in Heracl. 610. οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον εὐτυχίᾳ. Ut enim βα-ιός a βά-ω, ita a βεβά-ναι fit βέβα-ιος, quatenus illud *commorationem* in loco s. *permansionem* denotat. V. s. βαίνειν 6. *Etymol. M.* p. 193, 12. βέβαιος· ὁ ἀσφαλὴς καὶ ἑδραῖος καὶ βεβηκώς.

βέβηλος, *profanus*. De homine: οὐ γὰρ θέμις βέβηλον ἅπτεσθαι δόμων Protesil. fr. I, *impurum*, i. q. μιαρόν. De re: βέβηλα καὶ κεκρυμμένα λόγια παλαιά Heracl. 404, *profana s. vulgata et arcana*. Schol. Soph. O. C. 10. βέβηλος τόπος ἐστὶν ὁ ἀκάθαρτος καὶ βατὸς πᾶσι. Καὶ βέβηλος ἀνὴρ ὁ μιαρός. Recte. Ut enim a βάω (βαίνω) βηλός, ita βέβηλος a βεβάναι descendit. Proprium igitur de loco, in quo *versatur* vulgus (v. βαίνειν, 6), de loco *contrito, vulgato*, indeque *profano*, unde et ad res *vulgatas* vel *profanas* et ad homines *profanos* vel *impuros* translatum est. Cf. *Etymol. M.* p. 193. extr. et p. 194. *Eustath.* p. 158, 29 et p. 1003, 40, impr. *Ruhnken.* ad Tim. p. 60 et *Spanhem.* ad Callim. h. Apoll. 2. *Const. M.*

βέλεμνον (βέλος), *missile*. δεινὰς ἂν εἶδες πυρρίχας φρουρουμένου βέλεμνα παιδός Andr. 1137.

βέλος (βάλλω), omne *missile* s. *telum* (*Geschoss*), πᾶν τὸ πόρρωθεν βαλλόμενον (*Eust.* p. 704, 53). Hinc a) *iaculum*. ἐπίλογχον βέλος Hipp.

222. λογχωτὸν βέλος Bacch. 760. πόλλ' ὁμοῦ βέλη, οἱστοί, μεσάγκυλα, Andr. 1133. πολεμίων εἴργων βέλη Phoen. 1081. Sic etiam ib. 880. Herc. f. 1350. Hec. 1041, ubi cf. vers. anteced. b) *Sagitta.* πλευροῖς πτήν' ἐναρμόσας βέλη Herc. f. 179. ἐναίρων πτανοῖς βέλεσιν ib. 367. δάμαρτά καὶ παῖδ' ἑνὶ κατέστρωσεν βέλει ib. 1000; cf. ib. 984. βέλεσί τ' ἀμφέβαλλε (ὕδραν) ib. 422. τοῖον φαρέτρα Λοξίου σώζει βέλος Rhes. 979. c) *Thyrsus*, quì quo iure βέλος dicatur apparet e Bacch. 761 sqq. θύρσον, κίσσινον βέλος Bacch. 25. d) *Fulmen.* ὁρᾷς τὸ δῖον οὗ βέλος διέπτατο; Καπανεὺς ὅδ' ἐστίν Suppl. 860. Et sic multa praeterea, quatenus βάλλονται, vocantur βέλη. Deinde vero βέλος omnino de *armis* usurpatum est ut *telum* (*Waffe*). Ita accipienda ἀντίπρωρα σείοντες βέλη El. 846. ὀξυθήκτῳ βέλει ib. 1159. ὥστε χέρας ἐμὰς λιπεῖν βέλος ib. 1217. Huius modi est etiam Soph. Ai. 658. Tralate βέλος dicitur de *radiis* flammae et stellarum. Hipp. 531. πυρὸς ἄστρων βέλος, quae mire de *fulmine* intellexit *Valck.* Sic *dici* ap. Lucret. *tela* de solis radiis pariterque nos *Strahlen werfen.*

βελτίων (comparat.), *melior, praestantior*, et βέλτιστος (superl.), *optimus.* μηδενὸς βελτίονες Andr. 727. αὐτὸς αὐτοῦ βέλτιστος ὤν Antiop. fr. XX (XXXIV), 4. πόλιν οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῇδε βελτίω λαβεῖν Erechth. fr. XVII (I), 6. οἱ γόνοι βελτίονες Meleagr. fr. VII (IX), 5. βελτίον' ἂν τέκοιμι τέκνα ib. 3. ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος Sisyph. fr. III, 1. βελτίω βίον τοῦ πρόσθεν Alc. 1160. βελτίους φρένας El. 1061. βέλτιον φρονεῖν Iph. A. 1011. ἦν γε βελτίω λέγω Hel. 1653. ἐπ' ἄλλον βελτίω λόγον Hipp. 292. εἰ γὰρ μεταπέσοι βελτίονα Ion. 412. ἐπὶ τὸ βέλτιον πεσεῖ Or. 1141. ἐκ δὲ τῶν λόγων ἑλοῦ τὰ βέλτιστα Andr. fr. XV (XIII), 2. χρῆσθαι τοῖσι βελτίστοις ἀεί Iph. A. 503. De longa penultima v. *Markl.* Suppl. ed. Oxon. p. 207. not. ed. Lips. p. 187. not. Stirpem vocis recte indicat *Matth.* gr. §. 135 s. βελτίων et *Passov.* s. βέλτερος. Est enim βάλλω, ita ut ad amussim respondeat Germanico *trefflicher.*

βέλτιστος, v. s. βελτίων.

βένθος, *profundum*, i. q. βάθος. βένθος ἅλιον Beller. fr. XXVII (XX), 3. mel. Ut pro (βαίνω) βάω etiam altera apud Homerum exstat forma βέομαι, ita pro βάραθρον (βάθρον) dicitur βέρεθρον, pro βάθος (s. v.) — βένθος, pro πάθος — πένθος.

βῆμα (βάω), *passus, gressus*, μὴ κοῦφον αἴρῃ βῆμ' ἐς Ἀργείων στρατόν Tr. 342. κλωπικοῖς βήμασι Rhes. 205. τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς El. 954. ξένος σπουδῇ πρὸς ἡμᾶς βημάτων πορεύεται Andr. 881. Vlg. δωμάτων. Emendavit *Brunckius.*

βία cum βίος (s. v.) ab ἴς (ἴω ἔω (εἰμί) ἄω) profectum, unde etiam

vis et *vita*. Itaque proprie est *vis vitalis* s. *vigor* (s. v. ἀνήρ); hinc 1. *vis* corporis s. *robur*, quippe quo vita praecipue contineatur (*Kraft, Stärke, Gewalt*). Huc pertinent formulae periphrasticae *βία Εὐρυσθέως* Pirith. fr. V, 5. *κλεινὴ Πολυνείκους βία* Phoen. 56. Cf. *Matth.* gr. p. 964. Porro (Eteocles) *στέρνα Πολυνείκους βίᾳ διῆκε λόγχην* Phoen. 1406. Cf. Suppl. 692. (*τὸ δοῦλον*) *τῇ βίᾳ νικώμενον* Hec. 333. Hercules ad liberos occisos in cogn. fab. 1369: (*καλὰ*) *παρεσκεύαζον ἐκμοχθῶν βίᾳ εὔκλειαν ὑμῖν*. (Pentheus) *τὸν ἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ* (Bacchum) Bacch. 999. Et figurate de Necessitate: *τὸν ἐν Χαλύβοις δαμάζεις σὺ βίᾳ σίδαρον* Alc. 984. Etiam de rebus. *βίᾳ δορὸς ἤδη τόδ' ἔσται* Suppl. 347. 2. *Vis* alii illata, *violentia* (*Gewaltthätigkeit*). *μισεῖ — ὁ θεὸς τὴν βίαν* Hel. 909. Ib. 840 Hel. *γαμοῦμαι δ' ἢ τάλαιν' ἐγὼ βίᾳ*. Menel. *τὴν βίαν σκήψασ' ἔχεις*. V. s. ἔχειν. *πείσει βίαν* Herc. f. 215. *δεδοικὼς περιβλέπων βίαν* Ion. 624. Hinc frequens est dativus *βίᾳ*, isque triplici sensu usurpatur: a) *illata vi*, h. e. *per vim*, *vi*, *violenter* (*gewaltsam*), i. q. *βιαίως*. *μήτ' ἀποσπασθῇς βίᾳ* — Hec. 225; cf. Tr. 613. *ὠσθήσει βίᾳ* Med. 335; cf. Hel. 452. 459. *βίᾳ ξένους θεῶν ἀφέλκειν* Heracl. 113; cf. ib. 128. 226. 244. 250. 255. 287. *οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν βίᾳ;* Hec. 1282. *Αἴας εἵλκε Κασάνδραν βίᾳ* Tr. 70. (Hercules) *βίᾳ γυναῖκα τήνδε δ' ἐξαιρήσεται* Alc. 70. *ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ* Hel. 914. *κόρας βίᾳ πορθουμένας* Phoen. 568. *ἐπιστολὰς ἐξαρπάσας ἐκ χερῶν βίᾳ* Iph. A. 315. *βίᾳ μ' ἁρπάσας* Tr. 959; cf. Cycl. 109. *μὴ ληφθῶμεν βίᾳ* Iph. T. 109. *βίᾳ ἄγειν* Iph. A. 319 et Tr. 998. *οὗτοι βίᾳ γέ μ', οὐδὲ τοσόδ' ἄξεις* Heracl. 64. *βίᾳ πρὸ τῶνδε δωμάτων ἐκπέμπομαι* Tr. 897. *βίᾳ — ἐκπεσὼν στρατοῦ λέχους* Herc. f. 555. *λέκτρα συλᾶσθαι βίᾳ* Iph. A. 1275. *ἐκβαλοῦσα λέκτρα τἀκείνης βίᾳ* Andr. 35. *ἦν ὃ μὲν βίᾳ γαμεῖ* Tr. 962; cf. Hel. 840. *Φοῖβος ἔξευξεν γάμοις βίᾳ Κρέουσαν* Ion. 11; cf. ib. 437. *ἔγημας ἄκουσάν με κἄλαβες βίᾳ* Iph. A. 1149. *εὐνῆς ἔτλη θιγεῖν βίᾳ* Hipp. 886. *κατήσχυν' ἄλοχον βίᾳ* ib. 1165. *ἐκοιμήθην βίᾳ σὺν δεσπόταισι* Andr. 390. *βίᾳ δράσῃς μηδὲν ἢ πείσει βίαν* Herc. f. 215. *ἔργα μὴ πράσσειν βίᾳ* Sisyph. fr. I, 10. *βίᾳ νυν ἕλκετε τιμάς* In. fr. XII (IV), 1. *ἀποκτείνειν βίᾳ* Andr. 587. *τὰ σπλάγχνα — ἐξαμήσεσθαι βίᾳ* Cycl. 235. *βίᾳ παρελθὼν θεούς* Suppl. 231. Huc pertinet etiam Hipp. 1224. *αἱ δ' (ἵπποι) ἐνδακοῦσαι στόμια βίᾳ φέρουσιν*, ut S. El. 715. *πῶλοι βίᾳ φέρουσιν*, ubi bene *Ellendtius*: „ne referas ad corporis vim, sed *ferocia* potius tam vehementer excurrentium (et vi irrumpentium) significatur ut cohiberi non possint, quod nos *durchgehen* dicimus.“ Eiusdem modi sunt etiam *γυναικὸς οὕνεκα — ἑκούσης κοὐ βίᾳ λελῃσμένης* Tr. 373. *ἂν βίᾳ σπεύδωμεν ἀκόντων θεῶν* Ion. 378. *οὐδὲν ἦν τούτων*

βίᾳ Cycl. 257. ἀναιρεῖσθαι νεκροὺς βίᾳ Suppl. 472. θάψω βίᾳ ib. 560. Eodem modo dicitur πρὸς βίαν. πρὸς βίαν ὠθουμένη Hec. 405. ἦν ἀπωθώμεσθα πρὸς βίαν Heracl. 47. πρὸς βίαν ἀποσπασθέντες ib. 98. 222. πρὸς βίαν ἀπεστάλης Cycl. 111. πρὸς βίαν ἄγειν Med. 1216. Cf. Andr. 754. πρὸς βίαν ἀφειλόμην Alc. 45. τέκνα πρὸς βίαν ὑμφεύεται Suppl. 455. ἐγὼ δὲ πρὸς βίαν μὲν — οὔτ' οὖν τι δράσω φλαῦρον οὔτε πείσομαι Andr. 731. Cf. Or. 705. Hel. 402. πρὸς βίαν ἐθνήσκετε; Herc. f. 550. Cf. Xen. Hier. 10, 4. οὐ μὴν ἑκόντα γ' αὐτὸν, ἀλλὰ πρὸς βίαν ἔζευξ' ἀνάγκη Heracl. 885. Hinc βίᾳ cum genitivo iunctum b) est *vi illata alicui*, h. e. *invito aliquo*. Θεοῦ διδόντος ἢ βίᾳ θεῶν Iph. A. 702; cf. Phoen. 875. Erechth. fr. VI (V), 2. δαιμόνων βίᾳ Phoen. 18. βίᾳ τῶν κρεισσόνων Or. 709. ἐμοῦ βίᾳ λαβών Ion. 1295. βίᾳ θυμοῦ, *invito animo*, Alc. 832. Sic etiam πρὸς βίαν. Ἀμφιάρεώ γε πρὸς βίαν Suppl. 158. Denique βίᾳ c) est *vi* ab alio *illata*, h. e. *invitus*, *coactus*. ἑκὼν, οὐ βίᾳ Iph. A. 361. πόσις — μὴ βίᾳ φέρων ζυγόν Med. 242. In Phoen. 1139, ubi inepte vulgo legebatur βίᾳ, e tribus codd. βάθρων reposuit *Matthiae*.

βιάζεσθαι, *med.*, *vi uti*. Quo sensu cur *medium* plerumque usurpetur, in promtu est. *Vi* enim si quis *utitur*, *suo* plane *arbitrio* agit: eaque propria medii potestas est. V. s. ἀφιδρύειν et s. ἀφορμᾶσ. τί δ' οὖν βιάζει κοὐκ ἀπαλλάσσει χθονός; Med. 339, ubi nos *trotzen*. Sic etiam ἦν δ' αὖ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ (Κύπρις) Dict. fr. VI, 2. τί δρᾶς; βιάζει χειρὸς ἐξηρτημένη; Hipp. 325, *urges*, *instas*, ut πεπρωμένη — ἡμέρα (mortis) βιάζεται Alc. 145. Cum *accus. vim inferre*, *urgere*, *opprimere*, *superare*, et cum *infin. cogere*. μῶν τίς σ' αὖ βιάζεται παρὼν κήρυξ; Heracl. 647. γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται Chrys. fr. I, 2. ἡμῖν δ' οὐ βιαστέον τύχην Rhes. 584. βιάζει μ' οὐ θέλοντα δρᾶν τάδε Alc. 1119. ἀλλ' ὅμως ψυχὴν βιάζου ταῦτα συμφέρειν κακά Herc. f. 1366. Paulo insolentius dicta πᾶσαν — ὧδε βιάζεται πόλιν ξῆν Or. 1623, quae quomodo explicanda sint simillima docebunt exempla a *Buttmanno* in Ind. ad Dem. or. Mid. p. 168 prolata. Dicit enim Menelaus: *invita tota civitate obtinere s. evincere conatur* Orestes, *ut vivat* (*der ganzen Stadt zum Trotz will er leben*). Cf. v. 1609 sqq. Itaque ξῆν est i. q. ζωήν. V. s. ἀναγκάζειν, extr. *Passiv.* ἵκέται δ' ὄντες Διὸς βιαζόμεσθα Heracl. 71, *vis nobis infertur*, ut βίαν πάσχομεν Herc. f. 215. *Const. M.*

βίαιος, *violentus*, *vehemens*. *Activ.* de eo, qui aliquid *per vim* facit. ἄνδρας βιαίους Suppl. 308. βιαίῳ χειρί Heracl. 103. 107. βίαια πολεμίων κακά fr. inc. tr. III, a, 3. τῷ βιαίῳ (*violentiae*) καίριον τὸ μαλθακὸν εἰς ταὐτὸν ἐλθόν Archel. fr. XXIII, 1. βρέφος μαστὸν

βιαίως ἀποσπάσας Iph. A. 1152. ἄθει βιαίως Tr. 356. ἕλκει με βιαίως Ζηνὸς ἐκ προβωμίων Heracl. 80; cf. ib. 367. Rhes. 901. Etiam Heracl. 925 vulgo legitur adv. βιαίως. V. s. δίκη. *Passiv.* de eo, quod *per vim* fit. ὦ βιαίως θανοῦσα Hipp. 814. φόνον βίαιον Andr. 1243. γαμεῖ βιαίως Tr. 44. δίκας βιαίων δώσετε γάμων Ion. 445. βιαίων ἁλμάτων Hec. 1262.

Βίβλινος. δρόσου κρατῆρας ἱεροὺς Βιβλίνου τε πώματος Ion. 1195. Βίβλινος οἶνος etiam memoratus Hesiod. op. 589 et Theocrit. 14, 15. Res turbarum plena. Alii enim vinum illud a Thraciae regione, alii a Naxi insulae fluvio, alii aliunde dictum putant. V. *Steph. Byz.* s. Βιβλίνη cum *Holstenii* et *Berkelii* notis. Eadem de ipsa scriptura dissensio. Partim enim Βίμβλινος scribitur, partim Βύβλινος, partim Βίβλινος. Et Βύβλινος quidem antiquiorem habere auctoritatem insignis *Hermanni* error est ad Ion. 1210. Res sic se habet. Βίμβλινος legitur apud *Hesychium*; pariterque *Etym. M.* p. 197, 37 Naxi insulae fluvium Βιβλίνην vocari narrat additque Hesychianam fortasse scripturam respiciens: διὰ δὲ τοῦ μ̄ γράφουσι τὸν ποταμὸν Βιμβλίνην, καὶ τὸν Νάξιον οἶνον διὰ τοῦ μ̄ Βίμβλινον (v. infra). Porro *Eustathius* p. 1913, 31 ἡ Βύβλος ἐπὶ πόλεως μὲν τῆς καὶ ἐν τῷ Περιηγητῇ (Phoenices urbem dicit Dion. Per. v. 912) διὰ τοῦ ῡ γράφεται· ἐπὶ δὲ φυτοῦ ὡς ἐπὶ πολὺ μὲν καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ὁμοία ἡ γραφή· οἱ δὲ νεώτεροι τρέψαντες κατὰ τὸ δύφρος, δίφρος, μῦσος, μῖσος (!) — βίβλος διὰ τοῦ ῑ̀τά φασι. Idem p. 871, 49. λέγεται δὲ καὶ ὅτι, ὥσπερ ἐκ τῆς Πράμνου Πράμνιος, οὕτω καὶ Βύβλινος οἶνος ἀπὸ τόπου — Βυβλία γάρ, φασι, χώρα Θράκης, ἐξ ἧς ἦν ἐκεῖνος. Horum locorum in posteriore aut corrupta sunt Βυβλία et Βύβλινος aut ipse scriptor falsus est: nam Βιβλίνη vel Βιβλία vocabatur Thracia ista regio (v. infra). In priore vero loco quo evidentius de *papyro* loquitur Eustathius, quem antiquiore tempore (παρὰ τοῖς ἀρχαίοις) βύβλον, post autem βίβλον dictum esse constat, eo incredibilius est non modo *Blomfieldium* ad Aesch. Prom. 836, quae confusissima annotatio est, sed *Hermannum* quoque ad Ionis l. c. ex hoc ipso Eustathii loco etiam *vinum* illud Βύβλινον scribendum collegisse. Sic Ionis in loco etiam *Gail. Dindorfius* edidit, licet idem in codd. saepe Βύβλινος vitiose scriptum esse moneat in novo Thes. Steph. Vol. II. p. 246. Cautior fuit *Matthias*, qui scripturam Βιβλίνον retinens ad Censorem in *Class. iourn.* n. 24. p. 413 et ad *Mazocchium* ad tab. Heracl. 1. p. 199 sqq. provocat. *Mazocchii* liber non est ad manus, ut quid ille statuerit non sciam. Certum autem, primum, Βίβλινος, non Βύβλινος, in tribus locis supra allatis codicum scripturam esse,

apud Eurip. et Theocr. omnium, apud Hesiodum plurimorum; deinde, Βίβλινος *Athenaeum* l. c. 24 et ipsum scribere et scriptum afferre ab antiquissimis scriptoribus, Achaeo, Philino, Epicharmo, porro Βίβλινος diserte agnoscere *Suidam* et grammaticum *Bekkeri* (cf. *Etym. M.* p. 197, 37), denique Βίβλινος alteri scripturae etiam propterea praeferendum esse, quod formam Βίμβλινος e Βίβλινος demum vel ortam vel corruptam esse patet et quod Βίβλινος in Βύβλινος propter multa huius formae nomina et imprimis propter Byblinos in Aegypto montes (Aesch. Prom. 813) longe facilius depravari poterat quam contra. Apparet ex his scriptura Βύβλινος tantum abesse ut antiquiorem habeat auctoritatem, ut perlevem habeat ac paene nullam. Conficit rem hoc *Etymologici M.* de vite Biblina indicium: διὰ τὸ εὔθαλος εἶναι ἐν Ἑλλάδι (e Thracia) μετετέθη, καὶ ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ Πόλλιδος τοῦ Σικυωνίου τυράννου, ἔνθεν αὐτὴν τινες καὶ Πόλλιον καλοῦσιν. Quae quum per se ipsa non ficta, sed vera videantur, tum egregie confirmantur ab *Athenaeo* de Sicilia eodem narrante l. c. 24 (cf. *Polluc.* VI, 2). V. *Wuestemann.* ad Theocr. l. c. Ex eadem Thracia vitibus omnino feracissima vinum illud repetunt *Athenaeus* l. c. una cum vetustioribus quos citat scriptoribus, deinde, falso partim scriptum, scholia ad Theocr. 14, 15, *Proclus Tzetzes Moschopulus* ad Hesiod. l. c., *Hesychius* s. Βίμβλινος et *Eustathius* p. 871, 49 (v. supra). Omnino, ut pleraque et nostrum et Romanorum et ipsorum Graecorum vina, etiam *Biblinum* vinum a regione appellatum esse consentaneum est, idque aperte declaratur Philini verbis apud *Athenaeum* l. c. παρέξω Λέσβιον Χῖον — Θάσιον Βίβλινον Μενδαῖον. Fuit igitur *Biblinum* conquisitum vini genus e Thracia per Graeciam Italiam Siciliam propagatum, regio autem Thracia, ubi provenerat, Βιβλία vocabatur (v. Armenid. ap. *Athen.* l. c. coll. *Eust.* p. 871, 49), unde praeter ipsum οἶνον Βίβλινον et Βιβλίνη sc. χώρα (v. *Steph. Byz.* s. v.) et Βίβλινα ὄρη (v. Epicharm. ap. *Athen.* l. c.) nomen traxerunt. His disputatis sponte concidit *Goettlingii* ingeniosa ceteroqui sententia, qui ad Hesiod. l. c. „οἶνον Βίβλινον," inquit, „ut ab ὄρεσι Βιβλίνοις deducam, non adducor. Ineptum enim esset in hoc poemate simplicissimo agricolae suadere, velit vinum ex Thracia petitum bibere. Accedit quod a Plinio H. N. 14, 4 sq. βίβλινον vinum non recensetur in vinis bonis a regione appellatis. Potius βίβλος et φλοιός sunt affinia; φλύω autem et βλύω, unde haec germina, omne fluidum denotant, quod vim quamdam in se habet reconditam. Βίβλ. οἶνος igitur est vinum omnium valentissimum, quod ex uvis passis procreant, v. 611 sq." Agricolae commendari *bonum* vinum mihi non mirum est, *bonum* autem vinum poeta poetico more

dixit *Βίβλινον* (v. 590). Porro Plinii in talibus non accuratissimi de vino Biblino silentium non magni faciendum prae tot vetustiorum scriptorum, imprimis Philini apud Athenaeum, testimoniis. Etiam *Suidas*: *Βίβλινος οἶνος· ἀπὸ χωρίου οὕτως ἐκλήθη.* Quod si quis ipsum nomen *Βιβλία* a *βλίω βλύω* (*βρύω*) *φλύω fluo* derivare velit, ut regio vitibus vel omnino frugibus *affluens* significetur, non refragor. *Const. M.*

βιόδωρος, victum praebens, almus. Θυατῖσιν — Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις Xantr. fragm. Varias doctorum de hoc fragmento opiniones collegit *Matthiae* T. IX. p. 360 sq. Quibus adde *Stallbaum.* ad Plat. Rep. II. p. 162 sq. Verba ista Euripidis non esse iam alii negarunt (v. nos s. *ἀγείρειν*), Aeschyli autem esse, id quod dudum perspexerat *Valckenarius*, nunc omnibus credo persuasisse *Schneiderum* ad Plat. Rep. T. I. p. 200 et imprimis *Guil. Dindorfium* in edit. Poet. Scen. ad Aesch. fr. 159. Nec non probabile est, quod idem *Dindorfius* demonstravit, Euripidis ex illo fragmento sola esse verba *Νύμφαι ὀρεσσίγονοι.* Ceterum deas fluviales *victum praebentes s. almas* (*nahrungspendend*) appellari non mirum videbitur consideranti etiam diis fluvialibus, imprimis Acheloo, cornu h. e. copiae cornu attribui. De voce *βιόδωρος* cf. *Ruhnkenium* ad Tim. p. 11.

βίος. Eamdem habet stirpem quam *βία*; v. *Doederl.* Synon. IV, p. 448, 11 et nos s. *ἀνήρ* et *βία*. Proprie igitur denotat *vim in homine vitalem* (*Lebenskraft*) s. id *per* quod quis vivit, cuius primariae notionis luculentissimum exemplum est in Suppl. 535. *οὔτι κεκτήμεθα* (*σῶμα*) *ἡμέτερον αὐτό, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον, für die inwohnende Lebenskraft*, ubi v. *Markland.* Cf. Hel. 1348. Soph. El. 225. Hinc *βίος* est *vita* eius, in quo *vigor* est. Itaque quod *Ammonius* p. 30 dicit: *βίος μὲν ἐπὶ τῶν λογικῶν τάσσεται ζώων, τουτέστιν ἀνθρώπων μόνων· ζωὴ δὲ ἐπὶ ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων· ἐντεῦθεν Ἀριστοτέλης τὸν βίον ὡρίσατο οὕτως· βίος ἐστὶ λογικὴ ζωή*, id ex parte quidem rectissimum est, quatenus *animus* hominis proprie *viget*, non *corpus spiritus ducens.* V. *Doederl.* l. c. p. 449, 12. Ita dicitur *ζωᾶς βιοτά* Herc. f. 664, i. e. proprie *vitae, qua quis est* (*ζῇ*), *vitalis vigor* [ut *βίος ζωῆς* Plat. Epin. p. 982, A et Plut. Moral. p. 114, A. *C. M.*], et *ζῆν βίον*, proprie *spirare vim vitalem, spirantem vigere*, ut Med. 248. Scyr. fr. II, 4. fr. inc. tr. LXX, 2; vel *διαζῆν βίον* Iph. A. 923; vel *καταζῆν βίον* Ion. 56, vel *ζῆν βίῳ* Soph. El. 650. Tr. 168; cf. S. El. 599. Similiter dictum *θανοῦσα ἧ ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπλήσω βίον*; Hec. 1270 (v. infra). Unde apparet *ζῆν* proprie nil nisi *esse s. vivum esse* denotare (*die Existenz*) opponique *θανεῖν, mortuum esse*; sed *βιῶναι vigere s. viventem esse* (v. *Doederl.* l. c. p. 446, 8. *)

s. *vitam agere*. Hinc *βίος* non solum denotat vitam in nostra terra, sed etiam apud beatos, ut Ἄρης μακάρων ἐς αἶαν σὸν καθιδρύσει *βίον* Bacch. 1337, vel apud inferos, ut ἐς φῶς σὸν καταστῆσαι *βίον* (ex inferis) Alc. 363 et ἐς ἄλλο σχῆμ' ἀποστάντες (mortui) *βίου* Med. 1039. Alia id genus attulimus s. *βίοτος* p. 544. Haec scilicet in iis sunt, quibus poeta noster Socratis et Anaxagorae sapientiam repraesentat: abhorruit enim a talibus vulgi opinio. V. *Valck.* diatr. p. 54 sqq. *Bergk.* in eph. ant. Darmst. 1836. p. 54 et impr. 55. Recte igitur *Etymol. M.* *βίος* καὶ ἡ ἐντεῦθεν τῆς ψυχῆς μετάστασις. Quum igitur *αἰών* (*ἀεί*) proprie *vitae tempus* s. *aetas* sit (*die Lebenszeit*), *ζωή* (*ζάω*, *ἄω*, *spiro*) *vita*, *qua quis spiritum ducit*, s. *vita animalis* (*d. vegetativ-animalische Leben*), *βίος* (*ἴς*, *βία*) contra denotat *vitam humanam* (*d. sinnlich-geistige Leben*). [*Wyttenbach.* ad Plut. Vol. VII. p. 167: „ζωή dicitur universe de tempore ac duratione animantis, *βίος* de tempore et actione animantis rationalis.“ Idem aptissime affert Philonis de charit. verba p. 701, A. ἤρξατο μεταβάλλειν ἐκ θνητῆς ζωῆς εἰς ἀθάνατον *βίον* (cf. eumd. p. 1114, D) et notam illam in Similem inscriptionem (ap. Dion. Cass. p. 1167, 81). *Σίμιλις ἐντεῦθα κεῖται βιοὺς μὲν ἔτη ν', ζήσας δὲ ἔτη ζ'. Const. M.*] Huius discriminis ignorantia fecit ut nec veteres nec recentiores intelligerent locum Euripidis Hec. 1270. θανοῦσα δ' ἢ ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπλήσω *βίον*; Πότμον pro *βίον* scribendum putarunt *Musgrav.* et *Porson.*, μόρον *Brunck.* et *Iacobs.* Quibus mutationibus, si quis recte explicaret hunc locum, non opus esse iudicans *Hermannus* explicationem tamen proposuit et *Pflugkio* probavit, qua nihil mirabilius cogitari potest. *Bίος* est *vita humana* s. *vita* cum emphasi dicta, *ζῶσα* autem ad *canem* refertur. Quaerit enim Hecuba: *utrum e vita discedam ita ut exstinguar an ut viva mancam*, h. e. in canem mutata utrum exstinguar an viva maneam tamquam canis? Non repugno tamen, si quis c. *Musgr.* πότμον etiam *Matthiae* probatum pro *βίον* malit scribere. Hinc *βίος*

1. est *vita*, h. e. ea hominum condicio, qua vim vitalem habent ac vigent, vel etiam tempus, quo condicione ista utuntur (unde etiam de *vitae curriculo* dicitur, quod *ζωή* numquam denotat). Apud Euripidem *βίος* hac vi tantum non semper de *homine* usurpatur, neque alia eorum ratio est, quae *Ellendt.* in lex. s. 2 (I. p. 304) enumeravit, ut nesciam cur ibi *βίος* cum *ζωή* confundi arbitretur. a) *Subiective* (*abstrakt*). θνητῶν τῶν ταλαιπώρων *βίος* Antiop. fr. XLIV (XXV), 1. τὰ τοῦ θνητοῦ *βίου* fr. dub. XVIII (inc. ap. *Barn.* 12, 4). τοῦτό μοι πρῶτον *βίου* Hec. 350 (*im Leben*). *βίου* τερπνὰς ἀκοάς Med. 194. εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ *βίου* Hipp. 383. τὰς μεγάλας ἐλπίδας *βίου* Tr. 1252.

ἔρωτες παντοῖοι βίου Rhadam. fr. I (II), 1. βίου δέλεαρ Hel. 761. τἀναγκαῖα τοῦ βίου ib. 261. τροφὰς βίου Ion. 1013. ἐν τῷ πένεσθαι — ἡ ἀτιμία βίου Erechth. fr. XX (II), 17. προστάτην τοῦ βίου τὸν ὄγκον ἔχομεν Iph. A. 449. ἕρπε πρὸς βαλβῖδα (s. v.) λυπηρὰν βίου Med. 1247. παῖς — ὀφθαλμὸς βίου Andr. 407. ἄλυπος βίος Bacch. 1002; v. s. ἀπροφάσιστος. καλῶς μὲν αὐτοῖς κατθανεῖν ἦκον βίου Alc. 291; v. *Monk.* ad l. et nos s. ἥκειν. σμικρὸν τὸ χρῆμα τοῦ βίου Suppl. 953. μικρὰ τὰ τοῦ βίου Herc. f. 503. πολλάς γ' ὁ δαίμων τοῦ βίου μεταστάσεις ἔδωκεν ἡμῖν μεταβολάς τε τῆς τύχης Oed. fr. XII (XI). μέγιστον ἐν βίῳ κειμήλιον Rhes. 654. πλείστη ἀρετὴ τοῦθ' ὑπάρχον ἐν βίῳ Aeol. fr. III (XX), 3. θεοῦ κατασκευὴν βίῳ δόντος τοιαύτην Suppl. 214. ἓν δ' ἂν εὐτυχὲς μόλις πότ' ἐξεύροι τις ἀνθρώπων βίῳ Ion. 383. b) *Objective (konkret).* θυγατρὸς Ἑρμιόνης ἔστιν βίος; Hel. 694. νέοι δὶς καὶ γέροντες — διπλοῦν βίου λαχόντες Suppl. 1086. εἰς ἐμῶν παίδων βίον — ταῦτ' ἐμηχανησάμην Phoen. 1607. αἴδεσαί με καὶ κατοίκτειρον βίον Iph. A. 1246. μόνον τοῦτό φασ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ, γνώμην δικαίαν κἀγαθήν Hipp. 426; v. p. 159. μὴ μείζων ἔλθοις ἢ τὸ πρὶν ἐν βίῳ Alc. 980. εἶπ' εἴ τι καινὸν ὑπογράφει τῷ 'μῷ βίῳ Herc. f. 1118. συμφοραὶ ἐμῷ βίῳ Ion. 1235. τίν' ἔτι βίου ἐλπίδα προσδέχωμαι; Alc. 128; v. s. ἐλπίς. ἔρως βίου Phoen. fr. XIX, 9. τοῦ βίου πόθος Herc. f. 316. γλυκεῖα φροντὶς βίου Aeol. fr. XXII (XV). σοὶ μὲν πόλις ἥδ' ἐστὶ — βίου τ' ὄνησις (s. v.) Med. 254. πικρὰν σύγχυσιν βίου Andr. 291. ἔμπορον βίου Hipp. 964. βίου κέλευθον Herc. f. 433. παρ' οἵαν ἤλθομεν στάθμην βίου Ion. 1514. οἷον τέρμονα βίου — ἔτλης Phoen. 1361. ἐπὶ τέρμ' ἥκων βίου Alc. 646. οἷόν σε βίου τέλος εἶλεν Rhes. 735; cf. El. 956. τέλος κάμψαιμ', ὥσπερ ἠρξάμην, βίου Hipp. 87. μακρὸν χρόνον βίου Alc. 673. τοῦ μακροῦ βίου Heracl. 448; cf. Alc. 718. τὸν καθ' ἡμέραν βίον Alc. 792. τὸ ἐμὸν οἴχεται βίου τὸ πλέον μέρος ἐν στοναχαῖσι etc. Or. 203. Hinc τείνεις βίον Med. 670. ἐκτείνειν βίον Suppl. 1109. ἐπὶ τὰ καλὰ βίον ἦμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ ἄγοντα Bacch. 1005; v. s. εὐσεβεῖν. βίον διήνεγκε Hel. 10. μηκῦναι βίον Herc. f. 143. ἐξήντλησαν βίον Cresph. fr. X (VII), 3. βίον συνευτυχοίην Hipp. 1119. ἥδεσθαι βίῳ Alc. 1087. τερφθῆναι βίου Ion. 1376. εἰς τέρψιν βίου Cycl. 520; cf. Alc. 348. ἐν ἐλπίσιν ἔχειν βίον In. fr. XIX (XVIII). σῶσαι βίον Hipp. 497; cf. Rhes. 674. Phoen. 996. Hel. 895. σώσασθαι βίον Alc. 144. ἐκσῶσαι βίον Med. 1303; cf. Hipp. 314. Herc. f. 716. λείπειν βίον Hec. 1034. Or. 946. Phoen. 1437. Andr. 383. Suppl. 693. Heracl. 451. 535. 1017. Hel. 396. προλιποῦσα βίον Alc. 397. πολέων ἀπέλειπε βίος Hel. 1348.

ἐξέπνευσεν βίον Or. 496; cf. Phoen. 1463. Heracl. 566. Hel. 141. Ion. 1600. Herc. f. 980. μὴ στερηθῆναι βίου Hec. 338. βίον στερεῖς Hel. 94. συλᾶται βίος Hipp. 799. ποῖ τελευτήσω βίον; Hec. 419; cf. Hel. 846. 1682. Tralate τελευτᾶν βίον etiam solis occidentis radii dicuntur Ion. 1136, ubi *Hermannus* paulo celerius correxit θνεῖ. V. *Barnes.* ad. l. Porro ἔῤῥει βίος Phoen. 1278. ἀσιτεῖ εἰς ἀπόστασιν βίου Hipp. 277. ἀπαλλαχθήσομαι βίου ib. 357; cf. Hel. 101. 309. Ion. 847. διέφθαρται βίος Hipp. 376. φθοραὶ βίου Plisth. fr. III (VI), 2. ἀπώλεσεν βίον Hipp. 1032. ὤλεσεν βίον Alc. 537. ἀμέρσας βίου Hec. 1028. μεταστῆναι βίου Hipp. 21. ἀμαρτάνει βίου Andr. 373. ἀνέτρεψε βίον Iph. A. 25. λύσειν βίον Iph. T. 692. βίον ἀποῤῥήξειν ib. 974. βίον ἔσφηλε Aug. fr. IX (VI), 2. βίον θερίζειν Hypsip. fr. VI (IV), 5. τοῖς μὲν αὔξεται βίος, τῶν δὲ φθίνει τε καὶ θερίζεται πάλιν In. fr. XVIII (XVII), 4. εἰς ἀρετὴν καταλυσαμένους βίον fr. inc. tr. CX, 2. οὐδ' ἀποίσεται βίον μητρί Phoen. 1168. οὐδ' ἐκπονεῖν χρὴν βίον λίαν βρότους Hipp. 467. ποικίλλοντες ἀνθρώπων βίον Cycl. 338. Porro huc pertinent ὁ βίος ὄνομ' ἔχει, πόνος δ' ἔργῳ πέλει fr. inc. tr. CXXII e Grotii coni. pro πόνος ἐγώ δ'. εἴη δ' εὐτυχέστερος βίος Phoen. 1577. εὐκλεέστατος βίος Med. 810. Alc. 626. μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος Med. 598. εἰ ἦν σοι μὴ 'πὶ συμφοραῖς βίος Hipp. 493. οὐ περίβλεπτος βίος δούλης Andr. 89. πᾶς ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων Hipp. 189. πᾶσιν ἀνθρώποισι φιλότεκνος βίος Phoen. 972. οὐμὸς ἐν φάει βίος ib. 1287. οὐκέτι μοι βίος ἀγαστὸς ἐν φάει Hec. 169. ὁ βίος ἀληθὴς οὐ βίος Alc. 805, i. q. ἀβίωτος; vid. infr. παλαίσμαθ' ἡμῶν ὁ βίος Suppl. 550. τέρας ὁ βίος ἐστί μοι Hel. 267. τὸν ἐμὸν βίον λώβαν τε λύμαν τε Hec. 213. ἀθλίου βίου Andr. 409. δυσαίων ὁ βίος Suppl. 960. δυστυχὴς βίος Iph. T. 851; cf. fr. inc. tr. CV, 2. ἄλυπος βίος fr. inc. tr. LXXXVII. τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ Sisyph. fr. I, 30. ἡδὺς βίος fr. inc. tr. LI, 3. τὸν ἄπαιδα βίον Ion. 489. ἄπαιδα καρποῦσθαι βίον Oenom. fr. II, 3. ἐν ὠραίῳ ἵσταμαι βίῳ Phoen. 975. ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ Sisyph. fr. I, 17. ὃς ἀκίνδυνον βίον ἐξεπέρασε Iph. A. 18. τέρπνον ἐκπλῆσαι βίον Alc. 167. βίον γ' ἀχρεῖον, ἀνόσιον κεκτημένοι Herc. f. 1302. λυπρὸν ἀντλήσει βίον Hipp. 898; cf. ib. 1049. βελτίω βίον τοῦ πρόσθεν μεθηρμόσμεθα Alc. 1160. βίον ἔχουσ' εὐδαίμονα Iph. T. 915; cf. Herc. f. 479. εὐκλεᾶ παῖσι προσθεῖναι βίον Hipp. 717. τὰ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίου ib. 785, i. q. ἀσφαλὴς βίος. Θεοῦ βίον ζῆν fr. inc. tr. LXX, 2, *divinam vitam.* ἡ τυραννὶς εἶναι θεῶν βίος νομίζεται Archel. fr. XXX (IX), 1. ὅπλα, οὐδέ μοι χάρις βίου Hipp. 1408; cf. Med. 226. ἀβίωτος βίου τύχα

Hipp. 868 et κατακονὰ — ἀβίωτος βίου ib. 821; v. s. ἀβίωτος. τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν πάθος παρὸν δυσεκπέρατον (s. v.) ἔρχεται βίου ib. 678. τὸ καλόν γ' ἐνταῦθα βίου Iph. A. 20. ἴτ' ἐπὶ δούλειον ἀμέραν βίου Tr. 1331. δύσκλειαν βίου Herc. f. 1152.

2. Porro βίος est *vita*, quae moribus, actionibus, occupationibus hominum continetur, h. e. a) *vitae ratio s. consuetudo, mores* (*Lebensart*). ἀγνὸν βίον τείνομεν Cret. fr. II, 10. βίος καὶ θηριώδης ἰσχύος θ' ὑπηρέτης Sisyph. fr. I, 1 sq. τὸ μαλθακὸν βίου Suppl. 883. b) *vitae genus* (*Lebensweise*). πλανήτην εἶχετ' ἄθλιον βίον Heracl. 878, *vitam erraticam*. νησιώτην σποράδα βίον Rhes. 701; cf. Heracl. 86. εἶχον οἰκέτην βίον Ion. 1373. Similiter ξυντράπεζον ἔχειν βίον Andr. 659. Hinc *artis s. professionis* significatio fluxit.

3. Denique βίος denotat res ad *vitam* necessarias, hinc primum *victum*, deinde omnino *facultates, bona, opes*, qua vi etiam Latinis *vita* dicitur. αὐτὸς εὕροιμ' ἂν βίον; Phoen. 1613. γάμοις εὑρεῖν βίον ib. 403. κτᾶσθαι πλοῦτον καὶ βίον τέκνοις Suppl. 450 et ἐκμοχθεῖν βίον ib. 451. βίον κεκτημένος Antiop. fr. XXXII (VIII), 1 et XXIII (XXIX), 1. ἐκ μὴ ἐχόντων βίον Hel. 440; cf. Stheneb. fr. I, 2. βίον ἐπαιτῶν Rhes. 715. βίον προσαιτεῖν Hel. 519. βίον ξυλλέγειν El. 81. Beller. fr. XXI (XXV), 14. σπανίζοντες βίου Suppl. 240; cf. Rhes. 170. El. 235. Beller. fr. XX (XVI), 12. σπάνις βίου Hec. 12. δεῖ βίου fr. dub. XXIV, 12. φειδὰ βίου Hipp. fr. IX (X), *parcitatem*. τῷ βίῳ ἐνδεής Suppl. 873. πολυκτήμων βίου Ion. 581. βίος πολύς Suppl. 861. βίος ὁ μικρὸς Mel. fr. XXV (XV), 1. βίος πορφυροῦς θαλάσσιος Stheneb. fr. IV (III), 1 (cf. 4), ubi *Matth.* „βίος θαλάσσιος vocari videtur πορφυροῦς, quia ipsum mare est πορφύρεον.“ ἀπ' οἴκων ἀναπίπτοντας ἄτερ βίου fr. inc. tr. CLXXXVII, 5. Huc etiam pertinere videtur ἐκλιπὼν νομὸν βίου Polyid. fr. I, 7; vlg. νόμον.

βιοτεύειν, *vivere, vitam agere*. ἀβίωτον (s. v.) τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει Alc. 242, *vitam non vitalem vivet*. V. *Docderl.* Synon. IV, p. 449, 13.

βιοτή i. q. βίοτος: quamquam prior forma apud Euripidem in melicis modo exstat. *Vita.* ᾗ δὲ — τάκει βιοτὰν Med. 141. ἆλις, ὦ βιοτά, πέραινε Philoct. fr. V, 1. καταλυσαίμαν βιοτὰν στυγερὰν προλιποῦσα Med. 147; v. *Matth.* ad l. πῶς ἀπαλλάξω βιοτὰν ἐμὰν τοῦδε πάθους; Hipp. 1385. οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν Hec. 457. βιοτᾶς εὐπαίδος ἐχούσαν Ion. 490. παισὶν — ὄλεθρον βιοτᾷ προσάγεις Med. 993; v. *Matth.* et *Pflugk.* ad l. et nos s. ὄλεθρος. δόξα (s. v.) φέρει κλέος — βιοτᾷ Iph. A. 567. τὰν ἐμὰν εὔκλειαν ἔχειν

βιοτάν Med. 415. βιοτὰν ἀγιστεύει Bacch. 74. ὦ πολύμοχθος βιοτὰ θνητοῖς fr. inc. tr. CLX, 1. ὦ δυστάνου μᾶτερ βιοτᾶς Hec. 199. ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς Iph. A. 551. ἃ δυσγένεια (i. q. οἳ δυσγενεῖς) ἁπλοῦν ἂν εἶχε ζόας βιοτάν Herc. f. 664, *simplici vigeret vita*; v. s. βίος, in. 2. *Vitae ratio.* ταύταν — φέρομαι βιοτάν Andr. 787. 3. *Victus, cultus.* μετρία βιοτὰ σώφρονος τραπέζης fr. inc. tr. CLXIII, 1. Mendosum esse creditur νυκτιπόλου Ζαγρέως βιοτὰς — τελέσας Cretens. fr. II, 12. Quod *Doederl.* l. c. monet βιοτή denotare tantum *rationem vitae* (*Lebensweise*), id ex parte quidem verum videtur, quia βιοτή proprie formam adiectivi habet (v. s. βίοτος extr.). Et vero plerumque substantiva in η desinentia *rationem* rei describunt, si quidem feminina sunt adiectivorum in — ος. Verumtamen poetarum usum loquendi non licet exigere huius modi ad regulas, praesertim ubi vocabulum ita ab iis contereretur, ut a proprio usu magis magisque deflecteret.

βίοτος i. q. βίος: 1. *vita.* κατ' ἀνδρὸς βίοτον Hipp. 938. πολλὰ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίοτος Hipp. 252. ἡ κακὴ ἀτολμία — βίοτον οὐδὲν ὠφελεῖ Erechth. fr. IX (X), 3. οἷσιν ὅσιον καὶ τὸ δίκαιον φίλον ἐν βιότῳ El. 1352. τοῦτο ἐν βιότῳ σπάνιον μέρος Alc. 477. βιότου ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις Hipp. 261. παῖδες ἀνάθημα βιότου Meleagr. fr. XI (XIII), 5. βίοτον μὴ λιπόντες ἐνθάδε Phoen. 1240. λέλοιπε βίοτον Hel. 229. ὀλέσας βίοτον Hipp. 1367. διαμοιρᾶσαι δία τ' εὐνᾶσαι τὸν ἐμὸν βίοτον ib. 1377. ἵν' ἐκπεραίνει βίοτον Herc. f. 429. ἔσωσας βίοτον καὶ ψυχάν Alc. 932. βίοτον — εἰς τὸν αἰὲν ἕλκω χρόνον Or. 206. βιότου (ἡδέως) ἄγειν Cycl. 452. βραχὺν βίοτον ἐμπνέων ἔτι Hipp. 1246. πρόσω ἤδη βιότου ib. 795. ὧν βιότου πόρσω Alc. 914. σαρκὸς εἰς εὐεξίαν ἀσκοῦσι βίοτον Antiop. fr. XXXIII (VII), 2. κτητὸν βιότου μέρος Hipp. 1295. (τηλοῦ οἴκων) βίοτον ἐξιδρυσάμην fr. inc. tr. CXCVI. ὦ Νίκα, τὸν ἐμὸν βίοτον κατέχοις Or. 1692. [Phoen. 1753. Iph. T. 1498.] Nec solum *vitam*, quam homo in terra agit, significat βίοτος, sed etiam quam quis in sublime latus in auris, πτανὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον Hipp. 1292, et quam quis apud inferos degit, εἰς ἄλλας βιότου μορφὰς κάτεισιν Ion. 1068. ὑποστρέφει βίοτος εἰς Ἅιδαν Herc. f. 737. Imprimis huc pertinent verba δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες τοῦδ', ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γᾶν, δι' ἀπερουσύνην ἄλλου βιότου κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας Hipp. 195, quae sententia repetita est in Phoenic. fr. IX (X), 10. V. s. βίος, p. 540. Porro huc pertinent ea, in quibus vitae qualitas respicitur, βίοτος εὐδαίμων Or. 1659. Bacch. 909. τερπνὸν διάξειν βίοτον Med. 1355. ἄλυπον οἰκεῖν βίοτον Teleph. fr. XXVIII (XXII), 3. καταλύσουσ' ἔμμοχθον βίοτον Suppl.

1005. λυπρὸν διάξω βίοτον Med. 1037. Cf. Alc. 943. ἄτεκνον ἔλαβνε βίοτον Ion. 791. τὸν ἄκνμον θῆκεν βίοτον βροτοῖς Herc. f. 699. ὃς ἡμῖν βίοτον ἐκ πεφυρμένου καὶ θηριώδους διεσταθμήσατο Suppl. 201. ὦ δόξα, μυρίοισι δὴ βίοτον ὤγκωσας μέγαν Andr. 320. βίοτος ἀνθρώπων πλάνη Rhadam. fr. I (II), 8. τίνα δὲ βίοτον οὐκ ἔτλας; Hel. 220. τίνα — πότμον εἵληχε βιότου Iph. T. 914. ὁ τᾶς ἡσυχίας βίοτος Bacch. 389. ἀλατεία βιότου ταλαίφρων Hel. 530; v. s. ἀλήτεια. Cum navigatione comparatur vita Tr. 103. πλεῖ κατὰ πορθμὸν —, μηδὲ προσίστη πρῶραν βιότου πρὸς κῦμα πλέουσα τύχαισιν, similiter ut ἐκ κείνων τῶν ποτὲ λαμπρῶν νεύει βίοτος, κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων Androm. fr. XXVI (XIX), 3. 2. *Victus.* βίοτον ὀπόθεν λείψουσι τέκνοις Med. 1102. ἅλις βίοτον εὗρον ib. 1107. ἔχεις βίοτον; Ion. 326. οὔ που προσήτεις βίοτον; Hel. 797; cf. Dan. fr. VIII (V), 4. Βιοτή proprie nil esse nisi formam adiectivi e βιοῦν facti iam supra monuimus s. βιοτή. Idemque valet in βίοτος (βιωτός), in quo ad naturam substantivi notandam accentus retractus est.

βιοῦν, *vivere, vitam agere.* τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται Alc. 787. ἡδέως βιοῦν Archel. fr. X (XXX), 1. βιοῖ οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται τρόπον fr. inc. tr. CCXXVIII, ubi *Matth.* „βιοῖ pro ζῇ alias apud Euripidem me legere non memini." Recte tamen dici de *humana vita*, quum ζῆν simpliciter esset *spiritum ducit s. vita fruitur*, ex iis, quae s. βίος diximus, apparebit. De formis verbi cf. *Matth.* p. 546. Infinitivum βιοῦν Philoni, Luciano, omnino serioribus scriptoribus consuetum supra notavimus ex Eurip. Archelao; βιῶναι antiquioribus solemne ap. Eurip. non legitur.

Βίστονες, gens Thraciae. ἵππους δεῦρο Θρηκίας ἄγων — τύραννον Βιστόνων κατακτανών (Hercules) Alc. 1025. Βιστόνων χθόνα ib. 488.

βιώσιμος, *vitalis.* χρησμοῦ μὴ κρανθέντος οὐ βιώσιμον (ἐστίν) Heracl. 606, i. q. βίος οὐ βιώσιμος. Cf. Soph. Ant. 566. Eodem modo βιωτόν ἐστι usurpavit Plat. Crit. p. 47, E. ὁ λοίπος βιώσιμος χρόνος Alc. 653, i. q. βίου χρόνος, *vitale aevum* (Plaut.).

βλάβη, propr. *plaga* (*Schlag, Streich*), imprimis dei vel fortunae, hinc *damnum* a deo vel fortuna inflictum, *calamitas, malum, pernicies.* V. s. βλάπτειν. Ut igitur Soph. in Ant. 1104. συντέμνουσι θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι, ita Eurip. εὖ φρονεῖς μὲν ἤ σ' ἔμηνε θεοῦ τις βλάβη; Ion. 520. ἥκεις — σωτὴρ νῷν βλάβης; Heracl. 640. σοφοὶ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας Scyr. fr. III. Hinc de quolibet *damno* vel *noxa.* (φίλτρα) σ' οὔτ' ἐπ' αἰσχροῖς οὔτ' ἐπὶ βλάβῃ φρενῶν (*cum damno mentis*) παύσει νοσοῦ τῆσδε Hipp. 511. ἔχει τί κέρδος ἢ τίνα βλάβην; Ion. 1350. εἰ (τὸ λέγειν) φέροι τινὰ βλάβην

Archel. fr. XXIX (VIII), 2. εἰ δ' εἰς βλάβην τινὰ (λέξεις) Or. 240, ubi opponitur εὖ λέγειν. μὴ 'πὶ τῷδ' ὄφλω βλάβην Andr. 187. οἷσιν οὐκ ἐλάσσονα βλάβην ὀφείλω ib. 360. ξώμη ἀμαθὴς πολλάκις τίκτει βλάβην Temen. fr. XI. ξυνῆψε πάντας εἰς μίαν βλάβην Bacch. 1302.

βλάβος i. q. βλάβη, sed minus usitatum, ut docet *Hesych.* glossa: βλάβος· βλάβη. Non recte igitur *Moeris*: βλάβος, Ἀττικόν· βλάβη, κοινόν. Imo βλάβος magis poeticum est. Λύσσα dicit Herc. f. 824: πόλει οὐδὲν ἥκομεν βλάβος. τί — τοῦτο σοῖς ἐχθροῖς βλάβος; Ion. 998. Subtilius dictum quod Heracl. 256 Demophonti monenti πῶς δίκαιον τὸν ἱκέτην ἄγειν βίᾳ respondet Copreus: οὔκουν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλὰ σοὶ βλάβος. Infeliciter in huius loci explicatione versati sunt *Musgr. Elmsl. Pflugk.* *Nequaquam*, inquit Corpreus, *mihi hoc dedecori est, sed tibi noxae*, h. e. *nequaquam* (οὔκουν) iniustum est me vi rapere supplices neque id peragere *mihi dedecori erit, sed tibi noxae erit*, si vi eos rapiam nec sponte abs te deditos abducam: Argivi enim bellum tibi inferent. Quibus optime convenit quod Demophon rursus respondet: *omnino mihi noxae erit* (ἐμοί γε), *si hos tibi rapiendos permisero.* Scilicet Demophon Argivorum odium non tanti ducens aliam eamque graviorem noxam intelligit: Iovis et supplicum et civium suorum odium et contemtionem. V. 239. sqq. Similiter post *Barnesium Hermannus* et *Matthiae* hunc locum explicuerunt. Ceterum ante *Brodaeum* legebatur σὺ βλάβος. *Const. M.*

βλάπτειν (βλάβειν) e βάλλειν (βλάω *Lob.* ad Ai. p. 90) factum atque cum σφάλλειν et πλήσσειν cognatum est, ita ut proprie sit *ferire, percellere* (*treffen, schlagen*). Qua vi praecipue de deo ac fortuna hominem *percellente, affligente, laedente, perdente*, omnino *damno* aliquo *afficiente* usurpatum est, quo sensu nobis quoque consueta sunt *ein geschlagener Mann, mit Blindheit geschlagen, ein harter Schlag, des Schicksals Schläge*, et Graecis βλαψίφρων, φρενοβλαβής, et imprimis θεοβλαβής. V. s. ἀλάστωρ. Plurima id genus suppeditat Homerus. Ex Euripide, si quidem Euripidea sunt, huc pertinent ὅταν ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινά fr. dub. XXII, similiter ut nos: *der Götter Zorn hat ihn getroffen.* Deinde vero βλάπτειν de quovis *damno, detrimento, noxa* dictum est. In Heracl. 263 sqq. Demoph. οὔκουν ἐγὼ τῶν ἐνθάδ' εἰμὶ κύριος (*bin ich nicht Herr in meinen Landen*)? Copr. βλάπτων ἐκείνους μηδὲν, ἢν σὺ σωφρονῇς (*ja, aber, wenn du klug bist, sei es nicht zum Schaden von Mykenä*). Demoph. βλάπτειν' ἐμοῦ γε μὴ μιαίνοντος θεούς (*sei's euch zum Schaden, wenn ich nur die Götter nicht entehre*). Porro ἃ σὲ μὲν βλάψει, σμικρὰ δ' ὀνήσει πόλιν Heracl. 704. ὑμᾶς τ' ὀνήσω τούσδε τε βλάψω θανών ib. 1044.

(Βάκχιος) οὐδένα βλάπτει βροτῶν Cycl. 522. μὴ βλάψαι πόλιν Suppl. 557; cf. ib. 524. τοὺς φίλους βλάπτοντες Hec. 256. (με) πολλάκις ἔβλαψε δόξα Med. 293. βλάπτουσιν (πτηνοὶ) σέμν' ἀναθήματα Ion. 107; cf. ib. 177. εἴ τις ἔβλαψεν (κέλευθον) ποδὶ στείβων ἀνοσίῳ Hel. 874. Absolute. ὁ δ' αὐτίχ' ἡδὺς καὶ διδοὺς πολλὴν χάριν ἐσαῦθις ἔβλαψε Suppl. 415. *Passiv.* βλάπτει δὲ δὴ τί πατρὶ τιμωρῶν; El. 974. εἴ τι βλάπτεται (τὸ πλῆθος) Suppl. 237. Cf. Heracl. 265. Ion. 177. Ceterum βλάπτειν natura sua adsciscere *accusativum* ex iis, quae de origine verbi supra monuimus, sponte apparet. *Const. M.*

βλαστάνειν, *pullulare, germinare, provenire, enasci* (*aufsprossen, aufkeimen, aufwachsen*). Hac propria vi dictum Soph. El. 422. O. C. 697. Tralate: de rebus: τὰ — ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς Chrys. fr. VI (VII), 10; de hominibus a) *nasci, oriri, originem ducere.* Θήβας ἔσχεν, ἔνθ' ὁ γηγενὴς σπαρτῶν στάχυς ἔβλαστεν Herc. f. 5. τᾶς σᾶς (Solis) ἀπὸ χρυσέας γονᾶς ἔβλαστον (liberi Medeae) Med. 1256, ubi v. schol. ἐξ ἧς (Οἰνομάου κόρης) Ἄτρεὺς ἔβλαστεν Iph. T. 3. ἐκ γῆς πατρός σου πρόγονος ἔβλαστεν πατήρ; Ion. 267. ἦν παῖς μὲν ἡ μὴ μὴ τέκῃ, ταύτης δ' ἄπο βλάστωσι παῖδες Andr. 665. ὡς ἐκ μεγάλων ἐβλαστήκασι Iph. A. 594. b) *Adolescere, pubescere.* βλαστάνοντες εὐγενεῖς νεανίαι Heracl. 469. Denique ad quamvis *originem* vel *causam* tralatum est. πόθεν ἔβλαστον, τίς ῥίζα κακῶν fr. inc. tr. CLV, 11. Stirps verbi sine dubio innumerabilium vocabulorum parens ἄω (βλ-άω βλαστός) est: id enim quum iam per se significet omne id, quod *viget*, tum concursu consonantum β et λ radici praefixarum etiam onomatopoeia quaedam efficitur, quippe quo sono pariter atque in βλύω (φλύω βρύω) depingantur res, quae *bulliunt* vel *pullulant.* Forma βλαστέω apud Euripidem non obvia: nam βλάστωσι Andr. 665 aoristi esse coniunctivum coarguit vicinum τέκῃ. Nec dubium quin apud Sophoclem El. 1061. Ai. 761. 1305. Ant. 563. 912 pro βλαστῇ βλαστοῖ βλαστῶν etc. iure suo βλάστῃ βλάστοι βλαστάν rescripserint recentiores editores. Attamen totum βλαστέω exstirpatum ivisse nonnullos criticos nequaquam probo. Seriores hac forma usos esse res est confessa, v. *Lob.* ad Ai. p. 343; nec nisi violenter Aeschylo in Choëph. 582 βλαστοῦσι et Sophocli in Thyest. fr. VI, 2 (*Dind.* Poet. Scen. fr. 239) βλαστουμένῃ eripueris. Imo ego sic statuo. Stat mihi innumeros esse aoristos secundos, qui non a praesentibus obsoletis, quae mera plerumque grammaticorum commenta sunt, verum ab ipsis verborum radicibus descendant et primitivam verborum formam repraesentent. Idque prorsus convenit linguae incunabulis: nam rudis hominis pariter atque infantis est rem simpliciter percipere *perceptamque referre*: quae aoristi vis est: contra prae-

sens *descriptioni* inservit, descriptio autem consideratione ac meditatione nititur, quae hominis est et aevo et animo maturioris. Itaque vetustissima quaeque verba ab aoristis secundis proficisci videris. Et horum quidem alii soli per se exstant, ut *εἰπεῖν ἑλεῖν βραχεῖν δικεῖν πεφνεῖν (πέφνον) πορεῖν πρίασθαι τετμεῖν (τέτμον), φαγεῖν*, alii aliis temporibus originem dederunt, ut futuro (*ἀμπλακεῖν ἀμπλακήσω*), aoristo 1 (*τορεῖν ἐτόρησα*), perfecto (*δαεῖν δέδαα*), futuro et aoristo 1 (*χραισμεῖν χραισμήσω ἐχραίσμησα*), futuro et perfecto (*ἀδεῖν ἀδήσω ἔαδα, ἁμαρτεῖν ἁμαρτήσομαι ἡμάρτηκα, αἰσθέσθαι αἰσθήσομαι ἴσθημι*: praesens *αἰσθεσθαι* exstitisse nondum credo, v. nos p. 78), quin ipsi etiam praesenti (*γοεῖν — γοάω, μυκεῖν* et *μακεῖν* (*ἔμυκον μακών*) — *μυκάομαι* et *μηκάομαι, στυγεῖν* (*ἔστυγον*) — *στυγέω, πιτνεῖν* (*ἔπιτνον*) — *πιτνέω, κτυπεῖν* (*ἔκτυπον*) — *κτυπέω, πιεῖν — πίνω, τεκεῖν — τίκτω, ἀδεῖν — ἀνδάνω, αἰσθέσθαι — αἰσθάνομαι, εὑρεῖν — εὑρίσκω, ἀμπλακεῖν — ἀμπλακίσκω*. Ut vero multa alia verba duplicem in praesenti formam habent (v. s. *ἀπεχθάνεσθαι*), sic etiam ex aoristo secunda duae saepe praesentis formae fictae sunt. Sicut igitur e *γενέσθαι* et *γείνομαι* et *γίγνομαι*, e *λαθεῖν* et *λήθω* et *λανθάνω*, ita ex aor. 2 *βλαστεῖν* et *βλαστέω* et *βλαστάνω* formatum est. *Βλαστεῖν* (*ἔ-βλαστον*) autem e *βλαστός* ortum. [De eadem aoristi 2 natura acutissime exposuit *Buttmannus* in ampl. gr. I. §. 92. not. 3 (cf. §. 96. not. 8. ***), cuius sententiam subtiliter persecutus est *Kuehnerus* in gr. I. §. 149. not. 4. Sic orta videntur omnia verba, quae enumeravit *Buttm.* gr. I. §. 96. not. 6. Hisque etiam *ἀμπλακίσκω* (ab *ἀμπλακ-εῖν*) annumerandum, cuius formam *ἀμπλάκω* de more a me positam p. 167 nunc lubens abiicio. De origine autem verbi *βλαστεῖν* incertum mihi est utrum fratri assentiar an *Lobeckio* ad Ai. p. 90, qui, etsi illud ab eodem *βλαστός* deducat, ipsum tamen *βλαστός* a *βάλλω* (*βλάω*) propagatum arbitratur, ita ut primaria fuerit *transitiva* verbi significatio (v. *Lob.* l. c. not. 6 et p. 382. not. 1). Egregie certe hanc derivationem confirmant et Latina *gemmas trudere* (*gemmae se trudunt* Virg.), *flores s. radices mittere*, et vero Graecum *ἐκβάλλειν*, cui respondet nostrum *ausschlagen*. *Const. M.*]

βλάστημα, germen (*Spross*), hinc aut *planta* vel *frux* (*Gewächs*): *ὅσα χθὼν καλὰ φέρει βλαστήματα* Hel. 1281. *γῆς τεμεῖν βλαστήματα* Hec. 1204; aut *frutex, ramus* (*Zweig, Schössling*). *κισσίνοις βλαστήμασιν* Bacch. 177, i. q. *κισσῷ*. *ὀρθὸν μεθίει διὰ χερῶν βλάστημ' ἄνω* Bacch. 1069, i. q. *ἐλάτης κλάδον* s. *κλῶνα* (vv. 1062. 66). Tralatc *quidquid nascitur s. procreatur*. De fossilibus (*Produkt*). *ὦ χρυσὸς, βλάστημα χθονός* fr. dub. XXXIV. De animalibus. *νεόγονα βλαστήματα* Cycl. 305,

pulli. Et allegorice λέοντος βλαστήματα Heracl. 1006. De hominibus: *stirps, proles, suboles.* τέκνων γλυκερὸν βλάστημα Med. 1099. Sic etiam τοῖσι γῆς βλαστήμασιν Γίγασι Herc. f. 178.

βλασφημία, *quidquid famam laedit, obtrectatio, calumnia, convicium.* Hac postrema vi dictum παιδὶ — βλασφημίαν τις ἐφθέγξατο Ion. 1189. Recte vero βλάσφημος ex βλαβόφημος formatum putat *Doederl.* Synon. III. p. 304. Scilicet hac id via factum: βλαβόφημος, βλάβφημος, βλάφημος, βλά-σφημος. V. s. σφάζειν.

βλαχή, v. βληχή.

βλέμμα, *adspectus.* τὰ ξένων πρόσωπα φεύγουσιν φίλοι ἔν τ' ἦμαρ ἠδὺ βλέμμ' ἔχειν φασὶν μόνον Herc. f. 306, i. e. ἡδέως βλέπειν φίλους: v. *Matth.* ad l.

βλέπειν (λάω, v. s. ἀμβλύς p. 152 et s. λεύσσειν). Discrimen inter βλέπειν et ὁρᾶν *Sturz.* in lex. ex Xen. Anab. 4, 1, 15. βλέψον πρὸς τὰ ὄρη καὶ ἴδε, ὡς ἄβατα πάντα ἐστί, rectissime, si propriam notionem spectas, hoc statuit: „βλέψον de *solo sensu* intelligendum, ἴδε vero simul ad *animum* referendum." V. *Doederl.* Synon. IV, p. 315 sq., qui βλέπειν (p. 317) apte comparat cum nostro *blicken.* Similiter Eur. Or. 67. βλέπω δὲ πᾶσαν εἰς ὁδὸν, πότ' ὄψομαι Μενέλαον ἥκοντα. Cf. Melan. fr. XIII, 2. ed. *Matth.* Itaque 1. in universum est *visu uti, videre* (*blicken*), et c. *acc. videre, conspicere* (*erblicken*). ὅταν ἐγὼ βλέπω βραχύ Ion. 744. ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ Melan. fr. XIII (XXV), 2 [ubi scribendum ὀξὺ βλέπων γὰρ ὁ χρόνος τὰ πάνθ' ὁρᾷ. *C. M.*]. Obscure sunt et mire dicta τὰ μὲν σὺν ἄστρων ἐκπολαῖσιν ὄμματα βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα Phoen. 1124. [Eiiciendos hos versus cum eo qui sequitur neque ab Euripide profectos esse *Valckenario* quodammodo auctore demonstravit *Bergkius* in eph. ant. Darmst. 1836. p. 965 sq. V. *Matth.* ad l. *Const. M.*]. C. *acc.* ἥκουσα καὶ βλέποντι σημαίνεις κακά Herc. f. 1230. βλέπω παιδ' ἐμὸν τεθνηκότα Hec. 681. τόνδ' Ἀλέξανδρον βλέπω στείχοντα Rhes. 62. Cf. El. 560. 569. καὶ κουρὰν βλέπεις μελαμπέπλους στολμούς τε Alc. 821. βλέπω δύο ῥοπὰς (ἀγῶνος) Hel. 1096. ὃς βλέπει τε κἀντιδέρκεται δορὸς — ἄλοκα Herc. f. 163, *qui hastam conspicit et* conspectam *exspectat* (v. s. ἀντιδέρκεσθαι), abs quo discernendum βλέποντας εἰς δόρυ Rhes. 114, ubi ipsum βλέπειν est *intueri* s. *exspectare* hastam, hastae *obsistere, occurrere;* v. s. 2. Huc pertinet formula φῶς βλέπειν, *vivere*, opp. θανεῖν. τὸ φῶς ἥδιστον βλέπειν Iph. A. 1250. Et βλέπειν φάος Iph. T. 674. Cf. Rhes. 971. Hec. 668. φάος λοίσθιον βλέπων τόδε Hipp. 57. ζῷς φῶς ἡλίου τόδ' ἔβλεπεν Hel. 60. μηκέθ' ἥλιον βλέπειν Iph. T. 349.

βλέπουσ' αὐγάς Andr. 936. Sed etiam absolute βλέπειν hac vi dicitur. πῶς ἂν αὐτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι Alc. 140. οὐ ταὐτὸν — τὸ βλέπειν τῷ κατθανεῖν Tr. 628. θανόντα μᾶλλον ἢ βλέποντ' ἔξω φίλον Iph. T. 718. νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες οὐδὲν νοσοῦσι Phrix. fr. XIV (XV), 3. Cf. Hec. 311. Hel. 1017. Iph. A. 1612. Inde explicandum κινεῖσθαι δοκεῖ βλέπειν τ' ἀγάλματα Eurysth. fr. VIII (IX), 3, ut βλέποντα σώματα Hel. 589 opponuntur εἰδώλῳ. Notandum vero βλέπειν ita tantum *vitam* denotare, haec ut sensuum maximeque visus integritate contineatur, quibus carent *mortui*. Itaque diserte discernitur a ζῆν in Erechth. fr. XI. ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας ζῆν φημι μᾶλλον τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς [quorum sensus est: *ego eos, qui mortem honestam obierunt, vivere potius dixerim quam eos, qui non obierunt, lucem intueri*, h. e. ego mortem honestam vita tanto praestantiorem censeo, ut honeste tantum mortuos re vera vivere, ipsos autem vivos nil nisi lucem adspicere dicam. *Const. M.*]. E primaria verbi βλέπειν notione ea quoque significatio fluxit, quae est *vultu s. specie* aliqua *esse* (*aussehen*). V. *Erfurdt.* ad Soph. Phil. 110. Explicant hunc usum loci Phoen. 400. αἱ ἐλπίδες καλοῖς βλέπουσί γ' ὄμμασιν. Herc. f. 221. Θήβαις ἔθηκεν ὄμμ' ἐλεύθερον βλέπειν, et Alc. 262. ὑπ' ὀφρύσι κυανωπέσι βλέπων Ἅιδας. Cf. Syl. fr. III, 4. Hinc τί σεμνὸν καὶ περφρονικὸς βλέπεις; Alc. 776. οὐ βλέπεις εὐκηλον Iph. A. 644, *placido vultu es*. καλὸν βλέπω Cycl. 550. αἱ σκοτειναὶ πράσσουσιν πόλεις, σκοτειναὶ καὶ βλέπουσιν εὐλαβούμεναι Suppl. 325. V. *Matth.* ad Iph. A. 634. 2. Paulo amplior verbi potestas est, ubi de singulari oculorum usu dicitur. *Oculos convertere s. coniicere* in al., *spectare* al. In his quum distinctior *motus* sit notio, insuper εἰς vel πρός adiungi solet accusativo. Cf. *Herm.* ad Iph. T. 1030. εἰς μίαν (γυναῖκα) βλέπουσι (βροτοί) In. fr. XIII (VII), 6, sicut etiam nos: *ein Auge auf ein Mädchen werfen*. βλέπουσά τ' εἰς πᾶν καὶ παρεῖσα πανταχοῦ τὴν ὄψιν ἐμπλήσασα fr. dub. XXIII, 5. βλέπετ' ἄνω καὶ μὴ κάτω Cycl. 210. τἀληθῆ φράσαι ἔχουσ' ἐν οἴκοις τοῖσδε τί βλέπεις πρόσω; Hel. 333, *quid spectas ulterius*; v. s. φράζειν. βλέψας ἐς Ἄργος ἦκε Πολυνείκης ἀράς Phoen. 1373. Ἐτεοκλέης Παλλάδος βλέψας πρὸς οἶκον — ἠύξατο ib. 1382. τοὺς κακῶς πεπραγότας εἰς ὄγκον οὐκ ἄνω βλέπειν τύχης (χρή) Alcmaeon. fr. IX (II), 2. *Spectare, adspicere, inspicere, intueri.* νόμος γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον Hec. 975, ut φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν Med. 470. οὗτοι σὸν βλέπων ἐμπίπλαμαι πρόσωπον Ion. 925, ubi corrigendum οὐκ εἰς σόν, ut πῶς ποτὲ βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυνευνετῶν —; Hipp. 416. Cf. ib. 280. Phoen. 461. εἰς κρᾶνος

βλέψαντα καὶ λόγχης ἀκμήν Suppl. 318, ut μὴ — φεύγοντας ἀλλὰ σὸν βλέποντας εἰς δόρυ Rhes. 114. [εἰς γῆν — ἔστη βλέπων Iph. A. 1577.] εἰς πῦρ βλέποντες καὶ κατὰ σπλάγχνων πτύχας Suppl. 212. βλέψον δ' ἐς αὐτὴν, εἴ τι σῇ δοκεῖ πρέπειν γυναικί Alc. 1124. βλέψον πρὸς αὐτοὺς βλέψον ib. 391; cf. 389. βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ὄμμα δὸς φίλημά τε Iph. T. 1238. Cf. Herc. f. 1227. Iph. A. 320. El. 567. Dehinc ad *animum* paulatim declinante *spectandi* vi βλέπειν 3. est *spectare, respicere, contemplari, considerare.* εἰς πρόσωπον οὐ τεκμαίρεται βλέπων; Hipp. 280. τίς πρὸς λόγχην βλέπων μάρτυς γένοιτ' ἂν ὅστις ἐστὶν ἀγαθός; El. 377. βλέπουσα εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ ῥᾴων γένοι' ἄν Dict. fr. I (XIV), 3. οὐκ οἶδ' εἰς ὅ τι βλέψω κακῶν πολλῶν παρόντων Hec. 585, ut cognoscam quid sit agendum. Sic etiam πρὸς τί χρὴ βλέπειν; πρὸς τὰς παρούσας ἢ παρελθούσας τύχας; Andr. 405. λέκτρων σῶν πόθος μ' εἰσέρχεται εἰς τὴν φύσιν βλέψαντα· γενναία γὰρ εἶ Iph. A. 1412. ἦν εἰς λόγους τε καὶ τὰ τῶνδ' οἰκτίσματα βλέψας πεπανθῇς Heracl. 160. εἰς τάσδε βλέψασα ἐπηνξάμην τάδε γραῦς Suppl. 8. ταῦρος ὡς λέοντος βλέπων πρὸς ἐμβολήν Syl. fr. III (IV), 4. 4. *Respicere*, h. e. a) *exspectare* ab aliq. *auxilium* vel *tutelam.* V. s. ἀναβλέπειν. ἡμῖν ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν Med. 247. εἰς σὰς χέρας βλέπει δώματα Herc. f. 435. τίν' ἐλπίδ' ἢ πόρον σωτηρίας ἐξευμαρίζει; πρὸς σὲ γὰρ βλέπω ib. 81. εἰς ὑμᾶς βλέπω καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστίν Iph. T. 1056: ita pro vlg. ὡς ὑμᾶς βλέπω rectissime rescripsit *Herm.* b) *desiderare, expetere, appetere, studere.* εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν στέργουσιν Andr. 179. εἰς ἀργίαν βλέπειν Antiop. fr. X (XIV), 2. c) *curare, colere.* Transitus fit per Suppl. 284. βλέψον ἐμῶν βλεφάρων ἔπι δάκρυον (v. *Matth.* ad l.). Ζεῦ—ὁρᾷ τάδ'· εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις, ἄλλως νομίζει Ζεὺς Cycl. 353. ὦ Ζεῦ, βλέψον πρὸς ἡμᾶς καὶ μετάστησον κακῶν Hel. 1458. βλέψον πρὸς αὐτοὺς βλέψον Heracl. 226. ὅταν προδοὺς σύ μ' εἰς δάμαρτα σὴν βλέπῃς Ion. 614. Duo reliqui sunt loci. Quorum unus: κἄβλεψαν ἀλλήλοισι διαδόντες κόρας, e tribus est Phoenissarum versibus 1378. 79. 80, quos uno paene ore pro spuriis iudicarunt editores. Alter νόῳ τ' ἀκούων καὶ βλέπων v. 18 est e Sisyphi fragmento Euripidi falso adscripto. V. praeter *Valck.* diatr. p. 209 et ad Phoen. v. 527 et 711 *Matth.* ad Eur. fr. T. IX p. 323 et *G. Dind.* ad Poet. Scen. fr. p. 109.

βλέφαρον. Stirps esse videtur βλέ-π-ειν et φάρος (φᾶρος; v. *Seidl.* de verss. dochm. p. 257). Hinc proprie est id quod *visum* oculorum *tegit*, h. e. *palpebra, genae* (*Augenlied*), ut βλεφαρίς *cilia* (*Augenwimper*). Etiam ap. Lat. *palpebra* stirpem ducere videtur a

palla (*pallium*, quod *Hemsterh.* derivat ab eodem φᾶρος), nisi potius cognatum est cum *palpitare*, ut palpebrae *nictantes* denotentur. Derivationi nostrae favere videtur Eurip. Herc. f. 641. τὸ γῆρας — βλεφάρων σκοτεινὸν φάρος ἐπικαλύψαν. V. *Matth.* ad l. et nos s. ἐπικαλύπτειν. [Derivationem istam etiam *Etym. M.* p. 199, 33 proponit, quam cur absurdam dicat *Dindorfius* in novo Thes. Steph. II. p. 283, non intelligo. *Const. M.*] *Palpebra.* εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον — ἀκέσαιο Hec. 1066. ὅσσων δάκρυ' ἀμφὶ βλεφάροις Suppl. 49. ξυνάψαι βλέφαρα βασιλείοις κόραις Bacch. 746, ut ξυνάρμοσον βλεφαρά μου (morituri) τῇ σῇ χερὶ Phoen. 1460. ἀνακαλύψω βλέφαρον Iph. A. 321. Hinc totus *oculus.* ἄϋπνον βλέφαρον Or. 302. ἆδιστος ἔβα (ὕπνος) βλεφάροισι Rhes. 556. λῦσον βλεφάρων γοργωπὸν ὄδραν, *aperi oculos*, ib. 8. V. *Herm.* ad S. Ant. 1287. εἰ βλέφαρα κινήσεις ὕπνου — φερομένῳ χαράν Or. 157. νὺξ ἔχει βλέφαρα παιδὶ σῷ Herc. f. 1071. ἑλίσσετέ νυν βλέφαρα, κόραισι δίδοτε πάντα Or. 1266; v. s. κόρη. παντᾷ τοι βλέφαρον διώκω Ion. 205. δινεύων βλεφάροις (insanus Orestes) Or. 835. ἐξελέτω βλέφαρον Κύκλωπος Cycl. 614. Οὔτίς με τυφλοῖ βλέφαρον ib. 669. Κύκλωπος ἔσω βλεφάρων ὥσας (δαλόν) Cycl. 483. δακρῦσαι βλέφαρα Hel. 954. τί βλέφαρα τέγγεις δάκρυσι; ib. 463. βλέφαρον τέγγουσ' ἁπαλόν El. 1339. δάκρυσι μου βλέφαρα — τέγγεται Hipp. 853. βλέψον ἐμῶν βλεφάρων ἔπι δάκρυον Suppl. 284. βλέφαρον ὑγραίνω δάκρυσιν Hel. 679. γόος — τὸ σὸν νοτίζει βλέφαρον Iph. T. 833. νοτερῷ βλεφάρῳ Alc. 601. ἐν ἀντωποῖς βλεφάροισι Iph. A. 584. βλέφαρα πρὸς τἀναιδὲς (s. v.) ἀγαγών ib. 379. τὸν ὑπὸ βλεφάροις φοίνικ', ἐρύθημα προσώπου Phoen. 1495. ἴδε βλέφαρον (morituras) καὶ παρατόνους χέρας Alc. 399. οὐδ' ἐγὼ εἰς σὸν βλέφαρον πελάσω El. 1332. Eleganti metaphora *luna* Phoen. 546 vocatur νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον, ut S. Ant. 104 *sol* χρυσέας ἁμέρας βλέφαρον. V. *Blomf.* gloss. ad Aesch. S. c. Th. 386. *Eichstad.* Quaest. philol. spec. p. 16.

βλῆμα, *iactus.* βλήματ' ἐν κύβοις βαλεῖν Suppl. 330. V. s. βάλλειν, 1.

βληχή, *balatus.* βλαχαὶ σμικρῶν τεκέων (agnorum) Cycl. 59 et 43. Vox ficta per eamdem onomatopoeiam, per quam etiam nos dicimus *blöken*, *ein Blä-Schaaf* (v. s. μηκᾶσθαι); forma autem assimilata vocabulo ἠχή.

βοᾶν, *claram vocem edere*, *boare*, *clamare.* τί βοᾷς; Hec. 178. τέκνων πλῆθος — στένει, βοᾷ βοᾷ Tr. 1091. ἱκέτης — βοᾷ (Orestes) Or. 1332. μὴ κτυπεῖτε, μὴ βοᾶτε Herc. f. 1048. [βοᾷ δ' ἱερεύς, ἅπας δ' ἐπήχησε στρατός Iph. A. 1584.] βοᾷ Ἱππόλυτος αὐδῶν δεινὰ κακά Hipp. 582. βοᾷ κυναγὸς ὡς· Πυλάδη, δέδορκας τήνδε; Iph. T. 284;

v. s. κυναγός. βοᾷ· τίς μ' ἔμελλεν κτανεῖν; Ion. 1210. Cf. Herc. f. 975. οἷον οἰωνὸς ὑπὲρ τεκέων βοᾷ Tr. 829. *Passiv.* δεῖν' ἐν Ἀργείοις βοᾶται Iph. A. 1346. C. *dat.* iunctum Hel. 1612. ναυβάταις — βοᾷ κελευστὴς τὴν ἐναντίαν ὅπα, *nautis clamat s. succlamat.* Crebrior cum *accus.* constructio, in qua mirifice variat *clamandi* notio. *Clamare, cum clamore edere s. dicere.* τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾷς λόγον; Hipp. 572. τίν' αὐδὰν ἀΰσω, βοάσω; Ion. 1442. βοᾷ φόνου φροίμιον στενάζων Herc. f. 752. Paulo aliter βοᾷ (Medea) ὅρκους, ἀνακαλεῖ δεξιάς Med. 21, *cum clamore appellat, citat.* ἄλγος ἄλγος βοᾷς Tr. 1310, *dolorem clamore tuo prodis;* v. s. ἄλγος p. 107. βοᾷ πῦρ καὶ δίκελλαν ὡς κατασκάψων πόλιν Phoen. 1161, *cum clamore postulat,* ut etiam Latini *clamare* aliquid, *nach etwas schreien.* Similiter c. *infin.* ὅτε νιν βόασε Κάσανδρα κτανεῖν, *clamans iussit,* Andr. 297. Porro *inclamare.* βοᾷ Δελφῶν παῖδας ἱστορῶν τάδε Andr. 1125. βοᾷς τὸν παρ' Ἅιδῃ παῖδ' ἐμόν Tr. 586, *vocas, evocas.* C. duplici *accus.* λιγυρὰ ἄχεα μογερὰ βοᾷ τὸν — προδόταν Med. 205, *lamentis prosequitur proditorem.* βοάσατ' εὖ τὸν Τμέναιον μακαρίαις ἀοιδαῖς ἰαχαῖς τε νύμφαν Tr. 335: quibus constructione simillimum est παιᾶνα ὑμνοῦσι τὸν Λατοῦς γόνον Herc. f. 687. V. *Seidler.* ad Iph. T. 1061. *Herm.* ap. Seidl. ad Tr. 123 et ad Soph. Tr. 209. Tralate de rebus inanimis: βοᾷ βοᾷ δέλτος ἅλαστα Hipp. 877, *clamat,* h. e. *clare indicat.* βοᾷ δῶμα πᾶν Phoen. 1327, *clamat,* h. e. *reboat s. resonat,* ut πολλοῖς κωκυτοῖσιν — βοᾷ Σκάμανδρος Tr. 29. Restant tres loci, in quibus utrum medium an passivum sit usurpatum dubitant, Iph. A. 438. λωτὸς βοάσθω καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος. Hel. 1450. πᾶσαν χρὴ γαῖαν βοᾶσθαι μακαρίας ὑμνῳδίαις ὑμέναιον Ἑλένης κἀμόν. Iph. A. 216. ὁ διφρηλάτας ἐβοᾶτο. De his v. s. θυηπολεῖν. De origine verbi v. s. βοή.

βόειος, *bubulus.* μήλειον ἢ βόειον (γάλα) Cycl. 217. κρέασι βοείοις fr. inc. tr. CXLVII, 1.

βοή, Dor. βοά. Ab ἄω derivare non ineptum esset. V. s. βάζειν et ἀΰειν. Aptius tamen atque simplicius per onomatopoeiam e sono ὄ (ὀά οἴ ὤ) fictum putatur, unde etiam γόος — γοᾶσθαι. Ita ἀλαλή ex ἀλαλά (p. 101), αἰάζειν αἴδως αἰκία ex αἴ (p. 67), οἰζύς οἰκτρός οἶτος ex οἴ formata sunt. Quum autem ὄ illud omnino clamorem depingat, hinc βοή omnis est *clamor,* „cum exclamantis vocantisve, tum gaudentis aut dolentis" (*Ellendt.* s. v.). βοὴ κατὰ στέγας Or. 1331. τίνα βοήν; Iph. A. 1346. τίς ποτ' ἐν δόμοις βοή; Hipp. 790. ἀνακαλεῖς τίνα με — βοάν; Herc. f. 910. mel. V. *Matth.* gr. p. 941. ποίαν βοὴν ἀνωλόλυξας —; Tr. 999. τίς ἡ βοὴ βωμοῦ πέλας ἔστηκε; Heracl.

73. τίς ἴστησιν βοήν; Iph. T. 1307. βοὴν ἔστησε Heracl. 129; cf. ib. 656. τί μάτην τείνουσι βοάν; Med. 201. mel. βοὰν ἔμελπον εὔφρονα Tr. 547. ch. βοὰν βοὰν Ἑλλὰς κελάδησε κἀνωτότυξε Hel. 375. mel. βοὴν ἐγερτέον Rhes. 690. παύσωμεν βοήν Or. 1314. βοὰν βοὰν ἄνω, βοάν Hec. 1092. mel. βοὰν ἔλασκε El. 1213. ch. ἀτρεμαίαν ὑπόρροφον φέρω βοάν Or. 148; v. s. ὑπόρροφος et φέρειν. ῥόθιά τ' ἐξεπίμπλατο βοῆς, κελευστοῦ φθέγμαθ' ὡς ἠκούσαμεν Hel. 1592. Ita *Pierson.* Veris. p. 186 pro ὄρθρια et κελεύθου emendavit ex *Longi* Pastor. 3, 21: εἷς μὲν αὐτοῖς κελευστὴς ναυτικὰς ᾖδεν ᾠδάς, οἱ δὲ λοιποὶ καθάπερ χορὸς ὁμοφώνως κατὰ καιρὸν τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐβόων. ἦν πᾶσ' ὁμοῦ βοή Bacch. 1129. πᾶν μίγνυται μέλος βοῆς El. 756. ἐφθέγξατο βοή τις Iph. T. 1386. ἔμολέ σοι βοά Hipp. 588. ch. ἴτω ξύναυλος βοὰ χαρᾷ El. 879. ch. ἐν δόμοις κλύω βοήν Or. 1325. προσπόλων ἀκούομεν βοήν Andr. 822. Cf. El. 747. Med. 1273. ὀξὺ βοῆς ἀκοῦσαν Ἄργος ἐξεγείρεται Or. 1530. ἔκλυον βοάν Med. 131. mel. σίγησον, πρίν τιν' αἰσθέσθαι βοῆς Hipp. 603. βοὴ καὶ κωκυτὸς ἦν Suppl. 721. κτύπον ἐγείρετε, κτύπον καὶ βοάν Or. 1353. ch. κελευσμὸν σὺν πολλῇ βοῇ Suppl. 701. βαρβάρῳ βοᾷ Or. 1386. mel. Cf. Phoen. 635. 1311. Φοίνισσαν βοάν ib. 308. mel. κακογλώσσου βοῆς Hec. 661. ἱμέρου βοάν Phoen. 1043. ch. εὐξύνετον ξυνέτοισι βοάν Iph. T. 1092. ch. φοινία βοά Tr. 556. ch. ὑπώροφον (s. v.) βοάν El. 1166. mel. Suspecta sunt τᾶς οὐκ εὐμούσου βοᾶς Iph. T. 145; v. s. ἄλυρος p. 144. De feris. Θηρῶν οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν Bacch. 1083. *Plural.* ἀγαλλόμενοι θεὸν ἐν Φρυγίαισι βοαῖς ἐνοπαῖσί τε Bacch. 159. mel. Δελφὶς ἀείδουσ' Ἕλλησι βοάς, ἃς ἂν Ἀπόλλων κελαδήσῃ Ion. 92. mel., *vaticinia.*

βοηδρομεῖν (ἐπὶ βοὴν τρέχειν) ut βοηθεῖν (ἐπὶ βοὴν θέειν) proprie est *ad clamorem succurrere*, hinc *opem ferre, auxilio venire, auxiliari.* κρανγὴν ἔθηκας Μενέλεῳ βοηδρομεῖν Or. 1510. βοηδρομῆσαι πρὸς δόμους τυραννικούς ib. 1356. βοηδρομήσας τήνδ' ἐπ' ἐσχάραν Heracl. 122. βοηδρομοῦμεν ἄλλος ἄλλοθεν Or. 1476. οὐκ εἶ' ἐνόπλῳ ποδὶ βοηδρομήσετε; ib. 1622. φίλοισιν ὕστερον βοηδρομεῖν Rhes. 333. ὕστερος βοηδρομεῖς ib. 412. βοηδρομεῖτε πάντες Hipp. 775.

βοηδρόμος (v. βοηδρομεῖν), *auxilians.* ὑστέρα βοηδρόμος πάρειμι Phoen. 1441. ταχὺς Ἄργει πᾶς ἀνὴρ βοηδρόμος Heracl. 340. ἐκ Μεκηνῶν μῶν βοηδρόμους (qui opem ferant) ὁρᾷς; El. 963. Hinc noli βοηδρόμῳ Or. 1290; cf. ib. 1622. σῆς βοηδρόμου σπουδῆς ib. 1571.

βοηθεῖν, *auxilio accurrere, opem ferre.* βοηθεῖν τοῖσιν ἠδικημένοις Iph. A. 79.

Βοίβιος i. q. Βοιβιάς, a Βοίβη, urbe Thessaliae. παρὰ καλλί-

κον Βοιβίαν λίμναν Alc. 593. Παραὶ Βοιβηΐδα λίμνην sedem Adeti Homerus quoque collocat Il. β', 711.

Βοιωτός, *Boeotus*. Radicem ipse indicat Euripides Melan. fr. II (XVIII). τὸν ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖν. τῶν Βοιωτῶν τλισμα Iph. A. 253.

βολή (βάλλειν), *iactus*. εἰς πέτρων βολάς Or. 59, *ad lapidationem*. κρᾶτα — ὠλένας δικὼν βολαῖς Phoen. 669; v. *Matth.* ad l. ραυνίους βολάς Tr. 92. πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς Phoen. 1152. De *radiis*, quos sol *emittit*; v. s. ἀκτίς. πρὸς ἡλίου βολάς Or. 1259; cf. acch. 458. ἑῴοις βολαῖς ἀελίου Phoen. 173. πρὸς μέσας βολὰς λίου Ion. 1135. Hinc βολή tribuitur omnibus, quae vel fulgore vel petu suo aliquo modo *feriunt*, ut oculis, auro, vento. *Nivi* quoque ibuuntur βολαί Bacch. 661. λευκῆς χιόνος εὐαγεῖς βολαί, ubi arnes. intelligit *cumulos* nivis, ut *Bothius* „des hellen Schnees Hügel." Imo χιόνος βολαί simpliciter sunt *nives* de coelo *deiectae*.

βόλος. Dicitur imprimis de *iactu* retis. ἣν ἐκσπάσωμαί γ' ὃν μετέχομαι βόλον El. 582. Hinc ipsum *rete*. ἀνὴρ εἰς βόλον καθίσταται Bacch. 846. ἴσως γὰρ εἰς βόλον τις ἔρχεται Rhes. 730; at v. s. βρίξ.

βορά, quilibet *cibus*. (γαῖα) τίκτει βοράν Chrys. fr. VI (VII), 5. ρᾶς κορεσθείς Hipp. 112. ὡς βορᾶς γευσαίατο Iph. A. 423. βορᾶς χρημένοι Cycl. 88. βορὰν ὁδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις ib. 98. ρᾶς χρήζοντες ib. 253. δώσει βορᾶν Hel. 509. παιδὸς ἡσθῆναι ρᾷ Iph. T. 388. Κύκλωψ ξενικῶν κρεῶν κεχαρμένος βορᾷ Cycl. 367. ρᾷ χαίρουσιν ἀνθρωποκτόνῳ; ib. 127, ut ἀπ' ἀνθρώπων βορᾶς ib. 48. ἑταίρων πλησθεὶς βορᾶς (Cyclops) ib. 408, ut ἔκπλεως ὢν τῆς ναισχύντου (ἑταίρων) βορᾶς ib. 415. βορὰν δυσσεβῆ θέσθαι γνάοις ib. 288. εὐόχθου βορᾶς ψυχὴν ἐπλήρουν Ion. 1169; cf. El. 425. ῆς ἐφ' ἡμέραν βορᾶς εἰς μικρὸν ἥκει El. 429. οὐδὲ πόθον ἔχει βοᾶς Or. 189. τυροῖσι καὶ μήλων βορᾷ (ζῶσι) Cycl. 122. δι' ἀψύχου . v.) βορᾶς σίτοις καπήλευε Hipp. 952. νῆστις βορᾶς Iph. T. 973. ὁ — ἐν γαστρὸς βορᾷ τὸ χρηστὸν εἶναι — ἔφη Suppl. 865. θηρσὶν θλιον βοράν Phoen. 1597; cf. Suppl. 47. οἰωνοῖς βοράν Phoen. 1628. . βρῶσις.

Βορέας *Non.* 1, 251 dictum putat a βοή, *Etym. M.* p. 205, 7 et *Iust.* p. 193, 20 etiam ineptius a βορά. Imo eamdem stirpem habet βρέμω (s. v.), βρόμος. ὅταν Βορέας χιόνα Θρήκιος χέῃ Cycl. 328.

βόσκειν, *pascere, alere, nutrire*. τῇ βοσκούσῃ χθονὶ καὶ τῇ τεύσῃ Heracl. 826, de terra *nutrice*, ut ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ όσκουσα γῆ Phaëth. fr. XIV (II). πόθεν ἐβόσκου (*vixisti*), πρὶν

γάμοις εὑρεῖν βίον Phoen. 403. τὸ γένος (εὐγένεια) οὐκ ἔβοσκέ με, unde viverem, ib. 408. τὸν βόσκοντα (Phoebum) εὐλογῶ Ion. 137, pro quo ib. 183 est τοὺς βόσκοντας. Tralate de spe, quae hominum animos *alit, fovet, sustentat.* αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας Phoen. 399, et *pass.* ἔλπισιν ἐβόσκετο Bacch. 617. Locutionem πράγματα βόσκειν ex Euripide (Thes. fr. III. IV (II. III) sumpsisse Aristophanem in Vesp. 312 edocet *schol.* ad l. Arist. V. ap. *Matth.* T. IX. p. 356. De stirpe verbi v. s. πρόβατον.

βοσκή, *pabulum.* ποίμναις οὐχ ἵει (Ceres) θαλερὰς βοσκὰς εὐφύλλων ἑλίκων Hel. 1347. Paulo celerius ad metra exaequanda βοτάς correxit *Herm.* Βοτός esse i. q. τροφή s. βοσκή non tantum ap. *Suidam* legitur et in *Bachm.* Anecd. I. p. 181, sed etiam in *Etym. M.* p. 447, 10. At βοτή hoc sensu nusquam vel dictum vel notatum.

βόσκημα, animal quod pascitur, *pecus.* ἀγελαῖα βοσκήματα Bacch. 676. ποιμνίων βοσκήματα Cycl. 187; vlg. ποιμένων, quod correxit *Scaliger.* Ita τῶν ἐμῶν βοσκημάτων ποίμνης νεογνὸν θρέμμα El. 494. Κυκλώπων βοσκήματα Cycl. 164. βοσκήμασι σοῖσι συρίζων ποιμενίτας ὑμεναίους Alc. 579. Est etiam i. q. βοσκή. ὦ ὄχημ' ἵππειον, ἐμῆς βόσκημα χερός Hipp. 1356, *a me nutritum.* Cf. S. El. 365. Aesch. Suppl. 615.

βόστρυχος. Proprie denotat *crines crispatos (gekräuselt)*: hinc praecipue *cirros, cincinnos (Locken)*; v. s. βότρυς. βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος Thes. fr. VII (V), 7. ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ Bacch. 493; v. s. ἁβρός. ξανθοῖς ἐπ' ὤμων βοστρύχοις γαυρούμενος Or. 1532. βοστρύχων κυανόχρωτα χαίτας πλόκαμον Phoen. 315. πολύν σοι βοστρύχων πλόκαμον κεροῦμαι Tr. 1182. ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔκοσμος κόμην Bacch. 235. ἔταμες βοστρύχους ξανθῆς κόμης; Hel. 1240. ἐγὼ βοστρύχους τεμῶ ib. 1093. ξανθῆς χαίτης βοστρύχους κεκαρμένους El. 515. κόμης σῆς βοστρύχων ἀνθήματα El. 882; v. s. ἀνάθημα. ξανθὸν ἑταίρας λιπαρὸν βόστρυχον Cycl. 499. ὦ βοστρύχων πινωδες ἄθλιον κάρα Or. 225. ὃν πόλλ' ἐκήπευσ' ἡ τεκοῦσα βόστρυχον Tr. 1175. βόστρυχον ἀμπετάσας, *passis capillis*, Phoen. 794. βόστρυχον ἀμπετάσας ὤμοις Hipp. 202. θεῖσα στέφανον ἀμφὶ βοστρύχοις Med. 1160. παρὰ βόστρυχον — αὔραν — πρὸ παρηίδος ἄσσων Or. 1427. ἐπὶ βοστρύχοις πῦρ ἔφερον, οὐδ' ἔκαιεν Bacch. 756. πολλοῖς ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους El. 530. [Metro non convenit quod in Or. 1267 vulgo legitur: κόραισι δίδοτε διὰ βοστρύχων πάντα. Idcirco quum in textu βοτρύων posuisset *Dindorfius*, rursus in novo Thes. Steph. II. p. 337 non βοτρύων, sed βοτρύχων scribendum fuisse recte monet. Formam βότρυχος *Etym. M.* habet p. 205, 32. Eamdem versui Pherecratis

ıp. *Polluc.* 2, 27. ὦ ξανθοτάτοις βοτρύχοισι κομῶν restituit *Bergkius* amque confirmat βοτρυχώδεος, quod in Phoen. 1493 a metro flagiatum praebet cod. R. pro βοστρυχώδεος. V. s. βότρυς. *Const. M.*]

βοστρυχώδης, *cincinnis obsitus.* Cod. R. βοτρυχώδεος, unde *Seider. Herm. Burges.* propter metrum scripserunt βοτρυώδεος. Sed ipsam llius codicis lectionem recipiendam esse intellexit *Dindorfius* in novo Thes. Steph. II. p. 337. V. s. βόστρυχος. *Const. M.*

βοτάνη, *pabulum.* ποιηρὰ βοτάνα Cycl. 45. ἔγρονται δ' εἰς βοτάναν πώλων συνζυγίαι Phaëth. fr. II, 25.

βοτήρ, *pastor.* βοτῆρα νεανίαν (Parin) Andr. 281. σκαιοὶ βοτῆρες ἐσμέν Rhes. 271. τὸν τρισώματον βοτῆρ' Ἐρυθείας Herc. . 424.

βοτόν, *pecus.* ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ οὔτ' ἦλθέ τω σίδηρος Hipp. 75. ἡ γῆ—τίκτουσα ποίαν τἀμὰ (Cyclopis) πιαίνει βοτά Cycl. 332.

βότρυς, *pampinus, palmes.* βότρυσι δ' ἔστεψεν κάρα Meleagr. r. III (VI), 2. *Uva, racemus.* τὸν πολύκαρπον οἰνάνθας βότρυν Phoen. 238. οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν Hypsip. fr. II. III. Hinc βότρυος ὑγρὸν πῶμα Bacch. 279, *Rebensaft, Traubensaft.* βότρυος πῶμα εὐίου Cycl. 191. εὐιάζει βοτρύων φίλαισι πηγαῖς ib. 494. βότρυος ἐν δαιτὶ γάνος Bacch. 261. 381. σπονδᾶς ἐκ Διονύσου βοτρύων Ion. 1232. τᾶς Διονυσιάδος βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λοιβᾶς Herc. . 892. Voces βότρυξ (βόστρυχος) et βότρυς eiusdem esse originis ponte apparet. Communis autem ambarum radix στρέφω (τρέπω) esse idetur, unde ni fallor etiam ὄστρυγξ (ὄστλιγξ); communis certe ambarum c propria significatio haec est, ut omne *flexuosum, tortuosum, sinuosum*, omne ἕλιξ (*alles Gewundene, Geringelte*) denotet. Similiter pud nos *Ranke* cognatum est cum *Ring.*

βοτρυώδης, *racemosus.* ἀμπέλου βοτρυώδει χλόῃ Bacch. 12. καὶ ἀν βοτρυώδη Διονύσου χάριν οἶνας ib. 534. ch.

βουθυτεῖν, *boves s. vitulos mactare s. immolare.* πότερα τὸ ρῆν σφ' ἐπήγαγ' ἀνθρωποσφαγεῖν —, ἔνθα βουθυτεῖν μᾶλλον πρέπ Iec. 261. βουθυτῶν Νύμφαις El. 785; cf. ib. 805. μάτην ἐβουθυτοῦμεν r. 1242. ἵν' ἡμῖν βουθυτεῖ λάθρα πόσις Ion. 1031. ὅθεν σε βουθυτῶν ἐσόψεται El. 635. Aliter θεοῖσι μικρὰ—θύοντας τέλη τῶν ουθυτούντων ὄντας (εἰσορῶ) εὐσεβεστέρους Dan. fr. XII, 7, quo ex oco patet recte statuere *Sturz.* in lex. Xen. s. v. „dicitur etiam de uolibet sacrificio *magno* et in re laeta." Ambiguum est βουθυτεῖν—ξίους ἐμὴν χάριν Aug. fr. XI.

βούθυτος. βούθυτον ἀμέραν ὁ Διὸς —βειν γόνος Hel. 1400,

ubi recte *Pflugk*: „βούθυτον ἀμέραν Latine dicas *diem sacrificum* exemplo Ovidii Met. XIII, 590, ubi v. *Gierig*." βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ Ion. 664; v. *Matth.* gr. p. 1004, 3, c. βωμοὺς κνισᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς Alc. 1159; v. s. προστροπή.

βουκόλος, *bubulcus*. Non a κολέω (*colo*) est, sed a κέλλω (*cello percello*) *pello*, unde oestrum Aesch. Suppl. 557 vocat βουκόλον πτερόεντα. ὦ Πάρις, — βουκόλος — ἑτράφης Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις Iph. A. 574; cf. ib. 1292. 180. βουκόλοι καὶ ποιμένες Bacch. 713. ἐν ῥοιβδήσει βουκόλων Iph. A. 1086. τίς θαλάσσης βουκόλοις κοινωνία; Iph. T. 254. πρὸς εὐτραφεῖς καὶ νεανίας ξένους φαύλους μάχεσθαι βουκόλους ἡγούμεθα ib. 305. δίδωσι βουκόλοισιν ἐκθεῖναι βρέφος Phoen. 25. Cf. praeterea Antiop. fr. XIII (XXXII).

hic particulam ad verbum referre mavis, in hoc ut sit emphasis. V. s. 3 et s. θνήσκειν. Εἴπερ γε. ἔκτεινά τοί σ' ἂν κοὐ φυγαῖς ἐζημίουν, εἴπερ γυναικὸς ἠξίους γ' ἐμῆς θιγεῖν Hipp. 1044, *wenn — wirklich*' Particulam vulgo omissam post ἠξίους e Flor. 10 addidit *Matthiae*. Cf. Soph. O. C. 27 cum *Hermanni* observatione in ephem. ant. Darmst. a. 1835. p. 761 sq. Eodem fere sensu dicitur *εἰ δή γε, wenn es wirklich wahr ist, dass —*. πρὸς ἥπαρ δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε, εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι δοκῶ τέ σοι Hipp. 1071. Sic Flor. A. 10. Par. A. B. D. Contra Ald. rell. Lasc. Flor. 2. 15. Havn. τε, quod praeter *Valckenarium* fere omnes tenuerunt. Ferrem τε post φαίνομαι locatum, nunc valde incommoda eius collocatio, γε autem aptissimum in re tam gravi. Paulo etiam gravius est ἦν γε δή, quod Helenae versui 1192 restituit *Hermannus*: θανεῖται δ', ἤν γε δὴ ληφθῇ μόνον, *wenn er nur erst wirklich ergriffen ist*. Sic Par. E. Flor. 1. 2. Vict. Ald. rell. ἦν γε συλληφθῇ; Par. G. ἦν γε ληφθῇ. Interdum εἴ γε gravem involvit causam, ubi Latini plane ut Graeci: *siquidem*. ἄρτι γιγνώσκεις τόδε, ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ —, εἰ τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ; Med. 88. Saepius sic frequentatur εἴπερ γε. Cuius formulae exempla aliquot supra posuimus s. 1, c. Cf. etiam Soph. El. 1216 et v. s. εἴπερ. Eamdem vim causalem b) habet ἐπεί γε, ubi nos *da ja, da doch*, aptius vero maiores nostri *sintemal*, quod nostra aetas male polita repudiavit. χρὴ δ', ἐπεί γε δεσπότης ὑμῶν καθέστηχ', ἱστορεῖν ἃ βούλομαι Herc. f. 141. ἤδη νυν αὔχει —, ἐπεί γ' ἐλήφθης Hipp. 955. ἵστημ', ἐπεί γε τοῦδ' ἐφάπτομαι τόπου Hel. 563. οὔκουν, ἐπειδὴ τὴν νεᾶνιν εἵλετε, ἅπαντες αὐτὴν διεκροτήσατ' ἐν μέρει, ἐπεί γε πολλοῖς ἥδεται γαμουμένη; Cycl. 181. Cf. ib. 219. Med. 495. Sic etiam ἐπειδή γε. δεῖξον δ', ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήλυθας, τὸ σὸν πρόσωπον — πατρί Hipp. 946.

6. Cum relativo coniunctum γε reddi potest *der ja, der doch*. Saepius tamen nosmet in talibus pronomen vel substantivum, ad quod spectat relativum, cum vi repetimus: *er, der — sie, die — du, der — wir, die*. Latini in his *qui quidem* vel *quippe qui*. Usu non explorato, sed rationem ut solet secutus ὅς γε rem definire cum restrictione exclusis aliis et *certe qui* esse contendit *Hermannus* in Praef. Oed. Tyr. p. VI: quod ut per se esse possit, est tamen longe rarissime. V. s. II, 1. Imo est a) Ὅς γε. ἀλλ' εὖ σ' ὁ Μαίας παῖς ἐκεῖσε καὶ πάλιν πέμψειεν Ἑρμῆς, ὅς γε φηλητῶν ἄναξ Rhes. 216. ὅν (Iasonem) ποτ' ἐγὼ νύμφαν τ' ἐσίδοιμ' αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους, οἵ γ' ἐμὲ πρόσθεν τολμῶσ' ἀδικεῖν Med. 165, *sie, die —*. καίτοι τί πάσχω; τοῦ θεοῦ προθυμίᾳ πολεμῶ, τὰ μητρὸς σύμβολ' ὅς γ' ἔσωσέ μοι Ion. 1386, *der*

doch — des Gottes, der —. ὠὴ τὸν Λατοῦς αὐδῶ, ὅς γ' ὁμφὰν κληροῖς — ib. 908, nisi hic ὅς τε corrigendum, quod et sententiae et omnino melicis accommodatius est. Venustissimus locus est Suppl. 1099. (παῖς) οὐκέτ' ἔστιν, ἥ γ' ἐμὴν γενειάδα προσήγετ' ἀεὶ στόματι καὶ κάρα τόδε κατεῖχε χειρί, *sie, die —.* Duo huius modi exempla sunt in subditicio Iphig. Aul. epilogo, quorum in uno bene habet γε: ἅπας ἐπήχησε στρατὸς ἄελπτον εἰσιδόντες — φάσμ', οὗ γε μήδ' ὀρωμένου πίστις παρῆν 1586. Ineptum autem γε in altero, quod est 1572: δέξαι τὸ θῦμα τόδ', ὅ γέ σοι δωρούμεθα. *Herm.* cum *Porsono* propter γε nescio an propter metrum τοῦθ' ὅ σοι. Sed inutile est corrigere interpolatorem. Porro ἀνὴρ ὅδ' οὐκ ἄσημος —, οὗ γέ μ' εἰσπέμπεις δόμους Herc. f. 850, quae sic proprie dicenda erant: εἰσπέμπεις μ' ἀνδρὸς τοῦδε δόμους, ὅς γ' οὐκ ἄσημός ἐστι, *der doch —.* τοῦ Θεοῦ λεγόμενος οὐκ ἔσχες ἄν ποτ' οὔτε παγκλήρους δόμους οὔτ' ὄνομα πατρός· πῶς γὰρ, οὗ γ' ἐγὼ γάμους ἔκρυπτον αὐτὴ καί σ' ἀπέκτεινον λάθρα; Ion. 1543. τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς, ὃν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον ἢ γράφει θεός Pel. fr. IV. Cf. Or. 1092. Med. 1340. Δή insuper additum Suppl. 162. εὐψυχίαν ἔσπευσας ἐπ' εὐβουλίας, ὃ δή γε πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας, *was wahrlich schon —.* V. *Matth.* ad l. b) Ὅστις γε, ὦ θεοί, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύω στόμα, ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι; Hipp. 1061, *der ich doch — ich, der ich —.* τὸ ταύτης σῶμα τιμᾶσθαι χρεών, ἥτις γε τῆς σῆς προὔθανε ψυχῆς, τέκνον Alc. 623. Cf. Soph. Phil. 1282; praeterea Autol. fr. I (III), 26. Dict. fr. VIII (I), 6. c) Ὅπου γε. πρὸς εἰ δειμαίνω λέγειν, ὅπου γε μέλλω σήν τι λυπήσειν φρένα Or. 544.

7. Mentione etiam digna particulae cum participio constructio. Iungitur autem cum participio eadem saepe vi qua περ et καίπερ. Nempe actionem vel condicionem participio expressam distinguit summi cam prae alia re momenti esse significans, nos ubi *doch.* εἶτα πῶς φέρων γε δέλτον οὐκ ἐμοὶ δίδως λαβεῖν; Iph. A. 894. τίς οὖν ἂν εἴη μὴ πεφυκότων γε πω παίδων γυναικὶ συμφορὰ πλὴν εἰς λέχος; Andr. 905. εἰ παθών γε σοῦ τάδ' ἠσσηθήσομαι, οὐ μαρτυρήσει μ' Ἰσθμιος Σίνις ποτὲ κτανεῖν ἑαυτόν Hipp. 976. οὐδὲν μέλει μοι σοῦ γέ μοι δόντος δίκην Hec. 1274, *hast du doch gebüsst.* Cf. Philoct. fr. VI (VII), 4. Huc etiam Iph. T. v. 570 numerare licet: οὐδ' οἱ σοφοί γε δαίμονες κεκλήμενοι ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι, *auch nicht die Götter, die man doch allweise nennt —.* Denique huc refero Penthei verba a nemine intellecta Bacch. 924: οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν ἢ τῆς Ἀγαύης ἑστάναι (φαίνομαι), μητρός γ' ἐμῆς; h. e. μητρός γ' ἐμῆς οὔσης, *die doch meine Mutter ist.* Γε hic non posse *utpote* significare, ut *Elmsleio*

et *Matthiae* visum, recte monuit *Hermannus*, sed longe etiam minus apta significatio *adeo*, quam particulae hic tribuit *Hermannus*. Alias aliter reddenda particula, ut Heracl. 265, ubi est *nur*. Cf. *Matth.* gr. p. 1423. Locus vocularum affirmantium coacervatione insignis est Hel. 1275. διδούς γε μὲν δὴ δυσγενὲς μηδὲν δίδου, quod est: *ja allerdings wenn du einmal gibst, gib ordentlich.* Quem locum si inter illos, de quibus s. 3, c. p. 611 expositum est, referre mavis, non refragor.

II. Peculiaris particulae usus est, ubi rem ita distinguit tamquam praecipuum aliquod, ut eam aut minuat aut augeat. Quam duplicem vim ad restrictionem non recte refert *Hermannus* ad Med. Elmsl. v. 800, nec magis illa vi totum particulae usum contineri existimandum est.

1. Minuendi vim habet, ubi nos *wenigstens*, Latini vel *quidem* vel etiam gravius affirmantes *certe*, *saltem*. Quam particulae potestatem pro propria ac primaria multi indocti vel olim habuerunt vel etiamnunc habent, *restrictivam* quippe appellantes. ἐμοί γ' οὖν, εἰ μὴ μεγάλως, ὄχυρῶς γ' εἶη καταγηράσκειν Med. 124. mel. ἀλλὰ τήνδε γε λαθοῦ βραχεῖαν ἡμέραν παίδων σέθεν Med. 1247. Cf. Ion. 965. Phoen. 618. χειρὶ δ' εἰ μηδὲν σθένεις, ἀλλ' οὖν ἐπεγκέλευέ γε Cycl. 652. Ib. 670 Cycl. ἀπωλόμην. Chor. αἰσχρός γε φαίνει. Sic etiam οὐκ ἐμοῦ γ' ἑκόντος (παῖς σφαγήσεται) Iph. A. 1361, *mit meinem Willen wenigstens nicht.* Iph. A. 878 Clyt. τίς αὐτὸν οὐπάγων ἄλαστόρων; Sen. θέσφαθ', ὥς γέ φησι Κάλχας, sicut δόλια γὰρ, ὥς γέ φασιν οἱ πεπονθότες Iph. T. 539. Cf. Alc. 804. Bacch. 1277. Sic etiam ὄλωλεν, ὥς γ' ἦν ἐν Μυκηναίοις λόγος Iph. T. 532, quae verissima *Lentingii* emendatio est *Hermanno* quoque probata pro vlg. ὡς ἦν. Particulam γε saepius omittere quam addere librarios recte observavit *Matth.* ad Phoen. 554 et ad Or. 116. Porro ἔρει δὲ τίς μ'; οὐ γνώσεταί γ' ὅς εἰμ' ἐγώ Hel. 824, „*quis me nominabit? certe non nosset qui sim*: quare nominare non poterit." *Herm.* ἦ νυν ἐκείνους ἀπόδος ἐμψύχους πάλιν ἢ τήνδ' ἀνάγκασόν γε — ταμά γ' ἀποδοῦναι λέχη ib. 979. Pariter interpretandum τοσόνδε γε Iph. T. 555; ἐμοί γε Med. 329 et Alc. 474. ch. Semel ὅς γε sic dictum videtur *certe qui* significans Iph. T. 544. τίς (ὃν λέγουσ' εὐδαιμονεῖν); οὐ γὰρ ὅν γ' ἐγῷδα τῶν εὐδαιμόνων, h. e. ἐκεῖνός γ', ὅν, quamquam id etiam simpliciter cum emphasi dictum existimare licet. Semel τοι insuper adiectum. Cycl. 223. λῆσταί τινες κατέσχον ἢ κλῶπες χθόνα· ὀρῶ γέ τοι τοῦσδ' ἄρνας etc. V. *Buttm.* ind. ad Plat. dial. p. 214. Praeterea multa, sed aliena, ex Euripide huc traxit *Hermannus* ad *Viger.* p. 822. Quorum ut unum excerpam, quis illud intelliget, quod choro Diomedis equos non faciles domitu esse monenti Herculem vult respondere: *we-*

nigstens wenn sie nicht Feuer schnauben. Scilicet Graeca sunt: *εἰ μή γε πῦρ πνέουσι*, h. e. *o ja, sie müssten denn Feuer schnauben.* V. s. I, 3, b. Contra nihil impedit quominus huc referamus Achillis verba Iph. A. 968. *νῦν οὐδὲν εἰμὶ παρά γε τοῖς στρατηλάταις ἐν εὐμαρεῖ τε δρᾶν τε καὶ μὴ δρᾶν καλῶς*, quae minime necessarium est ita cum *Hermanno* corrigere: *παρὰ δὲ τοῖς στρατηλ. ἐν εὐμαρεῖ τὸ δρᾶν* —, hinc ut nova incipiat enuntiatio. Cf. v. 961. Simillimus quem consulto huc reservavi locus est Bacch. 935. *κἄμοὶ δοκοῦσι παρά γε δεξιὸν πόδα, wenigstens am rechten Fusse.* Cf. v. sq. Heracl. 371.

2. Augendi vim habet. Qua vi a) est *ja, auch, auch noch, sogar*, ubi Latini *quin, etiam, vel, adeo.* *τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν φίλοις τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους* Hec. 848, ubi v. *Herm.* *οὖς δ' ἕλα δόρυ νεκροί γ' ἐς οἴκους φερόμενοι φίλων ὕπο ἐν γῇ πατρῴᾳ περιβολὰς εἶχον χθονός* Tr. 388. Huc referas *ἦν* (Alcestidem) *καὶ μητέρα πατέρα τέ γ' ἐνδίκως ἂν ἠγούμην μόνην* Alc. 650. Ita cum Lasc. Ald. rell. rectissime edidit *Matth.* Flor. A. 10. 15. Havn. *πατέρα τ' ἐνδ.* Violenta agendi ratio est, qua *Elmsleio* auctore *πατέρα τ' ἂν ἐνδ.* scripserunt *Monk. Pflugk. Dindorf.* *Γε* additum, quia per se mirum est mulierem dici patrem. Sic etiam *εἴ γε, adeo si, etiam si.* *ἐνδικώτατα* (*ἡ Τυνδάρειος παῖς διώλετο*), *εἴ γε λαιμοὺς εἶχε τριπτύχους θυτεῖν* Or. 1513. In diverbio. Phoen. 1352 sqq. nunt. *ὦ δώματ' εἰσηκούσατ' Οἰδίπου τάδε —;* Chor. *ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανον.* Longe frequentius hac vi est *καί — γε, ja sogar, quin etiam, quin adeo.* *πλείστη γε (χάρις ἐστὶ ἐν εὐπροσηγόροισιν), καὶ κέρδος γε σὺν μόχθῳ βραχεῖ* Hipp. 96. *ναί (εἷς μ' ἀφίκετο)· κἀπὶ καρπῷ γ' αὖ ἐγὼ χερὸς φέρω* Ion. 1009. *μάλιστα (σὺν ὅπλοις ἦλθες), κἀπίμπρης γ' Ἐρεχθέως δόμους* Ion. 1293. In diverbio. Suppl. 765 Adrast. *ἔνυψεν αὐτὸς τῶν ταλαιπώρων σφαγάς;* Nunt. *κἄστρωσέ γ' εὐνὰς κἀνέλυψε σώματα.* Or. 1600 Menel. *ἦ γὰρ δίκαιον ζῆν σε;* Or. *καὶ κρατεῖν γε γῆς.* Phoen. 613 Polyn. *ἀνόσιος πέφυκας, ὅς μ' ἄμοιρον ἐξελαύνεις.* Eteocl. *καὶ κατακτενῶ γε πρός.* Med. 607 Ias. *αὐτὴ τάδ' εἶλου — ἀρὰς τυράννοις ἀνοσίους ἀρωμένη.* Med. *καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις.* Cf. praeterea Hec. 993. Phoen. 1675. Alc. 47. Cycl. 178. Ion. 340. El. 658. Hel. 106. Negatis autem prioribus *γε* b) est *vielmehr, nein*, ubi Lat. *imo, imo vero.* Huius significationis ap. Eurip. tria tantum eaque in diverbio exempla reperi. Cycl. 632 chor. *ἔχεις;* Cycl. *κακόν γε πρὸς κακῷ.* Ion. 530 Ion: *μαστεύεις σανιῷ.* Xuth. *τὰ τοῦ θεοῦ γ' ἐκμαθὼν χρηστήρια.* Bacch. 483 Penth. *φρονοῦσι γὰρ κάκιον Ἑλλήνων πόλυ.* Bacch. *τάδ' εὖ γε μᾶλλον.* Eadem vi *γε τοι* exstare videatur fr. inc. tr. XIV. *ὧν οὐκ ἄπαρνεῖ*

πλησμονή· τρυφῇ γέ τοι ἄλλων ἐδεστῶν μηχανὰς θηρεύομεν. Quamquam in fragmentis non certum de talibus particulis iudicium. Paulo etiam graviore sensu, miratione quippe vel indignatione fere admixta, γε c) est *gar*, *gar noch*, *erst*, *vollends*, *vollends gar*, *etiam*, *adeo*. ἡμεῖς δὲ χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα Cycl. 633, *wir sind nun gar noch so eben lahm geworden*. Ib. 666 Cycl. ἀπωλόμην. Chor. αἰσχρός γε φαίνει. Cycl. κἀπὶ τοῖσδέ γ' ἄθλιος, *und obendrein noch gar ein Krüppel*. Sic etiam sumendum εἴ γε Ion. 961, ubi paedag. τλήμων σὺ τόλμης, ὁ δὲ θεὸς μᾶλλον σέθεν. Creus. εἰ παῖδά γ' εἶδες χεῖρας ἐκτείνοντά μοι, *wenn du nun erst — wenn du nun vollends —*, ut Phoen. 1555. δι' ὀδύνας ἔβας, εἰ τὰ τέθριππά γ' ἓς ἅρματα λεύσσων — τάδε σώματα νεκρῶν ὄμματος αὐγαῖς σαῖς ἐπενώμας. V. s. VII. Eadem ratione δή γε (*gar endlich*) dictum putat *Hermannus* in loco Iph. T. 943. ἔνθεν ἐμὸν πόδα εἰς τὰς Ἀθήνας δή γ' ἔπεμψε Λοξίας. Non refragarer, si Athenas delatum esse Orestem mira res esset et inaudita. Nunc δή γε, quod in libris est omnibus, sincerum quidem, quin etiam aptissimum censeo, sed longe aliter interpretandum. Dicit Orestes: *darauf schickte mich denn endlich Apollo nach Athen*. Nimirum δή est *denn endlich*, id vero distinguitur adiecto γε, ita ut cum emphasi pronuntiandum sit. Est igitur i. q. ἤδη γε. V. nos s. 3 et *Matth.* ad Herc. f. 1118. Ceterum δή γε illud *Hermannus* optimo iure et hic et ad Herc. f. 1137 defendit contra aliorum doctorum dubitationes, quorum nemo maiorem exprompsit ignorantiam quam *Blomfieldius* in Mus. crit. 2. p. 182. Etiam *Ellendtium* miror post accuratam tragicorum lectionem in lex. Soph. I. p. 416 scribere potuisse: „δή γε iuxta non ponitur." V. praeter l. Iph. T. Suppl. 162. Heracl. 632. Herc. f. 1146.

III. Saepe etiam γε id, quod explicationis causa ad praecedentia adiicitur, distinguit, quippe quod grave sit et magni ponderis. In his igitur γε explicationi inservit, idque triplici potestate. Est enim

1. *und zwar*, *nämlich*, ubi Latini *scilicet*, *quippe*, *et quidem*. Hec. 995 Hecubae interroganti: χρυσὸς δὲ σῶς, ὃν ἦλθεν ἐκ Τροίας ἔχων; respondet Polymestor: σῶς, ἐν δόμοις γε τοῖς ἐμοῖς φρουρούμενος. Med. 460. ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ' — ἥκω, τὸ σόν γε προσκοπούμενος. Sic Ald. rell. Rom. C. Flor. 15. Rell. codd. partim τὸ σὸν δέ, ut male edidit *Elmsleius*, partim τοσόνδε. Hec. 1003 Polym. ταῦτ' ἔσθ' ἃ βούλει παιδὶ σημῆναι σέθεν; Hec. μάλιστα, διὰ σοῦ γε. Alc. 376 Alc. παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου. Admet. δέχομαι, φίλον γε δῶρον ἐκ φίλης χερός. Cycl. 581 Silen. ἐγὼ γὰρ ὁ Διός εἰμι Γανυμήδης; Cycl. ναὶ μὰ Δί' ὃν ἁρπάζω γ' ἐγὼ 'κ τοῦ Δαρδάνου. Porro θύσω, φόνον γε θῆλυν Bacch. 795. Cf. Andr. 199 ex emend. *Hermanni*, Heracl. 794 ex emend.

Elmsleii nescio cur spreta a *Dindorfio*, et ib. 792, ubi distinguendum esse ζῶσιν, *μέγιστόν γ' εὔκλειᾶς κατὰ στρατόν* editores non intellexisse miror. Sic etiam *δράσω τάδ', ὀλίγον φροντίσας γε δεσποτῶν* ib. 161, ubi γε plane alienum censuisse *Hermannum* fidenterque correxisse *τῶν δεσποτῶν* hoc magis mireris, quo certius est quod idem in Ione 1035 coniecit: *ἐν πέπλοις ἔχων τόδε κάθες βαλὼν εἰς πῶμα τῷ νεανίᾳ, ἰδίᾳ γε — χωρίσας ποτὸν τῷ τῶν ἐμῶν μέλλοντι δεσπόζειν δόμων.* Antea hic legebatur *ἰδίᾳ δέ*. Tamen haec explicativa particulae significatio *Hermannum* etiam in Helenae loco 433 latuit, ubi Menelaus: *ἐν δ' ἄντρου μυχοῖς κρύψας γυναῖκα — ἦκω, τούς γε περιλελειμμένους φίλων φυλάσσειν τἄμ' ἀναγκάσας λέχη.* Sic omnes codd. et edd. Solus *Herm.* τε scripsit nimis hic importunam particulam opinans. Cf. praeterea Hipp. 1394. Med. 1395. In diverbio. Hel. 1649 Theocl. *ἥ με προὔδωκεν τἀμὰ λέκτρ' ἄλλῳ διδοῦσα.* Chor. *τοῖς γε κυριωτέροις.* Hipp. 93 fam. *μισεῖν τὸ σεμνὸν (βροτοῖσιν καθέστηκεν νόμος).* Hipp. *ὀρθῶς γε, et recte quidem.* Cf. Bacch. 964. Quod si explicationis causa adduntur quae non sunt laeta quaeque invitus profitearis, γε

2. est *freilich.* *ἥκει (Ἑλένη), κακῶς γ' ἐλθοῦσα τῶν ἐμῶν τινί* Iph. T. 622. *ἔστ' (Ὀρέστης), ἄθλιός γε* ib. 568. Huc trahas etiam quod Orestes in cogn. fab. 212 dicit: *ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον —, ὡς ἡδύ μοι προσῆλθες, ἐν δέοντί γε.* Decem codd. et Stob. *δέοντί τε;* sed γε non modo Plutarch. T. II. p. 165, E, sed etiam Ald. rell. Flor. 2. 10. 25. 33, idque a librariis pro τε illatum esse nemo spero existimabit. Spreverunt tamen γε editores praeter *Matthiam*, qui recte vertit *quippe opportuno tempore.* Germanice exprimas: *allerdings — freilich bedurfte ich des Schlafes.* Sic etiam *δή γε* Heracl. 632. *πάρεσμεν, οἷα δή γ' ἐμοῦ παρουσία,* ubi nos: *es ist nun freilich darnach.*

3. Fit etiam, ut ea, quae adduntur, causam simul contineant, ubi nos plerumque *als*, Latini vero *scilicet, quippe, utpote.* *κἀμὲ στρατοῦ γ' ἄνακτα Μενέλεω χάριν εἵλοντο, σύγγονόν γε* Iph. A. 85, *utpote fratrem.* Sic etiam intelligenda videntur *ἡμεῖς συνναῦται γε τοῦδ' Ὀδυσέως ὄντες τὸ λοιπὸν Βακχίῳ δουλεύσομεν* Cycl. 704. Cf. praeterea Hel. 961. Aliquoties hoc γε librariorum ignorantia sustulit. Androm. 25 scribebatur: *κἀγὼ — ἄρσεν' ἐντίκτω κόρον πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδί, δεσπότῃ τ' ἐμῷ.* Egregie vero *Hermannus δεσπότῃ γ' ἐμῷ*, in quod iam *Brunckius* et *Wellauerus* ad Aesch. Ag. 1567 inciderant. *Matth.* et *G. Dindorf. Elmsleio* ad Med. v. 940 male morigeri *ἐμῷ δὲ συγγ.* Med. 970 Med. *ἀλλ', ὦ τέκνα, — πατρὸς νέαν γυναῖκα δεσπότιν τ' ἐμὴν ἱκετεύετε.* Sic libri. Optime vero *Hermannus* in Cens. Med. Elmsl. p. 382 *δεσπότιν γ' ἐμήν*, quod etiam *Wellauerus* ad Aesch.

Ag. 1567 voluerat quodque recepit *Dindorfius*. Δέ etiam hic poetae obtrudit *Elmsleius*, quem laudare non debebat *Matthias*. Iph. A. 1455. πατέρα γε τὸν ἐμὸν μὴ στυγεῖ πόσιν τε σόν. Sic libri. At πόσιν γε σόν scribendum viderunt *Elmsl. Herm.* l. c. *Matth. Dind.* Soli id displicuit *Hartungio*. V. *Matth.* ad l. Ib. 1153. τὼ Διός σε παῖδ' ἐμώ τε συγγόνω — ἐπεστρατευσάτην. Sic libri. Ἐμώ γε συγγόνω emendandum esse hic nemo vidit. Praeterea huc numeranda εἰ μὲν ἄνδρα σοι δοκεῖ σῶσαι ξένον, ζητοῦντά γ' ὀρθῶς ἀπολαβεῖν δάμαρτ' ἐμὴν, ἀπόδος Hel. 961. εὐδαιμονήσει — μυρία, ἀνδρός γ' ἀρίστου σοῦ τυχοῦσ' ὀμευνέτου κεκτημένη τε κόσμον Med. 953. Ἀνδρός τ' Par. A. Rom. A. B. et omnes praeter *Matthiam* editores. Rom. C. Lasc. Ald. rell. ἀνδρός γ' ἀρ. „Utrumque probum, sed auctoritatis aliquanto plus habet γ', idque facilius in τ' quam contra mutari potuit." *Matth.* Etiam aptissimum est ad ironiam Medeae exprimendam.

IV. Longe autem frequentissimus particulae usus est, quem dicunt emphaticum. Nempe et sententiis et locutionibus et singulis omnium generum vocibus, in quibus vis est s. emphasis, adiungitur, hae ut tamquam primariae orationis vel enuntiationis partes distinguantur. Nos id efficimus graviore pronuntiatione, Latini tum pronuntiatione tum ut Graeci particulae *quidem* ex ipso γε formatae adiectione.

1. Luculenta huius modi exempla sunt a) ubi duo sibi invicem opponuntur. Quorum aut priori aut alteri adiicitur particula. Alteri adiecta est in his: Bacch. 504 Bacch. αὐδῶ με μὴ δεῖν —. Penth. ἐγὼ δὲ δεῖν γε. Alc. 1102 Herc. ἁμαρτήσει γε μὴ δράσας τάδε. Admet. καὶ δρῶν γε λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι. Andr. 579 Pel. χαλᾶν κελεύω δεσμά —. Menel. ἐγὼ δ' ἀπανδῶ γε. Or. 1239 Orestes ad patrem defunctum: δακρύοις κατασπένδω σε. El. ἐγὼ δ' οἰκτοισί γε. Iph. T. 1194 Tho. ὁσιώτερον γοῦν τῇ θεῷ πέσοιεν ἄν. Iphig. καὶ τἄμά γ' οὕτω μᾶλλον ἂν καλῶς ἔχοι. Cf. El. 648 c. not. *Seidleri*. Hec. 1248 Agam. ad Polymestorem: τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν, ἡμῖν δέ γ' αἰσχρὸν τοῖσιν Ἕλλησιν τόδε. Hel. 569 Menel. Ἑλένῃ σ' ὁμοίαν δὴ μάλιστ' εἶδον, γύνη. Hel. ἐγὼ δὲ Μενέλεῳ γέ σε. Bacch. 489 Penth. δίκην σε δοῦναι δεῖ σοφισμάτων κακῶν. Bacch. σὲ δ' ἀμαθίας γε κἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν, nisi hic scribendum σέ γ' ἀμαθίας τε κἀσεβοῦντα etc. Ion. 1256 chor. ἱκέτιν οὐ θέμις φονεύειν. Creus. τῷ νόμῳ δέ γ' ὄλλυμαι, ubi νόμος et θέμις opponuntur. Sic etiam Ἑλένη νιν ὤλεσ', οὐκ ἐγώ, μήτηρ γε σή Andr. 247, ubi v. *Herm.* ὥς, εἰ καθ' Ἑλλάδ' ὄνομα δυσκλεὲς φέρω, μή μοι τὸ σῶμά γ' ἐνθάδ' αἰσχύνην ὄφλῃ Hel. 67. τοσήνδ' ἐγὼ δώσω χάριν σοι, σὺ δέ γ' ἐμοὶ δίκην πατρός El. 1146. Iph. A. 1137 Agamemnonis exclamationi: ὦ δαί-

μων ἐμός subiungit Clytaemnestra: κἀμός γε καὶ τῆσδε. Cf. El. 1224 cum v. 1221 et Or. 1236. Porro ἀλλ' οἶδε — φαίνουσι τινὲς δαίμονες ἢ θεῶν τῶν οὐρανίων· οὐ γὰρ θνητῶν γ' ἥδε κέλευθος El. 1235. mel. Cf. praeterea Alc. 519. 521. Andr. 439. 463. Heracl. 439. 500. Tr. 1311. Iph. T. 749. 1049. Cycl. 537. Rhes. 284. Hel. 989, ubi opponuntur τἀμά γε λέχη et ἐκείνους v. 978. Hipp. 1340 et ib. 1398, ubi προσφιλής et ὑπηρέτης opp. V. s. δυσποτμός. Porro Ion. 674. Or. 546. Priori quoque membro γε saepissime adiunctum. ἆρ' ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυσμενὲς μᾶλλον φρένας τοῦδ' ὄντος οὐχὶ δυσμενοῦς; Hec. 745. Insigne huiusmodi exemplum est φίλα μὲν ὅτ' ἦν γε μεθ' ἡμῶν, φίλα δ' ἔτι καὶ θανοῦσα Alc. 994. Magna hic *Monkii* ἀκρισία fuit, qui, quod numeri non satis iucundi viderentur, non tantum γε delevit, sed etiam antistrophicum versum accuratissime respondentem αὖτα ποτὲ προὔθανεν ἀνδρός sic mutilavit: αὖτα ποτὲ προὔθαν' ἀνδρός. Γε in quinque codd. omissum sententiae hic si usquam accommodatum est: vita enim morti opponitur: idque etiam a poeta additum fuisse ipse ille versus antistrophae declarat, in quo libri non variant. *Monkium* tamen plerique editores secuti sunt. Porro οὔκουν ἐμαυτῷ γ', εἰ δὲ σοί, σὺ τοῦδ' ἔρα Iph. T. 516; v. s. ἐρᾶν. ἐχθρούς γε μέντοι, μὴ φίλους, δράσειέ τι Med. 95, ut ib. 1397, ubi, quum Iason ὦ τέκνα φίλτατα exclamasset, Medea obiicit: μητρί γε, σοὶ δ' οὔ. Item καὶ νῦν γέ φημι καὶ τελευτήσω τάδε Alc. 375. ἐμός γε σωτὴρ, οὐχὶ συγγενὴς μόνον Iph. T. 923. Hinc fit ut γε pro μέν exstare videatur. τὸ τῆς θεοῦ φίλον γ', ἐμοὶ δ' οὐκ εὐτυχές Iph. A. 747; v. *Hartung.* ad l. καλοῖς βλέπουσί γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δέ Phoen. 400. ζηλωτὸς ἦν γε τῷ πρὶν χρόνῳ, νῦν δ' εἴ τις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνή Andr. 5. ἦ μὴν κοινόν γε τὸν κάτω λογίζομαι χρόνον, τὸ δὲ ζῆν σμικρόν Alc. 695. σὺ δ' οὐ λέγεις γε, δρᾷς δέ μ' εἰς ὅσον δύνῃ Andr. 238. ἡμεῖς τά γ' ἔξω (προφητεύομεν), τῶν ἔσω δ' ἄλλοις μέλει Ion. 1414. καὶ μὴν στολήν γ' Ἕλληνα καὶ ῥυθμὸν πέπλων ἔχει, τὰ δ' ἔργα βαρβάρου χεροὸς τάδε Heracl. 131 sq. Cf. praeterea Iph. A. 656. Hel. 439. Sic etiam Sophocles in El. 319. φησίν γε, φάσκων δ' οὐδὲν ὧν λέγει ποιεῖ. Scilicet γε etiam hic verbum appositum distinguit. Quod quum hoc modo contra verbum per δέ oppositum iam satis munitum sit, μέν in talibus familiare hoc facilius omitti poterat, quo saepius etiam alias in antithesi omittitur. V. *Hartung.* Part. I. p. 381. Itaque haud sane scias quid egerit *Hermannus*, qui et Iphigeniae Aul. exempla soloeca quippe opinans violenter correxerit et in Andromachae loco, ne γε et δέ sibi respondere viderentur, γε *adeo* esse existimaverit. Eum in Iphig. refutavit *Hartungius*, in Androm. autem non reputavit γε, si *adeo* esset,

cum δρᾷς, non cum λέγεις, coniunctum esse oportere. b) Nec solum ubi duo opponuntur, sed etiam ubi duo ex adverso ponuntur, particula priori adiungitur. τούσδε γ' εἰς γαῖαν παρεὶς ἡμᾶς τ' ἐάσας ἐξάγειν τί κερδανεῖς; Heracl. 154. Sic Ald. rell. Praepropere editores e *Reiskii* coni. τούσδε τε. Porro δοκοῦσί τε δόμοι γ' ἐλαύνειν φθέγμ' ἔχοντες οἵδε με μισεῖ τε γαῖα Φθιάς Andr. 925. Ita haec legi utique et sententia poscit et librorum scriptura. Nempe οἵδε με omnes et codd. et edd. Δόμοι γ' non modo Ald. sed etiam Par. A. E. Flor. 2. Vict. Lasc. Contra Par. B. Flor. A. 10. 15. Havn. δόμοι μ', in quo manifestus error est, quum ĭdem etiam οἵδε με habeant. Denique omnes praeter Ald. δοκοῦσί γε. Itaque aliquod certe a libris praesidium habet *Matthiae*, quam etiam *Dindorfius* adscivit, scriptura δοκοῦσί γε δόμοι τ' ἐλ. οἵδε με, nisi quod γε sic positum est sine sensu. At omni librorum ope destitutum nec sententiae aptum est quod edidit *Hermannus*: δοκοῦσί με δόμοι τ' ἐλ. οἵδε γε. Andromachae quoque locum 385 ab *Hermanno* correctum huc pertinere s. λαγχάνειν ostendetur. Sic etiam οὔκουν ἐν Ἄργει γ', οὐδ' ἐπ' Εὐρώτα ῥοαῖς Hel. 123. Particulam a librariis omissam reduxit *Musgravius*, iterum eiecit *Dindorfius*. c) Singularis denique huc pertinet particulae usus, quo Graeci, quum duo vel plura afferuntur, vel alterum vel ultimum vel etiam paenultimum γε addito distinguunt, nimirum ne unum prae altero vel unum prae alteris vel altera prae alteris negligantur. Similiter nos in talibus *und — auch*. Recentiorum solus *Buttmannus* veram particulae in talibus potestatem perspexit, scite monens ad Plat. Crit. §. 7, not. 1 γε novam classem in serie aliqua constituere. In eo tamen non modo *Buttmannus*, sed etiam *Heindorfius* ad Protag. §. 100 et ad Hipp. §. 47, *Poppo* ad Xen. An. 3, 2, 39 et in indice s. γε p. 466, *Matthias* gr. p. 1422 sq. et ad Or. 111, *Stallbaumius* ad Plat. Apol. S. p. 72 et ad Crit. p. 120 falsi sunt, quod non nisi in plurium rerum enumeratione γε sic usurpari statuerunt. *Stallbaumius* etiam de vi particulae erravit, addi illam dicens ei nomini, quod maximam vim et gravitatem habeat. Plerisque autem et veterum et recentiorum plane ignotum hoc loquendi genus fuit. Hinc factum ut particula innoxia interpretum saepe ignorantiam lueret. Aptissimum huius modi exemplum *Heindorfius* attulit e Xen. Hier. 2, 1. πολλοὺς ὁρῶ — ἑκόντας μειονεκτοῦντας καὶ σίτων καὶ ποτῶν καὶ ὄψων καὶ ἀφροδισίων γε ἀπεχομένους. Ex Eurip. huc pertinent Bacch. 1192, ubi Agave: τάχα δὲ Καδμεῖοι Chor. καὶ παῖς γε Πενθεὺς ματέρ' Ag. ἐπαινέσεται. Non apta *Hermanni* interpretatio: *atque adeo Pentheus.* Iph. T. 1185. (καθεῖσαν δέλεαρ ἡδύ μοι φρενῶν ἀγγέλλοντε) τὸν μόνον Ὀρέστην ἐμὸν ἀδελφὸν εὐτυχεῖν —

καὶ πατέρα γε ξῆν καὶ καλῶς πράσσειν ἐμόν. Ib. 1206 Iphig. δεσμὰ τοῖς ξένοισι πρόσθες — κἀκκομιζόντων γε δεῦρο τοὺς ξένους. Porro τοὺς πόδας ἑστῶτες ἐσπάσθημεν — καὶ τά γ' ὄμματα μέσ' ἐστὶν ἡμῶν κόνεως ἢ τέφρας Cycl. 636. ἐφόρουν τὰ χρήματα καὶ τόν γε τυρὸν — ἤσθιον τούς τ' ἄρνας ἐξεφοροῦντο Cycl. 232. καλῶς ἔλεξας· πείθομαί τε σοι, κόρη, καὶ πέμψομέν γε θυγατέρα Or. 111, ubi omnes credo τε pro γε scribi iussissent, si id fieri posset per antecedens καί. Quin etiam suspectum hunc versum habuit *Matthias*. Nec nego eum suspectum videri posse, sed propter verba εὖ γάρ τοι λέγεις, quae deinde repetuntur, non propter γε. Et πέμψομεν quidem, quod est in Lib. P. Flor. 10. 21. Taur., pro vulgato πέμψομαι scribendum esse in promtu est. Sed etiam γε recte legitur in libris omnibus. Nos quoque: *und wir werden die Tochter schicken*, verbum *schicken* gravius pronuntiantes. Sic etiam quae statim sequuntur accipienda censeo: ἔξελθε δόμων πάρος καὶ λαβὲ χοὰς τάσδε —, ἐλθοῦσα δ' ἀμφὶ Κλυτ. τάφον μελίκρατ' ἄφες γάλακτος οἰνωπόν τ' ἄχνην καὶ στᾶσα γ' ἐπ' ἄκρου χώματος λέξον τάδε. Vulgo στᾶσ' ἐπ' ἄκρου, et sic edidit *Dindorfius*. Sed γε addunt Mosqu. Aug. b. c. Gu. et sex Florr., quod unde venerit nisi ab ipso poeta vix quisquam dicat. Iure igitur servatum a *Matthia*, quem v. Etiam Iph. A. 1153 huc referrem: καὶ τῷ Διός γε παιδ' ἐμῷ τε συγγόνῳ — ἐπεστρατευσάτην. Sic certe libri. Sed haec et per se diversa sunt et verbum ἐπεστρατ. necessario sibi poscit pronomen σε. Probo igitur *Marklandi* correctionem a *Dindorfio* receptam: καὶ τῷ Διός σε παιδ' — ἐπεστρατ. Quamquam σε recepto etiam ἐμῷ δὲ συγγόνῳ scribendum esse *Elmsleio* ad Med. p. 242 nequaquam concedo. Imo ἐμῷ γε συγγόνῳ poetam scripsisse arbitror. V. nos s. 3. extr. p. 619 et *Herm.* ad Androm. 25. Omnium horum locorum s. a. b. c. enumeratorum haec est communis ratio, ut γε adiuncto alterum contra alterum firmetur ac muniatur. Sed etiam absque hac vicissitudine γε

2. sententiis, in quibus emphasis est, adiungitur. Huc a) pertinent Ion. 367, ubi Ion: αἰσχύνεται τὸ πρᾶγμα (Phoebus), μὴ 'ξέλεγχέ νιν. Creus. ἀλγύνεται δέ γ' ἡ παθοῦσα τῇ τύχῃ. Andr. 585, ubi Menel. εἷλον νιν αἰχμάλωτον ἐκ Τροίας ἐγώ. Pel. οὐμὸς δέ γ' αὐτὴν ἔλαβε παῖς παιδὸς γέρας. Porro μισεῖ γε πρὸς θεῶν Or. 531. ἐκλύετε τάδ' γ' ἐκλύετ' ἄνακτος ὅσια Suppl. 366. ὅσον γε δυνατόν Iph. A. 997. *so weit es thunlich ist.* Cf. Iph. T. 630. Or. 1345. Hel. 1034. ἐγὼ φόνον γε μητρὸς ἐξαρτύσομαι El. 647. καὶ τὰς γ' ἐν οἴκῳ μὴ μόνας εἶναι κόρας (καλόν ἐστι) Iph. A. 737. πολλοῦ γε δεῖ Tel. fr. IX (XIII). ὡς θέλοιμί γ' ἄν Ion. 979. εὖ γ' εἶπας Or. 386. ἃ γ' εἶπας Heracl. 1014. Sic etiam οὐ (εἰμι) πρίν γ' ἂν εἴπῃ τοὔπος ἑρμηνεὺς τόδε Iph. T. 1302.

ut οὐ πρὶν ἂν δείξω γε Δαναοῖς πᾶσι τἀγγεγραμμένα Iph. A. 324, et ναὶ μὰ Δί' οὐ πρὶν ἄν σέ γε στέφανον ἰδὼ λαβόντα γεύσωμαί τ' ἔτι Cycl. 555, ubi cave ne ad pronomen referas particulam, qua tota sententia distinguitur. Eadem particulae vis Heracl. 966, ubi, quum Alcmena interrogasset: ἐχθροὺς τοιοῖδ' οὐ καλὸν κτανεῖν; respondetur: οὐχ ὅντιν' ἄν γε ζῶνθ' ἕλωσιν ἐν μάχῃ. Item b) in gravi optatione. Iph. T. 518, quum Iphigenia dixisset: Τροίαν ἴσως οἶσθα, Orestes respondet: ὡς μήποτ' ὤφελόν γε. Qui locus *Hermannum* docere poterat etiam in Iph. A. 70 rectissimam esse librorum scripturam ἥ δ' (Ἑλένη) εἵλεθ', ὡς γε μήποτ' ὤφελεν λαβεῖν, Μενέλαον. *Herm.* ὡς δέ, quod ante ipsum neminem scribere voluisse non mirandum est cum *Hermanno*, sed laudandum. Idque iure etiam *Hartungius* repudiavit. Similiter ἐμὸν δὲ μή ποτ' ἐξύγη δέμας γ' εἴς τιν' ἀνδρὸς εὐνάν Suppl. 823, ubi γε praebuit Par. A. Vulgo omissum. Crebrum γε etiam c) in interrogatione est, ubi de re gravi graviter interrogatur. ὃ δ' ἐστί γ' Ἀτρέως θυγατρὸς ὁμογενὴς ἐμός; Iph. T. 918. ἡμῖν δέ γ' ἀλλὰ πατρικῆς οὐκ ἦν μέρος; Ion. 1304. εὕρες δέ γ' ἄλλους ἐν κακοῖσι μείζοσιν; Herc. f. 1239. καὶ μὴ μετασχεῖν γ' ἀλκίμου μάχης φίλοις (πρὸς ἐμοῦ ἐστί); Heracl. 683, quibus interrogandi signum male dempserunt *Elmsl.* et *Pflugk.* V. *Matth.* ad l. καί σε διαφεύγουσί γε; Cycl. 680, quibus interrogandi signum vulgo omissum recte addidit *Hermannus*. Sic etiam interrogandi vocabulo praefixo. Hec. 773 Agam. θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ (Polydorus) — ; Hec. τίνος γ' ὑπ' ἄλλου; Sic Ald. rell. septem Flor. Mosqu. B. C. Aug. a. b. c. idque optimo iure servavit *Matthias*, quem *Pflugkius* secutus est. *Fritzschii* praepropero iussu ad Luc. dial. deor. p. 14 *Hermannus* et *Dindorfius* cum quatuor codd. τίνος δ' ὑπ' ἄλλου, quum ad Phil. 439 γε rectissime defendisset *Herm. Porsonum*, qui γε nihil ad sensum aut elegantiam conferre opinans τίνος πρὸς ἄλλου coniecerat, *Matthias* refutavit ad v. 757. Tria denique tentavit *Elmsleius* ad Med. p. 287. not. et ad Oed. C. 977, omnia scilicet tentaturus, modo ne γε in interrogatione reperiretur. Tamen hic nihil hac vocula aptius: cum gravi enim dolore ideoque cum emphasi Hecuba interrogat, plane ut Or. 188, ubi chor. θρόει τίς κακῶν τελευτὰ μένει; Electr. θανεῖν θανεῖν· τί γ' ἄλλο (v. s. εἰπεῖν); et Tr. 241, ubi Talthyb. ἤδη κεκλήρωσθε. Hec. αἳ αἳ τίνα γ' ἢ Θεσσαλίας πόλιν ἢ Φθιάδος εἶπας —; Insigne eiusdem modi exemplum est Herc. f. 1146, ubi Hercules horrendae iam tandem caedis conscius cum acerbissimo dolore exclamat: τί δή γε φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς τῶν φιλτάτων μοι γενόμενος παίδων φονεύς —; Librorum haec est egregia scriptura, sententiae gravitati unice conveniens. Incredibile est igitur non modo

Schaeferum, Blomfieldium, Elmsleium, Reisigium, sed *Matthiam* quoque et *Dindorfium* fidenter correxisse τί δῆτα. De δή γε v. s. 2. extr. Nec solum si quis cum dolore, sed etiam si quis cum indignatione vel miratione vel terrore interrogat, γε particula inseritur. Cum indignatione: Phoen. 620 Polyn. ὦ κασίγνηται. Eteocl. τί ταύτας ἀναπαλεῖς γ' ἔχθιστος ὤν; Sic Ald. Leidd. In rell. edd. et codd. γε deest. Recte vero *Matthias*: „quid ad addendam particulam librarios impulerit, non assequor." Nimirum ab ipso poeta addita, a librariis autem ut solet omissa est. Editorum tamen solus *Valckenarius* eam in textu posuit. Cum miratione: ἔγνως· ἀτὰρ τίς ὧν γε πυνθάνει τάδε; Andr. 884. Sic Par. E. Lib. P. Flor. 2. Vict. Lasc. Qua in optima scriptura quum γε excidisset, librarii codicum Flor. A. 10. 15. Gu. Taur. indeque Ald. rell. δή male interposito (ἀτὰρ δὴ τίς ὧν πυνθ.), quin Havniensis cod. corrector etiam verbis transpositis (ἀτὰρ δὴ πυνθ. τίς ὤν), mutilum versum expleverunt. Editores tamen has correctiones adsciscere vel σύ insuper pro ὤν corrigere quam *Musgravium* sequi maluerunt, qui quod poeta scripserat solus agnovit. Etiam nos cum emphasi: *wer bist du denn, dass du —?* Suppl. 1048 Iphis ad Evadnam filiam diu quaesitam: τέκνον, τίς αὖρα, τίς στόλος; τίνος χάριν δόμον γ' ὑπερβᾶσ' ἦλθες εἰς τήνδε χθόνα; Par. A. δόμων ὑπερβ. Sed Flor. 1. δόμον σ' ὑπερβ., quo confirmatur quod rell. codd. et edd. habent δόμον γ' ὑπερβ. Editores tamen plerique inde a *Marklando* δόμων. V. s. ὑπερβαίνειν. Tr. 945 Helena ad Hecubam: οὔ σ', ἀλλ' ἐμαυτὴν τοῦσι τῷδ' ἐρήσομαι, τί δὴ φρονοῦσα γ' ἐκ δόμων ἅμ' ἑσπόμην ξένῳ. Sic omnes edd. et codd. Tantum Havn. et Harl. a *Burgessio* collatus φρονοῦσ' ἐκ δόμων; unde quum *Dindorfius* tacite corrigeret τί δὴ φρονοῦσ' ἐκ δωμάτων, non cogitavit particulam sexcenties a librariis omissam esse. Cum terrore: Cycl. 374 sqq. Ulix. ὦ Ζεῦ, τί λέξω —. Chor. τί δ' ἔστ', Ὀδυσσεῦ; μῶν γε θοινᾶται σέθεν φίλους ἑταίρους — Κύκλωψ; Sic libri omnes. Omnes tamen editores, etiam *Hermannus*, e *Reiskii* coniectura μῶν τεθοίνανται. Ingeniosa et facilis haec est correctio, sed nequaquam necessaria. Aptissima imo particula ad rem horribilem et inauditam describendam. V. s. θοινᾶσθαι. In his omnibus igitur non propter restrictionem, de qua *Hermannus* ad S. Phil. 439 cogitat, particula inserta est, sed quia cum emphasi interrogatur. Multi horum locorum insciae *Elmsleii* ad Med. 1334 libidini elapsi, multi arrepti ab eo et corrupti sunt. Quin quum caeco studio diversissima confunderet, ne talibus quidem locis pepercit, ubi particula non pertinet ad interrogationem, sed ad singulum aliquod vocabulum refertur, ut Iph. A. 894 (v. s. 1, g). Tr. 1050. Bacch. 1176 (v. s. 4, d). *Elmsleium*

autem quamvis *Hermannus* in adnot. ad Med. Elmsl. p. 402 et ad S. Phil. 439 refutasset, tamen ingentem eius errorem ita renovavit *Pflugkius* ad Heracl. 683, ut de particula nostra incredibilia proferret.

3. Locutionibus, in quibus emphasis est, adiungitur. ἐπ' αὐτάς γε δόμων πύλας El. 661. τήν γ' ἑκούσιον φυγήν Suppl. 151. σά γ' ὄμματα Hel. 586, ubi v. *Herm.* ὄμμασίν γ' ἐμοῖς Bacch. 501. Ἀμφιάρεώ γε πρὸς βίαν Suppl. 158. πρός γε τοὺς φίλους El. 491. νόμισμ' εἰς ταὐτό γε Iph. T. 1471. ἐπὶ λεπταῖς ταῖσδέ γ' Εὐρίπου πνοαῖς Iph. A. 813, ubi γε indignabunde loquentis est: cum emphasi enim pronuntiamus ea, de quibus cum indignatione loquimur. τόν γε μὴ σιγῶντα Or. 1128. οὗτός γ' ἀνήρ Oenom. fr. III. Cf. Alc. 722. καὶ σήν γε παῖδα Hec. 1275. ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις Andr. 934. τοῖσδέ γ' οἴκοις Alc. 42, ut ναοῖσι τοῖσδέ γε Ion. 314, ubi male plerique τοισίδε. V. s. ὅδε. οἵ γ' ἐμοὶ λόγοι Phoen. 967. τό γ' ἐμὸν πρόθυμον Med. 178. ἥ γ' ἐμὴ ῥώμη Heracl. 648. τούς γε νοῦν ἔχοντας Andr. 945. τό γε θεῖον σθένος Bacch. 881. ch. ὀθνείου γ' οὕνεκα νεκροῦ Alc. 813. στολήν γ' ἄμορφον Hel. 561. βίον γ' ἀχρεῖον Herc. f. 1302. αἶνον τὸν πάρος γε Cycl. 201. ὡς τὰ πολλά γε Ion. 239. πλήν γ' εἰς ἐμέ Or. 1615.

4. Singulis, in quibus emphasis est, vocabulis adiungitur. a) *Verbo.* Bacch. 1171, quum Agave gestiens clamasset: φέρομεν ἐξ ὀρέων ἕλικα νεότομον —, chorus: ὁρῶ γε καί σε δέξομαι σύγκωμον. Sic rectissime *Seidler.* et *Matth.* cum libris longe plurimis. Solus Pal. γε omisit. *Herm.* et *Dind.* τε, quod hic frigidissimum. Nos quoque in talibus *ich seh's*, hoc ut cum emphasi pronuntietur. Mirum igitur *Hermanni* iudicium γε hic nullo modo ferri posse censentis. ὁρῶ γε est etiam in Polyid. fr. I, 1. Porro ὅρα γε μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ἦ Alc. 1134. τί δ', εἴ σε τέρπει γε; Cycl. 526. οὐ γάρ τι βακχεύσας γε μέμνημαι φρένας Herc. f. 1122. εἴ δή ποθ' ἥξομέν γε Heracl. 739. οἷα δεῖ γε Tr. 1247. ἀλλ' ὅ'ν λεγόμεθά γε (τεκεῖν σε) Ion. 1325. Alia id genus s. IV, 1, a citata sunt. b) *Substantivo.* οὔ ποτ' αὐχῶ Ζῆνά γ' ἐκφῦσαί σ' ἐγώ Tr. 765. ἐθαύμασα, τίς ποτ' ἀνθρώπων ἔτλη πρὸς τύμβον ἐλθεῖν· οὐ γὰρ Ἀργείων γε τις El. 517. πόθεν ποθ' οἵδε διαπρεπεῖς εὐψυχίᾳ θνητῶν γ' ἔφυσαν; Suppl. 842, ubi γε e Par. A. iure addidit *Herm.* Vlg. omissum. μεγαληφορίαισιν δέ γ' ἐμὰς φρένας οὐ φοβήσεις Heracl. 857. ch. οὗτοι νιν ἡ 'μὴ δεξιά γ' ἀπώλεσεν Med. 1365. Ita egregie emendavit *Hermannus*, quem v. ad Med. Elmsl. v. 1332. Vlg. οὐ τοίνυν ἡ 'μὴ δεξιά σφ' ἀπ. Sic etiam οὐδ' ἂν βάρβαρός γ' ἔτλη τόδ' ἄν Iph. T. 1174, quae verissima *Matthiae* emendatio est pro οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἔτλη τις ἄν. Incommoda *Hermanni* correctio οὐδ' ἐν βαρβ. ἔτλη τόδ' ἄν, nam τις (s. v.) hic abesse nullo pacto posset. Porro ἡ δέ γ' ἐλπὶς —

μὴ στύγει, πόσιν γε σόν, alterum autem hic explicativum est (III). Rursus prius γε emphaticum est (IV, 4, d), alterum minuendi vim habet (II, 1) in Med. 123 sq. ἐμοί γ' οὖν, εἰ μὴ μεγάλως, ὀχυρῶς γ' εἴη κατηγοράσκειν. Duo restant exempla in libris olim foede corrupta. Prius est Hel. 979. ὦ νέρτερ' Ἀΐδη, — ἦ νυν ἐκείνους ἀπόδος ἐμψύχους πάλιν ἢ τήνδ' ἀνάγκασόν γε δυσσεβοῦς πατρὸς κρείσσω φανεῖσαν τἀμά γ' ἀποδοῦναι λέχη. Vlg. ἀνάγκασόν γ' εὐσεβοῦς π. et τἄμ' ἀποδ. λέχη. Prius emendavit *Elmsleius* ad Bacch. 263, alterum *Barnesius*. Utrumque iure adscivit *Dindorfius*. V. s. εὐσεβής. Et γε quidem imperativo additum minuendi vim habet (II, 1), alterum emphaticum est oppositioni inserviens (IV, 1). Alterum exemplum Iph. A. 84 sq. in libris sic legebatur: κἀμὲ στρατηγεῖν κἀτα Μενέλεω χάριν εἵλοντο, σύγγονόν γε. In his κἀτα corrigendum quidem esse omnes intellexerunt, sed alii aliter correxerunt. Ego verum puto quod *L. Dindorfius* ingeniose coniecit eiusque frater recepit: κἀμὲ στρατοῦ γ' ἄνακτα. Γε hic primum emphaticam (IV, 3), tum explicativam vim habet (III). Locus denique falso huc numeratus est Med. 867. οὐκ ἂν ἁμάρτοις τοῦδέ γε. Sic et libri omnes et scriptor Christi patientis v. 1983. Tantum Aldus cum rell. edd., nimirum ne ἄν ante vocalem produceretur, οὐκ ἄν γ' ἁμ. Iniuria igitur hoc omnes praeter *Dindorfium* amplexi sunt, licet per se multo aptius inepta *Porsoni* et *Elmsleii* correctione οὐ τἄν. V. s. ἄν p. 232.

VI. De collocatione particulae verba non facerem, nisi mirabilia quaedam de ea pervulgari scirem. Nempe in sententiis et locutionibus uni alicuipiam eorum ex quibus illae constant vocabulorum subiungi solet; negationi tamen simplici haud facile adhaerescentem videas. Liberae eius in sententiis collocationis exemplum est οὐ πρίν γ' ἂν εἴπῃ — Iph. T. 1302, pro quo Iph. A. 324 est οὐ πρὶν ἂν δείξω γε et Cycl. 555. οὐ πρὶν ἄν σέ γε στέφ. ἴδω λαβόντα. Uni autem vocabulo ubi vim addit, huic ipsi subiungitur, ita quidem, ut, si articulus vel praepositio nomini antecedit, γε inter utrumque fere collocetur, ut ἦ γε σώφρων — ἔκ γ' ἐμοῦ, interdum etiam post nomen, ut ἐκ τοῦ γε El. 1263. τἄλλα γε Hel. 1111 (τά γ' ἄλλα Or. 68); sin praepositionem vel articulum vel ipsum nomen copula subsequitur, γε post hanc demum locum habeat, ut ἡ δέ γ' ἐλπίς — τῷ νόμῳ δέ γε — ἡμῖν δέ γε. Firma haec positionis lex est, abs qua Graeci numquam recedunt, neque inanius quidquam est hyperbato illo, quod Graecis dictum fuisse sibi docti nonnulli persuaserunt. *Ellendtium* lex. S. I. p. 349 gravissime in hoc genere lapsum meliora edocuit *Hermannus* in eph. ant. Darmst. 1835. p. 760 sqq. Maxime autem cavendum est, ne, quoties γε alii particulae appositum vel propinquum reperitur, id etiam

vi sua cum illa coniunctum credas. Singularis igitur *Elmsleii* error ad Med. 83 γε sententiae non inutile putantis, „quod praecesserit ἀτάρ.“ Adverbiorum quidem plurimis adiungitur, multis tamen, ut ἄν αὖ ἦτοι καίτοι μήν (καὶ μήν, οὐ μήν) μῶν et negationibus οὐ et μή nonnisi ita opponitur, ut ad totam sententiam pertineat, nonnullis, ut ἦ ναί νυν τοι, plane non additur. Porro cum praepositionibus numquam ita, ut ipsis vim addat, consociatur. Coniunctionibus denique, si a condicionalibus causalibus ac temporalibus, quae eodem sensu περ adiunctum habent, et ab ὡς et ὥστε, quatenus οὕτως ὡς — ὥστε valent, discesseris, γε aut plane non adiungitur, aut ita, ut etiam hic ad totam sententiam spectet. Patet ex his, quam vana sit, in qua multi operam consumunt, talium exemplorum congeries, ubi οὐ — γε vel οὐδέ γε et μηδέ γε (S. El. 1347. O. C. 1541. 1743) vel ἀλλά γε (ἀλλά — γε) vel ἀλλ' οὖν — γε (*Pflugk.* ad Heracl. 689) vel τέ γε vel ἄν γε et imprimis ubi δέ γε vel propinqua vel etiam coniuncta exstant, quippe in quibus omnibus γε tum ad nomen antecedens tum ad sententiam totam referatur. Quod vero *Wunderus* not. cr. ad Soph. El. 1348 (cf. ad Phil. 1097) contendit, falli vehementer qui γε ad aliud quam quod proxime praecesserit vocabulum referri posse opinentur, ne id quidem verum esse iam sponte intelligitur.

VII. Vim ac naturam particulae antiquiore tempore penitus perspectam nemo habuit, recentiore perpauci. *Eustathium* certe non puduit eam ab Homero saepe ad hiatum vitandum adhiberi dicere; nec *Vigerus* p. 490 eam a Platone solius ornatus causa saepissime usurpari et *Hoogeveenus* eam etiam παραπληρωματικόν esse docere dubitarunt; quin etiam *Valckenarius* ὁ πάνυ ad Phoen. 557 particulam πρὸς βύσιν χαμῳδίας poni somniavit, et recentiorum pauci sunt quin illam soli *restrictioni* vel summum emphasi inservire opinentur. Ita factum ut critici et olim et nunc multum peccarent in hac particula tractanda. Librarii quidem rarissime inseruerunt voculam, quam non concoxerant, innumerabilibus autem in locis vel mutarunt vel omiserunt. V. *Matth.* ad Phoen. 554 et ad Or. 116. Hoc vero non reputantes nostrae aetatis critici tantum abfuit ut libris variantibus subtiliorem particulam praeferrent, hanc ut saepissime etiam ab optimis vel omnibus libris exhibitam vel corrigerent vel adeo expellerent. Quam viam etiam *G. Dindorfium*, prudentissimum alias in re critica arbitrum, in Poetarum Scenicorum editione iniisse mirari licet. Is enim Euripidi plus quadragies particulam opportune positam eripuit. Γε saepe corrupte legi quis umquam negavit. Iph. A. 736 libri: καλὸν τεκοῦσαν τἀμά γ' ἐκδοῦναι τέκνα. Ferrem particulam, si ad καλόν vel ad τεκοῦσαν adiecta esset;

nunc intolerabilem esse contendo. Apte *Marklandus* τἀμὰ μ' ἐκδ. Sed etiam aptius videtur: τἀμὰ κἀκδοῦναι τέκνα. Hic tamen γε omnes tacite tolerarunt, etiam *Dindorfius*. Hipp. 1393 vulgo: ἔστ' ἐν τόποισι τοῖσδέ γ' Ἄρτεμις θεά. At γε etiam hic prorsus otiosum. Flor. 10 τοῖσι. Havn. τοῖσιν. Hinc recte reposuerunt formam tragicis familiarem τοισίδ', quam ipsam suppeditat Par. A. Cf. Heracl. 250. Temere tamen etiam alibi τοισίδε pro τοῖσδέ γε correxerunt. V. s. ὅδε. Cycl. 340. λήψει — πῦρ καὶ πατρῶον τόνδε λέβητά γε. Sic libri sine sensu. Egregie *Hermannus*: πῦρ καὶ πατρῷον τόδε λέβητά τε. Ion. 999 vulgo: Ἐριχθόνιον οἶσθ'; ἦ τί γ' οὐ μέλλεις; Importunam hanc formulam frustra expediit *Hermannus* ad S. Phil. 439; nam ἦ illud quid sibi vellet non expediit. Turpe vitium e quatuor codd. ingeniose sustulit *G. Dindorfius*, quem v. in Praef. Poet. Scen. p. XXVI. Scripserat poeta: Ἐρ. οἶσθας, τί δ' οὐ μέλλεις; Iph. A. 867 libri: οἶσθα δῆτά γ' ὅστις ὢν σοὶ καὶ τέκνοις εὔνους ἔφυν. Sed ineptissimum hic γε, quod sic non ponitur nisi ubi de re gravissima interrogatur. *M'* pro γ' reposuit *Porsonus* in Adv. p. 253 et receperunt *Hermannus* et *Hartungius*. *Γε* toties iniuria depulsum hic tamen tenuit *Dindorfius*. Or. 188 inepte vulgo: θανεῖν. τί δ' ἄλλο γ' εἴπω; Quorum ultima γ' εἴπω in libris multis omissa librariis deberi perspexit *Dindorfius* in Praef. Poet. Scen. p. XXVI. Quamquam pro τί δ' ἄλλο malim τί γ' ἄλλο, quod est in Flor. 10. V. s. IV, 2, c. Heracl. 557, ubi θνήσκειν γ' erat, θνήσκειν σ' redintegravit *Reiskius*. Cf. Iph. A. 1233. Ibid. 1425 in γε latere γάρ *Hermannus*, Heracl. 781 γᾶς *Erfurdtius* vidit. Cf. etiam Heracl. 410. His corruptae particulae exemplis alia nonnulla ex iis, quae antea scripsimus, adiicies. Sed haec perpauca sunt prae infinita eorum copia, ubi librarii particulam vel omiserint vel correxerint vel oculorum errore consuetiora captantium neglexerint. V. s. III, 3 et s. τε extr. Itaque editoribus scriptorum veterum allaborandum est, ut obscurata particula in pristinam dignitatem restituatur: editionibus vett. et libris consentientibus rarissime corrigenda, numquam fere delenda; dissentientibus plerumque recipienda, licet codd. per se optimi vel omittant eam vel aliud quid praebeant; saepe etiam, ubi loquendi usus ac sententia flagitare videatur, libris invitis omnibus interserenda. Quamquam etiam cavendum est, ne prae nimio particulae studio eam alieno in loco inferamus, id quod quum aliis saepe multis accidit, tum *Elmsleio* in Iph. A. 1458 et Heracl. 254, *Dindorfio* in Andr. 885, *Hermanno* in Iph. T. 514 (501). Iph. A. 1479 (1484). Cycl. 237 (290). 340 (344), *Porsono Hermanno Dindorfio* in Hec. 1279. Alia vero particulae in melicis ratio est. In his quidem metrici illa turpiter

abusi sunt, tum ut hiatus vitaretur, tum ut brevis syllaba produceretur, tum ut numerus ipsis suavior efficeretur. Accedit quod γε, ut in reliquis fabulae partibus frequentissimum, ita in canticis rarissimum est: natura enim sua politiori potius ac subtiliori sermoni factum est quam liberiori ac sublimiori dictioni canticorum. Itaque in melicis particula non sine summa cautione ac diligentia et recipienda est et adiicienda. Quod iis potissimum dictum volo, qui quotquot sunt cantica, ea in carmina antistrophica redigere vel vi adhibita contendunt. *Const. M.*

γεγωνέναι, γεγωνεῖν, γεγωνίσκειν. Ex verbo γνόω per metathesin formatum esse inepta est *Eustathii Stephani Dammii* aliorumque opinio. Immo cum φωνεῖν cognatum est. Ut enim φωνέω e φάω (φημί), ita ex ἄω (ἠμί) γέγωνα factum. V. s. ἀΰειν. Quum autem gravior forma graviorem notionem exprimat (v. s. ἀναλοῦν extr.), γέγωνα non simpliciter est *loquor*, sed *clara voce loquor, vociferor, clamo*, vel etiam *distincte s. plane loquor*, omnino ita loquor, ut et audiar et intelligar. V. *Valck.* ad Hipp. 584. *Nitzsch.* ad Hom. Od. ε', 400. p. 63. Hinc omnino est *strepitum edere* (*laut sein*), ut Or. 1220. γέγωνε εἰς δόμους ἢ σανίδα παίσασ' ἢ λόγους πέμψασ' ἔσω, h. e. *clare nuntia s. indica.* Quum autem γέγωνα ut alia *vocandi* verba praesentis notionem recepisset (v. *Kuehner.* gr. §. 439. not. 2), non mirum novam inde fluxisse praesentis formam γεγωνῶ. οὐκ οἶσθα δῶμα τοὐμὸν, οἳ χρὴ γεγωνεῖν σ' εὐτυχοῦντα ποίμνια; Rhes. 270, *lacto clamore nuntiare.* ἰαχὰν κλύω, σαφὲς δ' οὐκ ἔχω γεγωνεῖν ὅπα Hipp. 586, *distincte s. certo indicare*, ut πότερ' ἐμᾷ δεσποίνᾳ τάδε τορῶς ἐς οὖς γεγωνήσομεν πόσιν—; Ion. 696, quo de loco v. *Erfurdt.* ad S. Ant. 212. Rursus ex γεγωνεῖν nova forma γεγωνίσκω procusa est. εὔχετ' οὐ γεγωνίσκων λόγους El. 809, *verba non clare enuntians.* Tertiam praeterea formam γεγώνω exstitisse, quam *Ellendt.* in lex. proposuit, nondum credo. Coni. γεγώνω recte reposuisse videtur *Herm.* Soph. O. C. 213: τί γεγῶνω, i. e. *quid dicam.* Cf. *Matth.* gr. §. 228.

γεῖσον, omne id, *quod super* al. *rem*, imprimis domum vel murum, *procurrit s. prominet*, hinc et *suggrundium* et *cymatium* et *lorica spinna* (*Gesims*). V. schol. ad Eur. Or. 1565. ed. *Matth. Ruhnk.* ad Tim. p. 65 et Hesychii interprr. Singularis insolitus. V. s. γύαλον. γεῖσ' ἐπάλξεων ἄπο Phoen. 1165. γεῖσα τειχέων ib. 1187. κάταιθε γείσα τείχεων Or. 1620. τῷδε θριγκῷ κρᾶτα συνθραύσω σέθεν ῥήξας παλαιὰ γείσα, τεκτόνων πόνον ib. 1570, quem locum respicit *Etymol. M.* p. 229, 36. Formam γεῖσσα in scholiis regnantem libri Euripidei non praebent: eamque damnandam iure censet Herod. π. μονηρ. λεξ.

p. 40, 25. V. *Iacobs.* ad Anthol. Pal. p. 640 et nos s. ἀΐσσειν p. 78. De stirpe non liquet; perinepta certe Etymologi a γέα derivatio.

γείτων, *propinquus, vicinus. Adiect.* Σκαμάνδρου γείτον' Ἰλίου πόλιν Cycl. 280. Ἀθήναις γείτων πόλις Ion. 294. (Φοῖβος) Καστα-λίας ῥεέθρων γείτων Iph. T. 1258. χῶρος — γείτων δειράδος Κορυ-σσίας ib. 1451. Ἥφαιστε —, γείτονος κακοῦ — ἀπαλλάχθηθ' ἅπαξ Cycl. 595, *entledige dich des schlimmen Nachbars.* Cum *dat.* νεηρόῖσι γείτονας θάκους ἔχω Herc. f. 1097. *Subst.* γείτονες μελάμβροτοι Phaëth. fr. I, 4. μὴ — γείτοσιν εἴη κακὸν Τρώων Hec. 1143. Stirps nondum explorata. Prorsus enim improbo grammaticorum veterum, item-que *Dammii* et *Passovii*, a γέα γεῖτων (γῆ γηῖτων) deductio, ut sit *is, cuius terra prope meam est.* Verisimilius est ex ἐγγύς (ἄγχι) initiali litera abiecta formatum esse (v. s. πυκνός et πείρειν).

γελᾶν cum γάλα γαληνός γαλερός γλαυκός ἀγάλλειν ἀγλαός ex ἴλη (ἁλέα) factum est. Itaque proprie non est *risum edere*, uti in lexicis docetur, sed *nitere s. renidere* (*hell scin, strahlen*). V. s. ἥλιος. *Hesych.* γελεῖν· λάμπειν, ἀνθεῖν. V. Hom. Il. τ', 362. Hes. Theogon. 40. Theogn. 9. Apoll. Rhod. 4, 1171. Qua vi etiam de mari *sereno* ac *tranquillo* dictum est. V. nos s. γαληνός et *Bergler.* ad Alciph. 3, 1. Huc pertinet versus Euripidi vulgo tributus: ἀνύματος δὲ ποροθμὸς ἐν φρίκῃ γελᾷ. V. *Matth.* T. IX. p. 417. Imprimis autem *renidendi* vis ad ocu-los et vultum tralata est indeque *ridendi* significatio fluxit, sicut etiam nos: *das Auge — das Gesicht strahlt von Freude.* V. S. El. 1310. γέλασε (Ζεύς), ὅτε τέκος ἄφαρ ἔβα Iph. T. 1274. γέλασεν θεά (Κύ-πρις) Hel. 1365. Hinc varias animi affectiones declarat: a) hilaritatem. ὃς (Bacchus) τάδ' ἔχει, θιασεύειν τε χοροῖς μετά τ' αὐλοῦ γελάσαι Bacch. 379. b) Aequum animum. οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν, γελᾶν δὲ καὶ δεῖν κἀπάγειν ἐφίετο Bacch. 439. γελῶντι προσώπῳ περίβαλε βρόχον ib. 1019. c) Levitatem vel iocum. ὡς ἡδέως κακοῖσιν οἰκείοις γελᾷς Tr. 406, *de malis domesticis.* d) Benevolentiam. φίλος οὐδεὶς γελᾷ μοι Iph. A. 912. e) Malignitatem vel cavillationem. ὅταν δέ τις — εὖ λέγῃ πένης ἀνήρ, γελᾶν (φιλοῦσι) Dan. fr. XII, 4. ἄλλος δέ τις — ἐγέλασεν εὐχαῖς Iph. T. 276, *de precationibus. Passiv.* οἵ μοι γελῶ-μαι Cycl. 683. οὐ γελᾶσθαι τλητὸν ἐξ ἐχθρῶν Med. 797. ἀνώνυμοι θανόντες οὐ γελώμεθ' ἄν Iph. T. 502. *Const. M.*

Γελέων, unus ex Ionis filiis, ut docet Herod. V, 66 et Ion. 1579, abs quo nomen duxisse fertur tribus Γελέοντες. Euripidis locus est: οἵ τοῦδε (Ionis) παῖδες γενόμενοι τέσσαρες ζίζης μιᾶς ἐπώνυμοι γῆς κἀ-πιφυλίου χθονὸς λαῶν ἔσονται, σκόπελον οἳ ναίουσ' ἱερὸν (Minervae). Γελέων μὲν ἔσται πρῶτος, εἶτα δεύτεροι Ὅπλης τε κἈργαδῆς,

ἐμῆς τ' ἀπ' αἰγίδος ἓν φῦλον ἕξουσ' Αἰγικορεῖς. Ita locum emendavimus in eph. antiqu. Darmst. a. 1840. p. 761 sqq., ubi etiam de nomine Γελέων (p. 766 sq.) et de tribu inde ducta copiose disputatum est. His quae hic addam non habeo. V. etiam s. Αἰγικορεῖς et Ἀργάδεις.

γελοῖος, *ridiculus*. In malam partem de nugatoribus dicitur μισῶ γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα Melan. fr. XXIX (XX), 3. Scripturam γέλοιος iure improbarunt *Goettling.* de acc. p. 299 et p. 408 et *Schneider.* ad Plat. Civ. T. II. p. 14.

γέλως, *risus* prodens laetum animi affectum. (τέκνα) τί προσγελᾶτε τὸν πανύστατον γέλων; Med. 1041. ἔλεξε δ' ἅμα γέλωτι παραπεπλημμένῳ Herc. f. 935. διπλοῦς ὀπαδοῖς ἦν γέλως φόβος θ' ὁμοῦ ib. 950. ταῦτ' οὐ γέλως κλύειν ἐμοί; Ion. 528, *ridiculum*. Τειρεσίαν ὁρῶ πατέρα τε μητρὸς τῆς ἐμῆς πολὺν γέλων νάρθηκι βακχεύοντα Bacch. 250, v. s. ἄτη. Hinc *derisio*, *irrisio*. γέλωτα ὀφλεῖν Med. 404. 1049. Bacch. 852. Suppl. 846. γέλωτος ἄξια Alc. 807. Heracl. 508. θανοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων Med. 383; cf. Ion. 1172. ἐχθροῖσιν γέλων διδόντας Herc. f. 285. γέλωτ' ἐν αὐτοῖς μωρίαν τε λήψομαι Ion. 600. ἄγω τὸν ὑμᾶς κἀμὲ τἀμά θ' ὄργια γέλων τιθέμενον Bacch. 1079, *deludentem*. γέλως ἐχθροῖς γίγνεται τὰ τοιάδε Cress. IV (VI) 4, ut ταῦτα γὰρ πολὺς γέλως Tr. 983; cf. Or. 1560. πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους Melan. fr. XX, 1, ut ib. 5. ἐν γέλωτι εὐπρεπεῖς.

γέμειν, *refertum esse*. Θεοῦ χρυσοῦ γέμοντα γύαλα, θησαυροὺς βροτῶν Andr. 1094. γέμειν κύματος θεοσπόρου Alop. fr. I (VI). Huc pertinet gl. *Hesych.* γεμεῖν (immo γέμειν)· κύειν. Tralate ὄμμα πυρὸς γέμεις Syl. fr. III (IV), 3. γέμω κακῶν Herc. f. 1245, ubi etiam nos tralate *überhäuft sein*. Origo quae sit verbi prodere videntur Hesychianae glossae: γέντερ· ἡ κοιλία, et γεμπός· κοῖλος. Ex his coniicias γέμειν cum γαστήρ (s. v.) cognatum atque de *cavis* proprie dictum esse, quae onus aliquod *ceperunt*, imprimis de *onusta nave*. Non male igitur Antiattic. p. 86, 30. γέμειν τὴν ναῦν φασὶ δεῖν λέγειν, τὰ δ' ἄλλα μεστὰ λέγειν. V. s. σκάφος.

γεμίζειν, *refercire*. σκάφος ὁλκὰς ὡς γεμισθεὶς ποτὶ σέλμα γαστρὸς ἄκρας Cycl. 503.

γενεά, *genus*. θνητῶν γενεᾷ In. fr. XVIII (XVII), 4. λαῶν γενεάν Hel. 1345. γενεὰν θήλυν Med. 1083. Τιτάνων γενεάν Hec. 472. ἀδίκων γενεάν Beller. fr. XXVI (VI), 4. Abstracta *procreationis* vi ap. Eur. non legitur.

γενέθλιος, *ad genus s. familiam pertinens* (*geschlechtlich*). αἷμα γενέθλιον Or. 89, *sanguinem maternum*. *Natalis*; hinc τὰ γενέθλια,

natalicia. θῦσαι — γενέθλια Ion. 653, ut Jib. 805. παιδὸς προθύσων ξένια καὶ γενέθλια. V. *schol.* ad Or. 89 et nos s. θύειν.

γένεθλον, *progenies, proles.* Ζηνὸς γένεθλον Hipp. 62. Νηρέως γένεθλον Andr. 1275. Λήδας γένεθλον Iph. A. 686. Αἰακοῦ γένεθλον ib. 855. τὰ Κάδμου γένεθλα Bacch. 1180.

γενειάς i. q. γένειον. *Gena.* ἀφρῷ διάβρυχοι γενειάδας Phoen. 1390. οὐκέτ' ἔστιν, ἥ γ' ἐμὴν γενειάδα προσήγετ' ἀεὶ στόματι Suppl. 1099. γενειάσιν πάρα σέθεν πνέω Ion. 1460. πλήγματ' ἦν γενειάδων Iph. T. 1366. *Mentum.* ὁρῶ σε — πρόσωπον ἔμπαλιν στρέφοντα, μή σου — προσθίγω γενειάδος Hec. 344, quem locum respiciens *Eustath.* p. 129, 12. κεφαλῆς δὲ οὐ τῆς ὅλης ἥπτοντο, ἀλλὰ τοῦ ἀνθερεῶνος καὶ τοῦ γενείου, ὡς καὶ Εὐριπίδης δηλοῖ λέγων· ὁρῶ σε etc. Sic etiam ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος Med. 709. Cf. Suppl. 277. Iph. A. 909. ἱκετεύω ἀμφὶ σὰν γενειάδα καὶ γόνυ καὶ χέρα προσπιτνών Herc. f. 1207. λαβέσθαι φιλτάτης γενειάδος Andr. 575. Huc pertinet *Eustathii* nota p. 129, 3. τοῖς παλαιοῖς ἦθος ἦν, ὁπηνίκα ἱκέτευον, κεφαλῆς λαμβάνεσθαι — — · κεφαλῆς μὲν διὰ μέσης γενειάδος κατὰ Εὐριπίδην ἢ ἀνθερεῶνος καθ' Ὅμηρον. Barba. ἀφρὸν κατίσταζ' εὐτρίχου γενειάδος Herc. f. 934. (ἱδρῶτα) ἐκ μετώπου — ἔσταζεν προστιθεὶς γενειάδι Tr. 1199.

γένειον, (γένυς), inferiorem faciei partem significat, hinc et *genam* (*Kinnbacken*, *Backen*) et *mentum* (*Kinn*) et acque ac *mentum* etiam *lanuginem in mento nascentem* h. e. *barbam* (*Kinnbart*, *Bart*). Ap. Eur. *menti* tantum significatio obvia. στάζων ἀφρῷ γένειον Iph. T. 308. γενείου θιγγάνων χερί Bacch. 1317. πρὸς γένειον χεῖρα βαλών Herc. f. 987. ὅσας γενείου χεῖρας ἐξηκόντισα Iph. T. 362. οὗμὸς (λόγος) — περὶ σὸν ἐξαρτωμένης γένειον, οὗ νῦν ἀντιλάζομαι χερί Iph. A. 1227. Cf. Iph. T. 363. ἱκετεύω σε — σοῦ γενείου δεξιᾶς τε Hec. 753. πρὸς γενείου σ' ἀντόμεσθα Iph. A. 1247 et Heracl. 223, ut μὴ πρὸς γενείου κρύπτε Med. 65. ἀλλ', ὦ φίλον γένειον, αἰδέσθητί με Hec. 286; quem locum citat *Eustath.* p. 129, 16. Verba μὴ πρὸς γενείου, μὴ 'ξέλῃ τὰ φίλτατα, quae inter Eurip. fr. inc. tr. retulit *Matth.* p. 428, Sophoclis sunt in El. v. 1208. Cet. v. s. γνάθος.

γένεσις. φεύγω γενέσιν τε βροτῶν καὶ νεκροθήκης οὐ χρηπτόμενος Cret. fr. II, 18. Intelligunt: *fugio partus hominum* i. e. *fugio procul a puerperiis.*

γενέτης, *genitor, pater*, i. q. γενέτωρ. Κρόνιε, γενέτα πάτερ Tr. 1288. εἰς ἐμὲ καὶ γενέταν ἐμόν Or. 1010. *Filius.* V. *Ellendt.* s. v. ὁ ἐμὸς γενέτας καὶ σός (Creusae et Apollinis) Ion. 916. *Adiectiv.*

Ion. 1130. *θύσας γενέταις θεοῖσιν*, *diis genitalibus* h. e. *qui* proli creandae faverent. V. *Herm.* ad l.

γενέτειρα, *genitrix*. *Γαῖαν* (s. v.) *πάντων γενέτειραν* fr. inc. tr. CLXXIV, 2.

γενέτωρ, *genitor*, *parens*. *Φοῖβός μοι γενέτωρ πατήρ* Ion. 136. *Διὸς αἰθὴρ — ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ* Chrys. fr. VI (VII), 2. *ὃς* (Tantalus) *ἔτεκε γενέτορας ἐμέθεν δόμων* Or. 986. V. schol.

γέννα, i. q. *γένος*. 1. *Progenies*, *proles*, *stirps*, *familia*, *genus*. *πρόπαισα γέννα Πέλοπος* Or. 970. *οὐκ εἰσ' οἶκοι πατρῶοι· οἶμοι φροῦδος γέννα* Iph. T. 155. *παῖδα δ' Ἀδράστου λαβὼν* (Tydeus) *συνῆψε γένναν* Oen. fr. I, 5, *genus s. familiam coniunxit*, h. e. *suam cum Adrasti familiam coniunxit*. *ἄπαιδα γέννας ἔθηκεν ἀριστοτόκοιο* Rhes. 903, *praeclara progenie orbam fecit*. *Filium* hic intelligere nec necessarium nec poeticae gravitati aptum. *Genus*, *gens*. *ἀρσένων γέννᾳ* Med. 428, *virili sexui*. *Σπαρτῶν γέννᾳ* Phoen. 802, Thebanis, ut *Καδμογενῆ γένναν* ib. 817 et *γένναν ἀδοντοφυῆ* ib. 828. *γέννα Φρυγῶν* Tr. 531. *Κενταύρων γένναν* Herc. f. 365. *ἀμερίῳ γέννᾳ* Phoen. 132, *generi humano*. Notanda autem diversa in his genitivi ratio. Nam *Πέλοπος γέννα* est *familia*, *quae originem trahit a Pelope*, at *γέννα Φρυγῶν gens*, *quae Phrygibus efficitur* vel *quae constat e Phrygibus*, ita ut genitivus appositionis sit loco. V. *C. Matth.* Quaest. Soph. p. 20. *Familia* an *gens* dicatur ambiguum est Hec. 160. *ποῖα γέννα*, *ποῖα δὲ πόλις* (*ἀμύνει μοι*); Certum tamen *τέκνον*, quod schol. intelligit, non intelligi. 2. Abstracta *procreationis s. originis* vi semel exstat, Andr. 119. *Φθιὰς ὅμως ἔμολον ποτὶ σὰν Ἀσιήτιδα γένναν*, *ad originem tuam Asiaticam* h. e. *ad te ex Asia oriundam*. V. *Matth.* De loco Hec. 191 v. s. *Πηλείδης*. Ceterum *γέννα* bis, Hec. 160 et Iph. T. 155, ultimam longam habere recte monuit *G. Dindorf.* in Praef. Poet. Scen. p. XXVI, cui frustra obloquitur *Herm.* ad Hec. 157. Celerius igitur illis in locis *γενεά* correxerunt *Porson.* et *Elmsl.* V. s. *τόλμα*.

γενναῖος aeque ac Lat. *generosus*, ad verbum si vertis, est *von Geschlecht*. Hom. Il. ε', 253. *οὔ μοι γενναῖον*, *non e genere meo*, *non ingeneratum mihi est*. Quum autem veteres genus suum non praedicarent nisi si bonum erat ac nobile, hinc *γενναῖος* et *generosus κατ' ἐξοχήν* dicebatur *nobili genere natus*. Similiter nos de claro homine *κατ' ἐξοχήν*: *er hat einen Namen*. Nempe *clarus* multum nominatur; de obscuro nemo loquitur. Itaque 1. est genere *nobilis*, *generosus*. *τὸν Οἰκλέους γενναῖον τόκον* Suppl. 925. *ἄνδρα γενναίου πατρὸς* El. 369. *γενναίων πατέρων* Cycl. 41; cf. Ion. 262. *ἐκ γενναίων δόμων* Hipp. 409; cf. Alc. 1100. *ὦ θεοῦ ποντίου γενναῖε παῖ* Cycl. 285.

μή τῳ — τέκνα γενναίῳ τέκοι El. 26. γαμεῖν ἐκ γενναίων Andr. 1280. γενναίων ἐκ τοκάδων Cycl. 42. γενναῖον λέχος Andr. fr. XX (XIV), 2. σπέρμα γενναῖον Beller. fr. XX (XVI), 4. 11. τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον Temen. fr. XIII, 5; cf. Archel. fr. V (XVIII, XIX). 4. σφάγια γενναίων τεκέων Or. 813; cf. Suppl. 12. τοὔνομα λαβὼν γενναῖον Phoen. 1324. στεῖχε — πεδαίρουσ', Ἶρι, γενναῖον πόδα Herc. f. 872. ἐμβαλὼν πόρπακι γενναίαν χέρα Hel. 1392. Atqui generi nobili apud veteres etiam ingenium ac mores congruere solebant, id quod ipsius Euripidis verba declarant: τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἁπανταχοῦ πρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν Dan. fr. V (II), nisi vero haec idem significare putes ac τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἅπαν καλόν fr. inc. tr. CXIX. Itaque γενναῖος, ut *generosus*, ad animum tralatum 2. est *ingenuus*, *liberalis*, *honestus*. γενναῖος ἀνὴρ, Λίγεῦ, παρ' ἐμοὶ δεδόκησαι Med. 762. Cf. fr. inc. tr. XXXVII, 2. γενναῖον πόσιν Alc. 164. γενναία γυνή Tr. 1013. γενναιοτάταν πασᾶν ἄκοιτιν Alc. 996. γενναίου φίλου Or. 1157. γενναῖον ξένον Alc. 1123. τῶνδε γενναίῳ πατρί Heracl. 53. τῷ γενναίῳ φύσιν Iph. A. 448. ἐντεῦθεν χρὴ τὸν προστρόπαιον τόν τε γενναῖον καλεῖν Heracl. 1015; v. *Pflugk.* ad l. χρὴ ἀψευδὲς εἶναι τοῖσι γενναίοις στόμα ib. 891. ὡς γενναῖος ἐκφαίνει πατρί Hipp. 1452. ὢν γενναῖος Alc. 860; cf. ib. 863. γενναία εἶ Iph. A. 1412. ἀγγελθεῖσά μοι γενναῖος (Polyxena) Hec. 592. V. *Matth.* gr. p. 297. ὦ γενναία καὶ μέγ' ἀρίστη Alc. 744. γενναίας ψυχᾶς Suppl. 1030. γενναίαν φύσιν Antiop. fr. XXI (XXXV), 1. ῥᾷον νόσον μετὰ γενναίου λήματος εἶσει Hipp. 206. τὸ γενναῖον — μένει, *generositas*, fr. inc. tr. LXI, 2. De fr. inc. tr. CXIX v. supr. Hinc 3. generatim de *liberalitate* ac *generositate* dicitur, etiam servorum et pauperum. ἐγὼ μὲν εἶην κεἰ πίφυκ' ὅμως λάτρις ἐν τοῖσι γενναίοισιν ἠριθμημένος δούλοισι, τοὔνομ' οὐκ ἔχων ἐλεύθερον, τὸν νοῦν δέ Hel. 735. Cf. ib. 1657. καί μ' ἔφερβε σὸς δόμος πένητα μέν, χρῆσθαι δὲ γενναῖον φίλοις Or. 868. πένης γενναῖος ἀνήρ El. 253; cf. ib. 262. Denique 4. de rebus dicitur: *generosus*, *nobilis*, *honestus*, *praestans*. ἔργον τλᾶσα γενναῖον τόδε Alc. 627. V. *Ellendt.* p. 355. γενναίους λόγους Heracl. 538. γενναίων πόνων Herc. f. 357. γενναία φυγή Phoen. 1686. γενναῖα δράσαντι Or. 1060, ut γενναίως ἴσως ἔπραξας Alcmen. fr. X (IX), 1. γενναῖ' ἔλεξας Iph. A. 504. γενναῖα τάδ' εἶπας Heracl. 465; sed εἰπὲ γενναίως Iph. A. 1129, *ingenue*. γενναῖα φρονεῖς ib. 1423. γενναῖα παθόντες — ἀντιδρᾶν ὀφείλομεν Suppl. 1177. τὸ σὸν γενναίως ἔχει Iph. A. 1403. συστενάζειν γενναίως φίλοις Ion. 935. Facete dictum γενναιότατ' ὠθεῖτε, σπεύδετε Cycl. 652, ubi nos: *stosst tapfer zu*.

γενναιότης, *generositas*, *animus generosus*, *honestus*. γενναιότης

σοι καὶ τρόπων τεκμήριον τὸ σχῆμ' ἔχεις τόδε Ion. 237. γενναιότητι — ἀρετὴν ἐπεκτήσατο fr. inc. tr. LXXXVIII, 2. μόνον δ' ἂν αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις, γενναιότητα καρετήν Meleagr. fr. XII (XIV), 2. γενναιότης σοι, μωρία δ' ἔνεστί τις Phoen. 1674, *verkehrte*, *alberne Grossmuth*. Simili ironia dictum εἰς τόδ' ἦλθον, ἐκδεῖξαι — σῆς γυναικὸς οἶστρον ἢ τρόπον τινὰ γενναιότητα Hipp. 1301.

γεννᾶν (γένος), *gignere*, *parere*. πρὶν τὸν ἐμὸν — πατέρα γεννῆσαί ποτε Hel. 397, ut ὁ γεννήσας πατήρ Iph. T. 360; cf. ib. 499. πατὴρ ἐκ τῆσδε γεννᾶται σέθεν Heracl. 209. ὡς στένω τὰν παιδοτρόφον, ᾗ μάταν τέκεα γεννᾶται Herc. f. 903. Huc pertinet etiam Iph. A. 1065. μέγα, ὦ Νηρηὶ κόρα, μέγα φῶς γεννάσεις, *paries*. Hanc loci sententiam esse primus vidit *Musgravius*, quum antea γεννάσεις *generationes* hic esse statuissent idque etiamnunc statuat *Hermannus*.

γέννησις, v. s. γεννᾶν extr.

γεννήτωρ, *genitor*. ὁ γεννήτωρ ἐμός Hipp. 683. οἱ ἐμοὶ γεννήτορες, *parentes*, Iph. T. 576. ὦ πατρῷα χθὼν ἐμῶν γεννητόρων Phoenic. fr. X (III), 1. ἄξι' ἀξίων γεννητόρων ἦθη Ion. 735.

γένος, 1. abstracto sensu a) *genus*, *stirps*, *origo*. γένους ποίου χώπόθεν Iph. A. 696. ὅθεν πεφύκασ' οἱ στρατηλάται γένος ib. 953. Μυκηναῖος γένος Phoen. 126. Ἀργεῖαι γένος Suppl. 1164. Cf. Iph. T. 665. Ἰθακήσιοι τὸ γένος Cycl. 276. βάρβαροι ὄντες γένος Andr. 666. μὴ γένους κοινωνίαν ἔχοντι Rhes. 904. τὸν γένει ἄγχιστον Tr. 48. ξυνέσει, γένει — μέγαν ib. 669. ὅστις εἶ γένει Bacch. 460. τῶνδ' ἄνειμί σοι γένος ib. 210. γένους ἥκεις ὧδε τοῖσδε ib. 214. λαμπροὶ εἰς γένος El. 37. γένει κρείσσους γάμους Melan. fr. XVI (IX), 1. πλούτῳ καὶ γένει γαυρουμένους Stheneb. fr. VIII (VII) 1; cf. fr. inc. IV, 2. ἔνθεν εὔχομαι γένος fr. inc. tr. XCVIII, 3. τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με Phoen. 408, *der Stand erhielt mich nicht*, ut τὸ γένος μ' οὐκ ὠφελεῖ Ion. 268. γένει εὐτυχοῦμεν Iph. T. 850. εἰς γένος οὐκ εὐτυχής Beller. fr. XX (XVI), 6; cf. ib. 12. b) *Natus*, *actas*. ἀδελφοὶ — οἷσι πρεσβεύει γένος Heracl. 45; v. *Pflugk*. ad l.

2. Concreto sensu a) *stirps*, *suboles*, *progenies*, *proles*. μάταν γένος φίλιον ἔτεκες Med. 1262. οὐκέτι μοι γένος Andr. 1178. Ξούθῳ τε καί σοι γίγνεται κοινὸν γένος Ion. 1589. χθόνιον γένος ἐκφύς τε δράκοντός ποτε Πενθεύς Bacch. 539. τὸ τοῦ Νηρηΐδος ἰσόθεον γένος Iph. A. 626. λεαίνας τινὸς ἢ Γοργόνων γένος Bacch. 989. οἷδ' ἄνδρα κράταλον, δριμὺ Σισύφου γένος Cycl. 104. τὸ θῆλυ παιδὸς γένος Heracl. 41. παίδων καὶ πεφυκότος γένους Dict. fr. IX, 1. Saepe etiam vocabulo γένος b) ii comprehenduntur, qui *origine* seu *sanguine* inter se *coniuncti* sunt: *genus*, *stirps*, *familia*, *gens*. Οἰδίπου γένος

Phoen. 382. ἐκ γένους Πανδίονος Heracl. 36. τί τὸ Νείλου μεμπτόν ἐστί σοι γένος; Hel. 469. *Herm.* sine idonea causa e Vict. admisit γάνος. De Aegypto etsi loquitur Menelaus, tamen non terram, sed incolas perhorrescit. Cet. cf. Ion. 1519. γένος τὸ Ταντάλειον Hel. 861. γένος Ἑρμιόνας Andr. 1191; v. s. ἀμφιβάλλειν. τὸ παλαιὸν Ἐρεχθέως γένος Ion. 470. Σπαρτῶν γένος Herc. f. 794. Cf. Phoen. 947. 949. Herc. f. 5. Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς γένος Lam. fr. 2. ἐπείσακτον γένος Ion. 590. οὐ γὰρ ὧδ' ἀνάστατον γένος γενέσθαι δεῖ τὸ σὸν κἀμόν. γέρον, Τροίας τε Andr. 1251. τὸ σὸν γένος ἄγονον (s. v.) Herc. f. 886. κρηπὶς γένους Herc. f. 1261. καταισχύνεις γένος Bacch. 265. Cf. Or. 1154. ἵνα τιμὴ παντὶ τῷ γένει προσῇ Bacch. 336. θνησκέτω γένους ὕπερ Heracl. 546. Cf. ib. 590. ἡ φύσις ἑκάστῳ τοῦ γένους ἐστὶν πατρίς fr. inc. XIII; v. *Matth.* p. 435. τῷ γένους ἀρχηγέτῃ Or. 554. ξυναρτήσας γένος Med. 564. οἱ προσήκοντες γένει ib. 1304. ἐμοί τις ἦν ἐν γένει, ᾧ — Alc. 906. πρεσβεύειν γένους Heracl. 480. Hinc γένος c) dicitur multitudo animantium *natura similium: genus, natio, gens.* δαιμόνων γένος Hec. 490. Sisyph. fr. II, 2. θεῶν γένος Med. 747. Hipp. 7. fr. inc. tr. CLXXXVI. ἀνθρώπων γένει Med. 468; cf. ib. 1324. Hipp. 1415. γένος θνητῶν Melan. fr. VI (XXII), 6. βρότειον γένος Cf. Hipp. 618. Hel. 1354. fr. inc. tr. III, b. 3. Sisyph. fr. I, 7. πᾶν φιλότεκνον γένος (ἀνθρώπων) Herc. f. 636. πολύμοχθον γένος ἀμερίων Iph. A. 1330. τὸ θῆλυ γένος Hec. 885. Cf. ib. 1184. Med. 574. 909. In. fr. VIII, 2. Melan. fr. XIX (XI). ib. XVIII (XXVI), 1. fr. inc. tr. LV, 1. γυναικεῖον γένος Phoen. 359. Iph. T. 1298. Med. 418. γυναικῶν γένος Hipp. 1252. Cycl. 185. φιλόφρον ἀλλήλων γένος (γυναικῶν) Iph. T. 1061. τὸ ἄρσεν γένος Dan. fr. IX (VII), 3. θηρῶν γένος Cycl. 117. ἰχθύων πᾶν γένος ib. 264. τὸ βάρβαρον γένος Hec. 1200; cf. Andr. 173. γένος οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει τοιόνδε Hec. 1181. ἰὼ Θρήκης λογχοφόρον — Ἄρεϊ κάτοχον γένος ib. 1090. Κενταύρων γένος Herc. f. 181. Κενταύρειον γένος Iph. A. 706. τὸ Θηβαίων γένος Bacch. 1313. Denique hinc γένος d) ad singularem animantium partem vel condicione vel vitae ratione vel moribus similium translatum est: *genus.* γένος Τυρσηνικὸν ληστῶν Cycl. 11. οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένος Autol. fr. I (III), 2. ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδαρέως γένος θυγατέρων Or. 250. τὸ δοῦλον γένος Or. 1115; cf. Alex. fr. X (VIII), 1. Antiop. fr. XII (XVI), 1. δεσποτῶν γένος Alex. fr. XI (IX), 1. πρεσβυτῶν γένος Andr. 738. ναναγὸς — ξένος, ἀσύλητον γένος Hel. 456. τὸ γὰρ γένος τοιοῦτον Or. 893. παῦρον τόδε δὴ γένος Med. 1087. Huc pertinere videtur οὐδὲν δικαιόν ἐστιν ἐν τῷ νῦν γένει Tenn. fr.

γένυς (v. s. γένειον), *genae, mentum.* τέκνων γένυς σκιάζεται Phoen. 63. συσκιάζοντας γένυν Suppl. 1218. ἁπαλόχροα γένυν Hel. 378. οἰνωπὸν γένυν Phoen. 1167. Bacch. 438. πυρσαῖς γένυσιν ἐξανδρούμενος Phoen. 32. φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν Hec. 241. ὄφεσι λιχμῶσιν γένυν Bacch. 697. πλόκαμος γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος ib. 456. πλοκάμους περιβαλλομένα γένυσιν ἑσκίαζον Iph. T. 1152. φίλημα παρὰ γένυν τιθέντα Suppl. 1153. πρὸς γένυν ἐμὰν τιθεῖσα χέρας El. 1213. ὦ φίλιον στόμα καὶ γένυ Andr. 1182. De Bacch. 1183 v. s. ὑπό. *Mala, maxilla.* κάπροι ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν Phoen. 1389. κάρηνα Τυδεὺς γένυσι Μελανίππου σπάσας Meleagr. fr. XV (XVIII), 2. ἐθόαζον — σῖτα γένυσι (Diomedis equi) Herc. f. 384. ὃς δράκοντος γένυος ἐκπέφυκε παῖς Phoen. 948. λάβρον δράκοντος ἐξερημώσας γένυν Herc. f. 253. δράκοντες πάγχρυσοι γένυν Ion. 1427. διὰ ξουθᾶν γενύων ἐλελιζομένα (ἀηδών) Hel. 1118. παιᾶνας κύκνος ὣς γέρων ἀοιδὸς πολιᾶν ἐκ γενύων κελαδήσω Herc. f. 693. Hinc de *bipenni.* V. *Ellendt.* lex. Soph. s. v. πελέκεως δίστομον γένυν ἔπαλλε Meleagr. fr. III (VI), 6. [Ultimam in hoc Meleagri fr. et in El. 1213 propter metrum produci *Dindorfius* docuit in Praef. Poet. Scen. p. XII. Cf. *Matth.* gr. p. 230, not. 1. Electrae quidem in l. duo Florr. γε habent post γένυν, sed recte particulam a metricis haud dubie additam omittunt reliqui libri et scripti et impressi. De altero loco v. s. Ἀγκαῖος. De origine vocis s. γνάθος. *Const. M.*]

γεραιός (γέρας), propr. *honorabilis, venerabilis,* der ehrwürdige, hinc *senex, senilis.* V. s. γέρων et γεραρός. *Adiective: senex.* ὦ γεραιοῦ τέκνον Αἰγέως Hipp. 1431. πατρὸς γεραιοῦ Alc. 470. Cf. Suppl. 1032. Herc. f. 447. 901. 1259. Phoen. 1528. 1705. πατρὸς γεραιὸς τροφεύς El. 16. γεραιᾷ Ἑκάβῃ Hec. 52; cf. Tr. 462. γεραιὰ ἦδ' ἐγὼ μήτηρ τέκνων Hec. 621. ἦδε τροφὸς γεραιά Hipp. 171. γεραιὰν μητέρα Alc. 16. Cf. Suppl. 93. Heracl. 447. Tr. 832. γύναι γεραιά Hipp. 267. ὦ γεραιά δυστυχεστάτη γύναι Tr. 1269. *Senilis.* κατ' αὐλὰν ἀλαίνων γεραιὸν πόδα Phoen. 1533. ὦ γεραιὲ ποῦς Tr. 1275; cf. Ion. 1041. γεραιᾶς χειρὸς Hec. 64; cf. ib. 145. Suppl. 276. ὄρεγε γεραιὰν νέᾳ χεῖρα Phoen. 103. Ib. 1688. γεραιᾷ φιλτάτης ψαῦσον χροί. Sic recte *Matth.* e *Valcken.* coni. Vulgatum γεραιᾶς φιλτ. ψ. χροί retinuit *Dindorf.* τῆς γεραιᾶς προσπιτνῶν παρηίδος Hec. 274. σάρκας γεραιάς Med. 1217. γεραιὸν ἴχνος Phoen. 1710. γεραιὸν δέμας Med. 1212. Suppl. 1106. γεραιῷ κάρᾳ Tr. 277. γεραιὰ μέλη Suppl. 172; cf. Tr. 1305. γεραιὰ δέμνια Herc. f. 107. *Substantive: senex.* τίς οὐ γεραιὸς ἐκ δόμων (ἔβα); Tr. 528. τις γεραιὰ προσπόλων Med. 1171, *anus.* In alloquio, γεραιέ Herc. f. 1358. γεραιά Suppl. 42. Cf. Tr. 1046. Heracl. 654. ὦ γεραιέ

Or. 861. Cf. Phoen. 125. 175. Med. 63. Andr. 560. 1072. 1077. Iph. A. 874. Hel. 709. 740. Ion. 774. 951. Herc. f. 115. 747. El. 503. 553. 570. 577. 598. 651. Alcmaeon. fr. III (XI), 1. Dict. fr. XVIII (V), 1. Eurysth. fr. VIII (IX), 1. ὦ γεραιά Hec. Cf. 389. Med. 133. Heracl. 888. 911. ὦ γεραιαί Suppl. 258. 359. *Comparativus.* ὁμιλίας τὰς γεραιτέρας φίλει Erechth. fr. XX (II), 21. *Substantive.* ἃ ξυνεθέμην πρέσβυς ὢν γεραιτέρῳ Bacch. 175. εἴτε τὸν νέον ἐχρῆν χορεύειν εἴτε τὸν γεραίτερον ib. 207. χαίρειν προσεῖπα πρῶτα τὸν γεραίτατον Cycl. 101. γνῶμαι ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων Beller. fr. XIII (XXII), 2. βουλαὶ τῶν γεραιτέρων Melan. fr. XXIII (XVII), 2. Media vocis γεραιός corripitur Hec. 64. Hipp. 171, ubi v. *Monkium*, et Herc. f. 447. Idem cum *Elmsl.* ad Med. 133 et *Matth.* gr. p. 97, b de locis Herc. f. 115 et 901 statuere non necessarium: amborum enim locorum sunt numeri trochaici, v. 115: – ∪ ⏑ ∪, ⏑⏑ ∪ ⏑ ∪ –, et v. 901: – ∪ ⏑ ∪, – ∪ ⏑ ∪ –. Ambigitur de versu Med. 133: οὐδέ πω ἥπιος; ἀλλ', ὦ γεραία, cuius aut haec est forma: ⏑ ∪ ∪, ⏑ ∪ ∪ –, ⏑ ∪ ∪ – aut: ⏑ ∪ ∪ ⏑ ∪ ∪ – –, ∪ ⏑ –. Forma γεραός ap. Soph. Oed. C. 240 vereor ne metricis debeatur. V. *Markland.* ad Suppl. 42 et nos s. παλαιός.

γεραίρειν (γέρας), *venerari, honorari.* τίμιος γεραίρεται Suppl. 553. χοροὶ Ἀτρειδᾶν ἐγέραιρον οἴκους El. 712.

Γεραίστιος, ιον, et ία, ιον, a Γεραιστός, promontorio et oppido Euboeae. λευκοκύμοσιν πρὸς Γεραιστίαις ἠιόσιν Or. 993. Σουνίου πέτρα Γεραίστιοί τε καταφυγαί Cycl. 294. V. *Barnes.* ad l.

γεραρός. Supplicum chorus in cogn. fab. 42: ἱκετεύω σε, γεραιὰ (Aethra), γεραρῶν ἐκ στομάτων πρὸς γόνυ πίπτουσα. *Markland.*, quia *honorabile s. venerandum os* parum conveniat miserabili choro, γεραιῶν ἐκ στομάτων scribendum censuit, idque probavit *Musgravius*, recepit *Hermannus.* Γεραιός γεραρός γεράσμιος proprie sunt *honorabilis, venerabilis*; quum autem hac vi de senibus potissimum dicerentur, etiam hominem *senilem* et corpus *senile* denotant. V. Aesch. Ag. 704. Apoll. Rhod. 1, 683. Plut. V. Alex. c. 26. Clem. Alex. p. 263. Heliod. 7, 7. p. 264. *Hesych.* γεραρώτερος· ἐντιμότερος, πρεσβύτερος. Cf. *Etymol. M.* s. v. Iure igitur etiam in l. Suppl. admitteres hanc significationem. Sed ne opus quidem. Recte enim γεραρῶν retinuit *Matthias*, et quia in γεραρῶν consentiant codd. et edd. et quia non tantum *os senile*, sed etiam *os venerandum*, utpote supplicum (imo anuum) indicare voluisse videatur Euripides. V. s. γεράσμιος. Γεραιῶν ἐκ στομ. fortasse posuisset poeta, si γεραιά non ad Aethram, sed ad eadem supplices referretur: ἱκετεύω σε γεραιὰ γεραιῶν ἐκ. στομ. Nunc eiusdem verbi repetendi non erat causa. Anus autem istae quo mise-

rabiliores erant, hoc venerabiliores. Quod *Marklandi* causa dico. Cf. v. 35. 50.

γέρας, *quidquid honoris causa datur* et *quidquid accipienti honorem affert* (*Sturz.*), *munus, praemium.* αἰτεῖ (Achilles) *Πολυξένην τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν* Hec. 41. *ἥτει γέρας — τινὰ Τρωιάδων* ib. 96. Neoptolemus Andromacham *ἔλαβε γέρας* Andr. 585. Cf. ib. 14. *Ὀδυσσέως χρὴ εἰς χεῖρα δοῦναι τήνδε καὶ πέμπειν γέρας* Tr. 1286. *τάσδε, Τρωάδος χθονὸς ἐξαίρετ', ἀντὶ παιδὸς — σμικρὸν γέρας, καλὸν δὲ κέκτημαι δόμοις* El. 1003. *φέρνας πολέμου καὶ δορὸς λαβὼν γέρας* Ion. 298. *χρυσὸς πάρεστιν, εἰ τόδ' αἰτήσει γέρας* Rhes. 169; cf. ib. 181. Ex hac primaria vi duplex potestas fluxit. a) *Honor*, „omninoque *quod quis insigne et prae aliis praecipuum habet*" (*Dind.*). *οὔτε γέρας πατρὶ οὔτ' ἔξοδον διδόντες* Phoen. 881; v. infr. *Κάδμος — γέρας τε καὶ τυραννίδα Πενθεῖ δίδωσι* Bacch. 43. Ibid. 1177 chor. *τίς ἀ βαλοῦσα πρῶτά γε;* Agav. *ἐμὸν τὸ γέρας.* Hipp. 84 Hippol. ad Dianam: *μόνῳ ἐστὶ τοῦτ' ἐμοὶ γέρας βροτῶν· σοὶ καὶ ξύνειμι καὶ λόγοις σ' ἀμείβομαι.* Sic etiam *τὸ νικᾶν τἄνδιχ' ὡς καλὸν γέρας* fr. inc. tr. XVII, 1. *οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας, ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν* Heracl. 298. Cf. Bacch. 876. 896. Hinc b) *munus* universe. aa. *Munus, donum.* *καλόν γε τὸ γέρας τῷ ξένῳ δίδως* Cycl. 548. *ἀραῖσιν, ἃς — Ποσειδὼν ὤπασεν Θησεῖ γέρας* Hipp. 45. *ᾧ* (Casandrae) *γέρας ἔδωκ' ἄλεκτρον ζωάν* (Phoebus) Tr. 253. bb. *Munus, provincia.* *ἄλλῳ ἄλλο πρόσκειται γέρας, σοὶ μὲν μάχεσθαι* — Rhes. 107. Plur. *γέρα* ultima producta nunc legitur Phoen. 881. Neque de productione ista dubitatio est. V. *Matth.* gr. p. 237. not. 2. Pluralis tamen ab illo loco plane alienus. Revocandum igitur quod Ald. et rell. edd. vett. exhibent *γέρας*. De stirpe vocis v. s. *γέρων*.

γεράσμιος, *venerabilis*, hinc etiam *senilis*, ut γεραρός (s. v.). *ἐκ γερασμίων ὄσσων ἐλαύνουσ' οἰκτρὸν δάκρυ* (chorus Supplicum) Suppl. 95. Phoen. 930 Creon ad Tiresiam: *ὦ πρός σε γονάτων καὶ γερασμίου τριχός.*

Γερήνιος. Ita ad Homeri exemplum vocatur Nestor Iph. A. 274. V. Hesiodi edit. Dindorfianam p. 79 et Steph. Byz. s. v. *Γερηνία.*

γερουσία, *senatus*, deinde i. q. *πρεσβεία, legatio*, quatenus senes vel certe natu maximi legati mittuntur. Rhes. 401 Hector ad Rhesum: *τίς σε κήρυξ ἢ γερουσία Φρυγῶν ἐλθοῦσ' ἀμύνειν οὐκ ἐπέσκηψεν πόλει;* Hinc ib. 936 Musa ad filium caesum: *Τροίας ἀπηύδων ἄστυ μὴ κέλσαι ποτὲ —, ἀλλά σ' Ἕκτορος πρεσβεύμαθ' αἳ τε μυρίαι γερουσίαι ἔπεισαν ἐλθεῖν.*

γέρων, senex. γέροντος Οἰδίπου Phoen. 1249. 1369. Πιτθεῖ τῷ γέροντι Hipp. 691. γέρων Πηλεύς Andr. 915. γέρων Τυνδάρεως Iph. A. 66. Σιδωνίου γέροντος Bacch. 1024. σὺν τῷ γέροντι Τειρεσίᾳ ib. 1222. Ἰόλεως γέρων Heracl. 630. 793. Βακχίου γέροντος Oen. fr. IX (VIII), 2. In alloquio: γέρον Hec. 507. 516. Phoen. 171. Andr. 577. 661. 1169. 1185. 1245. 1251. Suppl. 1078. Iph. A. 16. Bacch. 1319. Cycl. 145. 228. Heracl. 88. 334. 344. 502. 549. Ion. 804. 947. 999. Herc. f. 70. 92. 165. 519. 534. 1170. 1189. 1264. El. 531. 618. 630. 664. ὦ γέρον Or. 543. 584. Phoen. 137. 143. 922. Andr. 573. Iph. A. 890. Cycl. 193. Heracl. 81. Hel. 968. Ion. 934. 967. Herc. f. 308. El. 524. ὦ φίλτατε γέρον Phoen. 161. ὦ γέρον Αἰακίδα Andr. 751. γέρον Πηλεῦ ib. 1074. ὦ δυστυχὴς γέρον ib. 1215. γέροντες Herc. f. 275. 760. 817. 823. 1081. 1109. 1123. ὦ γέροντες ib. 503. 728. 1054. Καδμεῖοι γέροντες ib. 1042, chorus senum Thebanorum. Praeterea cf. Or. 469. Andr. 23. Herc. f. 1001. Suppl. 722. Phoen. 1002. Herc. f. 575. 1009. El. 421. Rhes. 880. Bacch. 1309. Herc. f. 544. 556. Andr. 646. πρὸς γέροντα πόσιν (Priamum) Hec. 422. ὁ γέρων πατήρ Hec. 711. Cf. Or. 985. Med. 1220. Alc. 823. Hel. 726. Herc. f. 539. γέροντα νεκρόν Alc. 727. γέρων ἀοιδός Herc. f. 678. 692. παιδαγωγὸς ἀρχαῖος γέρων El. 287. ὑπὸ γέροντος — ἀρχαίου τινός ib. 853. γέροντος ἀνδρός Heracl. 467. Cf. Melan. fr. XXVII (XVIII). δέσποινα γέροντι νυμφίῳ γυνή Phoen. fr. I (IV), 3. γέρων νεκροπομπός Alc. 442, Charon. γέροντα τυφλόν Phoen. 1095. γέρων εὔψυχος Andr. 765. γέροντ' ἄχρεῖον Herc. f. 42. ἄπαις γέρων Alcmaeon. fr. X (IX), 1. Cf. Andr. 1207. τεκέων ὀρφανοὶ γέροντες Andr. 308. γέροντα πληγαῖς πρόσωπον φαλακρὸν ἐξῳδηκότα Cycl. 225. ἴδετε τὸν γέροντ' ἁμαλὸν ἐπὶ πέδῳ χύμενον Heracl. 75. ἐλαύνει τὸν γεροντά μ' ἐκ πάτρας Phoen. 1715. γέροντα μὲν σ' ὁρῶντες, ἀσθενῆ δ' ἐμέ Andr. 755. γέρων εἰμί Hec. 497. γέρων ὢν Alc. 638. γέρων γ' ἐκεῖνος Andr. 80. γέρων γέρων εἶ ib. 679. γέροντες ἐσμέν Heracl. 636. γέροντες ὄντες Bacch. 189. ἥκω μέτα γέρων ἀδελφὴν γραῖαν Ἰοκάστην Phoen. 1328. βαρβάρους ἀφίξομαι γέρων μέτοικος Bacch. 1352. ἐξηγοῦ σύ μοι γέρων γέροντι ib. 186. γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ ib. 193. γέρων γέροντα παρακόμιζε Herc. f. 126. τοῦ γέροντος ἠττήθη χερί; Andr. 918. θάρσει γέροντος χεῖρα ib. 994. ἔσφηλεν γόνυ γέροντος Heracl. 130. δυοῖν γερόντοιν οὐ καλῶς ἀγωνιεῖ ib. 653. Cf. ib. 39. Bacch. 365. γέροντι σοὶ οἷόν τε μηκύνειν χρόνον Polyid. fr. XIII (Glauc. III), 2. μάτην αἱ γέροντες εὔχονται θανεῖν γῆρας ψέγοντες καὶ μακρὸν χρόνον βίου· ἦλθ' ἐγγὺς ἔλθῃ θάνατος, οὐδεὶς βούλεται θνήσκειν Alc. 672. οὐκ εἰς γέροντας ἥδε σοι τείνει τύχη· νέοι θανόντες ἀλγυνοῦσί σε Hipp.

797. διάδοχα ὦ τάλας ἐγὼ γέρων καὶ δυστυχὴς δακρύω Andr. 1203. ἔτ' ὀρθοὶ κοὐ γέροντες ib. 762. φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ Melan. fr. XXVII (XVIII). γέροντες οὐδὲν ἐσμὲν ἄλλο πλὴν ὄχλος καὶ σχῆμα· ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα Aeol. fr. XVIII, 2. Similiter τὸν γέροντα τύμβον Med. 1209, ut γέροντος οὕνεκα τύμβον Heracl. 167. V. *Hesych.* s. τυμβογέρων, *Pflugk.* ad Med. l. et nos s. τύμβος. ἡ Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται Aeol. fr. IX (XIX), 2. νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος Heracl. 796. τί δὴ βροτοῖσιν οὐκ ἔστι νέους δὶς εἶναι καὶ γέροντας αὖ πάλιν; Suppl. 1081; cf. ib. 1085. ἀγόμεθα ὁμοῦ γέροντες καὶ νέοι Herc. f. 455. Cf. fr. inc. XV, 1. *Adiective: senilis.* γέροντι δεῦρ' ἀμιλλᾶται ποδί Or. 456. ῥυσῷ γέροντι τῷδε ποδί El. 490. ἑλκῶσαι γέροντα χρῶτα Hec. 406. δακρύοις γέροντ' ὀφθαλμὸν ἐκτήκω τάλας Or. 528. Hinc i. q. παλαιός, *vetus, antiquus.* γέρων τις ἐστὶ Καδμείων λόγος Herc. f. 26. [Γέρων (γῆρας) et γέρας cognata esse in promtu est: ambobus enim *dignitatis* atque *honoris* notio communis. Quamvis autem, notionem si spectas, γέρας a γέρων derivandum videatur eamque derivationem etiam Plutarchus Mor. p. 789, E. proponat, tamen formae γέρων γεραιός contrarium statuendum esse coarguunt. V. *Eustath.* p. 477, 45. Γέρων igitur dictus propter *honorem* (γέρας), qui senectuti defertur, et virum proprie *venerabilem*, ut γῆρας aetatem *venerandam*, denotat. Reconditior vocabuli γέρας origo est. Affine id fortasse verbis *gero* et φέρω, ita ut proprie significet rem *oblatam. Const. M.*]

γεύειν, *gustandum dare*, cum dupl. accus. βούλει σε γεύσω — ἄκρατον μέθυ; Cycl. 149. Alias res, quam quis gustandam praebet, *genitivo* effertur. *Med. gustare.* Cum genit. ποτοῦ ἐγεύσατο Ion. 1203, ut γεῦσαί νυν (vinum) Cycl. 155, et οὐ πρὶν ἂν γε — γεύσωμαι — ἔτι ib. 556. ὡς βορᾶς γευσαίατο Iph. A. 423. Tralate: *gustare, experiri, empfinden.* πένθους γεύομαι πικροῦ Alc. 1072. γεύεσθαι κακῶν Hec. 375. πόνων μυρίων ἐγευσάμην Herc. f. 1353. τῆς σῆς τόλμης εἴσομαι γεγευμένος Hipp. 663. In his *genitivus* non, ut vulgo putant, partitivus est, sed materiam indicat, *qua* gustatus s. fructus *efficitur.* V. s. ἀκούειν. Stirps verbi est ἕω (ἵημι). V. s. ἀμείβειν p. 153. Nempe γεύειν proprie est *admovere* aliquem ad aliquid et γεύεσθαι *se admovere* ad al. vel *ad se admovere* aliquid, nos ubi similiter: *etwas zu sich nehmen — zulangen.* Quam vocis radicem confirmare videtur Homericum illud ἐπεί χ' ἕωμεν πολέμοιο (Il. τ', 402), de quo *Buttmannus* lexil. II. p. 130 sq. ita disputat, ut quid sibi velit vix dispicias.

γεῦμα, *gustatus.* ἡ γὰρ γεῦμα τὴν ὠνὴν καλεῖ Cycl. 150.

γέφῡρα. Recentiore tantum *pontis* significatione ap. Eur. obvium.

πῶς γεφύρας διαβαλοῦσ' ἱππηλάται; Rhes. 117. De origine vocis ineptissima excogitarunt veteres grammatici. Conflata est ex γέα (γῆ) et φύρειν (s. v.) *terramque* proprie *aggeratam* h. e. *aggerem* significat (*Damm*), sive secundum fluvium ad aquas coërcendas (Hom. Il. ε', 88. 89.) sive transverso fluvio ad transitum parandum ductus sit. Quum autem agger per fluvium ductus intervallum efficiat, γέφυρα per similitudinem ad vacua inter binos aciei instructae ordines intervalla traiectum (Hom. Il. Θ', 378. 549. Λ', 160. Ν', 427); quum transitum angustiorem s. semitam faciat, de *isthmo* dictum (Pind. Nem. 6, 67. Isthm. 4, 34); quum denique pro ponte sit, quovis de *ponte* frequentatum est. *Const. M.*

γεωργεῖν, *agrum colere.* κακαὶ γεωργεῖν χεῖρες εὖ τεθραμμέναι Rhes. 176.

γῆ (γᾶα γαῖα γέα (γῆ) γᾶ), *terra.* V. s. γαῖα et γίγνεσθαι.

1. *Tellus* dea. πάντων Γᾶ τροφός Phoen. 693. Γοργόν' ἔτεκε Γῆ Ion. 989. ἄλλον Γᾶς τέκνον ib. 218. Θέμιν Γᾶς παῖδα Iph. T. 1259. [καὶ Γῆ τ' ἄνασσα, χεῖρας ᾗ δίδωμ' ἐμάς El. 678; ubi v. *Matth.*] ὦ Ζεῦ καὶ Γᾶ καὶ φῶς καὶ νύξ Or. 1496; cf. Med. 148. Hipp. 672. ἰὼ Ζεῦ, ἰὼ Γᾶ Phoen. 1297. ἰὼ Γᾶ καὶ Ζεῦ El. 1177. ἰὼ Γᾶ καὶ — ἀκτὶς Ἀελίου Med. 1251. Γᾶ καὶ — Σελάνα καὶ — φαεσίμβροτοι αὐγαί Heracl. 748. ὕμνυ πέδον Γῆς πατέρα θ' Ἥλιον Med. 746.

2. *Tellus* (τέλλειν h. e. *gignere*), *humus*, primum quatenus res gignit et alit, tum quatenus densa ac solida massa est indeque mari et aëri opponitur, *Erdreich.* ἔτεκες, ὦ γᾶ, — τὰν — γένναν ὀδοντοφυῆ Phoen. 825. (Σπαρτῶν) λόχος, ὃς γᾶν τέκνων τέκνοις μεταμείβει Herc. f. 795. ἐξανῆκε γᾶ πάνοπλον ὄψιν Phoen. 674. δράκων —, γᾶς πελώριον τέρας Iph. T. 1247. γῆς ἆρ' ἐκπέφυκα μητρός; Ion. 542. τὸν μονώπα παῖδα γῆς Cycl. 644. ἐκ γῆς — ἔβλαστεν —; Ion. 267. ὦ γῆς λόχευμα Herc. f. 252; cf. Phoen. 1026. τοῖσι γῆς βλαστήμασιν Herc. f. 178; cf. Hec. 1204. γῆ — θάλλουσα Dan. fr. III (X), 3. ἃ τεκοῦσα γᾶ βροτοὺς Alex. fr. XVI (XII), 4. ὅσα γᾶ τρέφει Hipp. 1278. καρπίμοις γῆς φυτοῖς In. fr. XVIII (XVII), 3. βαθυσπόρου γᾶς Phoen. 649; v. *Matth.* ad l. πεδία καρποφόρα γᾶς Hel. 1501. ἄχλοα πεδία γᾶς ib. 1343. ξηρὰ βαθεῖαν γῆν ἐνίκησε σπορά Andr. 638. εἰ γῆ κακὴ — εὖ στάχυν φέρει Hec. 592. ἀρῶν γῆν Antiop. fr. XXV (XXXIII), *agrum.* Porro γῆς πέδον Bacch. 705. Suppl. 829. γῆς σεισμός Herc. f. 862. ἐς Ἅιδαν στείχω κατὰ γᾶς Hipp. 1366. τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς πνέφας μετοικεῖν ib. 836; cf. Suppl. 1024. Rhes. 831. Ion. 1441. El. 144. κατὰ δνοφερᾶς γᾶς Iph. T. 1265. ὦ κάτω γῆς οἰκῶν El. 677. κατὰ γᾶν Or. 830. 1398. Alc. 237. Bacch. 371. ὃ τι τοῦτο στίλβει κατὰ γῆν Hipp. 194. τὸ κατὰ γῆν Andr. fr. XXIX

(XXIII), 1. [οὖ γῆς εἰσέδυ Iph. A. 1583.] πῶς οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις δέμας; Hipp. 1290. τὰ ὑπὸ γῆς ἰδεῖν Iph. A. 1219. εἶμι γῆς ὕπο Herc. f. 1247. τὸ ὑπὸ γῆν Ἅιδου σκότος Meleagr. fr. XIII (XVII), 1. ὅ καί με γῆς ὑπεξέπεμψεν Hec. 13. γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον Hec. 208. τοὺς γῆς νέρθεν Hec. 791; cf. Phoen. 508. Herc. f. 262. 516. γῆς ἥκοντ' ἄνω ib. 616. εἴσω γῆς ἀκοντίζουσ' ἀραί Or. 1241. τὸν γᾶς ἐνέρων τ' ἐς ὄρφναν μολόντα Herc. f. 352. γῆς σκότῳ κέκρυπται Hel. 61. σκότια γᾷ καλύψω Phoen. 1735, i. e. ἐν σκότῳ γᾶς καλύψω. ὃς γᾶς ἐξέβα θαλάμων (νερτέρων) Herc. f. 807. γῇ ἐπὴν κρύψῃς νεκρούς ib. 1364. Cf. Suppl. 531. Tr. 1148. γῆς κοσμῆσαι τάφῳ Andr. 1161. πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν (ἀπῆλθε) Suppl. 534. ὅστις αἷμα γῇ δωρήσεται Tr. 382. Cf. Phoen. 940. Praeterea notanda sunt εἰς γῆν φέροντες γῆν Hypsip. fr. VI (IV), 5. κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ γῇ καὶ σκιᾷ Meleagr. fr. XIX (XV), 2 et ὁ θανὼν γᾶ τε καὶ οὐδὲν ὤν Soph. El. 245, quod de *cineribus* dictum putat *Ellendt.* lex. I. p. 362. Imo in his γῇ dici videtur corpus anima nudatum ideoque in *terrena* elementa solutum, ubi nostri poetae *Staub.* Cf. *Matth.* ad Suppl. 533 et Chrysipp. fr. VI (VII), 8 sqq. Denique huc pertinent χθὼν ἀπεννέπουσά με — μὴ θιγγάνειν γῆς καὶ θάλασσα μὴ περᾶν Herc. f. 1296. γένος οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει τοιόνδε Hec. 1181. ἐκ γῆς εἰς θάλασσαν ἵπτατο — ὄρνις Polyid. fr. I, 4. εἰς γῆν — κλύδων ἦγε ναῦν Iph. T. 1396. ἐπ' ἀπείρου γᾶς ἔβασαν Hipp. 763, *in terram continentem.* εἰς χεῖρα γῇ συνῆψαν (ναυτίλοι) Heracl. 430; v. *Matth.* et *Pflugk.* ad l. Hinc

3. est *humus*, quatenus in ea consistitur, h. e. *solum*, quod alias accuratius dicitur γῆς (*des Erdreichs*) πέδον (*Fussboden*), *Erdboden.* Huc pertinet ὁ πεδοστιβὴς σφαγεὺς (Dolon) τετράπουν μῖμον ἔχων ἐπὶ γᾶν Rhes. 257. V. *Dind.* Praef. ad Poet. Scen. p. XXI. Porro πιτνοῦντα πρὸς γᾶν Andr. 1226. ἴχνος ἐν γᾷ κρούουσαι Iph. A. 1043. εἰς γῆν γόνυ καθεῖσαν Iph. T. 332. θύρσῳ κροτῶν γῆν Bacch. 188. πρὸς γῆν ὄμμα βαλών Ion. 582. ξυνηρεφὲς πρόσωπον εἰς γῆν — βαλοῦσα Or. 956. εἰς γῆν ἐρείσασ' ὄμμα Iph. A. 1123. οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς πρόσωπον Med. 27. πέτρα γῆς ὑπερτέλλουσ' ἄνω Hec. 1010. Hinc denique

4. est *solum terrae*, quatenus incolitur, atque hac vi aut *universam terram* denotat aut *certam* quamdam *partem.* a) *Terrae orbis s. globus, Erdkreis.* ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν (Ζεῦ) Tr. 884, ubi *schol.* δόξα γάρ τις ἐθρυλλεῖτο τῶν Φυσικῶν, ὅτι πλατεῖα οὖσα ἡ γῆ ὀχεῖται ἐν τῷ ἀέρι. Huc pertinet fr. inc. tr. I, 2 sq. ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ — αἰθέρα καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν

ἀγκάλαις· τοῦτον νόμιζε Ζῆνα. Similiter ὅδ' οὐρανός μοι συμμιγμένος δοκεῖ τῇ γῇ φέρεσθαι Cycl. 575, quamquam hoc ebrii phantasma est. Φοιβήιος — γᾶς μεσόμφαλος ἑστία Ion. 461. μέσον ὀμφαλὸν γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος ib. 223. μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον (Phoebus) Iph. T. 1258. ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν Med. 668. ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος El. 1. ἵν' εἶ γῆς Andr. 168. Σπάρτη — ποῦ γῆς ἐστί—; Hel. 499. ποῦ γῆς — φυγὰς ἔχων; El. 233. ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς; Herc. f. 74. ὅπη γῆς Heracl. 19. b) *Certa quaedam ac singularis terra, Land.* τᾷ Σιμουντίδι γᾷ Hec. 641. ἀπὸ γᾶς Ἰλιάδος ib. 941. γᾶ Κυκλωπία Or. 963. Καδμείων γᾶν Phoen. 224. Θηβαίαν γᾶν ib. 1052. Κρησίας ἐκ γᾶς Hipp. 759. Φθιάδος ἐκ γᾶς Andr. 862. γῆς Φθιώτιδος ib. 665. γᾶν φίλαν Ἰνάχου Suppl. 371; cf. Or. 930. εἰς γᾶν Ἑλλάδα Iph. A. 771; cf. ib. 1457. Iph. T. 448. 1386. Cycl. 290. 296. Hel. 1609. Or. 573. ἀπὸ γᾶς τᾶς Ἑλλανίδος El. 1192; cf. Tr. 878. Bacch. 23. Heracl. 307. Hec. 1260. Phoen. 1231. Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν Iph. T. 1131. ἐπὶ γᾶν Φρυγῶν Rhes. 721. γῆν Φρυγίαν Iph. A. 1627. Ἀσίας ἀπὸ γᾶς Bacch. 64; cf. Or. 353. Ἀσιάτιδος γῆς Andr. 1; cf. Ion. 1586. Τρωάδος ἐκ γᾶς Hel. 534; cf. ib. 588. 1236. El. 3. Τρωικῆς γῆς Hec. 5. Πριαμίδος γᾶς Hel. 1173. τᾷ Λακαίνᾳ γᾷ ib. 1489. Λακεδαίμονος γῆς Hel. 481. ἐν γῇ Χερρονησίᾳ Hec. 33. Φωκέων γῇ Or. 769. γῆν Δελφίδα ib. 1094; cf. Andr. 1168. Φοίνισσα γῇ Phoen. 287. Αἰτωλίδ' εἰς γῆν ib. 988; cf. Meleagr. fr. II (I), 3. γῆς Ἰωλκίας Med. 7. γῆν Κορινθίαν ib. 10; cf. ib. 70. 702. 910. γῆς Τροιζηνίας Med. 683. Hipp. 12. 29. 1159. γῇ Σισύφου Med. 1381. γῆς Φαρσαλίας Andr. 22. Μολοσσίαν γῆν Andr. 1245. γῆς Ἀσωπίας Suppl. 571. γῆν Φάρσαλον Iph. A. 812. εἰς γῆν κυανέαν Συμπληγάδα Iph. T. 241. Παιόνων γῆν Rhes. 408. γῆν ἐπ' Ἀργείαν Rhes. 471. γῆς Κεφαλλήνων Cycl. 103. γῆς Ἀτθίδος Ion. 13. γῆν Εὐβοΐδα Ion. 60. Cf. Rhadam. fr. II (I). γῆς Ἀθηναίων Herc. f. 1164. Φωκέων εἰς γῆν El. 18. Σπαρτιάτιδος γῆς ib. 411. Ἀχαΐδος γῆς ib. 1285. Ἰσθμίας γῆς ib. 1288. ἰὼ γᾶ μᾶτερ ὦ Πελασγία Iph. A. 1497. ἐκ μελαμβρότοιο — Αἰθιοπίδος γῆς Archel. fr. II, 4. εἰς γῆν ἐναλίαν Κύπρον Hel. 147. γᾶς ἐκ πατρῴας Hec. 947. Cf. Phoen. 302. 1063. Hipp. 1148. Tr. 164. Hec. 1221. Phoen. 1457. Alc. 167. Tr. 389. Hel. 1108. Iph. T. 1065. πατρῴας γῆς πέδον Rhes. 278. Oen. fr. I, 1. γῆς πατρῴας ὅρον El. 1315; cf. Dict. fr. XIV (IV), 4. γᾶς πατρίας Med. 653; cf. Tr. 857. Rhes. 932. Hel. 529. Ion. 483. τᾶς πατριώτιδος γᾶς Heracl. 755. πατρίδα γῆν Iph. A. 1558; cf. Hel. 280. Ion. 261. γῆς πατρίδος πέδον Herc. f. 620. γῇ πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος Hel. 16. πατρὶς ἡ βάσκουσα γῇ Phaëth. fr. XIV (II). τὰν ἀγχιστεύουσαν γᾶν — πόντῳ Tr. 224.

Κρᾶθις — εὔανδρον ὀλβίζων γᾶν ib. 229. εἰς φίλαν γᾶν ib. 1319; cf. Phoen. 677. παντοδαπᾶς ἐπὶ γᾶς Hel. 532. ἐκ γῆς βαρβάρου Med. 256; cf. Iph. T. 739. 775. 906. 1400. γῆν ἄσυλον — παρασχών Med. 387. ἄγνωστον εἰς γῆν Iph. T. 94. ἐν ξένῃ γῇ Tr. 378. γῆν σέβοντ' ἐλευθέραν Heracl. 114. γῆς παραλίας Ion. 1592. ἰὼ γᾶ τρόφιμε τῶν ἐμῶν τέκνων Tr. 1302. γᾶν ἄλλαν κατέχει El. 203. γῆς τῆσδε — πέδον Hel. 82. Κάδμος ἔμολε τάνδε γᾶν Phoen. 641; cf. ib. 5. βᾶθι τάνδε γᾶν ib. 687. ἀμῦναι τᾷδε γᾷ ib. 695. ἐπέσυτο τάνδε γᾶν — τις ἄτα Phoen. 1072. ἀλλά νιν ἅδε γᾶ καπφθίμενον — οἴσει Rhes. 377. τᾶσδε γᾶς πόσιν Tr. 854, *ex hac terra oriundum*. Θανεῖν Ὀρέστην ἔδοξε τῇδε γῇ Or. 1328. εἰς γῆν τήνδε μὴ παριέναι Suppl. 468. γᾶ πᾶσα χορεύσει Bacch. 114. Et nudum γῆ de certa ac singulari terra (v. s. γαῖα extr.). τὰ ἐπτάπυργα κλῆθρα γᾶς Phoen. 1065. ὄνομα γᾶς ἀφανὲς εἶσιν Tr. 1322. οὐδας γᾶς καὶ πόλις Heracl. 771. γῆς ὅρους Or. 443. γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροισιν Med. 540. γῆς ὅρια Tr. 375. ὃ καὶ γῆν καὶ πόλεις ὅλλυσ' ἀεί Or. 524. φροῦδα φροῦδα γᾶ γᾶ ib. 1373. γᾶς βασιλεῦσι Phoen. 806. γᾶς ἄναξ Herc. f. 746. πρὸ γᾶς (mori) Heracl. 622. Cf. Rhes. 243. καταφθίνει γᾶ Tr. 1299. ἥκει εἰς γῆν Μενέλεως Τροίας ἄπο Or. 53. τίνες πολιτῶν ἐξαμιλλῶνταί σε γῆς; ib. 431. οἵπερ σώζουσι γῆν ib. 918. εἰ δ' ἐστὶν ἐν γῇ Suppl. 469. γῆς προδότιν Med. 1332. γῆς ἀνάσσει Θόας Iph. T. 31. κρατεῖν γῆς Or. 1600. ἄρξουσι γῆς In. fr. V (XII), 2. ᾧ κράτος δίδωμι γῆς Bacch. 213. πατρὸς γῆν διδόντος Ion. 1296. οἰκτείρειν — γῆν Tr. 403. γῆς ἐξανελθών ib. 748. γῇ δορὶ πεσοῦσα ib. 868. τὸν θεὸν εἰς γῆν δέχου Bacch. 312. πόθεν γῆς ἦλθες; Ion. 258.

γηγενέτας, *terrigena*. Γίγαντι γηγενέτᾳ προσόμοιος (Ἱππομέδων) Phoen. 130. ἀνηβᾷ Ἐρεχθεὺς ὅ τε γηγενέτας δόμος (Erechtidarum) οὐκέτι νύκτας δέρκεται Ion. 1465.

γηγενής, *terrigenus*. Γίγας γηγενής Phoen. 1138, ut μὰ τὴν παρασπίζουσαν Νίκαν Ἀθάναν Ζηνὶ γηγενεῖς ἔπι (Gigantes) Ion. 1529, ubi v. *Barnes*. Unde γηγενὴς μάχη dicta Cycl. 5 et Ion. 987. Λήιτος ὁ γηγενής Iph. A. 259; v. *Barnes*. ad l. τοῦ γηγενοῦς Ἐριχθονίου Ion. 20. Ἔχίονος γόνον γηγενῆ Bacch. 994. 1014. ὁ γηγενὴς Σπαρτῶν στάχυς Herc. f. 4 Bacch. 264, ut τὸ γηγενὲς δράκοντος θέρος ib. 1024. δράκων ὁ γηγενὴς — Λίρκης ναμάτων ἐπίσκοπος Phoen. 938; cf. ib. 942.

γηθεῖν, γεγηθέναι. Ut apud Sophoclem teste *Ellendtio*, sic apud Euripidem quoque solum perfectum invenitur praesentis vi indutum. *Gaudio elatum esse, laetitia perfusum esse, laetitia gestire s. exsul-*

tare. γέγηθα, κρατὶ δ' ὀρθίους ἐθείρας ἀνεπτέρωκα Hel. 638. γέγηθα, μαινόμεσθα τοῖς εὑρήμασιν Cycl. 463. ταύτῃ γέγηθα κἀπιλήθομαι κακῶν Hec. 279; cf. Or. 66. C. partic. γέγηθα μεγάλα — εἰργασμένα Bacch. 1196. γέγηθε κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματα καλὸν κακίστῳ — Hipp. 631; v. L. Dindorf. ad l. ὅς γε πίνων μὴ γέγηθε μαίνεται Cycl. 167. θεὸς ἐν ἀσκῷ πῶς γέγηθ' οἴκους ἔχων; ib. 523. ἰδοὺ γέγηθα σ' ὡς γέγηθ' ὁρῶν, τέκνον, Iph. A. 649. Γέγηθα verbi γηθέω perfectum esse non credo grammaticis. Imo ambas formas singulas ac per se ex γάω (γαίω) fictas puto. V. s. γαῦρος, ἥδεσθαι, χαίρειν. E γηθεῖν factum *gaudeo*.

γῆθεν, *e terra*. ἦ καί σφε (Erichthonium) Ἀθάνα γῆθεν ἐξαπείλετο; Ion. 269, i. q. γηγενῆ ὄντα. Ἰλιόθεν ὅτι με — Ἑλλάδι λάτρευμα γᾶθεν ἐξορίζει Tr. 1105, i. e. *e terra patria*. V. *Lobeck*. ad Phryn. p. 93 sq.

γηπετής, *in terram lapsus*. γαπετεῖς δικῶν ὀδόντας εἰς γύας, ἔνθεν ἐξανῆκε γᾶ πάνοπλον ὄψιν Phoen. 672. ch. Quibus simillima sunt χαμαιπετὴς πίπτει πρὸς οὐδας Bacch. 1109. Haec iis addas, quae enotavit *Lobeckius* ad Ai. p. 193. ed. 2. *Const. M.*

γηπονεῖν, *agrum colere*. ἀρούρας γαπονεῖν Rhes. 75. Sic Flor. 10. Flor. A. γᾶν πονεῖν. Vlg. γηπονεῖν. Item Suppl. 420 Ald. rell. γᾷ πόνος ἀνὴρ πένης, unde γαπόνος fecerunt *Canter*. et *Scaliger*. Par. A. B. C. ap. Markl. Flor. 1. 2. γηπόνος. Vict. γῆ πόνος. *Herm*. in l. Suppl. ob γηπονεῖν in Rhes. l. et ob glossam *Hesych*. γηπόνος· γεωργός, γαμόρος praefert γηπόνος. At idem *Hesych*. habet γάμοροι· οἱ περὶ τὴν γῆν πονούμενοι etc. et γάπεδα· ἄγροικοι καὶ οἰκεῖαι. Rhesi autem locus nihil probat. Nos *Matthiam* ad Rhes. 75 et *G. Dindorfium* in nov. Steph. thes. II. p. 606 sq. sequimur dumtaxat γαπόνος et γαπονεῖν in usu fuisse arbitrantes. Quamquam non solum γαπόνος sic usurpatum puto, sed etiam γατόμος γαμόρος γάπεδον, nec solum tragicos his usos esse, sed omnino Graecos, neque Doricas has formas esse, sed, ut in γεωγράφος γεωργός et similibus, ita in γαπόνος γατόμος γαμόρος γάπεδον vetustiores formas γεα et γα ex γᾶα illas quidem partim soni mutatione partim contractione factas apparere. Omnino vetustissimas has esse voces ex eo apparet, quod suam quaeque variam formam ex γέα fictam habet: γαπόνος γεωπόνος, γατόμος γεωτόμος, γαμόρος, γεωμόρος, γάπεδον γεώπεδον. Quod quum non cadat in γηγένης γηπετής γήποτος eaque serioris esse originis etiam usus et significatio docet, haec apud Dores tantum γα, apud Iones et Atticos γη habuisse censeo. Quin γαγενής et γαγενέτης nec semel quidem dictum reperies.

γηπόνος, v. γηπονεῖν.

γηραιός, senex. ὠνοῖντ' ἂν οἷς πάρεστι γηραιοὺς θανεῖν Alc. 60. Adiect. senilis. γηραιᾷ ποδί Alc. 614. Cf. Andr. 547.

γῆρας, senectus, senium. γήραι δειλαία δειλαίᾳ δουλεύσω Hec. 203. γήραι πενθίμῳ καταφθίνειν Alc. 625. τὸ γῆρας βαρύ ib. 675. γῆρας πολιόν Suppl. 170. Cf. Bacch. 258. Ion. 700. Erechth. fr. XIII (VI), 3. ὦ δυσπάλαιστον γῆρας Suppl. 1108. δύσκολον τὸ γῆρας Bacch. 1249. τὸ γῆρας — βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων Herc. f. 638. τὸ λυγρὸν φόνιόν τε γῆρας ib. 649. γῆρας πικρόν Autol. fr. I (III), 11. τὸ γῆρας ὡς ἔχει πολλὰς νόσους Polyid. fr. XIII, 1. δυσώνυμον εἰς γῆρας ἐλθεῖν Oenom. fr. IV, 2. ὦ γῆρας, οἷον τοῖς ἔχουσιν εἶ κακόν Phoen. fr. III (VIII). ὦ γῆρας, οἵαν ἐλπίδ' ἡδονῆς ἔχεις; fr. inc. tr. LXXVIII, 1. γήραι τρομερὰν ποδὸς βάσιν Phoen. 310. γήραι τρομερὰ γυῖα Herc. f. 231. τοῦ γήρως μοι συνεκπονοῦσα κῶλον ἰατρὸς γενοῦ Ion. 739. λευκὰ γήραι σώματα Herc. f. 910. ὅπως εἰς γῆρας μόλοι Alc. 53. οὐδὲ γήρως ἔβας τέλος ib. 415. γήρως ἐσχάτοις πρὸς τέρμασιν Andr. 1082. γήραι μηδὲν ὑπείκων Iph. A. 138. οὐχ ἅπαντα τῷ γήραι κακὰ πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ ἐμπειρία ἔχει τι δεῖξαι τῶν νέων σοφώτερον Phoen. 531. τὸ γῆρας τῶν νεωτέρων φρενῶν σοφώτερον πέφυκε Pel. fr. V, 1. τὸ γῆρας ὡς ἀναιδείας πλέον Alc. 730. ἃ δ' ἂν μάθῃ τις, ταῦτα σώζεσθαι φιλεῖ πρὸς γῆρας Suppl. 917. τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ Aeol. fr. IX (XIX), 1. βάρβαρον λέχος πρὸς γῆρας οὐκ εὔδοξον ἐξέβαινέ σοι Med. 592. πρὸς τὸ γῆρας τοὺς γάμους ποιουμένους Dan. fr. II (VI), 2. ἐρεῖ τις ὡς τὸ γῆρας οὐκ αἰσχύνομαι μέλλων χορεύειν Bacch. 204. τὸ (σον) γῆρας οὐ σοφόν Or. 490. ἀναίνομαι τὰ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶν νοῦν οὐκ ἔχον Bacch. 252. ἀπελθέτω δὴ τοῖς λόγοισιν ἐκποδὼν τὸ γῆρας ἡμῖν τὸ σὸν, ὅ μ' ἐκπλήσσει λέγειν Or. 548, quae Orestis ad Tyndareum senem verba sunt, ut ib. 630. στεῖχ', ὡς ἀθορύβως οὐπιὼν ἡμῖν λόγος πρὸς τόνδ' ἵκηται γῆρας ἀποφυγὼν τὸ σόν. γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνον Iph. A. 4. γήραι τῷδ' ἀσυμφορώτατα Tr. 491. δέδοικα μὴ πόνοις ὑπερβάλῃ με γῆρας Cresph. fr. XV (IV), 4. ἀτιμάζοντα σὸν γῆρας Alc. 662. μάτην ἄρ' οἱ γέροντες εὔχονται θανεῖν γῆρας φέγοντες καὶ μακρὸν χρόνον βίου ib. 673. μῶν Πιτθέως τι γῆρας εἴργασται νέον; Hipp. 794. μένε καὶ γῆρας Med. 1396. Dativum non γήρᾳ, sed γήραι scribendum esse monuerat *Hermannus* ad Soph. El. 1397 eamque sententiam ab *Ellendtio* lex. Soph. I. p. 363 impugnatam rationibus confirmavit in eph. ant. Darmst. 1835. p. 762 sq. Cui scripturae secundae et primae declinationis analogiam obstare recte quidem me monuit *Bernhardus* frater: nam eodem iure quo λόγο-ς, λόγο-ος λόγοο (λόγοιο) λόγου, λόγο-ι λόγῳ, et μοῖρα, μοίρα-ος μοίρας, μοίρα-ι μοίρᾳ, etiam γῆρα-ς, γήρα-ος,

γήρα-ι γήρᾳ declinari. Cf. *Buttm.* gr. mai. I. p. 106. At enim ipse, si usum antiquissimum et rationem spectes, rectius et μοίραι pro μοίρᾳ et λόγωι pro λόγῳ vel λόγοι ut οἶκοι πέδοι ἴσθμοῖ scribi existimat. Quam veram scribendi rationem etsi nostrae aetati niminm superstitiosae umquam persuasum iri despero, tamen prima certe et antiquissima declinatio, quae tertia fuit, perniciosa ista litera purganda est. Γήραι δέπαι σέλαι, ut ξίφει et αἰδοῖ, Graecos veterrimos exarasse certissime efficitur diaeresi epicis et Ionibus in his omnibus consueta, quae, si γήρᾳ δέπᾳ σέλᾳ scripsissent veteres, fieri nullo pacto potuisset. Itaque *Hermanno* toto pectore assentior, modo sibi constitisset vir clarissimus neque tum γήραι (Hec. 201) tum rursus γήρᾳ (Iph. A. 138) edidisset. Apud Homerum autem ut persaepe est γήραϊ, ita γήραι ὑπὸ λιπαρῇ scribendum Od. λ', 135 et ψ', 283, ut δέπαϊ est Il. ψ', 196, ita χρυσέῳ δέπαι, ὄφρα πίοιμι scribendum Od. κ', 316, ut σέλαϊ est Il. ρ', 739, ita σέλαι scribendum Od. φ', 246. Eaque scriptura, nisi diaeresis est, omnibus huius generis nominibus in ας exeuntibus ubique restituenda. *Const. M.*

γηράσκειν, γηρᾶν, unde perfectum γεγήρακα Ion. 1392, *senescere.* ἄπαιδε γηράσκετε Alc. 739. Cf. Ion. 619. ἄτεκνος γηράσκω Suppl. 967. ὅσοι γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων Dict. fr. I (XIV), 6. Tralate. οὐ γεγήρακ' (ἀντίπηξ) ἔκ τινος θηλάτου εὐρώς τ' ἄπεστι πλεγμάτων Ion. 1392. χάριν γηράσκουσαν ἐχθαίρω φίλων Herc. f. 1223. Aoristi infin. esse γηράναι et partic. γηράσας *G. Dindorfius* docuit in nov. Steph. thes. II. p. 610.

γηροβοσκεῖν, *senem alere, nutrire.* οἳ (παῖδες) γηροβοσκήσουσι καὶ θανόντα σε περιστελοῦσι Alc. 666. Cf. Med. 1033, ubi eadem sententia iisdem fere verbis effertur.

γηροβοσκός, *senectutis altor.* ὦ γηροβοσκὼ μητρὸς Phoen. 1445. ἐγὼ δὲ γηροβοσκὸν οὐκ ἔχω τεκοῦσ' ἃ τάλαινα παῖδα Suppl. 923.

γηροτρόφος i. q. γηροβοσκός. κείνου λέγω καὶ παῖδά μ' εἶναι καὶ φίλον γηροτρόφον Alc. 671.

γηρύειν, *vocem edere, loqui, dicere, sonare.* *Med.* ὦ δώματ', εἶδε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι καὶ μαρτυρήσαιτε Hipp. 1074. δεινὸν τόδ' ἐγηρύσω El. 1327. ὦ παῖ, τί θροεῖς; οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσει Hipp. 213. Longum ῡ in futuro et aoristo, in praesenti et imperfecto anceps, breve plerumque ante brevem syllabam, longum ante longam esse *G. Dindorfius* docuit in nov. Steph. thes. II. p. 612. De stirpe v. γῆρυς.

γῆρυς, *vox, sonitus.* μακρὰν γὰρ ἕρπει γῆρυς, ἐμφανὴς γε μήν El. 754. σὴν γῆρυν ἠσθόμην κλύων, σοφὴν σοφοῦ παρ' ἀνδρός Bacch. 178. φθέγματος ἠσθόμην τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν Rhes. 609. *Iliac*

βόες — σάρκα φωνήεσσαν ἤσουσίν ποτε, πικρὰν Ὀδυσσεῖ γῆρυν, Tr. 441. V. Hom. Od. μ', 396. τί σιγᾷς γῆρυν ἄφθογγον σχάσας; Phoen. 967. ὑμνεῖ πολυχορδοτάτᾳ γήρυϊ — ἀηδονίς μελίμνας Rhes. 549. Ὀρφεία γῆρυς Alc. 972. γῆρυν οὐχ Ἑλληνικήν Rhes. 294. Tralate. δέλτων ἀναπτύσσοιμι γῆρυν, ἣν σοφοὶ κλέονται Erechth. fr. XIII (VI), 8. Γῆρυς cognatum est cum κήρυξ. Ambo enim ex ἄω spiritu condensato et consona interserta facta sunt. V. s. γεγωνέναι et ἄϋειν. E γηρύειν Lat. *garrire* ita videtur fictum esse, ut simul onomatopoëticum sit, loquacitatem quippe depingens.

γιγαντοφόνος, *Gigantes caedens*. δόρυ γιγαντοφόνον Herc. f. 1192.

Γίγας, *Gigas*. Γίγας γηγενής Phoen. 1138. Γίγαντι γηγενέτᾳ ib. 129. τοῖσι γῆς βλαστήμασι Γίγασι πλευροῖς πτήν' ἐναρμόσας βέλη (Hercules) Herc. f. 179, ut ipse Hercules ib. 1272. ποίους — Γίγαντας — οὐκ ἐξήνυσα; Cf. Soph. Tr. 1058 sq. *Ellendtium* qui Herculis cum Gigantibus congressum tradiderint nescientem edocere poterat *Barnesius* ad Herc. f. 177. φόνιον Γίγαντ' ἀντίπαλον θεοῖς Bacch. 543. ἦν (μάχην) Φλέγρᾳ Γίγαντες ἔστησαν θεοῖς Ion. 988. κλόνον Γιγάντων ib. 207. Stirpem per se apertam ipse etiam Euripides in tribus locis primo positis significavit. Cf. *Etym. M.* p. 231, 20.

γίγνεσθαι. Radix verbi est ἄω, unde γάω (γαῖα αἶα). A γάω est 1. γέγαα (γεγαώς γεγώς) et γέγηκα (unde inf. γεγάκειν Pind. Ol. 6, 83 et coniunct. γεγάκω ap. Hesych.); forsan hinc etiam aoristus ἔγαν ab Hesychio notatus; 2. (γέω γένος) γενέσθαι (γενήσομαι, γεγένημαι); v. s. βλαστάνειν. Rursus a γενέσθαι praeter praesens γείνεσθαι est 1. ἐγεινάμην et γέγονα, ut a μένω ἔμεινα et μέμονα, quamquam illa etiam e praesenti γείνομαι formata esse possunt, ut ἔκτεινα et ἔκτονα a κτείνω; 2. γίγνεσθαι, quod e γιγένομαι contractum permire putant grammatici. Imo consona inserta sonoque mutato ex γενέσθαι factum est, ut πίπτω e πέτω, μίμνω e μένω. V. s. ἀμπέχειν p. 165. Apparet autem ex his formam γίνεσθαι, quam variam pro γίγνεσθαι formam esse volunt, non magis legitimam esse quam si quis πίτω vel μίνω pro πίπτω et μίμνω diceret. Imo apertum est γίνομαι esse formam assiduo usu e γίγνομαι mutilatam ac depravatam, quae, quum seriore tempore invaluisset, a doctis illius aetatis hominibus in scripta veterum illata est. Egregie id confirmatur eo, quod fere omnes usque ad Aristotelem scriptores, imprimis Attici, fortiorem formam γίγνεσθαι usuparunt et post hunc demum deterior forma γίνεσθαι frequentari coepta est; quamquam etiam tunc nonnulli, ut Polybius et Appianus, antiquiores hac in re scriptores imitati sunt. Tragicos quidem forma tenuiore abstinuisse constat. V. *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 364. Nec verum est quod in novo thes. Steph. II. p. 621

notavit *G. Dindorfius*, Euripidis codicem Vaticanum 909 (Rom. A) locis tantum non omnibus *γίνεσθαι* exhibere. Primum enim, si accurati fuerunt editores, septem tantum in locis scriptura variat, quum quadraginta aliis in locis libri in *γίγνεσθαι* consentiant; deinde talis est illa varietas: Heracl. 626 Ald. rell. Par. E. G. Flor. 1. 2. *γίνεται*. — Hipp. 360 Havn. Flor. 2. Par. A. *γίνεται*. — Ibid. 305 Havn. Flor. A. 10. 15. *γίνου*. — Med. 710 Rom. C. E. tres Florr. *γίνομαι* (Rom. A. cum aliis multis *γίγν.*). — Andr. 685 Ald. rell. *γίνεται*. — Phoen. 483 Ald. rell. *γίνεται*. — Ibid. 1396 Ald. rell. *γίνεσθαι*. Sed haec pauca nullius plane momenti sunt prae tot genuinae formae exemplis. Atque haec omnium antiquiorum scriptorum ratio est. Longe plurimis in locis *γίγνεσθαι* sine dissensu legitur; nonnullis tantum in locis nonnulli codd. vel edd. mutilam formam *γίνεσθαι* exhibent vel a librariis invectam vel ē *γενέσθαι* corruptam. Itaque verissime iam dudum Heraclid. ap. Eustath. p. 1064, 2. 1173, 52 et 1722, 55. *παίοιτο ἂν ὁμοίως καὶ τὸ γίνεσθαι καὶ τὰ κατ' αὐτὸ πάντα, οἷς οἱ μὲν παλαιοὶ ἐν δυσὶ γάμμα ἐχρῶντο, γίγνομαι λέγοντες καὶ γιγνόμενος*. Cf. *Moer.* p. 108. *Valcken.* ad Phoen. 1396. *Poppo.* ad Thuc. I. p. 208. *Schneider.* ad Plat. Civ. II. p. 99 sq. Cet. v. s. *γιγνώσκειν*. — Quum autem *ἄειν spiritum, vigorem, vitam* denotet, hinc etiam *γίγνεσθαι* de *vita* dicitur, quae vel *datur* vel *accipitur*.

1. *Vitam dare, gignere, procreare.* Hac vi solus aor. 1. medii usurpatur. De matre. *ἥ σφ' ἐγείνατο* Or. 29. *ἥ μ' ἐγείνατο* Iph. A. 949. Cf. Ion. 3. El. 964. *ἡμᾶς* (Clytaemnestram) *ἔδωκε — οὐχ ὥστε θνήσκειν, οὐδ' ἃ γειναίμην ἐγώ* El. 1019. *ἡ σοῖς τέκνοισι δεσπότην ἐγείνατο πόθον* Hipp. 308. *Ἰὼ — Καδμείων βασιλῆας ἐγείνατο* Phoen. 836. *οἷον παῖδά σ' ἡ Τιρυνθία — ἐγείνατ' Ἀλκμήνη Διί* Alc. 842. *Λάκαινα Τυνδαρὶς σ' ἐγείνατο;* Iph. T. 806. *ἀριστεύοντ' ἐγειναμην τέκνα* (Hecuba) Tr. 475. *ἑπτὰ κούρους ἐγειναμεθα* (matres supplices) Suppl. 964. De patre. *σ' οἴκων δεσπότην ἐγειναμην* (Pheres) Alc. 684. *παῖδας, οὓς ἐγειναμην* (Agamemno) Iph. A. 399. *Ζεὺς — πολέμιόν μ' ἐγείνατο Ἥρᾳ* Herc. f. 1263. *παισὶν οἷς Ἄρης ἐγείνατο* Alc. 504. De patria. *πατρίδος, ἣ μ' ἐγείνατο* Phoen. 1003. *ἃ σε γειναμένα* (Troia) Tr. 825. Parentes sunt *οἱ γεινάμενοι* Med. 1093. *Medii* in his vim *Schillerus* expressit verbis: *die schaffende Gewalt, die sprossend eine Welt aus sich geboren.*

2. *Vitam accipere, gigni, nasci.* Hac vi perfectum maxime et aoristus 2, nonnumquam etiam praesens et futurum, usurpantur. *Perfect.* *Ἀργεῖος γεγώς* Suppl. 896. *Ἑκάβης παῖς γεγώς* Hec. 3. *σὸν γεγῶτα (παῖδα) —;* Ion. 537. Cf. Iph. A. 856. *σοὶ μὲν αὐτανέψιος γεγὼς, τῷ σῷ δὲ παιδὶ συγγενής* Heracl. 987. *ἀδελφή, εἰ γεγῶσα τυγχάνει* Iph. T. 473. *πότερα δὲ φῦναι δεῖ γυναικὸς ἐκ τινος*

τὸν παιδ', ὃν εἶπας, ἢ γεγῶτ' ἐθέσπισεν; Ion. 779, *iam natum.* ἅλις γὰρ οἱ γεγῶτες Med. 558, *qui nati sunt*, liberi, ut παίδων γεγώτων ib. 490. πόθεν γεγώς; Phoen. 124. ἄλλοθεν γέγονας Ion. 1471. πατρὸς Οἰδίπου γεγώς Phoen. 631. πατρὸς κλεινοῦ γεγώς Andr. 648. Ἀτρέως γεγώς Iph. A. 321. οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ' ἀλάστορος γεγώς ib. 946. ἀληθῶς εἶ κεῖθεν γεγώς; Iph. T. 509. αὐτανεψίω πατρὶ ἂν εἴη σός τε καὶ τούτων γεγώς Heracl. 213. Αἰόλου γεγώς Ion. 64. δωρεῖταί σε αὐτοῦ γεγῶτα ib. 1535. πατέρων ἐσθλῶν — γεγώς Archel. fr. V (XVIII), 2. πατρὸς ἐσθλοῦ γεγῶτες Heracl. 236. γεγῶσαν ἐσθλοῦ πατρός Med. 406. ἀ τῶν εὐπατριδῶν γεγῶσ' οἴκων Ion. 1073. πολλοῖς — μὴ γεγῶσιν αἵματος ταὐτοῦ El. 531. ἐξ ἐμοῦ γεγώς Hipp. 943. ἐξ ἡμῶν γεγώς Andr. 710. πατρὸς ἐκ ταὐτοῦ γεγώς Iph. A. 406. ἐκ θεᾶς γεγῶτα ib. 901. παιδὸς ἐξ ἐμῆς γεγώς Bacch. 1308. ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγώς Hel. 948. ἐκ τῶν Ἐρεχθέως γεγώς Ion. 1573. ἐκ ταὐτοῦ πατρὸς Ἀγαμέμνονος γεγῶσα Iph. T. 801. θάλλει ἐλαίας ἐξ ἀκηράτου γεγώς Ion. 1436. ἀπὸ Θεσσαλοῦ πατρὸς γεγῶτα Alc. 681. πατέρων Μυκηναίων ἄπο γεγῶσιν El. 36. Cf. Hel. 1701. *Aorist.* Ion. 1288 Creus. ἀλλ' οὐκέτ' ἦσθα Λοξίου, πατρὸς δὲ σοῦ. Ion: ἀλλ' ἐγενόμεσθα, πατρὸς οὐσίαν λέγω, quem locum egregie explicuit *Hermannus.* ἐπεὶ ἐγενόμην Phoen. 1594. τίς — παῖς ἐγένετο σῷ πόσει; Bacch. 1274. τὸ μὴ γενέσθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω Tr. 632; cf. fr. inc. tr. LXXX (CXLVIII), 1. ἢ μὴ γενοίμαν ἢ πατέρων ἀγαθῶν εἴην — μέτοχος Andr. 767. Cf. Tr. 504. ἐσθλῶν γενέσθαι Hec. 380. ὁ κείνου γενόμενος Or. 509. Αἴγινα θυγάτηρ ἐγένετ' Ἀσωποῦ πατρός Iph. A. 697. Διὸς παιδὸς γενέσθαι παῖς Ion. 559. οἱ τοῦδε παῖδες γενόμενοι Ion. 1576. Cf. ib. 1582. οἱ ἐκ σοῦ γενόμενοι παῖδες Tr. 699; cf. ib. 1254. ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρός Phoen. 159. ἐκ τοῦδ' ἐγενόμην Herc. f. 1258; cf. Dict. fr. XV (XI), 2. *Praes.* Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεός, ἀλλ' εἴ τι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ Hipp. 360. Sic etiam ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα Alcm. fr. VII (VIII), 2. Cf. Oenom. fr. II, 2. θνήσκει δ' οὐδὲν τῶν γιγνομένων Chrys. fr. VI (VII), 12.

3. Ex primaria vero *procreationis* vi creberrima ista significatio fluxit, qua est *fieri* (*werden* et de factis *geschehn*), indeque etiam *exsistere, evadere.* Hoc sensu omnia praeter aor. 1. tempora usitata sunt, maxime autem *perfectum* γεγώς. Perfectum autem quum continuationis vim habeat, sponte quidem intelligitur γεγώς saepe esse i. q. ὤν, plerumque tamen propriam admixtam habet notionem: *qui factus est, qui exstitit. Perf.* οὐδὲν γεγῶσι (βροτοῖς) Andr. 320, *qui nihil facti* vel *nati erant.* κείνου γὰρ ὅδε πέφυκε τοιοῦτος γεγώς; Or. 483, *qui talis exstiterit* vel *sit.* Cf. Heracl. 816. κακὸς γεγώς Or. 1617. αὐθάδης γεγώς Med.

223. ἔχθιστος γεγώς ib. 467. σοφὸς γεγώς ib. 548. οὐ σοφὸς γεγώς Suppl. 219. φυγὰς γεγώς Med. 554, als ein flüchtig Gewordener. σωφρονέστερος γεγώς Hipp. 995. εὐσεβὴς γεγώς ib. 1309. γενναῖος γεγώς Alc. 863. τῆσδε πολλῷ κυριώτερος γεγώς Andr. 581. φίλον γεγῶτα Iph. T. 686. Θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι Bacch. 47. Cf. ib. 284. 1345. θεὰ γεγῶσα Andr. 1255. θνητὸς γεγώς Bacch. 199; cf. ib. 1330. Herc. f. 1330. Cress. VII (Thyest. II), 2. fr. inc. tr. LXIX. ἄτεκνος ἀρσένων παίδων γεγώς Bacch. 1304. Cf. Ion. 110. ἐνδέξιος σῷ ποδὶ παρασπιστὴς γεγώς Cycl. 6. συγγενὴς γεγώς Heracl. 30; cf. Alc. 535. Bacch. 1348. οὐδὲν κακίων γεγὼς πατρός Heracl. 327. ἔκδικος γεγώς Hel. 1036. οὐ κατάξιος γεγώς El. 46. ἄνθρωπος γεγώς Alcmen. fr. IV, 1. Cf. Chrys. fr. IV, 1. In. fr. XIV (XX), 2. ὄλβιος γεγώς Archel. fr. XVII (XXI). σεμνοὺς γεγῶτας Med. 216. ἀδύνατοι γεγῶτες Iph. A. 369. ποίας πολίτης πατρίδος — γεγώς; Iph. T. 495. δοῦλοι γεγῶτες τῆς τυραννίδος Herc. f. 251; cf. Andr. 435. ἥσσους γεγῶτες Beller. fr. XXV (XXI), 4. κακοὶ γεγῶτες Oenom. fr. II, 6. πολλοὶ γεγῶτες ἄνδρες Temen. fr. XIV, 1. Φοίβῳ γυνὴ γεγῶσα; Ion. 339; cf. Herc. f. 1175. γεγῶσα τηλικήδε Meleagr. fr. XIII (XVII), 3. [ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγώς Dan. prol. 30.] Sic etiam χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα Cycl. 633. οὐ πόσις ἡμῶν προδότης γέγονεν; Ion. 864. [Θεῶν τοῦ κλέμμα γέγονας; Iph. A. 1615.] *Praes.* et *imperf.* μὴ κακόν τι δρᾶσαι καὶ παθεῖν ἃ γίγνεται Phoen. 483. ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε Hipp. 1327. ἃ δὴ κατ' ἄνδρα γίγνεται νεανίαν Iph. A. 933. τὸ δ' εὖ μάλιστά γ' οὕτω γίγνεται, εἰ — Iph. T. 580. τὰ δ' οἴκοι τοῖσδ' ὅμοι' ἐγίγνετο Tr. 379. ἄξια δ' εὐγενίας τάδε γίγνεται Heracl. 626. Cf. ib. 700. El. 606. Heracl. 294. κακῆς γυναικὸς ἄνδρα γίγνεσθαι κακόν Or. 735. Κρέων Μεγάρας τῆσδε γίγνεται πατήρ Herc. f. 9. ἀργὸν ὥστε γίγνεσθαι δόρυ Phoen. 1396. κακῆς ἀπ' ἀρχῆς γίγνεται τέλος κακόν Aeol. fr. XII (II). στείχοιμ' ἄν, εἴ τις ἡγεμὼν γίγνοιθ' ὁδοῦ El. 669. πρὸς τάδ' ἄνδρα γίγνεσθαί σε χρή ib. 693. ἄντομαί σε — ἱκεσία τε γίγνομαι Med. 710. θρασὺς — κακὸς πολίτης γίγνεται Bacch. 271. γίγνομαι δέ πως ἔννους μεταστᾶσα τῶν πάρος φρενῶν ib. 1268. πολλῶν σοφιστὴς πημάτων ἐγιγνόμην Heracl. 993. τοιαῦτα δρῶντι τἄμ' ἐγίγνετ' ἀσφαλῆ ib. 1004. διωκόμεσθα —, ἔκδοτος δὲ γίγνομαι Ion. 1251. ἀκόλαστα — γίγνεται δούλων τέκνα fr. inc. tr. CXXX. δράκων μου γίγνεται τό γ' ἥμισυ Cadm. fr. ap. *Matth.* p. 118. ἀὼς δὴ πέλας, ἀὼς γίγνεται Rhes. 536. Ita etiam imperativus γίγνου, quem *Blomfield.* ad Pers. 176 temere negavit. V. *Matth.* ad Hipp. 304. πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα γίγνου θαλάσσης Hipp. 305. ἀλλ' ἥσυχοι γένεσθ', ἵν' ἐκπυθώμεθα Cycl. 94. φίλον ξύλον ἔγειρέ μοι σεαυτὸ καὶ γίγνου θρανί

Syl. fr. VII (VII), 2; *Eustath.* p. 107, 28. γενοῦ. De Iph. A. 1242 v. s. ἱκέτης. Porro: ἐκ φίλτρων — γίγνεται βροτοῖς χάρις Hec. 832. κἂν μὴ νοσῇς γὰρ, ἀλλὰ δοξάζῃς, νοσεῖν κάματος βροτοῖσιν — γίγνεται Or. 315. ἡ τοῦ πατρὸς εὐγένεια — τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία Tr. 738. τί τοῦτ' Αἴαντι γίγνεται κακόν; Hel. 101. Ξούθῳ δὲ καὶ σοὶ γίγνεται κοινὸν γένος Ion. 1589. ἡμῖν δὲ κῆδος — κακὸν μέγιστον — γίγνεται Herc. f. 36. ἡ ὁμιλία πάντων βροτοῖσι γίγνεται διδάσκαλος Andr. 685. ἐξ ὧν πάντα γίγνεται βροτοῖς fr. dub. XXIV, 4. ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίγνεται γάνος Bacch. 261. αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται Cresph. fr. XIX (III). σὺν μυρίοισι τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις Archel. fr. XII (inc. tr. XXXIV). τὸ κινδύνευμα γίγνεται καλόν Iph. T. 1001. αὕτη γίγνεται πονηρία; Cycl. 641, *num haec fit iam subito ignavia?* Aor. ἆχθος ἡμῖν ἐγένεθ' ἡ Φρυγῶν πόλις Ἑλένη τε Iph. A. 682. λόχευμα τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς ἐγένετο τέρας ὅλοὸν Ἀτρέος Or. 1000. ἐγενόμην μητροκτόνος Or. 587. νῦν δ' ἐγένετό τις οὖρος ἐκ κακῶν Ion. 1509; cf. Herc. f. 95. καλλίνικος γενόμενος Phoen. 1259. ψευδὴς γενομένη Iph. A. 852. Forsan huc pertinet fr. inc. tr. CVIII. ἔχει τελευτὴν ἥσπερ οὕνεκ' ἐγένετο. Denique huius modi est νόστος Ἀχαιῶν ἐγένετο; Iph. T. 527. Longe saepius autem aoristus futuram rem indicat, quae pariter ac iam *praeterita* vel *absoluta* cogitatur. ἢν γυνὴ γένῃ οἵαν γενέσθαι χρή σε τῷ ξυνευνέτῃ Hel. 1308, *si uxor eris, qualem te esse oportet.* Cui loco simillimus est Hipp. 512. ἡράσαθ' ἡμέραν μίαν νέος γενέσθαι κἀποτίσασθαι δίκην ἐχθρούς Heracl. 852. μὴ πέτρος γένῃ Or. 1520. Cf. Alc. 782. σύ μοι γενοῦ τιμωρὸς ἀνδρός Hec. 790. γενέσθω δή ποτ' εὐτυχὲς γένος τὸ Ταντάλειον Hel. 861. ἵν' Ἴλιον πάλιν κατοικίσειαν καὶ πόλις γένοιτ' ἔτι Tr. 700. γενοίμην πέτρος Herc. f. 1397. Cf. Med. 975. σὺ δ' ἂν γένοιό γ' ἀθλιωτάτη γυνή Med. 818. Cf. ib. 738. οὐκ ἂν γενοίμην φρονεύς Iph. T. 1007. Cf. Iph. A. 988. 1023. Rhes. 335. Heracl. 952. Herc. f. 95. ὡς ἔρις γένοιτο El. 1282. Futuri notio imprimis conspicua in his: τοὐμὸν οὐχὶ συγγνώμην ἔχει προδότην γενέσθαι πατρίδος Phoen. 1003. ἄγονον Ἀπόλλων — μ' ἐθέσπισεν φονέα γενέσθαι πατρός ib. 1593. Cf. El. 1304. De facto. εἰ γὰρ γένοιτο Or. 1209. γένοιτο δ' εὖ πως Hec. 902. εὖ σοι γένοιτο Alc. 630. ὃ μὴ γένοιτο Ion. 731. Cf. Heracl. 714. [γένοιτό σοι καλῶς Iph. A. 1626.] εἰ τύχοι, γένοιτ' ἄν Or. 778. πῶς ἂν γένοιτ' ἄν, ὥστε —; ib. 1017. πῶς — γένοιτ' ἂν — καλῶς; Bacch. 824; cf. El. 534. τί μὴ γένηται; Suppl. 544. οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτο Heracl. 66. ἦ γένοιτ' ἂν ἐνδικωτέρως ib. 544. τάχ' ἂν γένοιτο Alcmen. fr. XII (XI), 2. γένοιτο δ' ἂν πόλλ', ὧν δόκησις οὐκ ἔνι Androm. fr. XIII (inc. tr. LXXIV), 2. οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά Aeol. fr.

II (VI), 3. Huc pertinet formula ἀλλ' ὡς γενέσθαι Hec. 888 Tr. 721 Iph. T. 603, quam alii γενέσθω scribi volunt. *Herm.* ad Hec. 868: „Quum huius formulae ἀλλ' ὡς γενέσθαι tria tantum exstare videantur in Euripide exempla, quorum secundum in Iph. T. 603, tertium Tr. v. 721 est, atque in Troadibus quidem liber Harleianus, in Iphigenia Taurica autem codd. omnes γενέσθω habeant, hic quoque e membranis et Musgravii libro P. et quibusdam aliis γενέσθω cum *Brunckio* exhibendum putavi, quod postea etiam *Porsonus* adscivit." Secutus hos est *Dindorfius*. Circumspectior fuit *Matthiae*, qui ad Hec. 871 rectissime monet: „Quomodo e γενέσθαι fieri potuerit γενέσθω, intelligo; γενέσθω quomodo in γενέσθαι mutari potuerit, non intelligo. Cf. *Hemsterh.* ad Arist. Plut. v. 598. Videtur fuisse formula solemnis in Atheniensium decretis, in quibus infinitivi pro imperativis recepti erant." V. *Pflugk.* ad Hec. l. et *Matth.* gr. p. 1269. οἶσθά νυν ἃ μοι γενέσθω; Iph. T. 1204. *Futur.* κύων γενήσει Hec. 1265. εἰ μὴ οἶδα νήνεμος γενήσεται Iph. T. 1412. De facto. νόστος εἰ γενήσεται Heracl. 645. Cf. Iph. T. 527. ποῦ γενήσεται τόδε; Hel. 981. πῶς τάδ' οὖν γενήσεται; Heracl. 1021. εἰ γενήσεται τάδε Med. 931. Cf. Iph. T. 999. τὸ μέλλον, ὅ τι γενήσεται Hel. 354. Saepe autem hac potestate cum dativo iungitur commodeque vertitur *obtingere* (*zu Theil werden*). ὅ σοί γε γίγνεται Ion. 559. εἰ δεῖ τῷ Πηλέως χάριν γενέσθαι παιδί Hec. 384. ἐμοὶ χρὴν πημονὰν γενέσθαι ib. 630. ἐμοὶ τόνδ' ἐξεγεῖραι ξυμφορὰ γενήσεται Or. 139. καί μοι γένοιτ' ἀδελφὸν ἀντήρη λαβεῖν Phoen. 761. τί δῆτα ῥῦμά μοι γενήσεται; ib. 990. Cf. ib. 1268. Med. 544. 598. 669. 715. Alc. 71. τοῖς γὰρ ἐμοῖσιν γέγον' ὠφέλια Andr. 539. Cf. Hec. 392. Iph. T. 415. 596. Heracl. 582. Hel. 330. 487. Ion. 672. Herc. f. 603. Aeol. fr. VI (VII), 2. Antiop. fr. XLVI (XLI).

4. Quoniam vero id, quod *factum est* (ἐγένετο), revera *est*, hinc γενέσθαι saepissime est i. q. εἶναι. V. s. 3. εὐδαίμων, ὃς ὕπερθε μόχθων ἐγένετο Bacch. 903. τοὔνομα γένοιτ' ἂν πολλαχοῦ, τὸ σῶμα δ' οὔ Hel. 594. Ἄρχει γενέσθαι Iph. T. 999. σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ Hec. 372. σὺ νῦν γενοῦ τοῖσδ' ἀντ' ἐμοῦ μήτηρ τέκνοις Alc. 377. πόλει μοι ξύμμαχος γενοῦ Suppl. 630. λυτήριος ἐκ θανάτου γενοῦ Alc. 224. Διὸς κρείσσων γενοῦ Tr. 948. οἰνοχόος γέ μου γενοῦ Cycl. 563. γενοῦ τοῖσδε συγγενὴς, γενοῦ φίλος Heracl. 230. ἰατρὸς γενοῦ Ion. 740. ὦ γεραιὲ πούς, νεανίας γενοῦ ἔργοισι ib. 1041. σοφὸς γενοῦ Herc. f. 139. παρ' ἐμοὶ γενοῦ νῦν, μὴ 'πὶ φροντίδας τρέπου Iph. A. 646. γενοίμεθ' ὧδε πατέρες γενοίμεθ' εὔτεκνοι Phoen. 1067. κριτὴς δέ τις θεῶν γένοιτο ib. 471. εἴθε γενοίμαν ἐν σοῖς δαπέδοις Hipp. 230; cf. ib. 732. εἰ γὰρ γενοίμην — ἀντὶ σοῦ νεκρός Hipp. 1410. γένοισθ' εὐδαίμονες

Iph. T. 1078. εἰθ', ὦ βραχίων, — σύμμαχος γένοιό μοι Heracl. 742. εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι Hec. 836. εἴθε ποτανοὶ γενοίμεθα Hel. 1495; v. s. εἴθε. εἰ δὴ γενοίμην δειμάτων ἐλευθέρα El. 911. θεοῦ χορὸς γενοίμαν ἄφοβος Phoen. 243. μηδὲ Μοῦσά μοι γένοιτ' ἀοιδός — Tr. 385. ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων Herc. f. 821. ὅπως δαιτὸς γενοίμην — δίχα Iph. T. 952. οὔποτ' ἂν φίλον τὸ βάρβαρον γένοιτ' ἂν Ἕλλησιν γένος Hec. 1200. πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδε δυσποτμώτερα; Phoen. 1357. εὐτυχέστερος ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος ib. 1230. [θυγατρὸς ἕνεκ' ὄλβιοι γενοίμεθ' ἄν Iph. A. 1621.] τίς ἂν γένοιτο τῆσδε γῆς εὐεργέτης ib. 151. ἅπας μὲν οὐ γένοιτ' ἂν εἰς ἡμᾶς φίλος Ion. 427. τίς — μάρτυς γένοιτ' ἄν; El. 378. ἅλις ἐλθὼν ἱκανὸς ἂν γένοιο σύ Herc. f. 495. ἕτλα σοῖσι μηλονόμας (Apollo) ἐν δόμοις γενέσθαι Alc. 578. οὐ γὰρ ὧδ' ἀνάστατον γένος γενέσθαι δεῖ τὸ σὸν Andr. 1250; cf. ib. 335. αἰσχύνομαι — κακὸς γενέσθαι Suppl. 913. πολλῷ γενέσθαι — σοφώτερος Iph. A. 445. [δὸς γενέσθαι πλοῦν — ἀπήμονα Iph. A. 1575.] μήτ' ἀναγκάσῃς ἐμὲ κακὴν γενέσθαι περὶ σὲ μήτ' αὐτὸς γένῃ ib. 1184. ἀλκὰν ἥσσονες Ἑλλάδος ἐγενόμεθ' αἰχμᾶς Or. 1485. ἐκ θαλάμων ἐγένετο — ἄφαντος ib. 1495. Φοίβῳ λάτρις γενόμαν Phoen. 229. φίλος ἐχθρὸς ἐγένετ', ἀλλ' ὅμως φίλος ib. 1455. γενόμεθα γενόμεθ' ἄθλιοι — μάλιστα ib. 1708. ἔξω ἐγενόμην γνώμης ἐμῆς Ion. 926. τίς ἡμῶν ἐγένετ' ἀθλιωτέρα; Hel. 600. ἐξ οὗ Διὸς Ἰδαίου μύστης γενόμην Cret. fr. II, 11. Praeterea huc traho ἔστι δ' οὗ σιγὴ λόγου κρείσσων γένοιτ' ἄν Or. 639. δάκρυα γοῦν γένοιτ' ἄν ib. 786. ἔκπληξις ἂν γένοιτο Phoen. 736. γένοιτ' ἂν κέρδος Suppl. 603; cf. Heracl. 464. Hel. 316. Hipp. 961. El. 536. ὄνομα ἐμοῦ γένοιτ' ἄν Iph. T. 697, *sit*, h. e. *vigeat*. ἄλλος' ἀποτροπὰ κακῶν γένοιτο, τὸ δὲ σὸν εὐτυχές Hel. 364. πόμπιμοι λαίφει πνοαὶ γένοιντο καὶ νεὼς δρόμος ib. 1080. Cf. Alc. 1138. Inanes essent argutiae in his notionem *fieri* anxie scrutari. Etiam *futurum* γενήσομαι, quod ab aoristo 2 quippe derivatum proprie denotat *factus ero*, saepe ita usurpatur, ut simpliciter sit i. q. ἔσομαι. ὀπαδῶν τίς ὄλεθρος γενήσεται; Or. 1126. καί μου κλέος — μακάριον γενήσεται Iph. A. 1384. εἰ σύμμετρος σῷ ποδὶ γενήσεται (βάσις) El. 533. τῆς γε τόλμης οὐ σπάνις γενήσεται Or. 940. ἄταφος ὅδ' ἀνὴρ — γενήσεται Phoen. 1650. ἐμποδὼν γενήσομαι — τῇ θεῷ; Iph. A. 1396; cf. ib. 974. σοῖς ἀραῖα δώμασιν γενήσομαι Iph. T. 779. ἐγὼ προφήτης σοι λόγων γενήσομαι Bacch. 211. οὐδὲ — ἦσυχος γενήσομαι ib. 1359. καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν — γενησόμεσθα Med. 766. κακὸν χἀτέρῳ γενήσομαι θανοῦσα Hipp. 728. ταῖς θεαῖσι — σύμμαχος γενήσομαι Tr. 969. κομψὸς γενήσει καὶ λαλίστατος Cycl. 314.

Locus corruptus nec dum sanatus est βρόχοισι δ' ἀρκύων γενήσεται ξιφηφόροισι Herc. f. 729; v. *Matth.* ad l.

γιγνώσκειν, 1. *cognoscere, percipere, (unmittelbares, objektives, sinnliches Erkennen).* a) Videndo: *cognoscere, agnoscere, erkennen.* σὺ με γιγνώσκεις ὁρῶν; Heracl. 639. νῦν δὲ γιγνώσκω σὲ δὴ El. 768. κατ' εὐφρόνην ἀμβλώπες αὐγαὶ κοὐ σε γιγνώσκω τορῶς Rhes. 737. ἔγνω δέ σ' Ἑλένη Hec. 243. ἔγνως ἄρ' ὀρθῶς ἄνδρα δυστυχέστατον Hel. 571. θεὸς — τὸ γιγνώσκειν φίλους ib. 567. μὴ γνῶναι φίλους Ion. 1596. οὐ γνοίην ἂν εἰσιδοῦσά νιν El. 283; cf. ib. 285. εἴ μέ τις γνοίη σκοπῶν ζητοῦντ' ἀδελφήν ib. 97. ὡς — γνώσθῃ (παῖς) Κρεούσῃ Ion. 72. ἐγνώσθη δ' ὑπὸ γέροντος (Orestes) El. 852. κἄπειθ' ὑποβλεπώμεθ' ὡς ἐγνωσμένοι —; Herc. f. 1287. ἐγνωσμένος καὶ πάροιθέ σοι Tr. 237. οὐκ ἔστιν — κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς; El. 539. οὔ πώποτ' ἔγνων μαστόν Ion. 319. C. *partic.* ἔγνω κλύδωνα πολεμίων προσκείμενον Iph. T. 316. μάντεις — διαλλαγὰς ἔγνωσαν οὐ τελουμένας Heracl. 820. b) Audiendo: *cognoscere, percipere, audire, vernehmen.* ἄγγελον γλῶσσαν λόγων δοὺς ὥστε γιγνώσκειν ὅπα Suppl. 204, ubi legendum puto: οὗς τε γιγν. ὅπα. Alii aliud coniecerunt. ἔγνως γὰρ ἄτην παιδός —; Hec. 686. ἐπειδὴ ξυμφορὰν ἔγνω Φρυγῶν ib. 776. γνόντος ὡς εἰς Ἴλιον οὐκ ἦλθον Hel. 58. παιδὸς γνοῦσα θανάσιμον μόρον Hec. 1145. C. *partic.* γνόντες Ἀχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινά ib. 1140.

2. *Cognoscere, intelligere (mittelbares, subjektives, intellektuelles Erkennen).* a) *Intelligere, perspicere, animadvertere.* ἢ γνοὺς ἢ τινὸς μαθὼν πάρα Phoen. 33. ἰδὼν μὲν γνούς τε σῇ ψυχῇ οὐκ οἶσθα Tr. 1171. αὐτὸς σὺ γίγνωσκε Hel. 1273. ἔγνωκα καὐτός Alc. 1083. γνῶσα τάδ' αὐτός Ion. 1357. Huc pertinet formula ἔγνως, *so ist's, propr. intellexisti s. perspexisti.* V. Or. 1131. Phoen. 990. Andr. 884. 921. Rhes. 281. El. 617. Etiam Ion. 1115 ex ingeniosa *Porsoni* emendatione nunc legitur: ἔγνως· μεθέξεις οὐκ ἐν ὑστάτοις κακοῦ. Antea hic scriptum erat ἐγνώσμεθ' ἐξ ἴσου κἂν ὑστάτοις κακοῦ. Dormitavit hoc loco *Matthiae.* ἀλλὰ κρατεῖ μὴ γιγνώσκοντ' ἀπολέσθαι Hipp. 249. *inscium*, ut ὃ δ' ἠπάτα σε — οὐκ ἐγνωκότα El. 938. γιγνώσκω καλῶς Med. 935 Heracl. 982, et alio sensu Med. 228. ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα γιγνώσκειν καλῶς κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηχ' οὑμός πόσις. V. s. καλῶς. οἷα τοῦδε γιγνώσκω κλύων Rhes. 746. δεῖ σε γνῶναι, ἵν' εἰ γῆς Andr. 168. ἐγνώκαμεν ταῦτα Bacch. 1344. γνόντας τάδε Suppl. 555. τῷ τόδε γνῶναί με χρή; Ion. 1344. ποίῳ τόδ' ἔγνω χρωμένη τεκμηρίῳ; ib. 349. ἃ δ' ἔστ' ἄσημα κοὐ σαφῶς γιγνώσκομεν Suppl. 211. τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς Hipp. 346. τὰ χρήστ' ἐπιστάμε-

σθα καὶ γιγνώσκομεν Hipp. 380. Cf. Iph. T. 491. γίγνωσκε τἀνθρώπεια In. fr. XXI, 1. γνῶτε τἀνθρώπων κακά Suppl. 549. γνῶθι τύχαν, λόγισαι τὸ παρὸν κακόν Andr. 126. γίγνωσκε ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν τῶν σῶν Hec. 227. ἔγνως τὴν νικῶσαν — βουλήν Med. 912. μίασμα δ' ἔγνως — πρίῳ τρόπῳ; Iph. T. 1178. γνοὺς ταμπλάκημα Phoen. 23. [εὑνὴν κρυφαίαν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα δή Dan. prol. 14; cf. ib. 33.] τὴν ἐμὴν ἐρημίαν γνόντες τέκνου τε τοῦδε Andr. 571. γνώσει — τὴν ἐμὴν προθυμίαν Rhes. 667. γνώσει αὐτὴ ξημίας ἀποστροφήν Med. 1223. (Oedipus) δυσξυνετὸν ξυνετὸς μέλος ἔγνω Σφιγγός Phoen. 1511, ut ὃς τὰ κλεινὰ αἰνίγματ' ἔγνω ib. 1747. τίς ἂν δίκην κρίνειεν ἢ γνοίη λόγον —; Heracl. 180, de re controversa, ubi etiam nos *erkennen*. Sic etiam πόλλ' ἀμιλληθέντα μαρτύρων ὕπο τάναντί' ἔγνων Phoen. fr. IV (IX), 3, *arbitria feci*. Porro τούς τε κακοὺς γνῶναι καὶ τοὺς ἀγαθούς Herc. f. 666. ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαι σέ γ' ἢ κακόν Alex. fr. XVIII (II), 2. ἆρτι γιγνώσκεις τόδε Med. 85. γίγνωσκε ὡς πᾶσιν ἡμῖν κατθανεῖν ὀφείλεται Alc. 420. γιγνώσκων ὅτι τοιοῦτός ἐστιν Phoen. fr. IV (IX), 8; cf. Med. 560. Cycl. 420. ὅταν σφαλῶμεν οὐ γιγνώσκομεν fr. inc. VII, 2. ἔγνωκε δ' οἷον πατρώας μὴ 'πολείπεσθαι χθονός Med. 34. Cf. Iph. T. 934. ὡς ἂν — γνῷ τὸν Ἥρας οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος Herc. f. 840. οὐ γνώσεταί γ' ὅς εἰμ' ἐγώ Hel. 824; cf. Sisyph. fr. I, 13. καλῶς γνῶναι τὸν ἐχθρὸν ἢ μάλισθ' ἁλώσιμος Temen. fr. IX, 2. Eodem sensu cum *participio* iungitur. ἔγνων πόνον τιν' εἰς δόμους πεπτωκότα Herc. f. 597. γυνή τε πρὸς τοῖσδ' οὖσ' ἐγίγνωσκον καλῶς Hipp 406. ὕποπτος οὖσα γιγνώσκει πάλει El. 644. τὰ πρὶν δεδραμένα ἔγνωκε πράξας' οὐ καλῶς Andr. 816. ἔγνων ἀγῶνα τόνδ' ἀγωνιούμενος Heracl. 992. γνῶθι οὖσα — δμωίς Andr. 136. γνώσει αὐθις ἀμπλακών Hipp. 892. At cum *inf.* est *scire* vel *discere*. V. *Matth.* gr. p. 1228. εἰ σωφρονεῖν ἔγνωτε Bacch. 1340. b) *Noscere, cognoscere, cognitionem* al. rei *capere*. μηδὲ γιγνώσκοισθέ μοι οἳ τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε etc. Hec. 255. Sic etiam γνώσει σὺ πάσχων Suppl. 580. γνώσει σύ Heracl. 65. γνώσεται τὸν Διὸς Διόνυσον Bacch. 857. γνώσεται ἔχθραν ἐμήν Andr. 1007. Est etiam *nosse* et in *pass. notum esse*. Huc pertinet γιγνώσκεται γοῦν ἡ 'μπελος τῇ 'μῇ χερί Cycl. 564, *notum s. familiare manui meae vinum*. c) *Cogitare, sentire*. γνοὺς πρόσθεν οὐκ εὖ Iph. A. 388. ἃ οὐ καλῶς ἔγνων τότε ib. 108. οὐ κρεῖσσόν ποτε τῶν νόμων γιγνώσκειν χρὴ καὶ μελετᾶν Bacch. 890. [Sic etiam τῶν δ' ἃ γιγνώσκω πέρι ἄκουσον Ion. 588. Ita hunc locum emendandum esse solus ad hunc diem intellexit *Reiskius*, nisi quod τῶνδ' aperto errore scripsit. Vulgo editur ὧν δὲ γιγνώσκω πέρι, quae

inepta sententia est; nec minus et a verbo et a sententia aliena *deliberandi* significatio, qua γιγνώσκειν hic dici vult *Hermannus. Const. M.*] d) *Indicare, statuere.* γνοίη δ' ἄν ὡς τὰ πολλά γ' ἀνθρώπου πέρι τὸ σχῆμ' ἰδών τις Ion. 239. C. *inf.* ὅθενπερ ἔγνω τοὺς φόβους εἶναι βροτοῖς Sisyph. fr. I, 29. V. *Matth.* gr. p. 1275. not. 2. *Decernendi* significatio tantum in spurio Dan. prol. 43 obvia: ἔγνωκεν ἄμφω ποντίους ἀφιέναι.

[Formam γινώσκειν ap. Eurip. novem in locis, quoad cognoscere potui, vel codices aliquot vel editiones praebent: Rhes. 737 Ald. rell. Hel. 1273 Ald. rell. Alc. 420 Flor. A. 10. Med. 85 omnes edd. et codd. praeter Flor. 2. Ib. 228 Rom. A. B. C. D. Ib. 560 Rom. A. D. Lasc. Ib. 935 Rom. A. B. C. Denique etiam Suppl. 211 et fr. inc. tr. VII, 2 vulgo legebatur γιν. Viginti praeterea in locis nihil diversitatis enotatum. Quae codicum testimonia non flocci facio. Primum enim ne optimi quidem in talibus scripturis quidquam valent, quia sui quisque librarii, non scriptoris, scribendi consuetudinem repraesentant. Deinde scio ut in Platone edendo *Bekkerum* (v. *Schneider.* ad Plat. Civ. T. II. p. 99 sq.), ita qui Euripidis codices excusserint omnes praeter *Elmsleium* in his minutiis negligentissimos fuisse, ut non mirarer si et in novem illis locis et in viginti reliquis tantum non omnes codices tenuiorem formam exhiberent. Codicem certe Parisiensem A. fere ubique habere γινώσκω *Brunckius* testatus est, nec tamen, ubi id habeat, vel *Matthias* vel alius ullus recentiorum editorum commemoravit. Mittamus igitur libros veteres, qui si centum in locis verbum γινώσκω uno ore tuerentur, nullo tamen pacto efficerent hanc legitimam esse formam et ab antiquis scriptoribus usurpatam. Stirps verbi est νόος. Hinc γ̄ praefixo ἔ-γνων factum indeque ex una parte γνώσομαι ἔγνωκα, ex altera praesens γι-γνώσκω, ut βι-βρώσκω τι-τρώσκω δι-δάσκω μι-μνήσκω, alia. V. *s.* βλαστάνειν. Hinc primum intelligitur γινώσκω ex linguae lege non magis dici posse quam νώμη pro γνώμη, ἄνοειν pro ἀγνοεῖν, *conoscere* pro *cognoscere*, *narus* pro *gnarus*: nam γ̄ in talibus inseparabile est ab ν̄. Deinde egregie docuit nec solum *Valckenario* ad Phoen. 1396, sed etiam *Schneidero* ad Plat. Civ. T. II. p. 100 persuasit *Heraclides* ap. Eust. ad Od. T. II. p. 25, 6 sqq. prius γ̄ in γιγνώσκειν ab altero demum originem ducere, hoc alterum igitur necessarium ac primitivum esse. At enim omnibus temporibus a consonarum concursu pingue vulgi os abhorruit. Itaque γιγνώσκειν vulgari dialecto in γινώσκειν depravatum primum in quotidianum sermonem transiit indeque ita paulatim invaluit, ut altera forma magis magisque obscuraretur. Quae quum sint ita, librarios formam aetati suae consuetam in veterum scripta intulisse profecto non mirum est; id autem mirum

etiamnunc doctos non paucos ita religiosos esse, ut Homerum Platonem aliosque hac barbara forma liberare codicum quorumdam causa vereantur. Homerum quidem γιγνώσκειν dixisse primae productio declarat; codicum vero auctoritas hac in re tam vilis est, ut editores facile excusem, qui formam barbaram in codicibus repertam ne mentione quidem dignam iudicarint. Ceterum simillima quidem verbi γίνεσθαι depravatio est, nec tamen recte agunt qui verba γίγνεσθαι et γιγνώσκειν ad eamdem formulam exigunt; formatione enim sua umbo sunt diversissima. *Const. M.*]

Γλαῦκος, n. pr. ὁ ναυτίλοισι μάντις Νηρέως προφήτης Γλαῦκος, ἀψευδὴς θεός, Or. 364.

γλαυκός. Mirum quantum ab huius vocis notione aberrarint et veteres et recentiores. Inveterata est enim ac pervulgatissima opinio *coeruleum* illa colorem (*himmelblau*, *bläulich*) significari. Quin eo iverunt caecitatis, ut, quum Cicero Minervae *caesios* oculos tribuisset, continuo etiam *caesius* i. q. *coeruleus* esse opinarentur. Turpem hanc fraudem esse coarguit etymologia. Γλαυκός e γλαύσσω factum et cum γάλα γαλήνη γελᾶν γλήνη γλαύξ cognatum est. *Hesych.* γλαύσσω· λάμπω, φαίνω. *Etym. M.* p. 234, 15. γλαῦξον· ἐπίλαμψον. Est igitur *serenus*, *lucidus*, *nitidus*, *caesius* (v. s. γλαυκῶπις), unde *lunae*, *aurorae*, *stellarum* epitheton est (*hell*), ut χαροπός. De mari: *hell*, *spiegelnd*, *spiegelhell*. γλαυκὴν ἅλα Cycl. 16 et Hel. 407, ut γλαυκὸν ἐπ' οἰδμ' ἅλιον ib. 1517, ubi mirum est *Hermannum*, ut trimetrum sibi conficeret, et ἐπ' in ὑπέρ mutare et ἅλιον totum delere maluisse quam immutata librorum lectione in antistrophico versu *Matthiae* levissimam correctionem ὅστ' pro ὅς cum *Dindorfio* et *Pflugkio* adsciscere. γλαυκὰ πόντου θυγάτηρ Γαλάνεια Hel. 1473. De oliva: *hellfarbig*, *lichtfarben*. γλαυκᾶς ἐλαίας Iph. T. 1101. Cf. Tr. 799. γλαυκὴν χλόην φυλλάδος καταστεφῆ Suppl. 258. De Minerva: γλαυκᾶς Ἀθάνας Heracl. 754. V. Pausan. I, 14, 6 et nos s. γλαυκῶπις. *Const. M.*

γλαυκῶπις (γλαυκώψ). Fr. inc. tr. ap. schol. ad Apoll. Rh. I, 1280. Εὐριπίδης δὲ ἐπὶ τῆς σελήνης ἐχρήσατο (τῷ γλαυκῶπις) εἰπών· γλαυκῶπις τε στρέφεται μήνη. Ita poetico more vocatur luna *lucida* s. *fulgens*, ut in noto Empedoclis versu: ὅσον μήνης γλαυκώπιδος ἔπλετο εὖρος. Alias simpliciter vocatur γλαυκή. Talia vel caeco persuadeant Minervam γλαυκώπιδα vocari non propter coeruleos quos ei φαντασία grammaticorum affinxit oculos, nisi vero serpentibus quoque (Pind. Ol. 6, 76. Pyth. 4, 443) oculos tam suaves tribuas, sed propter oculos *nitidos*, *fulgentes*, *ardentes*. Quod quum facile possent cognoscere ex verbis Ciceronis, qui de nat. deor. 1, 30 diserte distinguit

Minervae caesios oculos et *caeruleos Neptuni*, tamen etiam *caesius* nomen coloris qui coeli habeat speciem esse maluerunt quam alios Minervae oculos tribuere. *Caesius* et *caecus* a *caedo* descendunt: nempe *caecus* est *geblendet, blind*, et *caesius blendend, funkelnd*. Hinc *caesius leo* ap. Catull. 46, 7. *Const. M.*

γλυκερός, *dulcis*. Tralate τέκνων γλυκερὸν βλάστημα Med. 1099.

γλυκύς (γάλα) proprie *dulcem s. iucundum lactis saporem habens*, hinc omnino *dulcis*. οἶνος γλυκύς Cycl. 557. γλυκεῖαι μέλιτος ῥοαί Bacch. 710. γλυκύτατά φασι (Cyclopes) κρέα τοὺς ξένους φορεῖν Cycl. 126. Tralate *dulcis, suavis, iucundus*. εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχαῖς χάριν Hipp. 526. γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων Antiop. fr. XXIII (XXIX), 6. ὕπνον γλυκυτάταν χαράν Or. 159. ἀρσένων μείζονες ψυχαί, γλυκεῖαι δ' ἧσσον εἰς θωπεύματα Suppl. 1103. γλυκεῖα φροντὶς βίου Aeol. fr. XXII (XV); cf. Med. 1036. τὸ ζῆν σμικρὸν, ἀλλ' ὅμως γλυκύ Alc. 696. τοῦτο δέ γ' ἐστὶν τὸ καλὸν σφαλερόν· γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον Iph. A. 23; vid. *Herm.* ad l. ὦ γλυκεῖα προσβολὴ — τέκνων Med. 1074. μεταβολὴ πάντων γλυκύ Or. 234. εἰς ὄμματ' εὔνουν φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ Ion. 732.

γλυφύς. Proprie γλυφίδες sunt αἱ χηλαὶ τοῦ βέλους, ἀπὸ τοῦ γεγλύφθαι καὶ κεκοιλάνθαι, εἰς ἃς ἡ νευρὰ ἐντίθεται τοῦ τόξου (*Hesych.*), unde ad ipsas *sagittas* tralatum est, τόξων πτερωτὰς γλυφίδας ἐξορμωμένας Or. 274.

γλῶσσα, *lingua*, quatenus est μέρος τοῦ σώματος (*Etymol. M.* s. v.). σταγόνα ἐκ παρηίδων γλώσσῃ δράκοντες ἐξεφαίδρυνον χροός Bacch. 767. γλώσσῃ διαψαίρουσα μυκτήρων πόρους fr. inc. tr. CCXIII. αἱ χεῖρες, ἡ γλῶσσ' ἡ ταλαίπωρός τε φρήν El. 334. ἄγγελον γλῶσσαν λόγων δοὺς Suppl. 204. Hinc *lingua*, quatenus est ἄγγελος λόγων, ut ipse dicit Euripides. ἀνὰ στόμ' ἀεὶ καὶ διὰ γλώσσης ἔχειν Andr. 95. διὰ γλώσσης ἰόν Suppl. 112. φήμας — γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν Ion. 101. Φοίβου ἄσοφοι γλώσσης ἐνοπαί El. 1302. τοῦτό σ' εἰκεῖν ἔχω γλώσσῃ Med. 466, ubi *Matthiae*: „reticetur oppositio, *quum manu te ulcisci nequeam*," et *Pflugkius*: „similis orationis abundantia, ut in Virgilianis illis: *sic ore loquuta est, voce refert.*" Simillime ἵνα γλώσσῃ σύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ Iph. A. 117. Cf. locum Alc. 453 infra exscriptum. γλώσσης ψόφον Herc. f. 229. γλώσσῃ σιγήν Rhes. 649. τὰ ἐκ ποδῶν σιγηλὰ καὶ γλώσσης ἄπο σαίζοντες Bacch. 1047. V. *Blomfield.* gl. ad Aesch. Agam. 786. γλώσσῃ κατασχὼν δῆμον Suppl. 425. εἰ μὴ καθέξεις γλῶσσαν Aeg. fr. VIII (III). μή σου γλῶσσ' ὑπερβάλῃ κακοῖς Hipp. 924. γλῶσσαν ἀφεῖναι Hipp. 901. ἄγαν γ' ἐφῆκας γλῶσσαν Andr. 955. οὐκ εἰς σὲ τείνεται γλῶσσα

Rhes. 876. ἦν τι μὴ — γνώμη παράξῃ γλῶσσαν ἐν λόγοις ἐμήν Iph. A. 1542. νεῖκος ἀνθρώποις μέγα γλῶσσ' ἐκπορίζει Alc. 644. ὦν ἀτηρὰ γλῶσσα εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν fr. inc. tr. CLVIII, 4. Celebres loci sunt ἡ γλῶσσ' ὁμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος Hipp. 612. λέγοντες ἄλλα μὲν γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἄλλα (Spartiatae) Andr. 453. γλώσσῃ οὐδὲν πιστὸν, ἡ θυραῖα μὲν φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται, αὐτὴ δ' ὑφ' αὑτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά Hipp. 395. καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πίστις παρῇ Iph. T. 1064. Porro δειλίᾳ γλώσσῃ χαρίζει Or. 1514. γλώσσῃ — τᾷδικ' εὖ περιστελεῖν Med. 582. ἀθώπευτον γλώσσης Andr. 486. γλῶσσαν ἡδίστην ἔχειν fr. dub. X, 1. γλώσσαις πονηρῶν προστατῶν φηλούμενοι Suppl. 243. γλώσσης κύμποι Hec. 627. ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν Or. 10. σκαιόν γε τἀνάλωμα τῆς γλώσσης τόδε, φόβους πονηροὺς καὶ κενοὺς δεδοικέναι Suppl. 547. διπτύχῳ γλώσσᾳ Tr. 268. εὔτροχον γλῶσσαν ἔχεις Bacch. 268. γλῶσσα φλαύρα fr. inc. tr. XVII, 3. γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή Iph. A. 333. οὐκ ἐχρῆν ποτὲ τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον Hec. 1188. ἦν τὴν γλῶσσαν δάκῃς Cycl. 313. γλώσσης πικροῖς κέντροισι Herc. f. 1288. γλώσσῃ πικρότης ἔνεστί τις El. 1014. Ὀρφέως γλῶσσα καὶ μέλος Alc. 358. [Γλῶσσα cum γλίχεσθαι λίχνος λιχμᾶν λείχειν a λάω descendit, quibus omnibus *appetendi* notio subest, ut nostro *lecken*. V. *Passov.* s. λάω et nos s. λίαν et λίσσεσθαι. Ita *lingua* a *lingendo* dicta, *lingo* autem cum *lambo* cognatum. Quum vero lingua ex ore promineat, hinc et γλῶσσα et γλώξ et γλωχίν de re prominenti usurpantur. *Const. M.*]

γλωσσαλγία, *linguae pruritus*, hinc *linguae petulantia, loquax maledicentia*. τὴν σὴν στόμαργον γλωσσαλγίαν Med. 525. ἦν δ' ὀξυθυμῇς, σοὶ μὲν ἡ γλωσσαλγία μείζων Andr. 690. V. *Ellendt.* lex. Soph. I. p. 371.

γναθμός i. q. γνάθος. Tralate γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων Med. 1201, „i. e. *morsibus*" *Matth.* „Male haec interpretatur schol. Γναθμοί venenis tribuuntur, ut ap. Aesch. Choeph. 273 morbo σαρκῶν ἐπεμβατῆρας ἀγρίαις γνάθοις λειχῆνας. Cf. Prom. 376." *Iacobs.* ap. *Pflugk.* ad l.

γνάθος, *mala, maxilla*. βορὰν δυσεβῆ θέσθαι γνάθοις Cycl. 288. ἄνδρας ἀρταμοῦσι λαιψηραῖς γνάθοις Alc. 497. Κυκλωπίαν γνάθον τὴν ἀνδροβρῶτα Cycl. 92. πάρες τὸ μάργον σῆς γνάθου ib. 309. νηδὺν καὶ γνάθον πλῆσαι σέθεν ib. 302; cf. 146. Hinc γνάθου δοῦλος Autol. fr. I (III), 5, de homine vorace. δράκοντες ἔφερον τέκνα — γνάθοις Phoen. 1145. ἐνδακοῦσαι στόμια — γνάθοις (πῶλοι) Hipp. 1223. χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις Alc. 495. σιγῶμεν ἐγκάψαντες αἰθέρα γνάθοις Cycl. 625. Tralate πελεκέων γνάθοις Cycl. 394. V. s. γένυς. γνάθον παίσας καλῶς Autol. fr. I (III), 17. Γνάθος cognatum est

cum γένυς (γένειον) γαμφήλη γόνυ. Quorum quae communis stirps sit indicio est vox γαμψός. V. s. κάμπτειν.

γνήσιος (γόνος), *matrimonio natus*, *genuinus*, *legitimus*, *ehelich*, γόνῳ γεγονώς ex definitione Demosthenis p. 1090. 1095. 1099. Cf. Hom. Od. ξ', 202. παίδων γνησίων τυχεῖν Hipp. 1455, ut παῖδας γνησίους Andr. 942, opp. νοθαγενεῖς. νόθοι πολλοὶ γνησίων ἀμείνονες ib. 639. νόθον τοῖς γνησίοισι πολέμιον πεφυκέναι Hipp. 963; cf. Androm. fr. XXX (XXIV), 2. Hinc et generatim *legitimus*. Θεσσαλόν με κἀπὸ Θεσσαλοῦ πατρὸς γεγῶτα γνησίως ἐλεύθερον Alc. 681, ubi γνησίως ad γεγῶτα pertinet, ἐλεύθερον autem ἐκ παραλλήλου positum ad γνησίως γεγῶτα. Quod *Pflugkii* et *Dindorfii* causa moneo, qui comma posuerunt ante γνησίως. Cf. Isocr. Paneg. p. 45, B. γνησίων νυμφευμάτων Andr. 192, ut γυνὴ γνησία ap. Xen. Cyr. 4, 3, 1, opp. παλλακίς. Et *sincerus*, *ingenuus*. νόθον φρονοῦντα γνήσια Hipp. 309, ut γνησίου φρονήματος Soph. Iphig. fr. II, 2 et γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς Pind. Ol. 2, 21.

γνοφώδης (ζόφος, δνόφος, γνόφος, κνέφας, νέφος, v. nos s. νέφος et *Buttm.* lexil. II. p. 266), *nebulosus*. ὄμβρον καὶ χάλαζαν ἄσπετον γνωφώδη τ' αἰθέρος φυσήματα Tr. 79.

γνῶμα, τό, *sententia*. Ἐν δὲ πάντων γνῶμα ταὐτὸν ἐμπρέπει· σφάξαι κελεύουσίν με Heracl. 408. Semper hac forma *sententia*, non *mens* vel *animus* denotatur. Cf. S. Trach. 493. Aesch. Ag. 1325.

γνώμη, ἡ, ea animi facultas, qua quid iudicamus, cogitamus, cognoscimus (*Denkvermögen*, v. s. γιγνώσκειν, 2), *mens*, *animus*. οὐ γὰρ ἐν ἀμετέρᾳ (muliebri) γνώμᾳ λύρας ὤπασε θέσπιν ἀοιδὰν Φοῖβος Med. 424. γλῶσσα οὐδὲν γνώμης μετέχουσα fr. inc. tr. CLVIII, 5. [ἤν τι μὴ σφαλεῖσά που γνώμη ταράξῃ γλῶσσαν ἐν λόγοις ἐμήν Iph. A. 1542.] τί — γνώμην ὑφαιρεῖ τὴν ἐμὴν πλέκων λόγους; Rhes. 834. θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν Teleph. fr. XXIV (XVII). γνώμῃ πονηροῖς κανόσιν ἀναμετρούμενος τὸ σῶφρον El. 52. γνώμα δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου, τοῖς δ' εἰς μέσον ἥκει Iph. T. 419; v. s. ἄκαιρος. καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν πράσσειν κάκιον (θνητοί) Hipp. 377. Hinc speciatim

1. *mens*, *animus*, *ingenium* (*Denkungsart*). εὐμενῆ — γνώμην ἔχειν Or. 120. [μαλακῆ γνώμῃ Iph. A. 601; v. s. ἀγανός.] γνώμην δικαίαν κἀγαθήν Hipp. 427. Cf. Iph. T. 1469. ἀδίκῳ γνώμᾳ Bacch. 995. ἐς ἀνδρὸς ἄνοσίου γνώμην Cycl. 348. εὐγενεστάτης γνώμης Hel. 1703. γνώμαν σώφρονα Bacch. 1000; v. s. ἀπροφάσιστος. γνώμην μεγάλην El. 372.

2. *Mens* (*d. Denkkraft, die Aeusserungen des Denkvermögens, das Denken*). a) *Mens*, *cogitatio*. ἦλθεν ἄρτι μοι γνώμης ἔσω Hipp. 510.

ἐν τοῖς τοιούτοις ἡνίκ' ἂν γνώμη πέσῃ El. 426. ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις γνώμην ἔχοντες Beller. fr. XXI (XXV), 5. γνώμην προσάπτων Erechth. fr. XX (II), 10. b) *Mens, ratio, intelligentia, prudentia.* ὁ νοῦς τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει ἀθάνατον Hel. 1021. γνώμη ἀρίστη μάντις ἥ τ' εὐβουλία ib. 763. οὐδ' ἀπὸ γνώμης σοφῆς Ion. 1313. γνώμην λίαν σοφήν El. 296. γνώμῃ σοφός Chrys. fr. III, 1. σοφὸς γνώμην ἀνήρ Sisyph. fr. I, 12. γνώμῃ βραχείᾳ Hipp. 644. ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα καὶ γνώμην ἔχει Med. 230. ἔστιν ὅπου χρήσιμον γνώμην ἔχειν Iph. A. 925. Cf. Chrys. fr. I, 2. διαξῆν τὸν βίον γνώμης μέτα Iph. A. 923. ὑπὸ γνώμας ἐσορᾶν τὸ δέον ib. 565. γνώμῃ φρονοῦντες Antiop. fr. XXXIX (IX), 2. γνώμῃ ἀνδρὸς εὖ οἰκοῦνται πόλεις ib. XXXI (XII), 1. γνώμῃ ἀδέλφου λελειμμένος Suppl. 904. γνώμῃ νικᾶν τὴν Κύπριν Hipp. 1304. ἔξω ἐγενόμην γνώμης ἐμῆς Ion. 926. γνώμας ἐξέσταν Iph. A. 136. τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμαν ὀδυνᾷ Hipp. 247. ποῖ παρεπλάγχθην γνώμας ἀγαθᾶς; ib. 240. c) *Sententia, consilium, iudicium:* qua vi etiam pluralis frequentatur, itemque altera forma γνῶμα (s. v.). χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις Hec. 867. ὅταν τἀκεῖ θῶ κατὰ γνώμην ἐμήν Andr. 738. παρὰ γνωμήν Herc. f. 594. Cf. Iph. A. 506. κεἰ παρὰ γνωμὴν ἐρῶ Med. 577. τήνδ' ἔχω γνώμην Rhes. 130. ἥντινα γνώμην ἔχεις Herc. f. 85. τούτοις ἀντίαν γνώμην ἔχω Suppl. 198. Cf. Herc. f. 205. 248. ὅστις τῆς ἡμετέρας γνώμης μᾶλλον φίλος ἐστίν Tr. 784. ἀπεφηνάμην γνώμην Suppl. 336. λέξω — τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν Hipp. 391. στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα καὶ γνώμης ὁδόν ib. 290. μετάστασις γνώμης Andr. 1005. κριτὴς ἂν εἴης οὐ σοφὸς γνώμης ἐμῆς Suppl. 1053. γνώμης ἄκουσον Iph. T. 1012. Cf. Herc. f. 279. διδύμα πραπίδων γνώμα Andr. 481. γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα Suppl. 1083. γνῶμαι ἀμείνους τῶν γεραιτέρων Beller. fr. XIII (XXII), 2. κἀποσώσαι' ἂν πατρὸς γνώμας φράσαντος Erechth. fr. XX (II), 3. τοτὲ δ' ἀνθρώπων γνῶμαι πολλαὶ καὶ δυσάρεστοι διέκναισαν Iph. A. 26. τὰς βροτῶν γνώμας σκοπῶν Oen. fr. V, 2. ἐλευθέρας γνώμας διώκειν Antiop. fr. X (XIV), 2. ἐξεχώρησαν κακῶς — ὑπὸ γνώμης πολιτῶν ἀσυνέτου Iph. A. 368. γνώμῃ μιᾷ ξυνεχωρείτην τὸν Ἀχίλλειον τύμβον στεφανοῦν Hec. 127. εἰδέναι γνώμην στρατοῦ φῆφόν τε τὴν κρανθεῖσαν ib. 218. Ἀργείων κοιναὶ γνώμαι ib. 190. ἐρέσθαι βούλομαι γνῶμαι τίνες Ἕλλησι καὶ σοὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι Tr. 899.

γνωρίζειν, 1. *agnoscere, cognoscere.* οὐκ ἂν αὐτὸν γνωρίσαιμ' ἂν εἰσιδών Or. 379. ἦ πού τις ὅστις γνωριεῖ μ' ἰδών; El. 630. ὡς νιν γνωρίσασα μὴ κτάνῃ Bacch. 1114. οἰμωγμένον γε προσθὲν ἤ σε γνωρίσαι ib. 1284. σημεῖ' ἰδὼν ἀσπίδων ἐγνώρισα Phoen. 144. σαυτοῦ

γνωρίσας τὰ φίλτατα Ion. 525. ὡς ἐγνώρισαν σαφῆ κελευσμὸν Βακχίου Bacch. 1086. εἰ τῶν ἐμῶν τι πημάτων ἐγνώρισε Alc. 567. 2. *Notum facere, indicare, promulgare.* ἔμελλε (Phoebus) ἐν ταῖς Ἀθήναις γνωριεῖν ταύτην τε σὴν σέ θ' ὡς πέφυκας τῆσδε καὶ Φοίβου πατρός Ion. 1567.

γνώριμος. ἃ δ' εἰς γυναῖκας, — σιωπῶ, γνωρίμως δ' αἰνίξομαι El. 946, proprie *ita ut cognosci* vel *intelligi queat*, h. e. *plane, perspicue.* Alias est *notus, familiaris.*

γνωσιμαχεῖν. Obscurae significationis vox, Herodoto imprimis amata. *Bekker.* anecd. I. p. 233, 20 et p. 228, 27. γνωσιμαχῆσαι· τὸ μεταβουλεύσασθαι καὶ τῇ ἤδη κεκυρωμένῃ γνώμῃ μάχεσθαι. Hoc sensu dictum videtur quod chorus ad Iolaum senem pugnae cupidissimum dicit in Heracl. 706: χρὴ γνωσιμαχεῖν σὴν ἡλικίαν, τὰ δ' ἀμήχαν' ἐᾶν. V. s. ἡλικία. Herod. 3, 25. εἰ μέν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῆθεν γενομένῃ ἁμαρτάδι, ἦν ἂν σοφὸς ἀνήρ· νῦν δὲ οὐδένα λόγον ποιεύμενος ἤϊε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω. Est igitur *sententiae suae repugnare*, hinc *sententiam mutare*, a *sententia recedere.* Cf. Arist. Av. 555. Isocr. ad Phil. p. 83, D. Paus. Boeot. 7, 4.

γνωτός, *notus, celeber.* ὡς — γνωτὸν θείη τὸν κράτιστον Ἑλλάδος (Achillem) Hel. 41. Formae γνωτός et γνωστός quomodo differant expositum est a nobis s. ἄκλαυστος p. 90. *Ellendtius* quid sibi velit haec verbalia cum κλαυτός et κλαυστός contendi non posse dicens, non intelligo. De forma γνωτός egregie erravit *Blomfieldius* ad Pers. 403.

γοᾶσθαι, *lugere.* ὑπηρετῶν χαίρουσιν, οὐ γοωμένοις Ion. 639, *tristibus.* V. *Matth.* ad. l. C. *accus. deflere.* γοᾶσθ', ὦ Τρωάδες, με Tr. 289. Cf. Androm. fr. VIII. De stirpe verbi v. s. βοή.

γοερός, *lugubris, flebilis.* νόμον ἱεῖσα γοερόν Hel. 189. ἥξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς Hec. 84. δάκρυα γοερά Phoen. 1560.

γόης, *incantator.* λέγουσι δ' ὡς τις εἰσελήλυθε ξένος γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονός Bacch. 234. ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς, οὐ γόης πέφυχ' ὅδε —; Hipp. 1038. De stirpe vocis recte disseruit *Dammius* s. v. γοᾶ. Cf. Soph. Ai. 582. *Arcadius* p. 38, 11: τὸ δὲ γόαος ἐκ τοῦ γόης γέγονε. Imo contra.

γονεύς, *genitor*, οἱ γονεῖς, *parentes.* τοὺς θρέψαντας γονεῖς (τιμᾶν) Antiop. fr. XXXVIII (IV), 2. γονέας ὑβρίζειν τοὺς ἐμοὺς οὐκ ἠξίου El. 257. ἀρᾷ γονεῦσιν Alc. 717. τῇ δ' (ἐστὶν) ἐν γονεῦσι καὶ φίλοις τὰ πράγματα Andr. 677.

γονή, *partus.* εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν Phoen. 1591. [πολὺς παρῆλθε εἰς γονὴν παίδων χρόνος Dan. prol. 21.] παίδων γονὰς

σπεῖραι Med. 717. παίδων ὧν ἐπαγγέλλει γονάς ib. 721. Θέσπισμα παίδων εἰς γονὰς ἐφθέγξατο Ion. 729. αἱ δ' ὠδίνων γοναί Phoen. 358. ὦ πικραὶ γοναί Hipp. 1082. μία γονὰ τό τ' εὐγενὲς καὶ τὸ δυσγενές Alex. fr. XVI (XII, 6), 7, h. e. *idem est nobilium et ignobilium partus. Ortus, genus.* τὰ ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς Chrys. fr. VI (VII), 10. τᾶς σᾶς ἀπὸ χρυσέας γονᾶς ἔβλαστεν Med. 1256. ἀνάξια τῆς Δαρδάνου γονᾶς Tr. 1296. Hinc vi concreta *proles*: qua vi etiam Latini vocabulum *partus* usurpant. τέκνων δίπτυχος γονή Med. 1136. ἐξευρεῖν γονάς Ion. 328.

γόνιμος, *genitalis.* ἃ τάλαινα (mater) ἑῶν πέπλων — ἔδειξε μαστὸν ἐν φοναῖσιν — πρὸς πέδῳ τιθεῖσα γόνιμα μέλεα El. 1209, *genitalia.*

